

an. o. la. g. de la. comp. de l'off. de granada 19/10/1802



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GENTES, ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN VOS. IS. DE. V. 32.



IOANNIS DRIE-

DONIS A TVRNHOVT SACRAE

Theologiae professoris apud Louanienfes, de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus libri quatuor, à mendis non paucis per Theologos Academiae Louanienfis iudicati, adiectis in margine scripturarum & sanctorum patrum locis, e quibus uir ille doctissimus has suas meditationes deprompsit.



TYPOGRAPHVS LECTORI CANDIDO.

Ter sum gna uiter, omnibusq; mendis
Expunctis opus elegans, tuisq;
Lector candide commodis sacratum
Hoc, quo nos animo damus, recepta.

IDEM LECTORI MINVS SYNCERO.

Cur caperas frontem, nec conspicias ista libenter?
Non damus impuris sacra legenda utris.

Venundantur Louani a Bartholomæo Grauió,
sub Sole aureo.

Anno Dominicae incarnationis. M. D. XLIII.



2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30



1. a. 6. 3

Bibliotec
Date A
Nº 10
05

17008303



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GENTES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN. EIS DEV 37.



IOANNIS DRIE

DONIS A TVRNHOVT SACRAE
Theologiae professoris apud Louanientes, de ecclesiasticis
scripturis & dogmatibus libri quatuor, à mendis non pau-
cis per Theologos Academiae Louanientis uindicati,
adiectis in margine scripturarum & sancto-
rum patrum locis, e quibus uir ille do-
ctissimus has suas meditationes
depromptit.



TYPOGRAPHVS LECTORI CANDIDO.

Ter sum gnauiter, omnibusq; mendis
Expunctis opus elegans, tuisq;
Lector candide commodis factatum
Hoc, quo nos animo damus, recepta.

IDEM LECTORI MINVS SYNGERO.
Cur caperas frontem, nec conspicis ista libenter?
Non damus impuris sacra legenda uiris.

Venduntur Louani a Bartholomæo Grauiio,
sub Sole aureo.

Anno Dominicae incarnationis M. D. XLIII.



DOCTISSIMI CLARAE QVE
Nobilitatis viri Magistri Lodouici Demoli-
ni Rupefortensis Carmen, ad candi-
dum Lectorem.

Quæpetis illimes synceri dogmatis haustus,
Et cupis æthereo fonte leuare sitim.
Sanctas scrutari nullo mysteria fastu,
Hactenus & nostra sensa recepta fide:
Non adeunda tibi est præfracta crepidine rupes,
Sidera quæ bifido vertice summa ferit.
Huc Heliconiadum nugis concede relictis,
Huc faustis auiibus candide lector ades.
Hic si quidem fons est longe generosior illo
Quem volucris mendax vngula fodit equi.
Quicquid habent raræ diuina volumina frugis,
Quicquid & autores, maxima turba, facri.
Quicquid inaccessis summos anfractibus olim
Obscura torfit traditione viros.
Hoc habet a magno scriptus Driedone libellus,
Qui parua immensas mole profundit opes.
Hic ab agro Christi pando fata praua ligone
Vellit, & artificii noxia cuncta manu.
Hic docet hæresion veterum primordia, quoq;
Falsa queas veris dogmata nosse modo.
Quatq; legi debent methodo sacra scripta, quibusq;
Quisq; modis superas possit adire domos.
Qui sincera fides nullo discrimine possit
Cuiq; Panomphæum conciliare Iouem.
Nec veluti bona pars scabie, pforaue laborat,
Nec vulgi feces putidioris olet.
Schematos at puro Latij candore venustus,
Mythica diuino sensa lepore refert.
Hunc tibi dum mendis rigidum castigat ad vnguem,
Sumptibus haud par sit Bibliopola suis.

POTENTISSIMO AC

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI IOANNI, TERTIO, LVSI-
taniæ & Algarbiorum citra & vltra mare in Africa Regi, Domino Guinææ & expedi-
tionis, navigationis, ac commercij Aethiopiæ, Arabiæ, Perfidis
ac Indiæ, &c. Ioannes Driedo,
S. P. D.



Libros quos pro Christiana religione, nimium temporibus nostris perturbata
conscripteram Rex inuicissime, cum emittere in publicum suadentibus id ami-
cis, statuissem, faciendum putavi, vt principi alicui viro nominatim dedicarem,
vt hac videlicet via auctoritatem simul & gratiam aliquam ipsis compararem
apud eos, qui contemnere alicui possent, vt lectioni indignos. Vetus enim hic
iam mos est, & consuetudo studiosorum hominum, hoc modo opuscula sua le-
ctoribus cõmendandi. Cum igitur sperassem, dei præsertim auxilio fretus, mul-
ta me in libros istos congestisse, quæ vtile esset cognoscere, maxime si animo simplici legerentur, &
eo quo me scripsisse confido, putavi & ego simili consilio vtendum mihi esse. Inter multos autē
in primis maiestas occurrit, qua ad publicam hominum utilitatem commodissime vti me posse
cum bona tua venia crederem: atq; hoc multis sane de causis. Primum, quòd decentissimum esse iu-
dicabam, vt opus instaurandæ Christianæ religioni conscriptum, eius etiam regis nomen præfixū
gereret, cuius pene hereditarium officium est, Christianam religionem propagare. Nullum autē
in tota Europa regnum iam seculis aliquot fuit, in quo tot reges ordine inuicem succedentes dilatan-
dis finibus Christianis operam dederint, quot fuerunt in tuo isto Lusitanico regno, hanc ipsam ob
causam certe nobilissimo. Neq; vero hoc tantummodo curæ vobis fuit, vt terras nouas & peregrina-
nas ditones imperio vestro adijceretis, sed magis laborastis homines ipsos Christo lucrifacere, tradi-
ta ipsis, & per idoneos viros prædicata fidei nostræ verissima professione. Qua laude certe maxima
tu antecessoribus etiam tuis antecellere contendis, maxima diligentia procurans, vt ad infideles nati-
ones regno tuo subiectas e Lusitania proficiscantur homines docti, & in catholice fidei rebus bene
exercitati. Atq; hoc demum vere est Christianæ religionis fines & terminos dilatare. Siquidem de
terris ipsis & ditonibus non est curæ ipsi Christo, sed de animabus. Has quicumq; fide Christiana re-
cte atq; legitime imbendas curat, is reuera dici meretur Christianæ religionis propagator, coro-
nam sine dubio consequentur a Christo deo immortalem. Accedit præterea causa alia. Nam & ali-
oqui vnice faues omnibus quidem honestis studijs, sed præcipue tamen theologicis, vere ac pruden-
ter cogitans, hoc potissimum modo principatui tuo verum ornamentum te allaturum, si q̄ plurimos
habeas in regno viros excellenter doctos. Ac propterea non solū in tuæ terræ ac finitimæ academijs
tuo sumptu benignissime alis plurimos studiosos, verum etiam Parthijs atq; Louanij, tanto licet
locorum intervallo à Lusitania distiti. In quorum numero est doctissimus, vitæq; integerrimus vir,
in præsentiarum conuictor meus Iacobus à Murta. S. Theologiæ professor eximius, quem omnino
confido magno vñ tibi breui futurum, & patri ipsi ornamento. Neq; vero ista facis, quia ita fieri
consuetum est iam ab alijs, sed tua ipsius incitatus voluntate & iudicio. Aut nulli enim, aut perquam
pauci hoc seculo reges erga studia similiter sunt affecti. Vtinam autem episcopos saltem multos hu-
iusmodi habeamus, quos in primis tamen decebat tales curas suscipere. Verum quo minus suscipiit,
in causa est, quod de studijs non vt æquum est, sentiant. Sentirent autem & de ipsis, vt æquum est, si li-
bris & literis à prima sua ætate ex animo vacassent, & proprio experimento (quo nullum efficacius
magisterium est) didicissent quantus fructus & utilitas ex studijs redire ad Christianam rem publicā
posset. Quo magis tibi gratulandum est Rex serenissime, quod Emanuelis patris tui optimi, opti-
meq; de religione nostra meriti, & propterea inter Christianos reges famatissimi, cõtingerit tibi pue-
ritiæ tuæ annos in literarum studio consumere, vocatis ad hoc è longinquis etiam nationibus præ-
ceptoribus doctissimis. Sic enim narrare apud nos solet, generosus vir, ac literarum cultor fautor-
que candidissimus Damianus Goes, puer olim in aula regia diu sub patre versatus, ac nuper ad ean-
dem à tua etiam celsitudine reuocatus, amplissimo functurus apud te munere. His igitur rationibus
adductus sum, vt libros hos tuo potissimum nomini dicare non dubitauerim, confidens non ingra-
tos maiestati tuæ futuros, si non alio, certe pietatis & Christianæ fidei respectu. Bene vale
in Christo Iesu, qui te diu Reip. tuæ Christianæq; fidei tuende ac augende con-
seruet incolumem. Louanij quinto Idus Iunias. Anno M. D. XXXIII.

INDEX TRACTATVVM ET CAPITVM QVATOR LIBRORVM DE SCRIPTURIS & DOGMATIBVS ECCLESIASTICIS.

INDEX.

Primus liber ostendit quinam sint libri canonici sacrae scripturae, continens quatuor capitula. Primum caput. Viam docens quae scriptura sit sacra, quae differentia illius ab alijs, diuisio & ordo librorum sacrae scripturae. Folio 1. 2. 2.

II. Difficultates scilicet patrum subortae super canone sacrarum scripturarum. 2. 1. b

III. Authores qui nam fuerint singulorum librorum sacrae scripturae. 9. 2. b

III. Absolutio difficultatum ex sententijs S. patrum de numero sacrae scripturae exortarum. 20. 1. b

Secundus liber tractat translationum, expositio numquam sacrae scripturae varietatem & multitudinem, continens tria capita. 27. 1. a

Primum caput. Quae & ad quid sit multitudo interpretum & translationum sacrae scripturae. 27. 1. a b

II. Tractat de multitudine sensuum sacrae scripturae. 31

III. Quis sit modus intelligendi sacram scripturam, falsumque esse scripturam per se esse facilem ad intelligendum. 58. 2. b

Tertius liber, Modos tradit ad intelligendum locos sacrae scripturae obscuros, partitus in tractatus tres.

Tractatus primus ostendit generales studiose cuiuslibet, & necessarias regulas quasdamque sententias pro intellectu sacrae scripturae facientes, diuisus in capitula quatuor.

Primum caput tractat modos ad inueniendum intellectum rerum quarundam sacrae scripturae ex uerbis S. Augustini. 74. 1. a

II. Explicat signa sacrae scripturae obscura. 75. 1. a

III. Quanam obseruanda ad inueniendum sententias scripturarum. 81. 1. b

III. Doctoribus sacrae scripturae quanam necessaria & proficua ad erudiendum populum. 23. 2. b

Tractatus secundus, obscuritates scripturarum propter dictionem & sermonem expendit, in quinque capita distribuitur.

Primum caput, De homonymis & æquiuocis uerbis, nominibus, coniunctionibus & praepositionibus varie acceptis in sacra scriptura. 89. 1. a

II. Orationes ambiguas, reciprocas, & obscuras locutiones scripturarum explicat. 118. 1. b

III. Locutiones uniuersales, hyperbolicas, ironicas, insolutas, & praepostero ordine locutas expendit. 26. a.

III. Orationes tropologicae, metaphoricæ, & parabolicae scripturarum expenduntur. 151. 1. b

V. Loquutionibus obscuris, propter mutationem temporum, affectuum, personarum, numerorumque in utroque testamento, satis facit. 157. 1. a

Tractatus tertius, Obscuritates scripturarum propter res ipsas difficiles, etiam si plano tradantur eloquio, explicat, in quinque capitula dissectus.

Primum caput tractat de Trinitate personarum, de incarnatione filij dei, in scripturis traditis. 171. 1. b

II. Elucidat loca obscura sacrae scripturae propter transmutatam literam ad spiritum. 179. 2. b

III. De gemino Christi aduentualijque rebus diuersis, sub eodem sententiarum contextu promiscue positus. 185. 2. b

III. Apparentes scripturarum contrarietates exponit. 193. 2. b

V. Exponit loca ambigua scripturarum, propter numerum, annorum, hebdomadarum & dierum. 203. 1. b

Quartus liber, tractat de dogmatibus ecclesiasticis extra canonem sacrae scripturae constitutis, & de libris apocryphis, continet capita sex.

Primum caput, ventilat apocryphas scripturas, autoritatemque librorum, quos edidit sancti & ecclesiastici patres. 24. 2. b

II. Tractat de uera Christi ecclesia, & quae sit illa, apud quos sit, quaque ratione inter nosci poterit. 250. 2. b

III. De ecclesia cathedrae D. Petri, sit ne illa caput ceterarum ecclesiarum. anque oporteat omnes Christianos huius ecclesiae autoritate se subijcere. 262. 2. b

III. Potestas quanam ecclesiae catholicae, utrumue oporteat nos adhaerere definitionibus ecclesiae tanquam scripturis canonicis. 279.

V. De multis sententijs pro orthodoxa fide tenendis, quae ex scripturis sacris euidenter monstrari non possunt. 281. 1. b

VI. Hæreticorum multa dirimuntur argumenta.

INDEX EARVM RERVM

que in hisce quatuor libris potissimum annotati dignae uisae sunt, iuxta alphabeticum ordinem luculenter digestus.

Antequam autem pie lector, hunc indicem accedat, huius foliorum numeri restituendi sunt. 31. 83. 97. 129. 166. 173. 177. 189. 243. 257. 269. 274. 276. 280. 281. 282. 292. Deinde scito, literam a, priorem cuiuslibet faciei me dicitatem, b, posteriorem signare.

A

Abdix prophetae ortus. 207 a

abstinentiam quinque accidere modis. 294 a

abstinentia quateenus seruanda 293 b

actus baptizandi exprimendus est in baptismo. 113 b

aduentui utriusque Christi multa aptari posse 158 a

aduentus Christi utriusque ratio 159 b

ahauseri multi fuerunt 39 b

allegoria 55 a

allegoricus sensus quis 54 a

altaria quomo in honorem martyrum instrumenda. 296 b

amphibologiam fieri multifariam 118 b

amphibologia propter antecedens & suppositum. 120 b

anagogicus sensus quis 34 a

angelorum erga nos sollicitudo 296 b 297 a

anni ab Abraham usque ad Christum 203 b

anni ab Alexandro magno usque ad Christum. 314 b 317 a

anni a condito mundo usque ad Christum natum 217 b

anni a Cyro usque ad Christum 213 b

anni a destructione Ierusalem usque ad Cytum 210 a

anni a diluuiio usque ad Abraham 218 b

anni a diluuiio usque ad Christum 218 b

anni a lege data usque ad templi aedificationem 206 b

anni desolationis Ierusalem 210 b

anni praedicationis Christi qui 225 a

anni quot ab Abraham usque ad clationem legis. 206 b

anni quot ab Adam usque ad diluuium 205 a

anni quot a diluuiio usque ad Abraham 205 b

annorum supputatio ex canonica scriptura 205 a

annus bissextus quis 221 a

annus lunaris quis 221 a

Antichristi regni initium 211 a

INDEX.

Antichristus apud Danielem praedictus. 232 a

Antiochii diuersi fuere. 90 b

apparitionum Christi i ordo a resurrectione. 199 b

apparuisse Christum decies. 200 b

appellationes diaboli quae. 140 a

apocalypseus encomium. 141 b

Apocalypsim scriptam per D. Ioannem apostolum. 4 a

Apocalypsis Ioannis quando scripta. 17 b

apocrypha quam uitanda. 242 b

apocryphi libri qui dicantur. 24 a

apocryphum quid. 240 b

arca Moiseos quae continebat. 3a

Arrij haereses denouo renouatae quae. 284 a

Arrij haeresis quae. 46 a

Artaxerxes diuersi in scripturis. 90 a

Aquilae conditio quae. 150 b

Aquila scripturae uerborum. 29 b

astutia haereticorum. 194 a

auris mentis quid. 93 b

A uel ab, praepositiones quid. 115 b

authoritas doctrinae apostolorum. 281 b

authoritas ecclesiae sit ne maior quam scripturae. 277 a

authoritas translationum qualis. 26 b

cognitio rerum naturalium ad theologiam uilis. 79 b

colere nomen Iesu quid. 124 b

communicatio noui & ueteris testamenti. 251 b

comparatio in parabolis quomo respoderet debeat. 156 b

conclia generalia quomodo accipienda. 140 b

confessio gemina in scripturis. 92 a

confessionis sacramenti probationes. 291 b 292 a b

confirmatio a quo danda. 286 a

confirmatio sacramentum. 286 b

consuetudines ecclesiae quomo seruandae. 240 a

consuetudo ecclesiae confirmatrix fidei. 282 b

consuetudo ecclesiae habet vim legis. 290 b

consuetudo ecclesiae idonea testis ueritatis. 292 b

consuetudo quam vim habeat a temporibus apostolorum custodita. 299 b

contemptus sanctorum patrum unde euenit. 1 a

controversia de die iudicii. 201 b

corpus Christi uerum fore in sacramento. 293 b

corpus Christi uerum in altari. 286 b

cupiditas quid. 83 a

cupiditatis curesio. 83 b

curari contraria contrarijs. 75 b

B

Balthazar rex quis fuerit. 212 b

baptismus, sacramentum. 286 a

baptizare in nomine S. Trinitatis quid. 113 a

Baruch propheta alicuius autoritatis. 6 b

benedicti deum a nobis quid. 124 a

benedictio a deo quid. 112 a

Berosi laus. 204 b

bestiae quatuor apud Danielem quid. 233 b

C

Cadmus graecismi inuentor. 29 b

caecitas animae gemina. 145 a

Cain occisus. 128 b, 129 a b

calidum esse quid signet. 91 a

canonizatio sanctorum. 243 a

canon librorum noui testamenti. 7 b

carnem non prodesse quicquam sine spiritu fidei. 295 b

castitas fundamentum uitae monasticas. 300 a

cathedra Moysi. 250 a

catholicum quid. 250 a

causa peccati quae. 123 b

ce libanus episcoporum & sacerdotum. 294 a

characteres hebraeorum qui. 29 a

charitas quid. 83 a

charitatem dei accipi bifariam. 123 a

Christianos recte dici filios Israel & filios Abraham. 191 b

Christum dici iusticiam & sanctum sanctorum. 221 b

Christum & apostolos uisum fuisse scripturis nostris. 1 b

Christum fore deum probari ex Prophetis. 172 b

Christum loqui pro se & suo corpore. 168 a

Christus quando occisus. 225 a

Christus quomodo caput ecclesiae. 267 b

chronicae scripturae & ethnicorum concordia chronographiae graecorum non fidendum. 204 b

chronographi probatores qui. 204 a

clauis ecclesiae quae. 76 a

clerici nec comam, nec barbam nutriant. 298 b

climæra quid. 128 b

codices graecorum & latinorum diuersi. 221 b

D

Daniel quomodo figura fuerit Christi. 174 a

debitores duo euangelici quid signent. 155 a

deum fore hominis beatificum finem. 2 b

deus dat quicquid natura generat. 68 b

deus quando diligitur ex toto corde. 77 a

deus quid. 75 a

deus quomo eligat per Christum saluandos. 112 a

deus quomodo hominem iudicet. 195 a

deus quomodo unum uelit propter aliud. 117 b

diabolum nobis in fidari per scripturam. 284 b

dialecticae uilitas theologiae discipulo. 79 b

dictiones quaedam habentes parem sonum in diuersis casibus, numero & tempore. 219 a

diem dominicum signari per primam sabbathi. 199 b

dies annua passionis Christi quare celebranda sei sexta. 8 b

difficultas intelligendi Danielem unde. 222 b

dilectio dei & proximi finis totius scripturae. 78 a

disputatio in theologia quatenus exercenda. 79 a

disputationes quatenus sacra scriptura admitat. 1 b

diuites in scripturis qui dicantur. 93 b

docere delectare flectere quid differant. 87 a

doctor ecclesiasticus quomodo uocet temperet. 87 b

doctrina Dionysij Areopagite de sacramentis. 300 b

doctrinae candere nos habere quam apostolo habuerit. 285 a

docturus curare ante omnia quid debeat. 86 b

dona spiritus Sancti in malis episcopis honoranda. 276 b

dubitare nefas in scripturis sacris assera. 1 b

E

Ecclesia an inuisibilis. 259 b

ecclesia an semper crescat. 261 a

ecclesia apostolica quae. 61 b

ecclesia Christi uera quae. 257 b 262 a

ecclesiam cognosci ex scripturis. 71 a

ecclesia quare dicatur exercitus. 141 b

ecclesia quae noua, primitiua & apostolica dicat. 257 a

ecclesia quid. 249 b

ecclesia semper una & eadem manet. 254 b

ecclesiasticus liber a quo conscriptus sit. 14 a

æmulus quis dicatur. 99 b

æquiuoca priorum nomina.
 ætates mundi.
 ætati mundi annorū ocularis ostensio.
 Eliæ prophetæ ortus.
 Elizabethæ ortus.
 eloquentia ecclesiasticorum patrum
 eloquentia sine sapientia quam vana.
 embolismus quid.
 Enoch & Elias ante iudicium venturi.
 Enoch quædam scripsisse
 Esther librum quis in scriptis redegerit
 Epistola ad Romanos quando & ubi scripta.
 epistolæ diuini Pauli quando scriptæ
 epistolarum diuini Pauli ordinis ratio.
 error amicorum Iob
 euangelia diuersorum
 euangelia tria quatuor ab initio esse recepta
 euangelium an in toto orbe prædicatum ab apost.
 euangelium Lucæ quando & ubi scriptum
 euangelium Marci quando scriptum
 euangelium Matthæi hebraice scriptum.
 euangelium Matthæi quando scriptum
 euangelium quid
 euangelium sancti Marci quando scriptum
 euangelium suum ultimo scripsit D. Iohannes.
 eucharistia an quotidie accipienda
 eucharistiæ sacramentum
 eucharistiæ sacramentum, māducandi modus
 eucharistiæ sacramentum ex scripturis probatū.
 excommunicatio quid
 ex, & de, quatenus differant.

F

Facere in gloriam Iesu quid.
 facere in nomine Iesu quid.
 facinus quid
 falsitas hæretica in intelligentia scripturarū.
 festorum celebratio
 fidelis quisnam in minimo
 filij excusorum qui
 filios ecclesiæ fore multos & paucos
 finis diuersimode accipitur
 finis omnium prophetarum Christi
 frigidum esse quid signet
 fruimur nobis in deo quomodo
 frui quandoq; pro vti cum delectatione.
 frui quid sit
 fundamenta fidei Christianæ quæ
 fundamentum quod Christus fidei in cordibus cre-
 tium.

G

Galatæ qui fuerint
 gehenna vnde
 genera hominum duo quandoq; consideranda.
 Genesios tempus quantum
 Genethiaci qui dicantur
 gesta regum Israel a quibus conscripta
 Græcos codices quandoq; fore ambiguos
 grammaticæ cognitio valet & necessaria est ad intel-
 lectum scripturæ
 gratiæ & liberi arbitrii controuersia quæ
 gratiam habere in nomine Iesu, quid
 gratiam præuenire voluntatem hominis

INDEX.

89 b
 208 b
 235 b
 207 a
 207 a
 86 a
 86 b
 221 b
 233 b
 241 b
 21 b
 19 a
 17 a
 19 b
 160 a
 241 b
 15 b
 239 a
 17 a
 16 b
 246 a
 16 b
 71 a
 5 a
 297 b
 286 a
 287 a
 287 a
 257 a
 215 a

H
 Habitare deus in nobis quid.
 hagiographorum duo genera.
 hebdomadæ Danielis quæ.
 hebdomadæ abbreviata.
 hebdomadæ Danielis quatenus accipiendæ.
 hebdomada in scriptura duplex.
 hebdomadæ lxxij. iuxta Danielem
 hebdomadæ lxx. iuxta Danielem
 hebdomadas Danielis in Christo impleras
 Hebraismus vnde cœperit
 hæreses quasdam non posse scriptura improbari
 hæresis vnde sumpserit incrementum
 hæresum catalogos olim damnatarum
 hæreticos nō admittendos in disputatione script.
 hæreticos nō recipiendos in interpretatiōe scrip.
 Herodes rex constituitur Iudæis
 Herodes tres scriptura recenset
 historiarum gentium viles ad intellectū scrip.
 historiarum veritas obseruanda
 historicus sensus hyperbolice expressus quid.
 historicus sensus quis
 homo animalis quid
 homo magna quædam res
 homo non sibi sufficit
 humilitas bifaria
 hymnus trium puerorum
 hyperbolice locutiones

I

Idololatrias quosdam adhuc superesse.
 Iechonia: suere diuersi
 ieiunia seruanda pro locorum consuetudine
 Ierusalem accipi quadrifariam
 Ierusalem diuersis nominibus vocatam
 Ierusalem in scriptura quid
 Ierusalem quæ post Christum passum destructa.
 Ignaci doctrina de Christianismo
 Ignaci martyris sententia de missæ officio.
 Ignacius de diuinitate Christi
 immolatio corporis Christi quotidiana
 incarnatio Christi cur tribuatur spiritui sc̄to.
 incarnationis Christi ratio quæ
 incrementa ecclesiæ quæ
 indurare quid
 initium septuaginta hebdomadarum
 in, præpositio quid
 in, quandoq; denotare finem
 instituta gentium quatenus superstitiosa
 intellectum difficilem quæ constituent
 intellectus scrip. non querendus apud hebræos.
 intellectus scrip. sacræ verus ubi querendus.
 interpretationes contrarij quatenus iustitendæ.
 interpretatio lxx. quomodo facta
 interpretes septuaginta
 interpretes lxx. a quo moti
 interpretis boni officium quod
 interpretum multitudo intellectum iuuat
 inuestigatio curiosa in parabolis vitanda
 Iob librum quis scripserit
 Iochim generationes
 Ioseph sponsus Mariæ
 Iosue scripta post Moysen
 Iouiani hæresis quæ

124 b
 21 b
 73 a
 220 b
 220 b
 91 b.
 218 a
 220 a
 226 a
 28 b
 283 a
 1 a
 283 b
 63 a
 61 a
 219 a
 89 a
 80 b
 150 b
 130 b
 14 b
 121 b
 76 a
 76 a
 207 b
 9 b
 129 b
 230 a
 79 b
 297 a
 146 a
 91 b
 147 b
 225 b
 299 a
 ibidem.
 178 a
 295 a
 178 a
 176 a
 251 b
 125 b
 223 b
 111 b
 112 a
 80 a
 171 b
 64 b
 58 b
 58 b
 31 a
 29 a
 32 b
 38 a
 79 a
 151 b
 11 a
 216 b
 227 a
 3 a
 284 a

INDEX.

178 b
 131 a b
 153 b
 207 b
 147 b
 219 a
 155 b
 96 a
 96 b
 96 a
 231 a
 95 b
 96 b
 77 a
 196 b
 295 b
 96 b
 123 a
 84 a
 96 b

L

Latentia de Christi diuinitate.
 ironiam reperiri in scripturis.
 Isaac cum Ismael ludus quid.
 Israel ductus in Assyriam.
 Israel in scriptura quid.
 Iudæi occupati a Romanis tributarij.
 Iudæos non habere verum scripturæ intellectū.
 iudex iniquus in euangelio quid signet.
 iudicia dei.
 iudicia dei quomodo prouocent sancti.
 iudicia oris dei.
 iudicium extremum.
 iudicium multiplex.
 iudicium quid.
 iuste quisnam viuat.
 iustificari ex operibus quid.
 iustificari gratis quid.
 iustitia in deo quid.
 iustitia dei intellegi bifariam
 iustitiam esse per se ipsam.
 iustitia quid.

M

31 b
 40 a
 101 b
 95 b
 109 b
 95 a
 125 a
 91 b
 195 a
 94 b
 109 a
 29 a
 74 a
 23 b
 10 b
 10 b
 4 a
 3 b
 241 a
 10 a
 13 b
 14 a
 10 b
 8 a b
 10 a
 7 b
 7 a b
 206 a
 206 a
 292 a
 241 a
 83 b
 83 b
 124 a
 144 a
 144 a
 144 a
 145 b

M
 Machabeorum librorum autores qui.
 mali quomodo & quam diu manent in ecclesia.
 mali quomodo sicut manent in ecclesia.
 malos quos fore partes & membra ecclesiæ.
 mandatum de dilectione qua ratione nouum.
 Marcum scripsisse euangelium ex auditu S. Petri.
 Mariæ virginis quæ tropice tribuantur.
 Mariâ Magdalenam bis vnxisse pedes Christi.
 Marias Magdalenas fuisse duas.
 Maria virgo quando obierit.
 Maria virgo quomodo cognata Elisabeth.
 Maria virgo quomodo inuocada.
 mathematicorum superstitio.
 Matthæum suum euangelium scripsisse hebraice.
 Mathusalæ obitus.
 martyres quam venerandi.
 martyres quomodo colendi.
 medicus humani generis Christus.
 mel de petra fluxum quid signet.
 membra ecclesiæ quomodo conueniant.
 meritum Christi sufficientia.
 Messiam carnalem frustra expectare Iudæos.
 Messiam fore verum deum.
 Messias quare dictus Christus.
 misericordia & veritas dei quid.
 missæ officium a patribus auctum.
 missæ sacrificium quomodo fiat, argumenta.
 missam a Christo institutam.
 mixtio vini cum aqua antiqua obseruatio.
 modestia patrum sanctorum quanta.
 monarchiæ sibi quatuor succedentes.
 monasticæ vitæ status ex traditiōe apostolorū.
 mori peccato diuersimode.
 mortem quomodo deus non fecit.
 morituri sint ne omnes homines.
 mors diuersimode accepta.
 mortuum esse mundo quid.
 mortuum peccato quid.
 mulieri vni plures maritos habere nunq; licuit.
 muri Ierusalem edificati.
 mutatio affectuum.
 mutatio numeri singularis in pluralem.
 mutatio personæ loquentis occulta.
 mutatio personarum in Canticis Salomonis.
 mutatio personarum in Isaia diuersa.
 mutatio personarum in psalmis.
 mysterium incarnationis Christi.
 mystica captum humanum excedentia.

N

Nabugodonosor magni scelera
 Nabugodonosor multiplex in sacra scriptura
 natiuitatem Christi coniectasse sapientes Iudæorum.
 naturæ rerum in tropis quomodo accipiendæ
 necessitas multiplex
 necessitas scandalii quid
 nomine vno diuersa significari
 nomen domini in scripturis quid
 nomina Christi in scriptura diuersa
 nomina ecclesiæ quæ
 nomina Iacobi Alphæi diuersa
 nomina quam Christo conueniant

nox in scripturis quid, 143 b
 numeri libri tempus, 209 a
 numerus annorum mundi quomodo accipiendus, 103 b
 numerus aureus ad quid valeat, 221 b
 nuptiæ regis quid signent, 155 a

O

Obedientia quomodo præpositis exhibenda, 301 b
 obscuritas in scriptura sacra vnde, 60 a
 obscuritas scripturæ accidit bifariam, 74 a
 obtinebratum in scriptura sacra causa quæ, 26 b
 obtinebrari solem & stellas quid, 330 a
 occidere legem quid signet, 95 a
 Ochozias trinomius, 91 b
 oculi ecclesiæ gemini, 141 a
 oculus mentis quid, 93 b
 officia aîæ signari nominibus rerû corporaliû, 93 ab
 officium apostolorum quod, 235 a
 officium doctoris veritatis, 26 b
 officium veri regis quod, 98 b
 opera Christi triplicia, 176 a
 operarij euangelici qui, 134 a
 opera reparationis humanæ quæ, 2 b
 orant pro nobis sancti, 296 b
 orare mente quid, 109 b
 orare spiritu quid, 109 b
 orationes quomodo angeli pro nobis fundant, 297 a
 ordines tres noui testamenti, 26 a
 Ordo, sacramentum, 286 a
 ordo scripturarum duplex, 3 a
 os dei quid, 96 b
 ouis errans & inducta quid signet, 152 a

P

Panes tres euangelici qui, 156 a
 Papa an sit supra concilium generale, 282 a
 parabola de decem virginibus quid signet, 152 a
 parabola quomodo intelligenda, 151 b
 parabola quid sit, 151 b
 parabolarum fines diuersi, 153 b
 Pascha celebratio quomodo fiat, 221 b
 passus qm̄o dicat Christ, ppter peccata nostra, 116 b
 patres nō traducēdos ppter q̄sdā eorū lapsus, 276 a
 patres sanctos in fide nō fuisse omnes pares, 67 a
 Paulo quomodo omnia licuerint, 117 b
 pauperes spiritu qui, 107 a
 peccati Cam grauitas quæ, 129 a
 peccato qualis homo factus sit, 175 b
 peccatum poni pro diabolo, 94 a
 peccatum varie accipi in scripturis, 94 b
 pedes animæ qui, 146 b
 petere in nomine Iesu quid, 113 a
 Petri primatum probari sacra scriptura, 267 b
 Petrus quomodo fundamentum ecclesiæ, 267 b
 picturæ an sustinenda, 297 a
 Philo de ritibus primitiæ ecclesiæ, 300 b
 Philones fuisse duos, 14 a b
 philosophos quædam docuisse fidei catholicæ accom-
 moda, 81 b
 pietas fidei quid, 242 b
 pignus quid differat ab arrabone, 41 a
 Pontificem Romanū pascere posse totū orbem, 273 a
 pontifices alienigenæ, 222 b
 pontifices a captiuitate Iudaica p Cyra soluta, 214 a
 pontifices summos nisi vnum posse esse, 272 a

INDEX.

potificis vitam corruptam nemiūem debere scādali
 zare, 276 a
 potestas episcoporum quæ, 289 a
 potestas sacerdotalis vnde instituta, 263 a
 præcepta egermonialia quæ, 54 a
 præcepta iudicialia quæ, 54 a
 præcepta Mosaiica trifomia, 95 a
 præcepta veteris legis quomodo non bona, 158 b
 præcepta veteris legis triplicia, 53 b
 processio filij est a patre generatio, 178 a
 processio spiritus sancti a patre & filio, 173 a
 promissiones cui ecclesiæ factæ, 250 b
 prophetare multifariam dici, 109 a
 propheta varie accipitur in scriptura, 109 a
 Prouerbia Salomonis sparsa, in vnum a quibusdam
 collecta, 22 a
 psalmi quinam loquantur de Christo, 183 b
 psalmodum librum quis conscripserit, 11 a
 psalmos de Christo & ecclesia loqui ad literā, 120 a
 psalmos iuxta literam loqui de Christo, 182 a
 psalmos spiritualiter intelligendos, 182 a
 psalterium latine versum quater, 30 b

Q

Quadragesimam Christus docuit exemplo, 193 b
 quibus vtendum, & quibus fruendum, 74 b
 qm̄o intelligatur dicta Christi Matth. quinto,
 quomodo omnia probanda, 127 b

R

Ratio reddenda quomodo regi, 153 b
 ratio transitus temporum apud prophetas, 157 b
 regificatio templi typus ecclesiæ edificandæ, 184 a
 reges Babyloniorum &c, 211 b
 reges duo sibi contrarij qui, 139 b
 regni Israel diuisio, 207 a
 regnorum omnium successiuis interitus, 231 b
 regnum Antichristi i quale futurum, 232 b
 regnum Antichristi q̄ diu durabit, 232 a
 regnum celorum quid cum fermento, 99 a
 regnum Christianorum quod, 98 b
 regnum Christi & beatorum, 234 a
 regnum Christi in ecclesia fore perpetuum, 229 a
 regnum dei vnicum, 99 b
 regnum quid, 98 b
 regula concordandi Euangelistas, 197 a
 regula generalis pro intellectu scripturarum, 78 b
 regula hereticis obijcienda, 292 a
 regula p dissoluendū scripturæ cōtrarietatis, 193 b
 regula psalmos rite intelligendi, 183 b
 reliquis sanctorum martyrum venerandæ, 294 b
 resurgere omnes quid, 121 b
 rituum ecclesiasticorum genus triplex, 297 b
 rogant quomodo Christus pro ecclesia, 274 a
 Romana ecclesia an vnquam a fide deficiet, 274 a

S

Scripturæ sacræ eminentia, 81 b
 scripturæ veteris instrumenti elenchus, 5 b e ab
 scripturam loqui diuersim de sancto Petro, 277 b
 scripturam sacram multifariam discerni, 2 b
 scriptura quare olim venerit in dubium, 16 b
 scriptura sacra quæ dicatur, 4 b
 scriptura vetus igne Babylonico absumpta, 3 a
 sensus

sensus scripturæ triplex
 separandos quosdam ab ecclesia
 separari quem ab ecclesia bifariam
 separari quem ab ecclesia bifariam
 septenarius numerum esse perfectū & sacratū, 128 a
 sermones inabsoluti qui
 signa audibilia quæ
 signa incognita q̄ inducūt scripturæ obscuritatē, 89 b
 signa naturalia
 signa præcessura iudicium, 331 a 232 a
 signa naturalia
 signa vocalia quæ
 signi cōtra originale peccatū fuerit ne añ dilu, 252 b
 signum quid
 sion in scriptura quid
 solem obscurari quid
 sollicitudo duplex
 sollicitudo sanctorū pronobis in cœlo
 speculum & imago patris qm̄o dicat Christus, 179 a
 speranum in deo doctum a Prophetis
 spiritum accipi multifariam, 106 a b
 spiritum exingui quid
 spiritum sanctum per multos loqui
 spiritus fidei quæ doceat
 spiritus, qm̄o absolute positus signet spirit, S, 108 a
 spiritus S, deitatem probari
 spiritus S, docet homines per hominem
 splendor & candor patris qm̄o sit Christus
 superstitiosum quid
 supplicatio temporum iuxta hebræos
 stellas cadere & cœlo quid sit
 stylus scribarum mendax
 Symmachus interpres

T

Tempus Antichristi quando
 tepidum esse quid signet
 terram tremere quid sit
 Tertulliani notha
 testamenti antiqui distinctio quæ
 testamentum quare vocetur sacra scriptura
 testes fuerunt apostoli rerum quas viderunt
 testimonij apocryphorum quatenus vtendū
 testimonium ecclesiæ fore scripturam sacram
 thesaurus absconditus quid signet
 Theodocion interpres
 tituli psalmodum
 titulum non semper notare auctorem psalmi
 transitus a litera ad spiritum
 transitus de litera ad literam in scripturis
 transitus de membris diaboli ad ipsum caput
 transitus de parte regni ad totum
 transitus de tempore in tempus
 transitus de vno aduentu Christi in alium
 transitus presentis seculi ad futurum
 transitus temporum quomodo accipiendus,
 translatio sacræ scripturæ a quo facta,
 Trinitatis fides expenditur
 tropi & hyperbolis differentia
 tropi theologo cuiuslibet necessarij,
 troporum species quæ,
 turris euangelica quæ,

V

Varietas interpretationū vnde acciderit,
 vasorum & vestium consecratio,


INDEX.

vendiderat ne oia sua tpe apostolorum fideles, 100 b
 verba cōsecrationis sacramenti non esse tropice ac-
 cipienda, 149 a
 verba imperatij modi quomodo accipienda, 110 b
 veritas dei quid, 97 a
 Versione quam vti deceat in publicis studijs, 55 b
 versione quam vsi sint Christus & apostoli, 45 b
 vestimenta ouium quæ, 62 a
 Vigilantijs hÿresis quæ, 282 b
 villicus iniquitatis quis, 156 a
 vinea plantata quid signet, 154 b
 virgines decem in euangelio quid signent, 155 b
 vita boni doctoris quid habeat ponderis, 88 a
 vita eterna quæ, 75 b
 vnitas diuinæ essentia singularissima, 173 b
 vocabula metaphoricæ accepta, 91 a
 voluntas dei, 96 a
 voluntas dei erga humanum genus, 194 b
 voluntas in Christo duplex, 179 a
 vox ecclesiæ in hæreticos, 63 b
 vti quid sit, 74 a
 vti quomodo conueniat deo, 77 a

Z

Zelari quid, 99 b
 zelus dei arripiendus contra hæreticos, 184 a
 zelus Iudeorum contra Christianos, 101 a
 zelus Iudeorum contra Christianos, 101 a
 zelus quid, 99 b 100 b 102 b
 zezania in euangelio quid velint, 153 a
 Zorobabel figura Christi, 153 a

FINIS INDICIS.
IN LIBROS QVATVOR SE

quentes ad lectorem beneuolū authoris admonitio,

 Nunc publica fidei Christianæ tur-
 batione spes esset aliqua pacis &
 tranquillitatis reditura, si duo im-
 petrari ab hominibus possent. Vnū
 est, si de dogmatibus, super quibus
 nunc est controuersia, diligenter inquirere quid
 antiquitus tradiderint veteres patres, qui iam inde a
 temporibus Apostolorum continuam successione fer-
 rie scripserunt. Comperirent enim ea quæ nūc reijci-
 untur vt recenter inuenta & excogitata, vetustorum
 patrum omnium communes esse sententias. Et spero
 hoc non esse tam temerarios, vt de dogmati-
 bus & scripturarum vero intellectu, melius se iudi-
 care posse putent, q̄ iudicauerint discipuli ipsi Apo-
 stolorum, horumq̄ deinceps successores: non hi aut
 illi, sed vniuersi pariter. AIterum est, si doctores
 recentiores, q̄s scholasticos vocamus, diligenter, &
 cum Christiana patientia inspicere dignarentur, vi-
 derent horū doctrinam super rebus serijs & ad sub-
 stantiam religionis pertinentibus, per omnia con-
 sentire cum veterum patrum traditione. Nunc q̄ eos
 non legerunt, vel negligenter legerunt, onerant ip-
 sos manifestissimis mendacijs, imo blasphemias, q̄s
 nūq̄ cogitauerunt, ipsis impingunt, contumelijs &
 calumnijs vaniloquijs exosos & contempribiles
 reddere conant probatissimorū doctorū libros, in
 quibus nusquam reperit vanillare fidei pietas, in gbus
 & doctrina veterum magistrorum aperitur. Qua
 re fit vt simplicium & inexpertorum animos a rali-
 bus doctoribus auertant, & ad credendum res mul-
 tas Christianæ religionis apud veteres in vsu, re-
 center esse inuentas, aut consuetas inducant, & ad
 noua

noua quædam & alia dogmata querenda impellant. Ita q̄ excitantur dissidia, odia, rixæ, schismata, cum vtiq̄e vnitas & pax consistere possent, si vnitatis & pacis ex animo studiosi essemus. His forsitan nouissimis temporibus, quibus sacratissima theologia prorsus fuit sepulta, præsertim apud ecclesiarum prælatos, episcopos, pastores, ad quos maxime ipsa spectat, fuerunt quidam tractatores verbi dei homines leues & doctōris nomine indigni, qui libros suos impleuerunt quæstionibus superuacuis, inutilibus & nugacibus: sed ex his paucis, non sunt æstimandi reliqui, qui iam olim in academijs recepti studiofissime in sacris literis sudauerūt, & ad cautelam indicauerunt ecclesiæ iam olim damnatas hæreses: qui & si quæstiones varias, sententiasq̄ multiplices etiam partim ad philosophiam naturalem pertinentes introduxerint, neq̄ friuole tamen, neq̄ inutiliter id fecerunt, sed hæreses variæ secundum temporum successionem exortientes de his coegerūt illos scribere, & antiquas hæreticorum cauillationes dissoluere, ac scripturas concordare. Et quemadmodū iustissimis iam olim conditis Imperatorum legibus malicia crescens super terram, facit vt debeant crescere leges, & vt imperialis potestas nouas leges cogat egeret de contrarietibus ciuilibus, de reu. diuisionibus, de nuptiarum & testamentorum dispositionibus, & hæreditatum successibus, & de punitiōis criminibus, pro pacifico & tranquillo conuictu reipublice & societatis humanæ: ita hominum hæreticorum & schismaticorum malicia nouas consurgens hæreses, noua que argumenta ex scripturis prauè intellectis, præstitit recentioribus doctōribus, fidei zelatoribus occasionem disputandi quæstiones multas, quæ & si prima fronte parum ad rem theologiam videantur pertinere, tamen si introspectas, videbis apertissimas hæreses iā olim extitisse super huiusmodi rebus etiā naturales vel morales philosophia demonstratis, quæ admodum longe lateq̄ ostendimus in libro de natura & gratia. Malicia igitur hominum hæreticorum auxit doctōrum libros, multiplicesq̄ & varias fecit esse quæstiones, & in rebus ad moralem & naturalem philosophiā attinentibus auxit etiam argumenta plurima, quæ quatenus sacris literis obuiat, oportet zelatores Christianæ fidei dissoluere. Nunc autē sufficiat indicare sententias in fide erroneas, quas aduersarij in recentioribus theologijs tractatores cōfingūt ipsiq̄ falso imponūt, conates reddere exosos ac cōtemptibiles probatissimos eorū libros. Cauillantur quod de iustitia fidei, omnia templa, omnia monasteria, omnes scholæ, omnes deniq̄ libri recentium theologorum antea fuerint muti, & q̄ de fide, qua appræhēdimus propitiatorum Christum nihil dixerimus, & q̄ in nostra doctrina pœnitentię nisiq̄ tradita fuerit certa & firma consolatio conscientiarū, & q̄ nemo ex nobis docuerit peccata remitti per fidem in Christum, & quod dixerimus opera nostra mereri gratiam & iustificatiōem, & quod dixerimus homines mereri remissionē peccatorum, (faciēdo q̄ in ipsis edit,) & quod dixerimus Christū solū venisse in hunc mūdū vt traderet leges, per quas mereremur remissionem peccatorum: & nos nūc nō vtj Christo vt mediatorē, sed fingere nos habere accessum ad ipsum per opera propria, quibus mereamur charitatem, & nos nihil curare de prima tabula decalogi, ranq̄ nihil ad nos pertinere, sed tantum externos cultus nos requirere, & nos prorsus, neq̄ considerare, neq̄ animaduertere præceptū illud, Diliges dñm deum tuum ex

toto corde tuo: & nos in originali vitio nō animaduertere grauiora vitia, scilicet ignorantiā dei, contemptum dei, habere fiduciam rerum presentiu. Hos morbos, inquit, nō animaduertunt scholastici, imo tribuunt inter im humanæ naturæ integras vires ad diligendum deum super omnia. De votis monasticis in ecclesiasticis doctōres mendacia cōfingunt, afferentes videlicet eos dicere licitum esse votum, quo is qui vouet, sentit se mereri iustificationem, remissionem peccatorum, & huiusmodi cultus voto designatos magis mereri iustificationem, & remissionem peccatorum, q̄ alia vitæ genera. Ceterū his in rebus nō solum mendacia in nos cōfingunt, sed & omnia vota monastica irrident, eaq̄ deo displicere contendūt, substantialiaq̄ vota appellant hypocritism, paupertatis, obedientiæ & castitatis, omniaq̄ esse plena simulationis. Paupertatem, inquit, iactant in summa copia rerum omni: obedientiam iactant, cum nullū genus hominum libertatem habeat maiorem q̄ monachi. De cælibatu, inquit, non libet dicere, qui q̄ purus sit in plerisq̄, qui student continere, Gerson indicat. Sed ab huiusmodi calūnijs & mendacijs facit defenditur eorundem eruditissimorum doctōrum innocentia apud vniuersos probatæ fidei viros, qui considerant omnes ecclesias tam veteres q̄ recentiores hæcenus docuisse, & ex libris relictis ab antecessoribus tradidisse Christianam fidem esse eam que præcipue creditur gratia & remissio peccatorum, seu iustitia fieri per Christum Iesum omnibus quotq̄ fide receperint illum, & neminem ex fide posse venire ad ipsum, nisi parer cælestis sua suadone intus suggerens traxerit illum, & nullam esse veram pœnitentiā aut contritionem interiorem, nisi præcedat ex fide Iesu. Proinde & Iudæos atq̄ gentiles non habentes fidem in Christum nunq̄ assequi peccatorum remissionem, q̄ tumuis ingemiscat, quantumuis de peccatis suis pœnitent. Nemo vnquam ex catholicis scriptoribus docuit ecclesiam aut ecclesiarum prælatos imponere hominibus traditiones nouas, vt per eas homines mereantur remissionem peccatorum, aut gratiam iustificantiem: sed vt per eas foueantur in fide & charitate. Fiunt enim ecclesiasticę cōstitutiōes ad lucrū, aut custodiam fidei, & charitatis, quemadmodum solidissime docuit Bernardus in libro de dispensatione & præcepto. Nemo vnq̄ ex doctōribus catholicis docuit nos aut per opera bona, aut per motum dilectionis intenu, aut per motum fidei internū mereri iustificationem, aut gratiam primam. Apud omnes semper manifesta Augustini sententiā ex scripturis demonstrata, opera videlicet bona esse non que præcedunt iustificandam, sed que comitantur iam iustificatum. Neq̄ veterum, neq̄ recentiorum vllus vnq̄ docuit hominem sine fide posse aut placere deo, aut bene viuere, aut consequi remissionem peccatorum, aut assequi vitam æternam. Adeoq̄ hæcenus fuit hæc sententiā apud omnes nostras ecclesias, & apud nostras academias manifesta, vt etiam pueri ad annos discretionis peruenientes in hanc fidei sententiā sese totos dederrint, scientes Iudæos quantumuis ipsi in synagogis suis ad deum clamauerunt, atq̄ orauerunt deum habere propitiū, dicentes, Miserere mei deus, alias ve teris legis preces prostrati effuderunt, aut gentiles quantumuis vitauerint adulteriam, falsā testimoniam, periuriam, aliaque contraleges nature crimina, nō posse tamen damnationem euadere, propterea q̄ fidē in Iesum mediatorē non recipientes, suam voluerunt statuere iustitiam, existimantes sese suis meritis ex

impijs fieri bonos, & iustos deoque gratos, ignorantes iustitiam eam que a deo est vniciq̄ conuerti se, se ad ipsum ex fide in Iesum propitiatorem. Videant igitur aduersarij qua ratione, qua pietate, ex cuius spiritus zelo moti probatissimos patres, qui multis laboribus Christianæ fidei dogmata illustrarunt, contemptibiles reddere conati sunt cum scandalo tot pupillorum, & cum iniurijs & contumelijs doctōrum scholasticorum, in quorum scriptis per omnes academias euulgatis discimus remissionem peccatorum non posse fieri vlli filio Adæ, nisi propter Christum filium Adæ pro nobis passum & immolatum, qui est propitiator omnibus ex fide in sanguinem suum inuocantibus ipsum & postulanti-bus sibi deum patrē habere propitiū. Toties in academijs publicis & disputationibus solennibus enūtilata, discussa, trita, toties in concionibus & sermonibus apud vulgus per omnia festa celebrata, prædicata & inculcata, vt omnibus fuerit manifestum Iudæos, Paganos, Gentiles, Turcas, Sarracenos quārumlibet laudabiliter vixerint, quantumlibet vnum deum creatorem cæli & terrę inuocauerint nō posse fieri saluos, propterea q̄ non crediderunt in Iesum mediatorē, & totius generis humani, qd in Adam perijt, redemptorem, quemadmodū testantur Actuum. 14. Paulus, Barnabas, & Petrus, dicentes: Deus in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas, non tamē sine testimoniō sui semetipsum reliquit benefacens. & ceter. Proinde & prudentes verbi dei predicatorēs nouerunt accommodare suos sermōes secundum personarū audientium conditionem, sciētes aliter admonēdos esse homines peccatores Christianos iam firma fide credentes Christum in carne venisse, vt peccatores faceret saluos: aliter vero admonēdos esse, qui hoc nondū credunt. Illorum corda oportet terribus diuini iudicij instantis concutere, humiliare & excitare, vt ex fide in Christum timeant eum, qui venturus est iudex, habēs potestatem mittendi corpus & animam in gehēnam ignis, conuertat ad dominum deum suum, quia benignus & misericors & prestabilis est super malicia. Illorum autem corda oportet inuitare ad fidem, vt credant in Iesum mediatorē: & primus erudienti sunt, vt credant deum esse, eumq̄ ab initio hominū genus condidisse rectum absq̄ vllō vitio & miseria, vt sentientes sese iam a tali rectitudinis statu lapsos videant sese iam esse deformes, reos, saucios, & incipient sibi displicere, sentientes originē suam damnabilem, vt ex his tandem concipiant initia quidam fidei in Christum redemptorem ostēsa ipsis ratione & causa incarnationis, passionis & mortis eiusdem domini nostri Iesu Christi, q̄ sua sponte venit in carnem mortalem ad placandum deum patrem iratum propter malitiam nostram, scilicet & misericordiam abo-lendam. Proinde scripturę nunc fidem, nunc charitatem & dilectionem exigunt, exaggerāt, & quemadmodū Paulus ad Romanos scribens, tradens primordia conuersionis, commendat fidem in Iesum vt redemptorem, ppiciatorem & mediatorē. Ita euangelista Iohannes tam in suo euangelio, quam in canonica epistola commendat charitatem, & dilectionē, sine qua non potest esse fides iustificans. Omnium scholasticorum doctōrum libri habent dilectionem charitatis nō esse sine fide in Iesum, pro nobis passum & immolatum, quamuis illa fides in Iesum passum, aut passurum nō fuisset necessaria ad dilectionē charitatis sub innocenti statu, in quo si humanum ge-

nus permanisset, nobis opus vllō redemptore non fuisset. Proinde aduersarij falsissimo cauillanti scholasticos doctōres in originali peccato non aduertēte vitia grauiora, in qua lapsus sit homo in genus p̄ Adę p̄ctū. Nam de originali peccato traheret t̄es scholasticorum libri, quod si non fuisset vlla culpa, non fuisset in humano genere ista miseria, non fuisset vlla sub lege peccati habitans in carne nostra captiuitas, nulla mentis cecitas, nulla talis recte viuendi impossibilitas, nulla peccandi p̄cluitas. In corpore nihil sensum mentis internæ deprimens, nihil in carne mali habitans, nihil a iam aggrauans, nulla carnis aduersus sp̄m concupiscentia. Si non fuisset vlla humanę conditiōis captiuitas aut miseria, nō fuisset mors Christi necessaria, neq̄ fuisset vlla mors aut mortuorū resurrectio, si non fuisset vlla diuine legis transgressio. Ceterū non de fide remissionis peccatorū loquitur scriptura, sed de fide, in sanguine Christi, hoc est, non de fide, qua quis certo & absq̄ vlla formidine debeat credere peccata sibi per Christum esse remissa, sed de fide qua quis certo & absq̄ vlla vacillatione credit Iesum p̄ sanguinē suū esse causam salutis oibus obtemperantibus, oibus ex recta fide inuocantibus illum in veritate, & desiderantibus remissionē peccatorum per nomē eius. Proinde quod docent eum qui prædicat aut metuit, vtrum peccata sint sibi remissa, afficere Christum cōsumelia, cum peccatum suum iudicare maius & efficacius esse, q̄ mortem & remissionem Christi. Si quis sentit se ideo cōsequi remissionem peccatorum quia diligit, afficit Christū contumelia, & cōperiet in iudicio dei hanc fiduciam, pprię iustitię esse impiā & inanem. In solēter & infip̄ter dicit. Nam absurdissime sunt huiusmodi cōsequētis. Hic metuit aut trepidat, vtrū peccatū sit sibi remissū, vtrū sit iustificatus & in gratia, ergo iudicat aut peccatū suum maius esse q̄ mortē Christi, aut mortem & passionem esse insufficientē ad diluendā vniuersa peccata. Nā metus iste, aut metūs trepidatio in hoīe nouiter cōuerfo emergit, non propter diffidentia de sufficientia mortis aut passionis Christi, sed p̄pter metū de insufficientia sue fidei in Christū. Nemo enim rectissime aut certo & euidenter scire potest suam fidē & fiduciā, q̄ habet de Christo, esse veram fidē quæ iustificat, includēs verā cordis conuersionem a peccatis in deū. Fidē estimabat se habere Parrisæus dicens, Gratias ago tibi domine, quia non sum sicut ceteri hoīes, fidē estimabat se habere Arriani. Verū fidē estimat se habere pleriq̄ heretici, schismatici, credēs Christū Iesum esse ppiciatorem, si rmitter etiā credentes p̄ illū peccata sibi esse remissa, sed non ob id sunt iustificati, quia nihil sibi sint cōficij. Vñ fides illa, qua qs certissimō sedit sibi peccata esse remissa, p̄pter mediatorē Iesum stare potest cū hæressi alioue peccato mortali. Nemo vnq̄ sanctorū docuit qd is afficiat Christū cōsumelia q̄ vacillat, trepidat aut metuit ne forte sit iustificatus aut in statu gratiæ & remissionem peccatorum assequutus. Vnde anima peccatrix suū iam sentiens peccatum, semetipsam spectans, conturbatur. Ex fide autem memor diuine misericordię quam ex fide concipit, deum patrem constituisse in Iesu filio suo consolatur. Proinde in conuersione conscientia peccatrix cōsideratione veteris vitæ suæ pendens sub seueritate diuine iustitię fit perterrefacta, sed ex memoria Christi mediatoris, qui est propitiator pro peccatis totius mundi eadem conscientia spe quadam seu fiducia concipiens propositum murandi vitam in melius

AVTHORIS ADMONITIO.


in consolationem erigit humiliter subiiciens sese ecclesie sacramentis in terra Iordanis & Hermonij a more modico, quemadmodum ait propheta: Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis. Consolatio conscientiarum nostrarum debet esse in verbis & in promissionibus Christi in quo dei spiritus pollicetur gratiam, salutem & remissionem peccatorum omnibus inuocantibus illi in veritate, omnibus accedentibus ad ipsum. Ad eam, inquit Apostolus, cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur. Deinde & haec tenus sacrae theologiae tractatores ex scripturis sacris & manifeste ex epistola Iacobi edocti distinxerunt inter viam & mortuam fidem: appellant viam eam quae vincit mundum, qua renunciat quae veteri vitae: quae dum incipit in se per dilectionem, incipit operari, secundum quam & ipse credens incipit sibi displicere & superius accusator esse, & resiliere a carnali sua vita in misericordiam dei promittentis dare veniam per Christum dominum. Mortuam autem appellant, quia non sic quis veteri seu seculari vite renunciat. Manifestum est autem homines quosdam Christianos permanentes in proposito peccandi, habere fidem quaedam qua credant peccata remitti gratis per Iesum mediatorum. Sed quia nondum renunciant veteri vitae, non accipiunt peccatorum remissionem. Fides ex qua quis peccatorem remissionem consequitur, includit poenitentiam seu odium veteris vitae. Poenitentiam, inquit Petrus, & credite euangelio: non quod motus fidei, aut interioris nostrae poenitentiae sint meritoria gratia iustificantis, aut remissionis peccatorum, sed quod sint dispositioes diuinitus immixtae, per quas applicat animabus nostris fructus passionis Christi, cuius solius meritis nos ex impijs iusti efficiuntur. Unde ex scripturis & doctrinis ecclesiasticorum patrum manifestissime haec tenus dicitur tota Christianorum schola in peccatoribus Christianis per furtum, aut adulterium, aliuve crimen lapsis remanere fide quaedam, ex qua ipsi caelitus compuncti rursus ad thronum gratiae accedere res impetrare possunt remissionem peccatorum. Sed nemo vnquam dixit, quod talis eorum ois sit gratia iustificantis meritoria. Nam ois (in eo quod ois est) non propria iustitiae, sed liberalitatis & clementiae immititur illius quae rogatur. Nemo est tam stupidi ingenij, quae nesciat eum, quae superpliciter alterum orat in iustitiam suam, sed gratiae & misericordiae illius quae orat: eum autem quae opibus suis apud alterum mereat, in iustitiam suam. Publicanus, teste Augustino, nondum iustificatus incipiens percutere peccatum suum simpliciter in templo orans descendit iustificatus in domum suam. Vnde Hieronymus in commentarijs capituli xxi. Mat. Aliud, ait, est offendere Christum per mala opera, aliud negare Christum. Qui peccat & tamen in illum credit, reseruat per poenitentiam ad salutem. In eo vero quod Christum prorsus negauerit, nec testis quidem remanet in qua hauriat aquae purissimi. Adversarius ergo quod miris modis, verbisque multis exaggerat & inculcant remissionem peccatorum fieri, non per dilectionem, non per internam poenitentiam, sed propter fidem, inaniter & praesumptuose contra ecclesiasticam traditionem docent, in hoc volentes novam doctrinam introducere, & dicere remissionem peccatorum, aliter per fidem fieri, quam haec tenus tradidit ecclesia, & aliter quam haec tenus docuerunt venerabiles patres etiam recentiores, diuus Thomas, Alexander de Hales, Bonaventura, & similes in scripturis sacris eruditissimi. Caeterum, quae cauillantur doctores scholasticos docere Christum solum venisse in hunc mundum, ut traderet leges, per quas peccatores

remissionem peccatorum mereantur, hoc quam manifeste sit confictum, patet omnibus sacrae theologiae studiosis, quos libros diui Thomae Aquinatis, Bonaventurae, Alexandri de Hales, caeterorumque recentiorum legerunt, ex quibus plane constat Christum venisse in hunc mundum, non solum ad erudiendum hominum genus verbo doctrinae & conuersione exemplaris vitae, sed etiam ad reconciliandum nos deo patri, ad soluendum illi pretium pro nobis, ad soluendum superplacita peccatis nostris debita, ad vincendum diabolum, & ad liberandum hominem a potestate diaboli, a captiuitate & seruitute peccati, ad viuificandum, sanandum, & resuscitandum mortalem hominem in vitam immortalem. Caeterum, hoc quod dicimus gratiam & remissionem peccatorum in nobis fieri ex opere operato, nihil esse aliud quam eam fieri in nobis, non propter opus aut meritum hominis operantis, sed propter opus Christi per visibile aliquod sacramentum largientis gratiam, veluti cum infans baptizatus iustificatur, non per vultum suum opus, sed per ipsum opus operatum, hoc est, per ipsum baptismi sacramentum, gratia & remissionem peccatorum assequitur propter Christum in illo sacramentum operantem. In meritis autem sanctorum consensunt omnes ecclesiastici patres, docentes nullum esse meritum nisi propter Christi meritum in eo, quod iam spiritu fidei & claritate factus filius adoptionis diuinae naturae confortis, & Christo cohaerens. Quam autem in votis monasticis praeter meritum eandem scholasticam doctrinam theologiae diffament, consingentes illam docere perfectionem Christianae religionis substantialiter consistere in monastica paupertate, obedientia & castitate, manifestum est omnibus sacrae theologiae studiosis vel mediocriter eruditis in libris diui Thomae, & aliorum, quae apte docent, neque illa quae in votis sunt necessaria esse ad perfectionem Christianae vitae, neque in illis perfectionem Christianae vitae consistere, sed illa esse vias seu instrumenta, quibus facilius quae & expeditius ad perfectionem Christianae charitatis ascendatur, quemadmodum & in Collationibus patrum docet S. Abbas Moyses: Te iunia, vigiliae, nuditas, priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit disciplinae illius finis, sed per illa peruenit in finem. Quemadmodum is, qui sese exonerat, sarcinas grauiiores, vestes, aliaque impedimenta remouens, non ob id dicitur iam ascendisse aut esse in culmine montis, sed se in statu perfecti ascensoris constituit, & ascendendo de hora in horam appropinquat ipsius montis culmini. Ita & is qui accepta caelitus voluntate perpetuo continendi proficitur vitae monasticae, non ex hoc ipso iam est perfectus in vita Christiana, sed se posuit in statu quodam altiori quo facilius proficere valeat in dilectione, abijciens impedimenta seu auocamenta, non quidem contraria charitati, sed ab usu charitatis, mentes hominum infirmas auocantia. Unde & hac ratione ait Christus: Quam difficile diuites intrant in regnum caelorum. Paulus quoque i. ad Cor. vij. Qui cum vxore, &c. Sed de his longe lateque in lib. de libertate euangelica seu Christiana. Edidi autem iiii. libros infra scriptos de ecclesiasticis scripturis, & dogmatibus, in quibus de his rebus caeterisque similibus generalia quaedam posui documenta ex scripturis sacris, & sanctorum patrum doctrinis, referuat argumentis eorumque solutionibus & difficultatum nodis ad libros posteriores. Finis.

DE CATALOGO

LIBRORVM SACRAE SCRIPTURAE

Ioannis Driedonis de Turnhout, Sacrae Theologiae apud Louanienfes professoris,
Liber primus.



Ractaturi de rebus fidei, & de religionis Christianae mysterijs, sacramentis, consuetudinibus atque dogmatibus, super quibus iam hoc nostro infelicissimo seculo turbae ecclesiae unitas, rumpitur pax, soluitur Christianorum concordia (quos oportebat tanquam unius corporis membra, & tanquam fratres unanimes habitare in domo dei, quae est ecclesia) hunc modum in omnibus libris per nos edendis in lucem (Deo adiuuante) seruari conabimur, ut sententias & conclusiones colligamus ex scripturis sacris, ex uniuersalibus sacrosanctae ecclesiae concilijs, ex ueneranda patrum antiquitate: quibus demonstremus & fidei, & scripturarum, & sacramentorum unitatem secundum seriem successionis custoditam ab ipsis apostolorum temporibus ad haec usque tempora. Et quia inter tantos dissensionum tumultus, magna sumpsit incrementa temeritas quorundam hominum indoctorum, qui sacramentum scripturam in linguam uulgarem suo spiritu transferentes, diuersis annotationibus, praefationibus & prologis, contemptibiles reddiderunt plerisque eiusdem scripturae libros: ex quibus tanquam canonicis totius antiquorum patrum chorus citauit sententias, tanquam a spiritu sancto profectas. Quibus factum est ut etiam idiotae, plebs, indoctae mulierculae habentes iam sacratissimos libros uersos in uernaculam linguam, in tantam proruperint audaciam, ut nihili faciant uenerandam patrum antiquitatem, catholicae ecclesiae auctoritatem, contemneres elaboratissimas sanctorum interpretationes. Proinde primum hunc nostrum librum ab ipsis fundamentis exordiemur, ostensuri qui nam sint Canonicae scripturae libri. Distribuemus autem totam huius libri materiam in quatuor capita: In quorum primo demonstrabimus uiam ex qua discimus scripturam esse sacram & diuinam, in super & differentiam eius ab alijs: & numerum, ordinem, ac diuisionem librorum eiusdem, secundum traditionem ecclesiae: non eius solum quae nunc est, sed & eius quae secundum successionem patrum a temporibus apostolorum haec tenus est continuata. In secundo enarrabimus super hac materia difficultates quasdam ex sententijs patrum emergentes. In tertio pro dissolutione earundem difficultatum statuemus generalia quaedam documenta, de autoribus librorum sacrae scripturae, ac de eorundem autorum temporibus. Postremum ipsas difficultates ex sententijs patrum de catalogo Canonicoorum librorum exortas, absoluemus.

Harensis & contemptus patrum unde incrementum summi.

¶ CAPVT PRIMVM.



Scriptura sacra pura.

Scriptura sacra pura, stabilis, integra.

Scriptura sacra est omnium aliarum scientiarum norma.

De sententia in scripturis asserta dubitare non licet.

Quo liceat de scripturis sacris disputare.

Canonicæ scripturæ quomodo dignoscantur. Hireneus lib. iiij. aduersus hæreses Valentinorum. A quibus accipitur scripturæ canonicæ.

Peræpretiū est igitur primū tractare de scripturis sacris, & ostendere quænam sint scripturæ sacræ atq; diuinæ, & qua uia demōstretur scriptura aliqua esse sacra & honoranda tanquam diuina atq; canonica. Sola illa scriptura est diuina, q̄ per sp̄m Dei ē aspirata, & per eos qui spiritu Dei sunt loquuti, administrata: pura, integra, stabilis. Pura quidē, hoc est, absq; cōmixtione ullius fallitatis. Stabilis, quia uerū Dei uerbū, p̄manens in æternū. Integra aut, omnia quæ sunt ad salutē necessaria

humano ḡni cōmonstrās; aut p̄ seipsam plano sermone, aut per ecclesiā catholicam; quā ut ueritatis magistrā indicat, iussitq; audiri, omnium aliarum scientiarum regula, mensura & norma; secundū quā, quicquid uel in philosophicis, uel in moralibus, uel in liberalibus artibus, uel in poetarum carminibus, uel in oratorum historijs, reperit̄ aut cognitione dignū, aut humano ḡni utile, flectere oportet atq; interpretari, p̄posita omnibus tanq̄ eiusdē spiritus sancti fidele depositū, certissimis suis definitū uoluminibus. Ex quibus tota sc̄torum schola, tota prophetarum & apostolorum ecclesia, fidei nostræ assertiones constare uoluerunt, & quarum sententiās in dubiū reuocare, iudicauerunt esse nefariū. Ex quibus tota salutis nostræ uia discenda est, ex quibus quotidianus uite nostræ panis est colligendus, ex quibus haurienda sunt sapientiæ salutaris pocula, ex quibus Dei uoluntas, sapientia, misericordia, bonitas & iustitia est inuestiganda, ex quibus etiā corroborada est omnis orthodoxæ fidei ueritas. De quibus utrum ueræ & rectū sit, quicquid illic assertū reperit̄, omnino dubitare non licet. Est quædam inter ecclesiasticos patres pia quædam diuersitas & disputatio, non de hoc, an in huiusmodi scripturis assertæ sententiæ sint ueræ & rectæ; Sed de hoc quæ earundē scripturarum uerba, unus sic, alius aut non sic, sed aliter exponit ac interpretat̄. Quibus fit ut sit sc̄ta inter eos quædam altercatio sup̄ earundē scripturarum intellectu; Sed hæc in unitate spiritus, fidei, pacis & unitatis cōcordat, dū pro cōgruentia tēporum, locorum & personarum audientium, unus sententiās quasdam catholicas ex p̄positis scripturis, alius aut sententiās alias, t̄n cōgruas etiā fidei, & uerisimiles, aut catholicas intellexit: quod in sequentibus (Deo dante) planius ostendemus. Nunc autē ad demōstrandū catalogū seu canonē diuinarum scripturarum accedamus. Sciendū est ergo quod canonicas scripturas dignoscimus per succedentiū sibi inuicē ecclesiarum & sc̄torum patrum testimonia. Sunt em̄ (iuxta Hireneū) quas apostoli a Christo, & ecclesiæ primitiue ab apostolis, & cæteræ exinde ecclesiæ per uniuersum orbem ab ecclesijs secundum seriē successionis antiquioribus, acceperunt: quas & deinceps nos habemus diligentia patrum secundū seriē successionis in hæc usq; tēpora custoditas, prudente Dei spiritu: qui olim loquutus est populo in patribus & prophetis, nouissime nobis & in Christo filio, & in apostolis spiritu Christi plenis. Scripturæ igitur

igitur sacræ cum sint eloquia diuini sp̄s loquentis per prophetas & apostolos sibi inuicem succedentes, & de rebus diuinitus secundū tēporum successiones gestis, non totæ simul, sed paulatim per succedentes sibi inuicē patres, prophetas uide licet & apostolos sunt nobis administratæ: quo fit, ut secundū successiones temporum, creuerit canon diuinarum uoluminum, donec cōsummarent̄ reparatiōis humani generis opa, per uerbū incarnatū, in quod & pendebāt omnia uota prophetarum, & tota tendit materia harum scripturarum. Demōstramus itaq; scripturam esse diuinā & canonicā per testimoniū ecclesiæ; non illius solius q̄ nūc est, sed intellectæ secundū successiones ecclesiarum, seriēq; ipsorum patrum ab initio ad hæc usq; tēpora sibi succedentiū. Hæc uia patres qui ante nos fuerunt, ut Dionysius, Clemens, Polycarpus, Ignatius, Ireneus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Athanasius, Basilius, Hilarius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, & cæteri æstimarunt doctrinā esse sc̄tam & canonicā per eandē ecclesiam, quas & ipsi fundauerāt apostoli, docentes aut uiua uoce, aut epistolis ad illas cōscriptis. Hæc est sola religionis Christianæ machina, q̄ cunctas hæreses semel aboleuit, ipsa in quā cōmunis omnium sc̄torum patrum professio secundum suorum temporum successiones, cōcordit̄ reddentiū testimoniū uerbis spiritus sancti, scriptis in euāgelijs alijsq; libris canonicis. Vnde & Deus misericordit̄ suæ gratiā demōstrauit ecclesiæ etiā per inimicos ipsius Iudeos, qui legis & prophetarum codices in hodiernū usq; diem proferunt per omnes gentes dispersi: quod dei providentia factum est, ut ecclesia Christi in omnibus gentibus dispersa, haberet testes ueracium prophetarum, qui de Christi aduentu fuerāt uaticinati. Bene inquit Augustinus cum ecclesia actū est, quod non uniuersi Iudei fuerint occisi, sed dispersi uirtute dei: ne quando obliuio fiat legis & populi Dei. Ex hoc itaq; fundamento nos tenemus scripturas illas esse diuinas, quas ab ecclesijs nos p̄cedentibus custoditas accepimus integras & inuiolatas. Ecclesiæ autē q̄ nos præcesserunt tales doctrinas & sanctas & diuinas tenuerunt, quales a patribus custoditas ab ecclesijs primitiuis acceperāt. Ecclesiæ primitiue doctrinas canonicas & diuinas deputarunt eas quas hauserāt ex ore apostolorum, quæ a Christo testes constituti, in Iudæa, & Samaria, usq; ad ultimū terræ innumeras fundauerunt ecclesias: ex quibus cæteræ exinde ecclesiæ suā fidem mutuabantur. Hactenus de uia qua probatur scriptura aliqua esse canonica: iam de differentijs quibus ab alijs disciplinis differt uideamus. Distinguitur autem hæc scripturæ ab alijs, multis quidē modis: Primo, quod nulla est scriptura ullius authoris quālibet illustis, sic custodita quæadmodū scriptura canonica, tot linguarum, literis, & ordine & successionē celebrationis ecclesiasticæ cōseruata. A patribus usq; ad nos (inquit Augustinus) authoritas scripturarum ueracium certissima & notissima successionē peruenit. Deinde non est ulla scriptura alia quantumuis probati authoris, quā oporteat sic haberi ut purā & incontaminatā absq; ulla suspitione cōmixtæ fallitatis, tanquā de nulla sententia illic asserta, an falsa sit liceat suspicari aut dubitare. Vnde diuina Platonico philosophiæ, quæ iuxta sententiā Augustini proxime accedit Christianæ philosophiæ, docēs Deū ipsum esse rationalis naturæ beatificū bonū, fontēq;

Quæ sit ecclesia cuius autoritate probat̄ scriptura canonica.

Iudei hostes ecclesie christi testimoniū præbent scripturis ecclesie christi. August. sup̄ psal. 78.

A quibus primitiuis.

Multis modis scripturæ sacra ab alijs distinguit. Primo.

Secundo.

Philosophia Platonica docet Deū esse finē hoīs beatificum.

Tertio. bibendæ foelicitatis, multas habet cōmixtas fallitates, & necq̄ uiam qua ad talem beatitudinem perueniamus docet, ignorās Christum, qui dicit: Ego sum uia, ueritas & uita. Tertio scripturę alię, quas uocamus liberales artes, quantum ueritatem quandam doceant, illam tamen in qua salus est animæ, ueritatem, non cōmonstrant: quæ sola facit animum uere liberę, quemadmodum scripturæ nostræ autor ad quosdā ait: Si manseritis in sermone meo cognoscetis ueritatem, & uere discipuli mei eritis, & ueritas liberabit uos. **Quarto.** omnes philosophorū & sapientū huius mundi disciplinæ, de moribus & uirtutibus, & beatitudine hominū, multa quidem tradiderunt, sed uerā lucē, sine qua totum corpus est tenebrosū, non inuenerunt. Totum corpus in anima, est tota moralium uirtutum seu operę congeries, quæ absente Christo, in anima uiuere non possunt. Tractat tota scriptura sacra de Deo secundū gemina illius opera super humanū genus, conditionis uidelicet & restorationis. De cōditionis operibus differuerunt quidē & gentiles sapientes huius mūdi, sed restorationis opera non cognouerunt. Conditionis opera sunt creatio mundi cum omnibus elementis suis, quæ facta sunt uniuersa propter hominē, quem ab initio condidit Deus rectum, & ad imaginē ac similitudinē suā: ut illi per iusticiam stanti uniuersa subessent; cui & dederat uirtutem continendi omnia. Hæc opera in breui tempore, id est, in sex tantū diebus sunt consummata. Homo autē, quia in iustitia & in ueritate quam acceperat non permansit, totus perijt, lapsus in lacum mortis, factus & peccati & diaboli seruus, a qua seruitute nequit sese eripere, nisi gratia Dei miserentis illum erexerit. Et ita restorationis opera sunt, quibus reparatū est hominū genus quod perierat, quæ in longiori tēpore, id est, sex sætibus, multifariā, multisq̄ modis, ad præparanda hominū corda sunt prænunciata in corporalium rerum umbris, & figuris adumbrata, & tandem in fine temporis per Christū in carne uenientem cōsummata. Et huiusmodi sunt opera, de quibus tractat tota scriptura sacra: per quę & ab omnibus alijs disciplinis discernitur, quæ tradentes conditionū opera, nihil de huiusmodi reparationis operibus docuerūt, nō fuisset proinde opus hac scriptura, si non peccasset humana natura. Hæc est igitur diuinarū scripturarum ab alijs discretio. Consueuimus autem hunc scripturarū canonem appellare uetus ac nouum aut testamentū aut instrumentum. Testamentum est quo bonorū deserēt hæreditas, intercedente testatoris morte. Idcirco Moses & prophetæ legem Iudæis datam, testamentū (inquit Lactantius) uocāt: quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari potest, nec sciri quid scriptū in illo sit, cum sit clausum & obsignatū. Itaq̄ lex testamentū dicitur, quia hæc redēs ipsa instituit cœlestium bonorū, clausa & obsignata, donec Christi morte promissiones cœlestis mysterij fierent apertæ ac reuelatæ, quando uelū templi scissum est in duo, a summo usq̄ in deorsum, ut filij adoptionis iam facti, spe salui, legant se hæredes Dei esse, & cohæredes Christi, cum Christo regnaturi: si tamen Christo obtemperent, & cum illo sustineant. Earundē scripturarum canonem eruditissimi uiri instrumentū uocant, quia illic instruitur quisque pro sua salute, quid credere, quid sperare, quid agere debeat. Deinde &

nō absurde forsitan sortitur nomen instrumenti, ob id quod sit scriptura authentica probatissimis scribis ac testibus obsignata, non suspectis fallitate uisita. Ex quibus consequens est canonem diuinarum scripturarum in duos ordines, siue in duo testamenta esse diuisum: quæ tamen diuersa non sunt, quia nouum ueteris est adimpletio, & in utroq̄ idem testator Christus, qui pro nobis morte suscepta, nos hæredes æterni regnificet: derelicto & exhæreditato incredulo Iudæorum populo. Prior ordo est ueteris testamenti, continens libros de sapientia & bonitate Dei, ut creatoris omnium, creatis uniuersa propter hominem: quem formauit bonum & rectum ad imaginem & similitudinem suam, in principio libri Genesis usq̄ ad caput tertium. Item de iustitia Dei uindicantis uoluntarium eiusdem hominis peccatum, in capite tertio, & in capitulis librisq̄ sequētibz, de gratia ac misericordia eius promittentis semē, in quo benedicerentur omnes gentes, hoc est, saluatorem ac liberatorem Christum: sine quo nemo potest fieri saluus. Et est iste scopus in quem tendit totus scripturarum canon ueteris testamenti, loquentis super aduentu Messię seu Christi olim uenturi, & super statu ueteris Israelitici populi: quem certe canonem magna ex parte Iudæi una nobiscum communem secundum literam, sed non secundum spiritum habent. Alter est ordo instrumenti noui, continens libros super aduentu Christi iam manifestati in mundo, & super statu noui populi Christiani, quorum omnium uoluminum finis est, ut doceatur humanum genus in Christiana fide, spe, & charitate, hoc est, ut doceatur humanum genus credere & agnoscere Deum, timere, sperare, atq̄ diligere illum, nō modo ut creatorem aut cōditorem, uerum etiam ut gratuitum liberatorem per Iesum Christum. Vtrumq̄ testamentum designauit Hieremias propheta: Consummabo super domum Israel testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci cum patribus eorum in die qua eduxi eos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, id est, in lege mea tunc illis data. Testamentum nouum dabo illis. & quodnam hoc sit aperit, subiungens: Legem meam scribam in uisceribus eorum. Hæc est lex fidei, seu lex Euangelij, quæ nouū testamentū appellatur a Salvatore, cū dicit: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, id est, nouæ legis sanguis, designatus in sanguine agnorum, uitorum, ceterorumq̄ animalium ueteris testamenti. Hęc sunt Dei testamenta quæ habemus ex certissima ecclesiarum successione. Paganis igitur & infidelibus interrogatibus nos, Qua ratione cōstat ueras Prophetarum, Euangelistarum, & Apostolorum scripturas apud nos esse, cum non habeamus originales eorum codices: Respondemus hoc cōstare ex ipsius ecclesiæ testimonio. Verum, inquit Augustinus, euangelium apud nos esse docet ecclesia, non hominum eorum solum qui nunc sunt Christiani, sed ecclesia illa quæ ab ipsis Matthei temporibus, ad hoc usq̄ tempus certa successionum serie declaratur. Etiam si haberemus apud nos uerorum euangelistarum codices descriptos suis ipsorum manibus, illos non alio argumento cognosceremus tales esse, quam ex ecclesiarum sibi inuicem succedentium testimonio, quod sane est & testimoniū spiritus sancti loquentis in Dei Ecclesijs

Ordines duo scripturarū.

Prior.

Gen. & s.

Scopo in quem tendit totus scripturarū canon.

Alter ordo.

Hier. ca. 31.

Qua ratione cōstat ueras scripturas apud nos esse.

Augu. 18. lib. cōtra Faustū capite 4.

& prophetis. Canonem ergo sacrarum scripturarum nouæ legis cognoscimus ex ipsius ecclesiæ testimonio. Quemadmodum & canonem scripturarum ueteris testamenti ex traditione habemus Hebræorum, quæ seruabatur, inquit Augustinus, in tēplo Hebræi populi, succedentium diligentia sacerdotum. Vnde Deuteronomij trigesimo primo, sic legimus: Postquam scripsit Moyses uerba legis huius in uolumine, atq; compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Dñi Dei uestri. Sic & Iosue post Moysen omnia uerba quæ loquutus est ad ipsum Dominus scripsit in uolumine legis Domini, quæ admodum legitur Iosue ultimo. Sic & cæteri secundum successionem seriem, prophetici uiri, diuino spiritu scripserunt uolumina, quæ diligentia sacerdotum, integra, illæsa, incontaminata custodiebantur, una cum libris Moysi, in latere ipsius arcæ sepositis. Arca autem ipsa custodiebatur, in secundo tabernaculo, quod sancta sanctorum dicebatur, in qua recondita erat, & aurea urna habens manna, & uirga Aaron quæ fronderat, & tabule testamenti, quemadmodum dixit ad Hebræos nono Apostolus. At uero dum procedente tempore a Chaldæis Iudæa subuertitur, omniaq; templi uasa diripiuntur, templum incenditur, simul fertur & uolumen legis Moysi in arca Dei custoditum, hostili igne consumptum, & postmodum eodem spiritu, quo fuerat scriptum, restitutum ab Esdra sacerdote, qui sola, ut inquit, memoria, legem reparat deperditam. Sed hoc utrū sic sit, an non sit, ex scripturis sacris uidetur incertum, quemadmodum enim potuerunt plura esse Isaiæ super eisdem rebus uolumina scripta, ita & lex ipsa in quibusdam libris potuit forsitan integra conseruari, consumptis originalibus, quæ erant in templo, uoluminibus. Proinde & Hieronymus ambiguus uerbis super hac re loquens uidetur aduersus Heluidium. Siue Moysen, inquit, dicere uolueris autorem Pentateuchi, siue Esdras eiusdem instauratorem operis, non recuso. Verum Irenæus, Tertullianus, & plerique antiquorum, arbitrantur omne instrumentum Iudaicæ literaturæ in Babylonica expugnati one deletum, & per Esdras restitutum. Proinde qualitercumq; hoc sit factum, nihil refert: in hoc unum consentiunt omnes, etiã ipse Hieronymus, quod Esdras spiritu Dei plenus, post captam Hierosolimam, & instauratorem templi, scripturas sacras dispersas, uixq; Babylonicis igne superstitibus, eodem spiritu quo ante scriptæ fuerant restituit, aliasq; literas Hebraicas, quibus nunc utimur, repperit. Vnde & quod in calce Deuteronomij dicitur de morte & sepultura Moysi, & quod sepulchrum eius nemo nouerit usq; in diem illud, & quod filij Israel fleuerunt eum triginta diebus, & reliqua in calce usq; libri, ipse Esdras adiecit creditur. Neq; uerisimile est, Moysen scripsisse eam historie partem, quæ post mortem illius acciderat. Iusta ergo ratione, Esdras scriba, instaurator dicitur ueteris instrumenti, quod & Christus atq; Apostoli approbarunt tanquam diuinum & Dei spiritu editum, citates in corroboratorem suæ doctrinæ euangelicæ ex eiusdem instrumenti uoluminibus sententias tanquam uerissimas & diuinas. Omnem ergo canonem ueteris testamenti, quæ a patribus ad nos uerissima & certissima successione descendit, designamus: Genesim, Exodum, Leuiticum, Numerorum, Deuteronomium, Iosue, Iudicum,

Deute .31.

Iosue post Moysen scripsit uerba dei. Iosue ultimo.

Quæ erant in arca.

Ad Hebræos.

Veteris testamenti codices Babylonicis igni consumpti. Esdras instaurat legem.

Hieronymus aduersus Heluidium.

Tertullianus.

Christus & Apo. si sunt scripturis ueteris legis eisdem quas nunc habemus.

Libri canonici ueteris testamenti.

Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duos Paralipomenon, duos Esdræ & Hester, Iob, librum Psalmorum, Isaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielelem, & libros duodecim Prophetarum. Hæc sunt quæ non simul, sed paulatim secundum successionem seriem sunt ædita, de quibus nulla prorsus est dubitatio, neque in Hebræorum, neq; in Christianorum schola. Hebræi quicquid extra hos libros, inquit Hieronymus, est, a canone sacrarum uoluminum secant. Ex quo consequens est, sapientiam quæ uulgo Salomoni adscribitur, & librum, qui uulgo Iesu filij Sirach, item Iudith, Thobiam, & Machabæorum libros, non contumerari ab Hebræis inter canonicas scripturas: quorum sententia utrū sit approbata in Christianorum schola, iam mox dicemus. Canonem autem qui noui testamenti uolumina continet, quem Iudæi, Iesum negantes, prorsus reijciunt, sic designamus. Primum omnium Euangeliorum cœlestis quadriga nobis iungatur. His Actus apostolorum copulentur. Post hos Pauli epistolæ foci entur. Deinde Petri prima, Ioannis prima. Hi sunt libri sine contradictione, ab antiqua Christianorum ecclesia recepti, de quibus nulla unquam prorsus extitit dubitatio. Sequenti iam loco sunt, de quibus olim a nonnullis dubitatum est, ut reuelatio Ioannis, epistola Iacobi, & epistola Iudæ, Petri secunda, Ioannis secunda & tertia. De his autem an sit nunc rationabiliter dubitandum, & utrū inter canonicas scripturas habendi sint, an non, iam mox ostendemus. Et quia tumultuante hoc seculo nostro, & hæresibus turbantibus uniuersam ecclesiam, hereticorum quisq; aut reprobatur, aut approbat quod liber, ductus uel animi sui uoluntate, uel sophistica quadam ratione, Alius Sapientie & Ecclesiastici libros reijcit, Alius Tobie & Iudith, Alius Machabæorum libros, Alij alteram Petri & Ioannis duas, Alij epistolam Iacobi, Alij epistolam ad Hebræos, Alij Apocalypsim Ioannis, extra sacrarum scripturarum canonem locant, non erit inutile demonstrare etiam uenerandam patrum antiquitatem, citasse sententias ex huiusmodi libris tanquam catholicis, diuino spiritu æditis, & super canone librorum scripturæ sacræ dissoluere ingentes quasdam difficultates, quæ possent hac in re, sacræ theologie studiosis, occasionem dare interioris scandali, atq; erroris, dum legerint, quod inter ueteres scriptores, & sanctos patres alius sic, alius autem aliter supputauerit earundem canonicarum scripturarum, & ordinem, & uolumina. Quod quod in dignoscendis canonicis libris, unicuique sufficere debuit & ecclesie, & sancte sedis Apostolicæ autoritas, quæ iam olim ante annos mille per Innocentium & Gelasium Papas, per Carthaginense & Laodicenum concilia, in ordine digessit, eosdem libros canonicos, quos in hodiernum usque diem custodit Christianorum scola, alius tamen & a patribus exordiemur. Et quia ex supra dictis manifestum nobis esse oportet, scripturam sacram & canonicam esse eam, quam Ecclesia primitiua a prophetis, a Christo & Apostolis receptam suis filiis tribuit, & hanc, ut inquit Irenæus, oportere esse eam quam per successionem presbyterorum & episcoporum habemus in ecclesia fidelis populi custoditam. Idecirco pro huius rei fundamentis stabilendis, operæ pretium est primum ostendere ea quæ hodie habemus scripta tanquam diuina testimonia, olim sic esse

Libri canonici noui testamenti.

A quibusdam fuit dubitatum an Apoca. & epistola Iacobi uia, Iudæ uia, Petri secunda, Ioan. secunda & tertia sint in canone scripturarum.

Inno. in epistola ad Exuperium. Cartha. concilio interfecto Augustin.

Scripturæ sacræ quæ dicitur.

Irenæus.

habita a ueteribus sacrae theologiae tractatoribus, qui fuerunt apostolorum temporibus & illos probasse ea, quae sunt fidei, ex eiusdem scripturis, quas in hodiernum diem usque per uniuersum orbem Christianorum ecclesia honorat & praedicat: quod clara luce deprehendemus, si primum recensuerimus antiquissimorum patrum hac de re sententias, & eorum praecipue, qui fuerunt, aut sub ipsis apostolorum seculis, aut illis uicinissimi. Discipulus Pauli Dionysius tertio capite Hierarchiae ecclesiae, in totius scripturae sacrae textu concludit, arcanam illam & mysticam uisionem dilecti discipuli Iesu, hoc est Apocalypsim Ioannis euangelistae, aperte subindicans sanctam Apocalypsim esse euangelistae Ioannis. Sumit insuper testimonia ex his, quibus utitur nunc Ecclesia canonicis scripturis. Meminerunt autem huius Dionysii, Ioannes Damascenus ante annos mille, & Gregorius Papa. Ignatius amabilis discipulus Ioannis euangelistae in diuersis suis epistolis, quarum & meminit diuus Hieronymus in lib. de uiris illustribus, passim sibi testimonia sumit ex eisdem, quas habemus canonicis scripturis, tam ueteris testamēti, quam noui. Neque sententias fidei praebat scripturis alijs, quam his, quas habemus in quatuor euangelij, & in apostolicis epistolis, & in prophetis scripturis nobis traditis, quas habemus per successiones presbyterorum custoditas. Sumit testimonia ex euangelio Ioannis, & ex alijs ite euangelij, ex epistolis Pauli, ex Actibus apostolorum. Sunt & in eisdem epistolis sententiae quaedam, quae uidentur desumptae ex epistola Iacobi, & ex epistola Ioannis prima: sed nominatim auctores non citat. Clemens uir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam, scribens ad Corinthios, ad Iacobum fratrem Domini, & ad alios, iisdem utitur scripturis, quibus & hodie utitur ecclesia, sumens diuersa passim testimonia, ex Euangelio Matthaei, & nonnulla etiam scripta in solo Euangelio Ioannis, quale est illud: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, in epistola ad Iulianum, caeterosque con sodales diuersas citans scripturas, sub eadem sententiarum serie, quam in die usque hodiernum custodit tota Christianorum schola.

Papias sub ipsis Apostolorum temporibus, de quo & Ireneus testatur, quod fuerit apostoli Ioannis auditor, Polycarpi condiscipulus, de euangelij Matthaei & Marci sic loquitur: Marcus interpres Petri fuit & conscripsit quaecumque meminerat ab eo dicta, non tamen per ordinem cuncta digessit, quia non ipse auditor Domini fuit, sed nouissime Petro adhaesit ad usum & ministerium praedicandi, non ad Domini conscribendos sermones. Nihil itaque peccauit in eo, quod ita quaedam scripsit, quasi quae passim audita recordari uideatur, & hoc solum satis egit, ne aut quod ex auditis omitteret, aut falsum scriberet. Matthaeus autem Hebraeus scripsit sermone. Hec de Marco & Matthaeo Papias: qui utitur scripturis tam ueteris quam noui testamenti, sine contradictione receptis ab omnibus Christianis uocibus ecclesiae, sed & epistola Ioannis prima, & Petri similiter prima.

Post Christi resurrectionem & ascensionem, cum per aliquot annos doctrina Christi ceperit uiuis apostolorum uocibus crescere in uniuersum mundum, nondum ullis Euangelij scripto traditis, spiritu Dei prouidente, Matthaeus primus omnium in Iudaea scripsit Euangelium Hebraicum. Deinde Marcus in Italia.

Postea

Postea Lucas. Postremo Ioannes in Asia. Praeterea beatus Anacletus post Clementem Romanae ecclesiae pontifex, in epistola quam scripsit omnibus ecclesijs. Item successores illius Euaristus & Alexander suis in epistolis, quas diuersis scripserunt ecclesijs, pluries sumunt testimonia ex epistola Iacobi apostoli, ex libro Sapientiae & Ecclesiastico, ex epistola Petri prima, de qua (ut inquit Eusebius) nullus omnino unquam dubitauit, quis de secunda multis (inquit) incertum est. Verum & Anacletus beati Clementis successor, sententias sumit ex epistola Petri secunda, & ex epistola Iudae. Sed de hoc infra latius.

Caeterum antiquissimus Ireneus auditor Polycarpi martyris, libro tertio aduersus haereses Valentini: Matthaeus in Hebraeis (inquit) ipsorum lingua scripturam addidit euangelij, cum Petrus & Paulus euangelizarent Romae, & fundarent ecclesiam; Post horum uero excessum, Marcus discipulus & interpres Petri & Christi, quae a Petro audierat praescripta, nobis tradidit. Postremum Ioannes discipulus domini euangelium addidit, & Ephesi Asiae commorans. Hanc Ireneus cap. xi. Deinde in libro quarto, aduersus haereses Valentini ostendit, quod neque plura, neque pauciora, quam quattuor possunt esse euangelia, secundum quaternarium numerum euangelistarum, qui designantur in animalibus quatuor. Utitur & scripturis omnibus, & epistolis Pauli, & apostolorum Actibus a Luca descriptis, tanquam diuino spiritu editis. Insuper meminit primae epistolae Petri, & primae Ioannis, pluresque sumit ex ipsis sententias. Utitur & testimonijs de Sapientia Salomonis, & de Apocalypsi, de qua dicit, quod ipsa non ante multum temporis facta est, sed pene iam nostra (inquit) aetate, prope finem Domitiani Caesaris. Deinde Clemens Alexandrinus superstes non longe a temporibus Ioannis euangelistae, eisdem utitur ueteris & noui testamenti scripturis, quas in hodiernum usque diem tota Christianorum schola honorat & praedicat, & dum ex scripturis eisdem ad corroborandam fidem, citat testimonia, tanquam diuinas & irrefragabiles sententias. Simul utitur & sententijs ex Sapientia, quae dicitur Salomonis, & ex Sapientia Sirach, & ex epistola Iudae, & ex epistola ad Hebraeos, de qua dicit, quod ipsa manifeste sit Pauli apostoli, scripta quidem Hebraeo sermone, tanquam Hebraeis, sed a Luca in Graecum uersa.

Adhaec Tertullianus eisdem utitur ueteris & noui testamenti scripturis prophetis, quatuor euangelij, & apostolorum epistolis, quibus in hodiernum diem utitur tota Christianorum schola: reijciens alia euangelia aliorum apostolorum nominibus inscripta. & in libro de Habitu muliebris meminit epistolae Iudae apostoli domini, quae ex libro Enoch sumit testimonium. In libro de praescriptionibus haereticorum, & in alijs quibusdam locis sumit testimonia ex libro Sapientiae, tanquam aedito a Salomone.

Item Origenes in expositione (ut inquit Eusebius) psalmi primi, canonem ueteris testamenti ab Hebraeis designatum explicat, quemadmodum usque in hodiernum diem custodit CHRISTIANORVM schola. Non ignorandum (inquit) est, triginti & duos libros in canone esse ueteris testamenti, qui sunt: GENESIS, EXODVS, Leuiticus, Numeri,

Deuter

Anacletus; Euaristus, Alexander, primi tibus apostolorum, nisi sunt epistola Iacobi, & caet.

Ireneus lib. 3. capit. 1.

Marcus post mortem Petri scripsit euangelium.

Ioannes in Asia scripsit euangelium.

Ireneus de Sap. & Apoca. 10. amitt.

Clemens Alexandrinus.

De epist. ad Hebraeos.

Tertullianus.

Origenes. Euseb. eccle. hist. lib. 6. ca. 18.

Dionysius.

De Apocal. Ioannis.

Ignatius.

Clemens.

Papias.

Marcus interpres Petri ex auditu euangelium scripsit.

Matthaeus Hebraice scripsit.

Orige. ex li. Sap. Ecc. To bia, Iudith, & Mach. ut tur scripturis tanq̄ diuini testimonij.

Recitat Eusebius ubi supra ecclesia. Iust. lib. 6. ca. 18. Euangelium Matthæi hebraice scriptum.

Testimoniū Origenis de epistola ad Hebræos.

Testimoniū Origenis de Apocalypsi, & tribus epistolis Ioannis

Cyprianus.

Cyprianus utitur scripturis ex lib. Sap. Eccl. & Tobia, & Mach. & Apocalypsi.

Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, quatuor Regū, Paralipomenon, Esdras primus & secundus, liber Psalmorum, tres Salomonis, duodecim Prophetarum liber unus, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Hester. In hoc canone quis non meminit aut libri Sapientie, aut Ecclesiastici, aut Tobia, aut Iudith, de libris Machabæorum dicens, quod Hebræi libros illos extrinsecus habent, tamen in diuersis uoluminibus a se compositis sumit testimonia ex prefatis libris, tanq̄ scripturis sacris & diuino spiritu æditis. Item in libro Comentariorum super Matthæum, canonem librorum noui testamenti explicans, hoc modo scribit: Ex traditione (inquit) didici de quatuor euangelij, quod hæc sola absque ulla contradictione suscipi debent ab omnibus quæ sub celo sunt Dei ecclesijs, ita enim tradiderunt patres; quia primum omnium scriptum est euangelium a Matthæo Hebraicis literis. Secundum uero scriptum est a Marco, iuxta ea quæ ipsi tradiderat Petrus, de quo & in epistola sua commemorat dicens; Salutem uos filius meus Marcus. Tertium secundum Lucam, quod Paulus collaudat, tanq̄ his qui ex gentibus crediderint scriptum. Super omnia uero euangelium Ioannis. Pauli quatuordecim solas epistolas suscipit ecclesia, quibus nonnulli de ea quæ ad Hebræos scripta est, dubitauerunt: propterea quod in ea non uideatur seruari sententia quæ de se pronuntiatur, dicens se imperium esse sermonis. Sed ego (inquit) dico sicut mihi a maioribus traditum est, quod ipsa manifestissime est Pauli apostoli: & semper omnes antiqui maiores nostri, eam ut Pauli apostoli suscepimus epistolam, & opinio ad usque nos peruenit, quod sermo eius est Græco sermone compositus, uel per Clementem Romanæ urbis episcopum, uel per Lucam, qui euangelium & Actus apostolorum conscripsit: & ita Paulus quatuordecim scripsit epistolas. Petrus uero super quem Christi fundata ecclesia, duas tantum: super quibus de secunda a nonnullis dubitatur. Ioannes qui supra pectus domini recubuit, post euangelium suum scripsit Apocalypsim, & tres epistolas: in quibus sunt duobreues, de quibus a quibusdam dubia est sententia. Hæc (ut inquit Eusebius) tradidit Origenes, qui etsi non meminerit illic epistolarum Iacobi & Iudæ, nec Tobia & Iudith, non tamen inde consequens est libros istos extra canonem esse ponendos: quod ex sequentibus fiet manifestum. Post hunc Cyprianus passim in diuersis suis epistolis sententias fidei probat ex omnibus scripturis sacris, & solis his quas in hodiernum usque diem tota custodit Christianorum schola. Insuper sumit testimonia ex libro Sapientie, Ecclesiastici, quorum sententias plane asserit a Salomone dictas. In epistola ad Rogatianum probat ex Ecclesiastico tanquam Salomonis libro, sacerdotes esse honorandos. Sed & Salomon in spiritu sancto constitutus (inquit) testatur & docet quæ sit sacerdotalis dignitas dicens: Ex tota anima tua time deum, & sacerdotes eius sanctifica. Rursus in eadem epistola sententias sumit ex Tobia & Machabæorum libris, & prima Petri epistola, & ex Apocalypsi Ioannis. In tractatu de singularitate prælatorum, & in sermone de oratione Dominica, & in sermone de lapsis, probat ex Apocalypsi Ioannis, iustum posse a iustitia cadere, & rursus per penitentiam redire in salutem. Scriptum enim (inquit) est: Tene quod habes, ne alius accipiat tibi coronam tuam, penitentiam age.

Rur

Rursus ex Daniele xiiij. & xliij. & alijs sequentibus capitulis sumit testimonia de idolo Bel, & de Susanna: cum tamen apud Hebræos non inueniatur liber Danielis, nisi usque in caput xiiij. Rursus in libello de exhortatione martyrij, sumit testimonium ex ij. Machabæorum nono. De hoc ipso inquit, in Machabæis legitur: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria deo sentire. Item in libris aduersus Iudæos, sumit testimonia ex libris Sapientie & Ecclesiastici & Apocalypsi, tanq̄ ex libris inter sacras diuinasque scripturas numeratis. Rursus in epistola ad Pompeianum, ex Esdræ tertio libro, qui Apocryphus est, sumit testimonium, dicens: Apud Esdræ ueritas uincit. sicut scriptum est: Veritas ualet & uincit in æternum. Deinde ipse in ope quod inscribit, Expositio symboli, a nonnullis Rufino attributo, postquam enumerauit libros intra canonem conclusos, ex quibus presertim assertiones fidei constare uoluerunt, de quibus neque ulla unquam presertim extitit dubitatio, dicit & alios esse libros, qui non canonici, sed ecclesiastici a maioribus sunt appellati: ut Sapientia Salomonis, & Sapientia filij Sirach, liber Tobia, Iudith & Machabæorum: quæ omnia quidem presertim in ecclesia legi uoluerunt, non tamen proferri ad autoritatem fidei ex his confirmanda: quæ sententia sub eadem uerborum forma asseruit & Hieronymus, in epistola ad Chrysostratum & Heliodorum. Insuper Chrysostratus citat testimonia tanq̄ diuino spiritu ædita, ex Apocalypsi Ioannis, ex epistola Iacobi, ex epistola ad Hebræos, quæ & suis comentijs illustrare dignatus est. Citat & Susannæ ac Machabæorum martyrum historias. Item Ambrosius in libro de quatuor quæstionibus difficilibus, librum Sapientie tribuit Salomoni. In libro (inquit) Sapientie, Salomon se dominum deprecatum fuisse commemorat: Adij (inquit) dominum, & deprecatus sum illum: Da mihi domine sedium tuarum assidetricem sapientiam. Pluribus in locis, tam in epistolis quam in comentijs, & presertim super psalmum centesimum decimum octauum sumit testimonia ex epistola ad Hebræos, ex Apocalypsi Ioannis, ex Sapientia Sirach, & ex Sapientia Salomonis, ex prima Ioannis, ex prima Petri, ex epistola Iacobi, ex Tobia. Unde sermone octauo super centesimum decimum octauum psalmum: Quid sit scientia doceat te Salomon (inquit) qui ait de domino Deo nostro, Ipse dedit mihi eorum quæ sunt cognitionem ueram. Quæ sententia ponitur Sapientie primo. In sermone decimo octauo super expositione Psalmi centesimi decimi octauum, & in epistola ad Vercellensem ecclesiam, & in epistola ad Clementianum, citat apostolum Paulum, tanq̄ autorem eorum quæ habent in epistola ad Hebræos. Item Ioannes Damascenus presbyter Græcus ante mille annos in quatuor suis Theologiæ libris testimonia citat ex epistola ad Hebræos, tanq̄ ex epistola Pauli. Item ex epistola Iacobi, ex Apocalypsi Ioannis, ex epistola Petri secunda, ex libro Sapientie, tanq̄ ex diuinis scripturis. Insuper & libro quarto, capite decimo octauo, catalogum librorum ueteris testamenti diuisit in quatuor pentateuchos, id est, in quatuor quinquarios uoluminum, & super sunt alij libri duo. In totum itaque sint duo & uiginti, ut sint (inquit) libri dispositi hoc pacto: Quinque legales, prima pentateuchus. Deinde alia pentateuchus, quæ & Hagiographa, id est, sanctorum scripta dicuntur, quæ sunt hoc modo: Iesu Naue unus, Iudices cum Ruth unus, Regnorum primus cum secundo

Ruffinus de canone sacrorum scripturarum.

Chrysostr.

Ambrosius.

Ambr. citat Sapientiam tanq̄ Salomonis doctrinam.

Ioannes Damasc. grecus de canone scripturarum.

Metra seu do unus, tertius & quartus liber unus, duo Paralipomenon liber unus, & haec
versus in his est secunda pentateuchus. Tertia, uersu facti libri Iob, Psalterium, Prouerbia Sa-
libris apud lomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Quarta pentateuchus est prophetica,
Hebrae. esse liber unus duodecim prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Haec
restat Hier. sunt quatuor pentateuchi. Postremum liber unus duorum Esdrae, & Hester unus.
in praefatione Iob.

Damas. de li. Qui autem omnium uirtutum doctrina referti sunt, hoc est, Sapientia Salomonis,
Sapi. & E. cc. & Sapientia Iesu, quam pater Sirach composuit Hebraice, interpretatus est autem
Graece nepos Iesu, & filius Sirach. Studiosi siquidem hi libri, pulchrici & hone-
sti, sed non numerantur in prophetis libris, neque ponebantur in arca. Noui ue-

Damas. de ca. ro testamenti sunt Euangelia quatuor; Actus sanctorum apostolorum; Lucae eu-
none noui te- gelistae. Catholicae epistolae septem, hoc est, Iacobi una, Petri duae, Ioannis tres,
stamenti. & Iudae una. Pauli epistolae quatuordecim. Apocalypsis Ioannis euangelistae.

Hierony. di- Haec tenus Damasceni sententia sub ipso Hieronymi seculo. Praetermisit autem
stinguit totum canonem ueteris testam. in tres ordines. librum Tobiae, Iudith, & Machabeorum ambos. Item Hieronymus in prolo-
go super libros Regum, quem uult quasi galeatum principium omnibus libris cano-

nicis, quos de Hebraeo uertit in latinum, conuenire, imitatus Hebraeos, facit tres ordines totius scripturae canonicae, distinguens totum canonem: ut primus ordo contineat quinque libros Moysi. Secundus prophetas complectatur libris octo: quorum primus est Iosue, secundus Iudicum, tertius Samuelis, quem appellamus primum & secundum Regum libros, in uno uolumine computatum, quartus Malachiam complectens tertium & quartum Regum, quintus est Esaias, sextus Hieremias, septimus Ezechiel, octauus duodecim prophetarum. Tertius ordo Hagiographa possidet, continens libros nouem, qui sunt: Iob unus, liber psalmodiarum unus, Salomonis tres, Danielis unus, Dibre Haiomin, id est, uerba dierum: quod significatius chronicon totius diuinae historiae possimus appellare; qui liber apud nos Paralip. pri. & sec. inscribitur, apud illos pro uno

De lib. Sapi. supputatur. Volumen Esdrae itidem diuisum in duos pro uno supputatur, & Ecclesiastici Iudith & Machabeorum, secundum Hieronymum. Hester. Qui simul omnes, id est, quinque in ordine primo, octo in secundo, & nouem in tertio sunt duo & uiginti libri. Quicquid est extra hos, inquit Hieronymus, inter Apocrypha est ponendum. Igitur Sapientia quae uulgo, inquit, Salomonis, & Iesu filii Sirach liber, & Iudith, & Tobias & Pastor, non sunt in canone. Primum Machabeorum Hebraicum reperit. Secundus Graecus est, quod ex phrasibus probari potest. Tertium & quartum Esdrae alibi uocat Apocryphorum somnia. Sciendum tamen quod antiquissimi patres, utpote Cyprianus & Ambrosius interdum reperiunt ex tertio & quarto Esdrae sumere testimonia, non ob id probantes alia in istis libris scripta: quae admodum latius in libro de scripturis Apocryphis, & sanctorum patrum dogmatibus ostendemus. Liber Baruch nomine praenotatus, & oratio Hieremiae, in Hebraeo canone non habent, sed tamen in editione uulgata. Propter notitiam autem legentium hic scripta sunt: quia multa de Christo nouissimis temporibus dicunt. Fuit autem Baruch (teste Hieronymo) discipulus ministerque Hieremiae, cui & ipse Hieremias librum possessionis, aliosque libros dedit custodiendos, ut habet textus Hieremiae xxxij. Liber iste Baruch quibus non habeatur in canone, eum tamen ueteres, utpote Cyprianus & Ambrosius, caeterique

De libro Baruch. Liber Baruch nomine praenotatus, & oratio Hieremiae, in Hebraeo canone non habent, sed tamen in editione uulgata. Propter notitiam autem legentium hic scripta sunt: quia multa de Christo nouissimis temporibus dicunt. Fuit autem Baruch (teste Hieronymo) discipulus ministerque Hieremiae, cui & ipse Hieremias librum possessionis, aliosque libros dedit custodiendos, ut habet textus Hieremiae xxxij. Liber iste Baruch quibus non habeatur in canone, eum tamen ueteres, utpote Cyprianus & Ambrosius, caeterique

Librum Baruch circauerunt Cyprianus, Ambrosius, caeterique ueteres.

caeterique patres interdum citauerunt. Haec tenus de libris testamenti ueteris. Noui autem testamenti scripturas canonicas supputat Hieronymus in epistola ad Paulinum, quatuor euangelia, Pauli epistolas, ad septem ecclesias, & eam quae est ad Hebraeos, quae apud plerisque extra numerum ponitur. Item epistolas ad Timotheum, ad Titum, ad Philomonem, Actus apostolorum, item septem epistolas canonicas, hoc est Iacobi unam, Petri duas, Ioannis tres, Iudae unam, & Apocalypsim Iohannis. In libro de uiris illustribus, de canonicis epistolis sic loquitur: Scripsit Petrus duas epistolas, quae catholice nominantur, quarum secunda a plerisque eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Iacobus statim ab apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolam, quae de septem catholicis est, quae & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore precedente obtinuerit auctoritatem. Iudas frater Iacobi, paruam quidem, quae de septem catholicis est, reliquit epistolam: & quia de libro Enoch, qui Apochryphus est, in ea sumit testimonium, a plerisque rejicitur, tamen auctoritate iam uetustate & usu meruit, & inter sanctas scripturas computatur. Ioannes apostolus & euangelista, unam scripsit epistolam, cuius exordium est, Quod fuit ab initio. Reliquae autem duae Ioannis presbyteri esse asseruntur. Augustinus in secundo, de doctrina Christiana, canonicarum scripturarum uolumina ueteris testamenti supputans, quadruplicem facit ordinem, ut primus contineat libros historiarum, sibi inuicem succedentium. Secundus libros historiarum non sic sibi inuicem succedentium. Tertius libros prophetales. Quartus libros eorum, qui proprie sunt appellati prophetae. Totius, inquit, canon scripturae his libris continetur, quinque Moysi, uno Iosue, uno Iudicum, uno Ruth, quatuor Regum, haec historiae, & simul annexa tempora, seriemque rerum continent. Huic ordini non consequenter sed quasi a latere uolumen iungitur duorum Paralipomenon, quae est quasi superiorum librorum epitome, nonnulla etiam quae in superioribus libris, uel omissa sunt, uel non plene relata breuiter & summam explicans. Alius est ordo, in quo sunt historiae tanquam ex diuerso ordine, quae neque superioribus libris, neque inter se coniectantur, sicut est Iob, Tobias, Hester, Iudith, Machabeorum duo, & Esdrae duo. Deinde in tertio ordine sunt, inquit, Prophetae, in quibus sunt David liber unus psalmodiarum, tres Salomonis, ut Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica, duo autem libri, quorum unus Sapientia, & alius Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine, Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus filius Syrach eos scripsisse constantissime prohibetur, qui tamen, quia in auctoritate recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. In quarto autem ordine sunt libri reliqui, eorum qui proprie prophetae appellati sunt, ut duodecim prophetarum libri singuli, deinde quatuor prophetae, qui sunt maiorum uoluminum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. His quadraginta, inquit, quatuor libris ueteris testamenti terminatur auctoritas, quatuordecim uidelicet in ordine primo, octo in secundo, sex autem in tertio, & sedecim in ordine tertio. Noui autem testamenti libri sunt, inquit, quatuor euangelia, apostolorum epistolae, ut Pauli quatuordecim, ad Romanos una, ad Corinthios duae,

Aug. supputat libros canonicos ueteris testamenti ac noui, s. de doct. cap. 8.

Quatuor ordines librorum ueteris testam.

Sapient. Sale. & libri Eccles. inter propheticos libros sunt numerandi.

Canon librorum noui testamenti.

ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos per singulis una, ad Thessalonicenses duas, ad Timotheum duas, Petri apostoli duas, Ioannis tres, una Iudae, & una Iacobi, liber unus Actuum apostolorum, & Apocalypsis Ioannis. In his libris omnibus homines, inquit, timentes Deum & mansueti, quaerunt uoluntatem Dei, in quibus inueniuntur omnia quae continent fidem moresque uirtutis, diuinitatem & charitatem. Plane uides Augustinum, Tobiam, Iudith, Machabearum libros in eodem ordine trahere in quibus sunt Hester, duo Esdrae, & Iob. Sapientiam autem & Ecclesiasticum in eodem ordine in quibus sunt psalmorum, praeiorum & ecclesiasticorum. Ex supra dictis patet antiquissimos patres, Papiam, Irenaeum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, & Origenem illius discipulum, & Eusebium, Hieronymum docuisse euangelium Matthaei Hebraico sermone fuisse scriptum. Deinde patet hoc infelicissimo seculo scolorum hominum temeritas, contra uenerandam patrum antiquitatem, contemnuntur epistolam Iacobi, tanquam contrariam doctrinae Pauli, epistolam ad Hebraeos, Apocalypsim Ioannis, tanquam confictam & continentem somnia, Sapientiam, Ecclesiasticum, Iudith, & Tobiam. Ex quibus uetustissimi patres Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus citauerunt sententias, tanquam profectas a diuino spiritu. Fuerunt hoc seculo scoli, & idiotae, qui in tantam prouerunt temeritatem, ut pertinaciter defenderent Apocalypsim Ioannis esse fabulam, & ab haereticis confictam, de qua tamen testantur uiri contemporanei Irenaeus & Dionysius Corinthiorum episcopus, quod sit Ioannis apostoli, & alter posterior Dionysius episcopus Alexandrinus, quod sit diuino spiritu conscripta a Ioanne presbytero, & Origenes, quod sit a Ioanne discipulo Iesu Christi aedita, quae & teste Hieronymo interpres tantum Irenaeus & Iustinus martyr. Neque haec tenus reperimus ullos orthodoxos patres nominatim designatos, qui plane asseruerint hunc librum esse ab haereticis confictum, tamen si fuerint qui aut illum habuerint suspectum, aut de autore eiusdem dubitauerint: quibusdam dicentibus eam esse Ioannis presbyteri discipuli Iesu Christi in Pathmo relegati, alijs autem dicentibus eam esse Ioannem euangelistam, quem admodum testatur Eusebius lib. iij. cap. xxxix. & libro vii. capite uigesimo secundo. Vbi praefatus Dionysius Alexandrinus recitat nonnullos ex praecessoribus suis Apocalypsim illam penitus a canone scripturarum abiicisse, & praetulationem libri esse confictam, & nihil in ea esse, quod apostolica grauitate dignum censetur, & eam non esse alicuius ecclesiastici uiri, sed Cerinthum quendam esse illius autorem. Et aliquanto post, suam de illa ferens censuram: Ego autem, inquit, quantum ad meam sententiam attinet, spernere aut abijcere scripturam huius libri nullatenus audeo, maxime cum multi ex fratribus ita mecum sentiant, sed hoc magis de ipso iudico, quod in eo sit arcanus quidam & recoditus atque admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror, ac ueneror, ac etiam si non intelligo. Sancti alicuius est, & sine dubitatione ulla per Dei spiritum scripta, etiam si non sit ille apostolus Ioannem filium Zebedaei. Et ibidem de autore eiusdem, ex eo quod nomen suum toties inculcat, & ex ipso scripturae stylo discretiorem faciens, dicit potuisse fieri in illis temporibus fuisse alium quendam Ioannem seruum Iesu Christi, cui haec reuelauerit Deus. Haec tenus Dionysius ille magni Origenis discipulus. Sunt quidem nonnulli arbitrantes Caium quendam orthodoxum apud Eusebium eandem

De euangelio
Matthaei Hebraice scripto, & de catalogo libr. sacre scripturae uide Eusebium lib. iij. ecclesiasticae historiae. hist. cap. 24.

eandem Apocalypsim tribuere Cerintho haeretico, tanquam ei qui auctoritate Apostolice nominis fuerit abusus, & eidem libro miscuerit suae haereseos uenena de Christo post mille annos regnatura in Hierusalē omnium uisibilem bonorum copia. Sed hoc ex uerbis Caii illic ab Eusebio recitatis non sequitur: quando quidem neque Eusebius asserit Caium attribuisse Cerintho hanc Apocalypsim, neque eiusdem Caii sermo ab Eusebio recitatus sensum illum subindicat, significans potius Cerinthum haeticum per reuelationes quasdam tanquam ab Apostolo magno conscriptas, nobis introducere tale quandam haesim, regnum uidelicet Christi terrenum, in carnis uoluptatibus & delitijs post resurrectionem futurum in Hierusalē, contra fidem designans quosdam mille annos. Ex quibus consequens est, non quod Caius ille tribuerit Apocalypsim illam Cerintho, sed quod Cerinthus, uel prauam habuerit intelligentiam ex illa, uel quandam confinxerit reuelationem de regno Christi terreno, post resurrectionem in Hierusalē futuro, quemadmodum & iuxta eundem Eusebium, ibidem ipse Dionysius, cum de Ioannis reuelatione disserteret, & quaedam secundum ea, quae antiquitus ecclesiae tradita fuerant, disputaret, mentionem facit huius ipsius uiri. In his uerbis Cerinthus, inquit, a quo & Cerinthiana haereseos oborta est, figmentis suis auctoritate magni nominis acquirere secundum scripturam huius prauam intelligentiam gestiebat, affirmans terrenum futurum esse Christi regnum, & quia uentri ac libidini deditus erat, ea futura decernebat quae sibi propria libido dicebat. Haec Eusebius. Fuerunt & idiotae hoc nostro seculo contemnentes Machabearum libros, pertinaciter asserentes ea, quae illic scribuntur, facta super oblatione pro animabus defunctis, intra quadringentos annos esse per auaritiam sacerdotum conficta, eisdemque historiae adiecta, quae tamen uenerabilis pater Augustinus ante annos mille, in libro de cura pro mortuis agenda, caeterisque patres ex eadem Machabearum historia citauerunt. Vnde & ipse in libro. ij. de doctrina Christiana ambos Machabearum libros catalogo sacrarum scripturarum annumerans, suo seculo censuit illos una cum Iudith & Tobia statuendos in eodem ordine cum libris Iob, Hester, & Esdrae duobus, de quibus nulla unquam extitit dubitatio.

Euseb. lib. 9.
ecclesiastic
histo. cap. 22.
De Mach. li.

August. in li
bro 2. de do-
ctri. Chri. ca
pit. 8.

¶ Sequitur secundum caput huius libri, in quo enarrantur difficultates ex sententijs patrum suborientes super canone sanctorum scripturarum.



H supra dictis ecclesiasticorum patrum dogmatibus ingentes nascuntur difficultates, praesertim propter uarietates & contrarietates appaerentes inter Hieronymum, & Augustinum, & alios quosdam patres, qui inter se pugnare uidentur. Primo super eo quod Hieronymus in galeato prologo docet secundum ordinem posidere prophetas, inter quos supputat Iosue, Iudicum, Ruth, & quatuor Regum libros, qui tamen neque a Prophetis conscripti sunt, neque magis futura praenuntiant, quam libri Moyse eximij inter prophetas. Neque enim prophetas, sed historias, id est, res uisas & gestas, & Hebraeorum bella continent. Secunda difficultas, cur resecat ab eodem prophetarum ordine libros, qui maxime uidentur prophetis annumerandi, ut sunt Iob, Danielis, & liber Psalmorum Dauid, qui inter prophetas fuit praecipuus. Tertia difficultas, cur Iu-

In lib. Reg.
Difficultas.

Difficultas
secunda.

Difficul.

dorus beati Gregorij Papę discipulus, iā ante annos nōgētos, in sexto Eri
 mo. dicit, scđm, tertiu, & quartu Esdrę nō haberi apud Hebręos, sed in a
 pocrifhos deputatos, cū tñ Hiero. doceat Hebręos primū librū Esdrę, &
 fermōes Neemię, q̄s nos scđm librū facimus, in unū uolumē copulare in
 canone sacrarū scripturarū. Deinde cur in prologo galeato Hiero. libros
 Iudith, & Tobię inter apocrypha numerat, q̄s tñ in prologis sup Iudith
 & Tobiam definit apud Hebręos inter hagiographa numerari, & nihilo
 minus de canone sacrarū literarū esse separatos. Si tertius ordo uoluminū
 scripture canonicę ueteris testamēti sit hagiographorū, q̄nā pacto poterit
 stare, q̄ Iudith, & Tobię libri in hagiographa cōputati, extra canonem
 scripturarū numerēt. Deinde cur nouē tm dicāt hagiographi. i. scđm scripto
 res uel scđa scripta, cū hoc nomē sit cōe cōueniēs oibus canōicis scripturis
 & authoribus earū. Quarta difficultas ē in eo, qđ Hiero. dicit Samuelis eē, quē
 nos primū & scđm Regū dicimus eē, cū tñ Samuel primi Regū xxv. describa
 tur mortuus esse priusquā fierēt ea, q̄ in. ij. Re. libro recitantur gesta. Quinta
 difficultas, sup eo qđ idē Hier. dicit, Sapiētiā q̄ uulgo Salomonis inscribitur,
 & librū Iesu filij Sirach, nō esse Salomonis, cū tñ totus antiquorū patrū chorus
 ut Ire. Tertul. Cyp. Orig. in suis libris, q̄s posteris legēdos relinquerūt, plane
 asserāt Salomonē dicere ea q̄ in eisdē libris cōtinent, recitātes ex Sapiētiā & Ec
 clesiastico testimonia, tanq̄ diuinā sñas, & tanq̄ dictas a sapiētissimo Salo
 mone, ex Dei spiritu loquēte. Deinde q̄ ratiōe Aug. in libro de doct. Christ.
 cōstantissime tradat illos duos libros, quorum unus est Sapiētiā, & alter Ec
 clesiasticus inscribitur, nō Salomonē, sed Iesum filiū Sirach scripsisse, cū lon
 ge ante Euseb. doceat, qđ oīs antiquorū chorus librū attitulāt Sapiētiā, Salo
 monis esse dixerit. Sexta difficultas, qua ratiōe diuus Hier. solū uiginti duos
 libros supputet in canone scripturarū ueteris testamēti, distinguēs easdē solū
 in tres ordines, in legē uidelicet, in prophetas, & in hagiographa, cū tñ Aug.
 faciat eiusdē ueteris testamēti canonis libros xliij. distinguēs eos in ordines
 quatuor, ita ut primus cōtineat libros historiales, cōsequēter se habētes. Scđs
 historiales nō sic se habētes cōsequēter. Tertius prophetales. Quartus nouē li
 bros, eorū qui proprie appellantur Prophetę. Septima difficultas, sup eo qđ
 Hier. in epistola ad Chromatiū & Heliodorū de libris Salomonis cōcludit. Si
 cut ergo Iudith, Tobię, & Machabęorū libros, legit quidē ecclesia, sed in
 ter canonicas scripturas non recipit, sic hæc duo, inqt uolumina, quorū unus
 est Iesu filij Sirach, & alter pseudographus, q̄ sapientia Salomonis inscribit,
 legat qđdem Ecclesia, ad edificatiōē plebis, nō ad autoritatē ecclesiasticorū
 dogmatū cōfirmandā, quorū priorē. i. Ecclesiasticū Hebraicū repperi, scđs a
 pud Hebręos nusquā est. Eandē doctrinā habet in galeato prologo, ubi pla
 ne uidetur Hier. extra canonē ponere Sapiētiā, Ecclesiasticū, Tobię, Iudith,
 & Machabęorū libros, q̄s tñ inter canonicas scripturas habēt, tenent, reputāt,
 & numerāt ecclesiastici patres, Tertull. Cyp. Aug. & ceterorū plurimi, q̄ pro
 miscue cū alijs scriptis canonicis citantes ex huiusmodi libris sententias, tanq̄
 diuino spiritu editas. Sic Tobias, Iudith, & Machabęorū ab Augustino sup
 putantur

putant inē canonicas scripturas in eodē ordine in q̄ sunt, Iob, Hester, & duo
 Esdrę, qua ratiōe Hieron. istos intra, illos uero extra canonē & inē apochry
 pha locet, quorū autoritas ad roborādum ea, q̄ sunt fidei minime est idonea.
 Rursus libri supradicti, si ad autoritatē ecclesiasticorū dogmatū cōfirmā
 dā nō sunt idonei, q̄ ratiōe antiquissimi patres, ut Irengus, Tertul. Cyp. Orig.
 & Aug. ex his libris tāq̄ canōicis, & diuino spiritu editis, sententias fidei ista
 biliri conati sint. An in re tā ardua, tantiq̄ momenti ambulādum sit sub dis
 uersis hoīm opinionibus, & controuersijs; ut incertus nobis relinquatur nu
 merus diuinorū uoluminū, & nondū ecclia Chriana certo sciat, q̄ in canone
 bibliorū, q̄ uero extra canonē libri sint aestimādi. Octaua difficultas, qua rōe
 stare poterit, qđ antiquissimus Iren. affirmat, Mat. scripturā edidisse euangelij
 Hebraico fermōe, dū Petrus & Paulus Romę euangelizarēt & fundarēt ecclia,
 cū tñ Eusebius Cęsareensis in chronicis doceat, Matheū in Iudęa scripsisse
 euāgelijū anno iij. Caij Cęs. Calig. i. quē cucurrit annus a morte Chri octauus,
 q̄ Iōge p̄cessit scđm Neronis annū, q̄ fuit xxvi. a morte Chri, in q̄ Paulus uin
 ctus Romā mittitur, quēadmodū dicūt Hiero. in lib. de uiris illustribus, &
 Eusebius in chronicis. Vñ & Matheus añ annū a passioe Chri xxv. uidet ex
 tra Iudęā iā fuisse missus i. Ethiopiā, in qua supra xxx. annos euāgelizās, gla
 dio occidit. Itē si Matheus suū ediderat euāgelijū, dū Paulus p̄dicabat Romę,
 q̄ mō Lucas, q̄ post Matheū p̄bat cōscripsisse euāgelijū, cōmendať a Paulo,
 tanq̄ euāgelista, cuius laus, inqt, est in euāgelio p̄ oēs ecclias, & id qđ ē in ij. ad
 Corinthios, q̄ cōstat Paulū scripsisse, anteq̄ Romā uinctus duceret. Deinde q̄
 mō stare poterit, qđ idē Iren. affirmat post excessum seu exitū, aut mortē horū
 Pet. & Pau. Marcū nobis tradidisse p̄scripta euāgelia, q̄ a Petro annūciata
 audierat, cū tñ Hier. & ceteri patres tradāt Petrū uidisse euāgelijū Marci, sua
 qđ autoritate p̄batū ecclie legēdū edidisse. Insup qua ratiōe dicat Orig. Iōā
 nē scripsisse Apocalypsim, postq̄ suū scripsit euāgelijū, cum tñ plogus sup
 Iōannē, asserat eūdē Iōannē in Asia scripsisse euāgelijū postq̄ Apocalypsim
 iam scripsit relegatus in Panmō insula. Postremū, q̄ mō stare poterit euāge
 lium Mat. esse Hebraice scriptum, cum textus ip̄e noīa Hebraica inter p̄ter, di
 cēs Emanuel, qđ interpretat, nobiscum deus. Eli Eli lama sabachthani, hoc est,
 Deus meus, Deus meus & c. q̄ interpretatiōes Hebraici sermonis, in textu euā
 gelij Hebraice scripto stare nō possent. Videt ergo euāgelijū Matthei non
 Hebraice, sed Græce scriptum, p̄ferri etiā cum euāgelijū Hebraice scrip
 tum nusq̄ reperiat. Nona difficultas, qua rōne dubitat in Chriatorū schola, q̄
 nā fuerit author libri Iob, aut Psalmorū, aut Iudicum, aut libri Regum, cum tñ
 doctores tradāt libros eos eē apocryphos, q̄ sunt sine certo autore, ut habet
 glo. in ea. canones, distinct. xvi. Eadē ē dubitādi rō de Apocalypsi Iōan. & de
 ep̄ta ad Hebręos, de quibus dicit Hiero. in ep̄ta ad Dardanum qđ Gregorę ec
 clesię nō suscipiunt Apocalypsim Iōan. quēadmodum nec ep̄istolā ad Hebrę
 os recipit Latinorū cōsuetudo, de qua & in lib. de uiris illustribus. Ep̄stola
 q̄ ferē ad Hebręos nō Pauli credit, p̄pter styli sermonisq̄ distātiā, sed uel
 Barnabę, iuxta Tertul. uel Lucę Euāgelistę iuxta qđsdā, uel Clemētis postea
 B iij Romanę

Diuersitas
 citatur inter
 Hiero. & Au
 gustinum.

Argumentum
 sumptū ex di
 uersitate sen
 tentiarū pa
 trum.

Difficult. 8.
 Lib. 4. cōtra
 Valent. ca. 1.
 Eusebius.

Contra Va
 lēt, cap. 1. li. 4

Difficultas
 nona.

Hierony.

Romanae ecclesie episcopi. Idē in cōmentarijs sup̄ Isaiā cap. vi. Pauli q̄quid circo eplā ad Hebræos cōtradicit̄, q̄ ad Hebræos scribēs utat̄ testimonijs q̄ in Hebræis uoluminibus nō habent̄. Itē in cōmentarijs sup̄ Isaiā, eodē cap. vi. & cap. viij. Epistolam ad Hebræos latina cōsuetudo int̄ canonicas scripturas nō recipit. Decima difficultas, qua rōne stare poterit q̄ apud Hieronymum in lib. de uiris illust. dicitur de epistola Iacobi, q̄ ipsa ab alio q̄dā sub nomine eius asserit̄ edita, & paulatim p̄cedente tēpore obtinuerit auctoritatē, cū tñ neq̄ cōsuetudo temporis, neq̄ tacitus ecclesie cōsensus, possit efficere, ut ulla doctrina incipiat esse uera, canonica, & diuinae auctoritatis. Neq̄em̄ est in potestate hominum facere, ut non scripta prius, aut nō aedita, aut nō reuelata diuino spū, postea incipiat eodem diuino spiritu edita eē & reuelata. Eadē dubitādi ratio eē uidet̄ de Apocalypsi Ioānis, de eplā ad Hebræos, de sc̄a & tertia Ioannis, & sc̄a Petri. Undecima difficultas, qua ratione omnis illa historia de Susanna, q̄ ut inq̄t Ruffinus, iā olim ante multos annos castitatis exemplū praebebat ecclesijs, a diuo Hiero. abscissa est, reiecta, & posthabita? Cur triū puerorum hymnus, qui maxime diebus solennibus in ecclesia dei canitur, ab eodem Hiero. e suo loco penitus erasus est, & inter apocrypha deputatus? An omnis qui putabat Susannā nuptis, & innuptis exemplum pudicitiae praestitisse, deceptus fuerit? An omnis qui putabat, q̄ puer Daniel spiritu sancto fuerit repletus, & arguerit senes adulteros, errauit? Sic olim ante mille annos argumentatus est cōtra Hiero. Ruffinus. An oīs ecclesia per orbem terrarum, siue eorū q̄ in corpore sunt, siue eorū q̄ ad Dñm perrexerunt, q̄ hymnū triū puerorum in ecclesia Dñi cecinerint, errauerint & falsa cecinerint? Ad haec difficultas ē, cur sancti patres Cyp. Amb. & alij citauerūt sententias ex libris apocryphis, ut ex Baruch, ex iij. & iij. Esdrae libris, q̄s tñ extra libros canonicos, & episcopi, & patres posuerūt, Cū nō sint in ecclesia Ch̄i res ullae p̄pter quas rā turbat unitas fidei & pax ecclesie q̄ in sacris literis cōtrariae interpretantiū sententiā. Idcirco ne p̄pter hęc & id genus alia, scandalū occultū patiat̄ mens uere Ch̄iana, nō erit inutile cōsiderare, & examinare huiuscemōi sanctorū patrū apparatus diuersitates, sup̄ q̄bus dū ostēsum fuerit, inter ecclesiasticos patres, nullā in re ipsa, aut fidei aut Christianae religiōis eē cōtrouersia, simul & aptus erit q̄rundā error, p̄sumētium hoc nō seculo penitus contemnere auctoritatē librorū Sapiētiae, Ecclesiastici, Tobiae, Iudith, Machabæorū, Apocalypsis, epistolę Iacobi, epistolę sc̄ae Petri, sc̄udę & tertie Ioannis, & eius quae inscribit̄ ad Hebræos.

¶ Sequitur tertium caput huius libri, in quo recēsentur singulorum librorū auctores, tam ueteris q̄ noui testamenti. Distribuemus aut̄ caput istud in partes tres, in quarum prima de libris ueteris testamenti receptis ab Hebræis, & de auctoribus illorū tractabimus. In secunda de ueteris test. libris non receptis ab Hebræis discernemus. In tertia uero de scripturis canonicis noui testamenti.

Hieron. in p̄fatione sup̄ librum Regū.

PRO dissolutiōe ergo oīm harū difficultatū sciēdū, q̄ manifestū ē ex p̄logi galcati v̄bis, Hieronymū supputare illic canonē librorū nō ecclesie Ch̄ianae, sed synagoge Hebræorū. Viginti duas literas eē apud Hebræos, inq̄t, testatur Syrorum & Chaldæorū lingua. Cōsequenter p̄ tertiā personam

psonā loq̄tur sp̄ tanq̄ recitās Hebræorū sn̄as, tribuēs ordines, & noīa librorū secūdū cōsuetudinē Hebræorū, q̄ sic in triplicē ordinē distinguūt̄ scripturę sacre canonē. Q̄ ergo cōcludit, q̄cqd̄ extra hos est, int̄ apocrypha est ponēdū. Et igit̄ Sapiētia, q̄ uulgo Salomonis inscribit̄, & Iesu filij Sirach liber, Iudith, Tobias nō sunt in canone, int̄elligere debemus, nō sunt in canone, quem Hebræi diligentia succedētium sacerdotū custodierūt. Nō oportet aut̄ cōsequēs esse, si nō sint apud Hebræos in auctoritate, q̄ ergo nō sint in auctoritate recipiēdi apud Christianā eccliam, q̄ diuinitus edocta, totum nouum testamentum (q̄ Iudæi reiciūt) cū q̄busdā libris añ euāgelia aeditis sub canonica auctoritate tenet & p̄dicat. Sūt q̄dē eloq̄a dei ab Hebræis trāslata, & deuoluta ad eccliam Christi, & manēt ueteris instrumētū scripturę Iudæis & Christianis cōēs, etiā in diē usq̄ hodiernū. Sed Iudæi iā Christū sinē oīm p̄phetarū abnegātes, uerā earundē scripturāz̄ intelligentiā p̄diderunt, & reiciētes oēs interpretatiōes, expositiōes, doctrinas, & uolumina q̄ palā sonāt̄ Christū, multa in suarū scripturāz̄ canonē nō recipiunt, recepta postmodū ab ecclia Ch̄iana, de q̄bus q̄d̄ sint uerissima, & diuino spiritu aedita Ch̄ianis iā olim Eccl̄ijs innotuit. Hęc ergo, ut capiamus facilius, operipretū est p̄noscere, q̄ nā secūdū Hebræorū traditionē phibeant̄ singulorū librorū ueteris testamētū auctores. Primū Moyses scripsit libros v. q̄ cū leges Dei cōtineāt, populo p̄ Moysen datas, thorat. i. lex sunt appellati. Añ Moysē nulla habemus diuina rū scripturāz̄ monimēta. Enoch aut̄ scripsit q̄dā añ Moysen eplā Iudę Ap̄ta testat̄. Itē sub, Moysē fuisse librum quēdā bellorū Dñi, testatur ipse Moyses Numeri xxi. ubi legimus: Vnde dicit̄ in libro bellorū Dñi, sicut fecit̄ in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnō. Quis sit iste liber Enoch, uel ubi sit, aut q̄s sit liber bellorū Dñi, q̄ itē sint Dñi bella, nō aperuit scriptura. Sūt q̄ dicāt̄ librū illū bellorū Dñi esse narrationē Dei, q̄ reuelata erat Moysi, cui manū festauerat Deus se facturū in torrentibus Arnon, sicut fecerat in mari rubro. Augustinus aut̄ dicit̄ nō esse negādū tunc fuisse libros, siue Chaldæorū, unde egressus ē Abrahā, siue Aegyptiorū, ubi, ut testat̄ Lucas in Actibus, didicerat Moyses omnē illorū sapiētia, siue cuiuslibet alterius gētis, in q̄rū librorū aliq̄ potuit hoc esse scriptū, licuit Moysi pleno Deispiritu, uñ uoluit testimoniū uerū sumere. Sed nō ideo oīa q̄ ibi sūt scripta cōfirmat. Amplius Iosue x. & in secūdo regū cap. primo, citat̄ liber Iustorū Dñi, itē primi Paralipomenō ultimo, cōmemorant̄ lib. Samuelis p̄phetę, & lib. Nathā p̄phetę, & uolumē Gad uidētis. Deinde & secūdi Paralipomenō nono memorāt̄ scripturā Nathā, & lib. Ahie Silonitis, & uisio Ado uidētis, reliq̄ inq̄t, operę Salomonis primorū & nouissimorū scripta sunt in v̄bis Nathā p̄phetę, & in lib. Ahie Silonitis, in uisiōe q̄q̄ Ado uidētis. Itē secūdi Paralipomenō secūdo reliq̄ gestorū Iosaphat primorū & nouissimorū scripta in v̄bis Iehu. Rursum secūdi Paralipomenō xxxiij. memorāt̄ sermones Regū Israel & sermōes Osaī. Ex q̄bus manifestū est in scripturis canonicis cōmemorari pluriā, q̄ in alijs libris inueniri dicunt̄, q̄s p̄phetę scripserūt, nec tñ inueniūt̄ in canōe, quē nūc fidelis populus recipit. Vide de hoc si placet, Aug. xxiij. de Ciui. dei, ca. xxxviij. Hiero. in cōmēta

Iudæi ueritas scripturę int̄lectū non habent, reiecta cōtes omnes libr. q̄ Ch̄ianū palā sonant, & idcirco reiciunt lib. Sapiēt.

De singulorū lib. ueteris testamētū scriproribus.

Liber bellorū dñi.

August.

Liber iustorū dñi.

August.

rijs sup Ezzechiele capite xvij. librū Geneleos dicit appellari librū iustorū. Sed in q̄stionibus Hebraicis sup Regum li. tractās id qd̄ ait, ecce scriptum est in libro iustorū. Liber, inq̄t, iustorū, est liber Samuelis, ubi cōtinent, pphete iusti, Samuel, Gad, & Nathā. Nō mirz ergo, si a n̄ Moysen nullū habeamus librū manu scriptū, & t̄m in ip̄o Moysē legamus cōmemorationē fieri libri bellorū dñi. Post Moysen uero, Iosue cōscripsit historiā de trāsitu filiorū Israel p̄ Iordanē, & subuersiōe imp̄iorū regnorū, & de diuisiōe terre sancte, in q̄ designat̄ spirituale regnū celestis Hierusalē. Deinde post mortem Iosue, scripta sunt gesta Iudicū, & principū in terra sancta, q̄z̄ historias sparsas & diuisas, secundum successionis seriem tūc pridem editas, Samuel collegisse creditur in unū uolumen, qd̄ uocamus Iudicum, cui & adiecit historias Ruth Moabitidis. Sunt q̄ Ezzechiā, alij Esdrā hos libros edidisse dicāt, & post Iudicum, eundem Samuelē collegisse gesta Heli, Saul, & Dauid, in i. libro Regū recitata, usq̄ ad suā mortē, postq̄ cetera eiusdē Dauid gesta, usq̄ ad obitū illius, Nathan, & Gad pphete scripsisse uidebunt, p̄t̄ id qd̄ d̄r̄ in fine primi Paralipomenōe gesta Dauid regis, priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis uidētis, & in libro Nathan pphete, & in uolumine Gad. Ex q̄ sn̄ia consequēs uidēt, Samuelē cōscripsisse gesta Dauid, & ita eundē edidisse i. librū Regū, salte usq̄ in cap. xxv. ubi Samuel moriē. Deinde Gad & Nathā scripsisse partes sequentes, finē ij. uidelicet libri i. usq̄ in finē ij. libri. Sed istud nō oportet. Sigdē libri secundū Hebrēos inscribunt huius uel illius, nō semp̄ ob id, q̄ is uel ille fuerit illius libri autor, sed interdū ob aliā causam. Nā secundū Hiero & ceteros, prius & secundus Regū apud illos inscribunt esse Samuelis. & t̄m est manifestū nō ambos esse editos a Samuele, quēadmodū ostēdit difficultas ij. Vnde Isidorus, & alij antiquissimi patres tradūt Samuelē scripsisse primā partē primi libri Regū, Dauid autē scripsisse sequētia, usq̄ ad calcē ij. libri. Post moriē autē Dauid, ceterorū regū Israel gesta in ij. & iij. libris Regū scripta (q̄ & sparsa fuerāt p̄ singulorū regū historias) a diuersis pphētis scd̄m seriem successionis de scriptas. Alij Esdrā, alij Hiero. in unū uolumē collegisse tradunt. Sed q̄ Hieremias id fecerit esse uerisimilius, ex eo conijcit, q̄ ultimi libri regū, & libri Hieremias s̄lis est finis. Sed in oibus his doctrina beati Greg. Papę teneat. Dei spiritus hęc scripsit, q̄ ad scribēdū inspirator extitit, & p̄ hoēm foris in mēbrana scribēre, hęc scripta ad nos trāsmissit. Libri autē iij, pphetarū maiorū, & xij. minorū singuli suorū autorū nōibus sunt inscripti. Duorū Paralipomenō, q̄s in unū uolumē collegerit a q̄busdā incertū credit, q̄q̄ Rabbi Salomō dicat Esdrā pphētā in unū uolumē collegisse singulorū regū historias sparsas, & a diuersis pphētis secundū seriem successiōis scriptas. Danielis pphētia a Daniele credit esse conscripta, posito in captiuitate Babylonica duarū tribuum. Daniel hic (inquit Hiero.) apud Hebrēos nō int̄ prophetas, sed int̄ eos, qui Hagiographa scripserunt, computatur, nec habet in Hebræo uolumine trium puerorum hymnus, nec Susannę historia, nec Belis draconisq̄ fabula, q̄ uel ex editiōe septuaginta, uel ex Theodotiōis trāslatiōe sunt desumpta. Quibus autem seculis gesta sint ea q̄ scribuntur in lib. Iob, nō oportet curiosu

inqui

inquirere, nisi quatenus ad intellectu eiusdē historiæ & scripturarū cōducatur. Pro q̄ nō erit inutile considerare caput Genesis xxxvi. ubi reges citantur qui regnauerunt in Edō, in qua & ipse Iob regnasse scribitur. Primus in ea regna uit Balach, filius Beor. Post hunc Iobab, quē Augustinus sup Genesim, & Ambrosius in cōmentarijs ad Romanos dicit fuisse Iob. Hebræi autē, q̄s imitatur Hieronymus in libro de q̄stionibus Hebraicis dicit Iob nō de Esau, & Edō, q̄ sunt de Abrahā, sed de Hus, q̄ de Nachor fratre Abrahę est, descēdisse, quē admodum docet historia Genesis xxij. q̄ Nachor frater Abrahę ex Melcha uxore genuit Hus primogenitū, a q̄ Hebręi dicunt fuisse eū q̄ dicitur in libro Iob: Vir erat in terra Hus nomine Iob. eumq̄ q̄ in libro numerorū Balaā, ariolus siue diuinus appellat̄, Hebręi tradūt fuisse eū, q̄ in libro Iob dicit̄ Helim, primo uirū sanctū, & prophetā Dei extitisse, postea p̄ inobediētiā & auaritiā muneris dū maledicere cepit Israelē, diuini siue arioli uocabulo nuncupatū. Sed de hac cōtrouersia in alijs. In presentiarū sufficiat scire, q̄ & si scriptura in Genesi, enarrans gesta longe ante Moysi tempora, eiusdē Iob meminerit, non t̄m inde consequens est, quod is lōge ante Moysi tempora extiterit. De authore autē libri in p̄logo eiusdē libri tradit Origē, ea q̄ illic scribunt, esse interpretata a magno illo uiro Moysē in Hebraicā linguā, atq̄ filijs Israel tradita. Iam uero a lxx. ex Hebræo in Gręcū translata. Sicut olim Moyses inq̄t, librū illū in Ægypto ex Syro in Hebręū trās tulit, ita lxx. sub Ptolemęo ipsum ex Hebręo in Gręcū trās tulerunt, & inde p̄ uniuersas gētes beati Iob scriptura diuulgata est. Primū qdē Syriace scripta in Arabia, ubi & Iob habitabat, postea uero & in Hebręis, & in Gręcis & in oibus gētibz̄ interpretata. Erat qdē historia hęc Syriace ex parte pridē scripta, sed nō ita diligēt, nō ita uigilāter quēadmodū postea a Moysē. Solę em̄ respōsiōes ac replicatiōes a primordio scriptę sunt. Nā q̄s illorū poterat nosse, q̄mō uenirent angeli, & starent corā dño, uel quomodo diabolus uenerit, & quid dixerit, quidue responderit, nisi solus Moyses spiritus sancti reuelatiōe, sicut nemo alius poterat nosse, uel dicere, uel scribere, quę solus pater ad solū filiū loq̄utus est, dicēs: Faciamus hoīem ad imaginē &c. sic similit̄ nullus illius tēporis poterat nosse, q̄ Deus in secreto ad diabolu dixerat, nisi propheta cui cūcta sunt reuelata. Magnus itaq̄ ille Moyses scripsit passionē Iob, & dolorē, atq̄ constantiā, & p̄ cōsolatione dedit eam filijs Israel. Hac Origenes. De hoc autē & Gregorius sic loq̄tur: Alij Moyses, alij quēlibet ex pphētis scriptorē huius libri fuisse suspiciāt. Sed q̄s hęc scripserit, ualde superuacue querit, cum tamē author libri spiritus sanctus fideliter credatur. Arbitrari tamen uerius possimus, q̄ idem beatus Iob, qui certamina spiritualis pugne sustinuit, etiā cōsummatae suę uictorię gesta narrauit. De libro psal. Hiero. ad Sophronium: Scio inquit, quosdā putare psalterium in quinq̄ libros esse diuisum, & ubicumq̄ apud septuaginta interpretes scriptum sit, fiat fiat, finis librorū sit, pro quo in Hebræo legitur, amē amen. Nos autem Hebręorum authoritatē sequuti, & maxime apostolorum, q̄ sp̄ in nouo testamēto psalmoz̄ librū nomināt, unū asserimus esse psalmoz̄ uolumē, & in eodē v. libros cōtineri, sup q̄ habes Hiero. sn̄iam ad Cypri. presbyterū.

De authore

De lib. Iob.

Genes. 16.

Hiero. sentētia de Iob.

Numeri 27.

De Authore lib. Iob scribit Origē.

Moyses trās tulit librū Iob ex Syro in Hebraicū

Iob primo.

Gregori. de libro Iob in Esar. in Iob

De authore libri Iudicū, dubia sententia.

Dubia sententia super eo, quoniam fuit scriptor libri Regū.

Libri Biblię non sp̄ iacitū iantur a suis autoribus. In Esar. in li. Regum, Isidorus lib. 6. cap. 2. Gesta regū Israel a diuersis pphētis in unū uolumē collecta.

In prefatione in Iob.

De libris Paralipomenō.

Hieronymus de Esar. de in prefatione in Daniel.

De Psalterij
auctore.

De auctore libri psalmodum Hiero. in libro ad eundem Cyprianum, Errant inquit, qui arbitrantur omnes psalmos Dauid esse, & non eorum, quorum nominibus inscribuntur, ut Dauid, Asaph, Idithū, filiorum Chore Eman, Ebrahe, Moyse & Salomonis, & reliquorum quos Esdras uno volumine comprehendit. Nonagesimo octavo psalmo secundum Hebraicam ueritatem titulus nullus est, & idcirco ait illum esse auctorem Moyse, sicut & praecedentes illius sunt. Et solvens argumentum quod modopossit esse Moyse psalmus, quod meminit Samuel, quod logo post Moysen fuit. Moyses & Aarō in sacerdotibus eius, & Samuel in ter eos, quod inuocant nomen eius. Respondet prophetarum esse nomen Samuelis, sicut & Iosue. Quemadmodum est Cyrus proprio nomine uocatus antequam natus. Item psalmos in libro psalmodum collocatos, docet Augustinus in prologo super Psalterium, non omnes a Dauid esse editos. Ipse enim Dauid ex omni populo quatuor principes spiritu sancto mundatos elegit, quorum nomina sunt Asaph, Emā, Ethā, Idithū, ut in quocumque diuinus spiritus intrasset, hymnum Deo caneret. Dauid ergo solus nouem psalmos ore proprio cecinit, reliqui autem ab illis quatuor prin-

Aug. 17. de ciuit. Dei. ca. 14

Matth. 23

cipibus iuxta titulum inscriptionem sunt dicti. Hec ille. At contra idem Augustinus xvij. de ciuitate Dei: Psal. ceterimus nonus non ipsius Dauid tanquam auctoris, sed ipsi Dauid tanquam ab alio coaptatus inscribitur, quem tamen ex doctrina Christi constat ab ipso Dauid esse compositum. Quamobrem recitatis opinionibus doctorum, Mihi, inquit, credibilius uidentur existimare, quod omnes istos psalmos operi Dauid tribuunt, eumque aliquos praenotasse etiam nominibus aliorum aliquid quod ad rem pertinet figuratibus. Neque mouere debet ad hoc non credendum, quod nonnulla prophetarum nomina, quae post tempora Regis Dauid fuerunt, quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta, & quae ibi dicuntur, uelut ab eis dici uidentur. Potuit etiam spiritus prophetarum Dauid, haec etiam futurorum prophetarum nomina reuelare, sicut rex Iosias regnaturus post annos amplius quam trecentos, cuiusdam prophetarum cum suo nomine reuelatus est. Vides igitur quae ambigua sit sententia de auctore librorum Iob & Psalmodum, de quorum tamen librorum auctoritate nullum unquam fuit dubium. Sic & super auctore historiae Hester, anceps est inter doctores catholicos sententia. Sunt quae Esdrā, sunt quae alium quandam posteriorē Esdra illius auctorem esse arbitrantur. Isidorus sex-

s. Reg. 11. Cap. 2. De lib. Hest.

Isidorus.

Eusebius.

to Etimo, Hester librum Esdras scripsisse, inquit, creditur. Eusebius autem alium posteriorē quandam docet edidisse ipsum, existimans historiam illam post mortem Esdrae contigisse. Quemadmodum ergo de tempore super rebus illius historiae gestis doctores uariant, quibusdam dicentibus Dariū Longimanū fuisse Assuerū illum, sub cuius regni anno xij. Aman suspēditur, fors in urnā mittitur, Mardocheus liberatur. Alijs autem dicentibus Assuerum illum fuisse Dariū Mnemonem. Ita & de scriptore eiusdem historiae uaria est sententia. Eusebius in chronicis aestimans Esdrā & Neemiā sub Dario Longimano insignes haberi, suasque historias texuisse, reprobatur sententiam opinantium ea quae de Hester, & Mar-

Varia sententia de Assuerō.

Varia sententia de auctore lib. Hest.

docheo sunt scripta, esse gesta sub Dario isto Longimano. Ea inquit, quae de Hester & Mardocheo scripta sunt, quidam affirmant sub hoc Rege scilicet Dario Longimano gesta: quod ego non puto. Nunquam enim Esdras de Hester siluisset, qui scribit hoc tempore Esdras & Neemiā reuersos ex Babylone.

Hic ergo

Hic ergo in primis sciendum est, historiam Hester in diebus Assueri regis complectam esse, neminem dubitare. Sed quis fuerit Assuerus, & quae ipse tempore regnauerit, incertum est, etiam grauissimis uiris hac in re dubitantibus. Iosephus hunc Assuerum fuisse affirmat Artaxerxē Longimanū Xerxis filium, inter Persarum reges septimum, a Cyro primo supputandum, sub temporibus, quibus & Esdras in libris sibi intulatis, suam contexit historiam. Verum Eusebius, ut iam patuit, sententiam istam refellit, ratione motus, quod Esdras nequaquam res suo tempore de Hester gestas praeterisset. Sed hic sciendum, quod secundum ea quae refert Iohannes Annius ex Philone, neque Iosephus, neque Eusebius, uidentur hac re plene attingere ueritatem, considerata temporum chronographia secundum probatissimum Metasthenē, eundemque Philonē disertissimum. Verum quid est, quod docet Eusebius, Assuerum illum & Hester fuisse Dariū Artaxerxē Mnemonē, sed aberrare uident, docēs Esdrā & Neemiā, reuersos ex Babylone, sub Dario Longimano, quos ex secundo, & tertio, & ultimo cap. secundum Esdras constat uixisse usque ad annum uigesimalium & trigesimalium regni illius Assueri Artaxerxis, sub quo Eliasis erat sacerdos magnus. Is autem Eliasis, non sub Dario Longimano, sed sub Dario Mnemone magno Artaxerxe summus sacerdos extitit, quemadmodum Philo in chronographia Pontificum Iudeorum demonstrat. Proinde nobis sequentibus hanc Philonis sententiam, uidentur Esdrā, & Neemiā sub Dario Mnemone reuersos ex Babylone, illum quidem anno viij. regni eius, ut pater primi Esdrae septimo. Hunc autem anno xx. regni eius, secundi Esdrae primo. Probatur hoc esse uerissimum vij. & viij. cap. tertij Esdrae, in quibus significatur iste Artaxerxes regnasse post Dariū Longimanū, Et primi Esdrae septimo, iste Artaxerxes significatur esse rex regum, qualis fuit magnus Artaxerxes, qui & Mnemon. Quibus diligenter consideratis illustratur ingens obscuritas, latens in duobus libris Esdrae, de quo in alijs latius. Ex quibus patet argumentum Eusebij non concludere, opinantis Esdrā non scripsisse librum Hester, propterea quod nunquam de Hester siluisset, si sub primo Artaxerxe, quod se reuersum scribit, res de Hester gestae essent. Nam & reuera sub Dario Mnemone contigit Hester historia, de qua tacuit ipse, qui scribit hoc tempore Esdrā & Neemiā reuersos de Babylone. Unde Darius iste Mnemon, ab Hebraeis Assuerus, a septuaginta autem interpretibus Artaxerxes appellatur. Multi reges communi nomine uocabantur Assueri, Xerxes, seu Artaxerxes. Sunt enim nomina haec, teste Beroso, non propria, sed communis similitudinis, significatiua bellatorum fortium, seu uictorum. Sed uidentur forsitan utraque harum sententiarum non esse congrua ueritati, eo quod Mardocheus pater Hester, non uidentur potuisse peruenire ad tantam annorum aetatem, ad regnum uidelicet Mnemonis Artaxerxis. Nam ut dicitur in capite secundo & tertio libri Hester, Mardocheus iste translatus fuerat de Hierusalē, eo tempore, quo Nabugodonosor rex Babylonis, transtulerat Ieconiam regem Iuda. Unde sequitur eundem Mardocheum sub Cyri tempore, quo laxabatur Iudaeorum in Babylone captiuitas, habuisse supra lxx. etatis annos, totidem nempe annis fuit populus Iuda in Babylone captiuus. A tempore autem laxatae captiuitatis, usque ad regni Artaxerxis Longimani annum duodecimum, defluerunt anni plures quam septuaginta, quibus si ad-

Sententia Iosephi de Assuerō.

Eusebius contra sententiam Iosephi.

Sub quo Dario Esdras & Neemias fuerunt reuersi ex Babylone.

Philonis sententia de Assuerō in lib. Hester, & de Artaxerxe, sub quo ex Babylone reuertitur Esdras.

Obiectio contra sententias dictorum.

dantur, q̄s habuit cū ex Iudæa duceretur captiuus, fient anni ferme centū & 1 Longe autē plures resultabunt, si dicatur historia de Hester, de Aman, & de Mardocheo cōtigisse sub anno duodecimo Artaxerxis Mnemonis, q̄a inter Artaxerxem Longimanū, & istū Mnemonē, teste Philone, intermedius fuit Darius Nothus, qui regnauit annos nouendecim. Cū ergo non sit uerissimile Mardocheum, sub quo completur historia Hester, tot annos habuisse, consequens uidetur non esse uerissimile, eundem Mardocheū attigisse ad duodecimum annum regni eiusdē Artaxerxis Lōgimani, & multo minus ad annū xij.

Rabbi salomonis sententia de Assueri ro.

Artaxerxis posterioris in quinquaginta annis. Proinde Rabbi Salomon, & alij quidam asserunt Assuerum hunc fuisse successorem Cyri primi Persarū Regis ante Dariū regnantis. Cuius meminit etiā textus primi, Esdræ quarto. In regno Assueri, inquit, (ipse est Artaxerxes) quamuis particulam hanc, ipse est Artaxerxes, in Hebræo minime repertam, credamus ab aliquo fuisse textu insertam. Et iste Assuerus siue fuerit, inquit, Cābyles secundus Persarum rex, siue alius quispiam ab Eusebio pretermisus, ante Dariū regnauit in diebus, quibus naturali cursu potuit uixisse Mardocheus, quibus, inquit, fit ut non sequatur absurditas ulla, si dicatur Esdras historiam Hester ædificasse, & non oportuisse eundem Esdrā meminisse Hester, quia propriā & peculiarē historiā de illa contexit. Verum his non obstantibus, nobis magis uidetur esse recipienda Philonis sententia in libro suæ chronographiæ (si tamen liber nō mētiatur suū authorem) tradētis historiā Hester cōpletā, sub magno Artaxerxe, Dario, Mnemone, Assuero, sub cuius seculo fuit Ioachim, summus Iudæorū Pōtifex, usq; ad annum regni Artaxerxis decimū tertium, qui & gesta Hester, inquit scripsit, & memoriā Phurim, i. sortium instituit, horiā te illū p̄ literas Mardocheo, qui decem & octo annos regatam Isaac superauit.

De autore libri Esdræ.

Hactenus Philo, cuius auctoritas supputatiōibus temporum ceteris omnibus est antepōnda, de q̄ latius infra. Neq; obuiat Mardochei etas, q̄a ipse ut spōte testatur Philo, peruenit ad annos centū & nonaginta octo. Vides igitur quā sit inter eruditissimos uiros controuersia de scriptore libri Hester, quē tamen Hebræi certo tenent in sacrarum scripturarū canone, fideliter credentes librū illū nihil aliud cōtinere, q̄ uerissimas, diuinasq; sententias. Proinde an is Ioachim, an alius scripserit illam historiā non est curiosius inuestigandum, cū sufficiat scire eam olim in canone diuinarum scripturarum esse receptam, consensu totius populi Hebræorū, q̄ uenerabiliter semper usi sunt scripturis in canone superius recitatis. Et cū tot secula intercesserint, neq; addere quis unquam, neq; auferre, aut permutare quid ausus est, sed omnibus gentis Hebrææ hominibus (si Iosepho credimus) insita est hæc quodammodo atq; ingenita fides, credere easdem scripturas esse diuinitus inspiratas, Deiq; consulta continentes, ac pro ipsis, si ita res poposcerit libenter & animam ponere. Duo sunt apud Hebræos Esdræ libri canonici, in unū uolumē cōputati. Priorē scripsit ipse Esdras de rebus gestis priusquā ex Babylōe in Hierusalē ascēderet Neemias. Hic est Neemias qui secundū librū scripsit de rebus Iudæorū, & de ædificatione ciuitatis Hierusalē sub suo seculo gestis. Vnde & p̄fatio libri est, Verba Neemig

ba Neemig, qui & in oibus ferme huius libri capitulis de se per primam personam loquitur. Sortitur autē secundus liber nomē Esdræ ob causas duas. Prima est q̄a liber ille cōtinet ea, q̄ sub utriusq; simul sunt gesta. Deinde q̄a scdm̄ Hebræos duo isti libri in unū librū seu uolumē cōnectuntur, q̄ apud Græcos & Latinos in duos libros diuisus ē, ut patet ex plogo galeato. Vñ & ipse Hierony. in plogo Esdræ, Apud Hebræos, inquit, Esdræ Neemigq; sermones in unū uolumē coarctant. Esdras autē quēadmodū & in superioribus patuit clarus haberi in Babylōe anno septimo Darij Mnemōis magni Artaxerxis, q̄ facultatē dedit illi, ut cum populis & sacerdotibus illic relictis, redire in Hierusalē uolentibus, ascenderet in terram sanctam, ad explendū omnia ad dei cultum in templo iam edificato pertinentia, prohibens etiam uestigalia imponi sacerdotibus, dans eidem Esdræ potestatem constituendi iudices ac præsides, qui reos iudicent, siue in mortē, siue in exilium, siue in carcerem, siue in condemnationem substantiæ eorū. Primi Esdræ septimo. Neemias uero clarus habetur, sub eodem Dario Mnemone anno uigesimo quo ex Babylone uenit in Hierusalē sub Eliasib pontifice, habens a rege facultatem rēdificādi muros Hierusalē. Sunt, quemadmodum iam diximus, qui credant Esdras & Neemias reuersos esse, & hanc potestatem accepisse sub Dario Longimano, aut alio quopiā anteriore. Sed hoc uidebitur non stare non posse, ex tertio capite secundi Esdræ, in quo Eliasib sub anno illo significatur fuisse pontifex magnus, qui non sub illo Longimano, sed sub Artaxerxe Mnemone pontifex extitit, si tamē ea, quam refert Annius, sit uera Philonis chronographia, cui & hac in parte est consona glossa ordinaria Bedæ, primi Esdræ septimo.

Esdras.

Neemias.

¶ Secundi capitis pars secunda, de libris ad uetus testamentum pertinentibus, non receptis ab Hebræis inter canonicas scripturas.

Hactenus de libris ueteris testamenti in canone diuinarū scripturarū receptis ab Hebræis, & authoribus illorum. Nunc autē uideamus de libris quibusdā ad uetus testamentū attinentibus, apud Hebræos tū in canone non supputatis, ut sunt Tobig, Iudith, Ecclesiasticus, Sapientig, & Machabæorum libri. Vnde sciendum est, q̄ Tobig, Iudith, Machabæorum libri, quibus authoribus scripti sint incertum est. Creduntur autem nominibus eorum inscripti, non a quibus æditi sunt, sed quorum gesta continent. Tobig historiā ex ipsa historia plane cognoscimus esse completam in diebus Salmanazar, & Scenacherib Assyriorum regum, qui secundum successorem regnauerunt sub temporibus Ezechie regis Iuda, sub cuius regno decem tribus per Salmanazar fuerūt ex Samaria translate in Medorū montes: quod ante captiuitatem duarum tribuum in Babylonem accidit annos centū & tres supra quinquaginta, aut circiter. Historiā Iudith sub temporibus Nabuchodonosor regis Assyriorū, qui regnauit in Niuiue (populo duarum tribuum, iam ex captiuitate laxato) cōpletā non dubitamus, cum id ipsum teste ipsius Iudith historia. Sed quis nā fuerit iste Nabuchodonosor, qui regnauit in Niuiue, atq; Assyria, & in quibus annis hæc sint gesta, inter

De libris q̄s Hebræi a canone separant

De Tobig historia.

Patet 4. Re. 17. & 18. cap.

De historia Iudith.

catholicos patres ambiguum est, praesertim cum Nabuchodonosor non Assyriorum, sed Chaldaeorum rex fuisse legatur: neque in Ninive, sed in Babylone cooperiatur regnasse, idemque in reditu populi Iudaici de captiuitate iam mortuus esse nequaquam dubitatur. Eusebius in chronicis hanc historiam esse completam arbitratur sub Cyri primi regis Persarum successore, quem Graeci Cambysen, Hebraei autem Assuerum, & Nabuchodonosor secundum uocant, qui & populum Hebraeum iam ex captiuitate Babylonica reuersum, in Hierusalem, impediuit ab edificatione templi, ita ut intermissum fuerit opus usque ad annum secundum regni Darii Persarum. Sed huic sententiae obuiant alij per ipsius historici textum in libro Iudith, ubi recitatur hoc uel illud factum anno, aut xij. aut xiiij. regni Nabuchodonosor. Iam ex historijs Graecorum, & Eusebii certo constare uidetur, Cambysen successorem Cyri, non nisi octo annos regnasse. Deinde uidetur, quod neque Esdras suis in libris huiusmodi insignia de Iudith & Nabuchodonosor gestis siluisset, qui historiam de temporibus regum illorum contexuit. Sunt qui hanc difficultatem absoluunt secundum sententiam recitatum superius de libro Hester, dicentes, quod Nabuchodonosor iste fuerit Cambyses, successor Cyri Persarum regis, quem admodum & ipse sensit Eusebius, & quod anni ipsius Cambyses in libro Iudith sub nomine Nabuchodonosor designati, computantur a tempore quo regnare coepit super Assyrios in Ninive, ad huc ueniente Cyro patre suo, & quod apud Eusebium, & alios numerentur sololum eiusdem Cambyses anni, quibus regnauit post obitum patris, quos dicunt octo solum fuisse, & ita non sunt contrariae scripturarum sententiae. Neque oportet, inquit, conueniens esse si Esdras in sua historia non meminerit huius rei sub suis seculis gestae, quod idcirco haec non acciderunt sub temporibus eius, quem admodum & de libro Hester iam dictum est. Verum hic sciendum est, secundum supra dictam Philonis supputationem, Eusebium non esse recipiendum in chronographia monarchiae regum Persarum, in qua tradit templum esse consummatum anno Darii Longimanum, sub Dario quodam, qui regnauerit sex & triginta annos, quod tamen sub Dario Longimano completum fuit: supputationem faciendo iuxta Metasthenis & Philonis chronographias. Proinde his non obstantibus longe aliter uidebitur dicendum nobis, si consideremus quod supra dicti magistri in rationibus temporum imitantur doctrinam Eusebii, Orosii, & aliorum, qui de regibus Persarum eorumque temporibus scribentes, suas sententias mutuati sunt a Graecis, qui (ut Metasthenes in libro suae Cyrographiae inquit) de regibus Persarum & de temporibus illorum solo auditu, & per opiniones scripserunt, & pariter se & alios decepterunt, qui & (ut demonstrat Iosephus contra Appionem) se inuicem de mendacio accusantes, per omnem uitam aberrant. Magis recipiendus uidetur Philo disertissimus, qui in libro suae chronographiae super rationibus temporum regum Persarum Metasthenem Persam de illis publica fide & auctoritate scribentem, sequutus est, qui & super rationibus temporum pontificum, ducum, & regum Hebraeorum, sese sicut septuaginta seniores in scriptis reliquerant, testatur scribere. Is autem & Ioachim filium Iosue sacerdotis magni, gesta Iudith scripsisse, & anniuersariam liberationis memoriam quotannis

quotannis agendam instituisse tradit, sub rege Prisco Artaxerxe Assuero, qui a septuaginta Nabuchodonosor appellatur, qui & regni sui anno decimo tertio audiens Holofernem principem militiae suae a Iudaeis occisum, publico edicto uetuit templum erigi: cui successit filius eius, nomine Darius Longimanus, sub cuius regni anno primo relaxatum est patris aedictum, & regnauit annos triginta septem, cui successit Darius Nothus, regnans annos xix, huic successit magnus Artaxerxes, Assuerus, Darius Mnemō, sub quo historia Hester completur. Et ita Hester posterior Iudith est lxxiiij. annis & ultra. Neque his obstat aetas Mardochei. Nam iuxta Philonis sententiam, ipse uixit annos. clxxxviii. Vtriusque ergo libri, Iudith, uidelicet & Hester, idem est author Ioachim summus Iudaeorum pontifex, Liber Ecclesiasticus apud Hebraeos quidem reperitur, & ad aedificationem morum legitur, sed inter canonicas scripturas apud eos non supputatur. Ex traditione autem ueterum, ut Eusebii, Hieronymi, Augustini, & aliorum certo cognoscimus, Iesum filium Sirach edidisse librum illum ante natiuitatem Saluatoris nostri, annos ferme ducentos, paulo ante tempora Iudaei Machabaei & fratrum eius, & id quidem, ut ex praefatione quam is per quem sermo libri compositus est eidem libro praescripsit, sub temporibus Ptolomei Euergetis regis Aegypti, qui regnauit in diebus Simonis magni pontificis Oniae filij, cuius & ipse meminit in ultimo libri sui capite. Verum hic sciendum, quod secundum sententiam Ioannis Damasceni ueteris theologi Graeci, Iesus pater Sirach composuit Hebraice librum istum, nepos autem eius etiam uocatus Iesus filius Sirach, eundem librum traduxit in linguam Graecam, super quo uide Damascenum libro iij. capite. xvij. Quibus consideratis duo soluantur dubia, quae forsitan uidentur obstare, sumpta ex eadem praefatione. Vnum, quod asserit Iesum suum fuisse auum. Alterum quod asserit se non aedere, sed addere laborem diligentiamque interpretandi librum istum. Ex priore assertione consequi uidetur sententia Isidori, & aliorum tradentium hunc Iesum filium Sirach fuisse nepotem Iesu sacerdotis magni, uiuentis sub temporibus Aggei & Zachariae prophetarum. Sed hoc non uidetur consonum ueritati, cum inter istum Iesum & illum intercesserint anni treceti, nisi forsitan appellatiōe nepotis aut abnepos, aut pronepos intelligatur. Ex altera assertione consequi uidetur, Iesum istum filium Sirach esse non authorem, sed interpretem libri huius. Sed quod prior assertio non obuiet nobis, fiet manifestum, si uideamus chronographiam Philonis, docentis Iesum sacerdotem magnum uixisse annos. c. & xxx. usque ad uiginti simum annum Longimani. Deinde quod neque obuiet assertio altera manifestum erit, considerantibus praefatam Damasceni sententiam, docentis patrem Sirach composuisse Hebraice Sapientiam hanc, quam Graece interpretatus est, nepos Iesu, filius Sirach. Et hoc manifestum est ex eadem praefatione, in qua ipse Iesus filius Sirach loquitur: Auus, inquit, meus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & prophetarum, uolui & ipse scribere aliquid: & reliqua, quibus testatur se uoluisse scribere aliquid horum quae ad doctrinam & sapientiam pertinent, & se, postquam in Aegypto inuenisset libros reli-

C ij ctos neque

Qui apud
Graecos
Cambyses,
apud
Hebraeos
Nabuchodonosor
appellatur.

In numeris
duorum regum,
historiae
Graecorum
videntur
contrariae
scripturae
facris

Metasthenes

Iosephus.

Philo
disertissimus.

De auctore
lib. Ecclesi.

Praefatio
auctoris
lib. Ecclesiastici.

Obiectiones
duae.

Isido. Esim.
lib. 6. cap. 3.

Iesus sacerdos
magnus
uixit annos
centi & triginti.

Et nos neq; paruae, neq; contemnendae doctrinae, multa uigilia attulisse huius libri doctrinam. Vnde & Hiero. ad Chromatium, asserit se repperisse hunc librum Hebraice scriptum. Deinde non arbitramur absurdum, si quis dixerit Iesum filium Sirach, ex diuersis libris inuentis apud Aegyptios, ibidem relictis a Iudaeorum populo, transfuisse sententias in unum hoc uolumen, & ira diligentia & laborem addidisse ad interpretandum librum istum, quem admodum de sententijs scriptis in libris Prouerbiorum, & Sapientiae dicitur in dissolutione quintae difficultatis. Haecenus de libro, qui inscribitur Ecclesiasticus. Sapientiae liber apud Hebraeos nusquam est, hoc est, in Hebraico uolumine apud eos non habetur. Legunt quidem Iudei istum librum sed raro, existimantes illum esse Philonis Iudaei Graeci. Nam & ipse titulus magis Graecam (inquit Hieronymus) eloquentiam redolet. Philonem autem hunc esse quidam putant non eum, cuius iam chronographiae meminimus, q; sub Nerone claruit circiter annu a natiuitate Domini quadragesimum quintum, qui & in laudem religionis Christianae apud primitiuam ecclesiam obseruatae compositus nonnulla, quemadmodum testatur Hieronymus in lib. de uiris illustribus; sed alium quendam Philonem uetustiore peritissimum Graecae linguae supra centum & sexaginta annos ante Christi ortum, sub temporibus Onie pontificis Iudeorum. Quod si uerum est, uidebuntur historici nonnulli propter aequiuocationem nominis Philonis errasse in scribendis illustrium uirorum annis, temporibus, & historijs. Et quia ecclesiastici patres duos hos libros Sapientiam inquam, & Ecclesiasticum propheticos aestimant, ideo non a Philone, qui fuit post Christum, sed ab alio ante Christum creditur editi. De quibus & Augustinus. xvij. de ciui. Dei, capite xx. sic loquitur: Alij duo libri quorum unus Sapientia, alter uero Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem, ut Salomonis dicantur obtinuit consuetudo, non autem esse ipsius non dubitant doctores, eos tamen in auctoritate maxime occidentalis antiquitus recipit ecclesia, quorum in uno, qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi apertissime prophetae, capite ij. In Ecclesiastico autem fides gentium futura praedicitur, hoc modo: Miserere nostri dominator deus omnium, & immitte timorem tuum super omnes gentes. Vides Augustinum plane sentire libros istos spiritu prophético esse editos. Credo igitur illos non post Christum a Philone, sed antea scriptos. De Machabaeorum libris sciendum est, quod Machabaeorum gesta ac facta in libris Machabaeorum descripta habebant olim tanquam uerissima apud ueteres Hebraeos, etiam ante Christum, quibus non ab initio cum supputationibus temporum digesta fuerant, & ordinata, sicut sunt collecta postmodum in duo haec uolumina: non ab eodem, sed a duobus diuersis authoribus, nobis quidem incertis, cuius indicium hoc est, quod primus, si Hieronymo credimus, Hebraice, secundus Graece scriptus inuenitur. Item secundus, epitome, id est, compendium seu breuiarium quoddam est, cuiusdam uoluminis magni editi a Iasone Cyrenaeo, quemadmodum dicit eiusdem libri author in cap. ij. Ab Iasone, inquit, Cyrenaeo quinque libros comprehensos tentauimus uno uolumine breuiare. Quis autem fuerit abbreviator, quibus item temporibus scripserit librum istum, certo non constat, nisi

Sapientiae liber apud Hebraeos nusquam est. Ad Chromatium.

Duo uidentur fuisse Philones.

Aug. de Ciuitate Dei.

Passio domini in lib. Sapientiae.

De lib. Machabaeorum.

Hieron. in prologo galat. Secundus Machabaeorum Iasoni quinque uoluminibus collectus.

stat, nisi forte fuerit Iosephus, qui, ut inquit Hiero. in libro de uiris illustribus, conscripsit librum ualde elegantem, in quo Machabaeorum sunt digesta martyria. Et in secundo contra Pelagianos: Iosephus fertur, inquit, Machabaeorum scriptor historiae. De his Ioannes Annius diligentissimus tempus supputator, sic loquitur: Libri Machabaeorum, qui absque temporibus scripti erant & gesta, & sub quibus regibus acta erant, apud ueteres habebantur. Iosephus autem adhaerens temporibus, apocryphos reddidit, ponens Antiochum illustrē regnasse anno cxxxvij. regni Graecorum, ut primo libro Machabaeorum cap. pri. scribitur, qui tamē regnauit anno clij. ut patet in annalibus Graecorum, per singulos reges Asiae, & Syriae post Alexandrum, quos Eusebius de temporibus erudite notauit. Hanc difficultatem soluit Eusebius in libro suae chronographiae, tradens quod Hebraea Machabaeorum historia supputat Graecorum regnum non ab Alexandro, sed a Seleuco, qui cognominatur Nicanor. Et regnauit in Syria anno a morte Alexandri exacto undecimo, cui numero si addantur quinque anni, quibus Alexander tanquam monarcha imperauit Graecis, confluet numerus annorum clij. Et ita Antiochus regnauit in anno cxxxvij. regni Graecorum, numerando initium regni Graecorum a Seleuco: numerando autem initium regni Graecorum ab Alexandro, regnauit in anno clij. Verum tamen Nicolaus de Lyra eandem difficultatem conatur dissoluerē, supputando initium regni Graecorum ab Alexandro: sed magis inhaerendum est sententiae patrum. Sciscitantibus autem, quam ratione Machabaeorum historiae scriptor non ab Alexandro, qui iam coeperat regnare in Graecia, sed a Seleuco supputauerit. Deinde cur asseruit eundem Alexandrum Macedonem primum regnasse in Graecia, cum Graeci longe ante habuerint reges, ut Argiui, Lacedaemonij, Athenienses. In Macedonia quoque, quae pars est Graeciae, Alexander iste non primus, sed xxiii. rex extitit. Respondeo, quod Machabaeorum historiae scriptor, annos illius regni supputauit, quo uenit ad Antiochum illustrē, sed illud regnum non ab Alexandro, qui fuit multorum regnum imperator, sed a Seleuco habuit initium, qui post Alexandrum super solam Graeciam Iudaeae uicinam, scilicet Syriam, primo regnauit, tandemque iunxit Asiam suo regno. Sciendum est enim quod Alexander monarchiam imperij sui, ueris suis diuisit, dum adhuc uiueret, qui mortuo, per altercationes uarias, monarchia fuit diuisa in regna multa, e quibus unum fuit Syriae, quae anno xij. post eundem Alexandrum, primus obtinuit Seleucus. In hoc regnum reuolutis ab eius initio cxxxvij. annis, successit Antiochus Epiphanes. id est, illustris, qui Hierosolymam occupauit, ritum legis Moysi extinxit, & suam carnem in templo mactari, & simulachra deorum uenerari iussit, omnemque sacrum uasorum apparatus sustulit. Ad aliud respondeo, Alexandrum primum regnasse in Graecia tanquam imperatorē, & totius Graeciae dominatorem. Vnde fidelissimus historiae scriptor Metasthenes tempore illo florēs: Magnus, inquit, Alexander transfudit imperium in Graecos, Seleucus Nicanor successit toti Asiae & Syriae. Haec sunt quae respondebimus calumniatibus, Machabaeorum libros inter apocryphas scripturas esse deputandos, & non ualida esse asserita illic falsa, de regum & temporum supputationibus. Amplius autem est aduertendum, quod secundum Machabaeorum historia non consequens

Solutur difficultates ab Eusebio.

Nicolaus de Lyra.

Questio.

Alia questio.

Respons. ad quaestionem priorem.

Respons. ad aliam quaestionem.

ter se habet, cū gestis descriptis in lib. pri. sed quasi a latere iungēda est illi, cōtinēs q̄dē prioris libri gesta, ut pote uirtutes & bella Iudæ Machabæi contra gentium principes, conātes occupare terrā sc̄tām, destruere Dei leges & diuinū Iudæorū cultū, sed & diffuse etiā, tactans alia multa præclara eiusdē Machabæi fratruq; eius opa, q̄ ab authore primi libri nondū erant scripta, quēadmodū demonstrari potest ex cap. ix. eiusdē libri. Cætera v̄ba bellorū uirtutū Iudæ, quas fecit & magnitudines eius, non sunt descripta, multa em̄ erant ualde. Itē q̄ de zelosissimo Matathia, Machabeorū fratrum patre prioris libri narrat historia, prætermisit scriptor secūdi libri, q̄ studens breuitati, in. v. cap. prætermisit per Matathia gestis, & morte illius sese cōtulit ad Iudā Machabeum filiū eius. Deinde in vij. transiens ad inclita gesta, diraq; martyria, quę Eleazarus, duęq; mulieres, & septē fratres Machabæi, una cū matre perpeffi sunt, p̄ cōseruandis patrijs legibus: subsequēter præclara facta Iudæ Machabæi, usq; in finē libri commemorat, ta citis his, quę post mortē Iudæ Machabæi cōtigerunt, de quibus tñ a cap. ix. usq; in finem plixie satis tractat prioris libri historia. Hactenus de diuinis ueteris testamēti libris.

¶ Sequitur huius capituli pars tertia, de scripturis canonicis noui testamenti.

De libris canonicis noui testamenti.

Nam de canonicis libris noui testamēti, eorū dēq; authoribus, & tēporibus, in quibus sunt conscripti uideamus. Sciendū est aut, q̄ quēadmodū uetus testamētū nō totū simul, sed a diuersis secūdū successiones est Hebraico sermone conscriptū, & ita auctū secundū tēporū & rerū diuinarū incrementa: sic & nouū testamētū nō totū simul, sed a diuersis secundū tēporū successiones ē aeditū. Ex libris ecclesiasticorum patrum ab exordio ecclesię, secundum seriē successiōis scribētū ad nos deuolutis, certo cognoscimus primitiua Christi ecclesiam, immediate a Ch̄ro & ab apostolis edoctā, nōnullis etiā apostolis adhuc uiuentibus, eadem habuisse scripturas. i. eadē quatuor euangeliā, eadē apostolorū Acta, eadē epistolas apostolorū. Insuper eadē eccliam ab initio nō habuisse unq̄ nec alia euangeliā, nec alias apostolorū epistolas, & scripturas tanq̄ diuinas & canonicas, præter has quas nunc in canone testamēti noui, honorat & prædicat tota Christianorū schola. Vnde concors oīm sanctorū patrū p̄fessio, secundū successiōis seriē unanimē utentiū sacrosanctis quatuor euangelijs, alijsq; scripturis apostolicis in nr̄o canone designatis, efficax est argumentū, hūc quē nūc habemus scripturarū canonē, esse uerū & apostolicū canonē, certis suis libris & terminis definitū. Verū hic operepretiū est cōsiderare, in canone scripturarū noui testamēti quædā esse p̄cipua, q̄ semper fuerūt recepta ab oībus q̄ sub cœlo sunt ecclesijs, cuiusmōdi sunt sacrosancta quatuor euangeliā, quæ sup̄mū dignitatis apicē, summāq; autoritatem a tota Christianorū schola habere dignoscunt. Vñ & secūdū doctrinā antiquissimorū patrum, q̄ uicini fuerūt apostolorū t̄pibus, quales sunt Ireneus, Tertullianus, Hieronymus, huiusmodi quatuor euangeliā longe anterant prænunciata, Ezechielis uolumine designata in uisione animalium quatuor, quorū uultus facies hominis, facies leonis, facies uituli, & facies aquilæ.

Deinde

Deinde sequūt Actus ab euangelista Luca descripti. Pauli epistolę nouę ad septem ecclesias, uidelicet ad Romanos una, ad Corinthios duę, ad Galatas una, ad Ephesios una, ad Philipenses una, ad Collossenē, una, ad Thessalonicē, duę. Præterea ad tres discipulos suos, ad Timotheum duę, ad Titū una, ad Pilemonem una. Item Petri una, & Ioannis una. Hęc sunt de quibus nulla unq; extitit dubitatio, quibus & usi sunt patres, qui aut uixerunt sub apostolorum temporibus, aut uicinissimi fuerunt eorundem apostolorum seculis. Alia uero sunt in eodē canone, quæ paulo serius ad notitiā totius ecclesię peruenerūt: cuiusmōdi sunt, epistola ad Hebræos, Apocalypsis Ioannis, epistola Iacobi, secunda Petri, secunda & tertia Ioannis. Hęc iā olim cōsensu totius ecclesię fuerunt q̄dem recepta, sed non sine contradictione, q̄a non ab initio, quemadmodū alię scripturæ, ad notitiā totius ecclesię puenerūt. Cuius indicium hoc est, q̄ multi p̄celebres ecclesiastici scriptores nō legunt usi fuisse se testimonijs ex huiusmodi scripturis. Verū nihil refert qualiter quę fuerit olim super huiusmodi libris a quibusdā dubitatū, cū nunc uniuersalis ecclesię candor quemadmodum patet ex prologo Hieronymi ad Paulinum, omnia supra dicta in canonem recipiat diuinarum scripturarum: sequēs nō solum huius temporis cōsuetudinē, sed & autoritatē q̄rundā scriptorū ueterū, q̄ uicini fuerunt apostolorū t̄pibus, q̄ facile poterit esse manifestū cōsiderantibus sententijs patrum, quas recensuimus in pri. cap. libri huius. Ireneus, Clemens, Hierony. de epist. ad Hebræos & Apoc. Ioann. De epistola ad Hebræos habet Clemens Alexadrinus, q̄ ipsa ē manifeste Pauli apostoli, a Luca ex Hebræo in Græcum translata. Idē de eadē epistola ad Hebræos cōcordiē senserūt Origenes & cæteri antiquissimorū patrū Græcorū, quēadmodū in Apocalypsim Ioannis cōsenserūt antiquissimi scriptorū Latinorū. Vnde & de utroq; sic habet Hieronymus ad Dardanū: Epistola q̄ inscribit̄, inq̄t, ad Hebræos, nō solū ab ecclesijs Orientis, sed oībus Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli apostoli suscipiūt: licet pleriq; eā uel Barnabæ, uel Clementis arbitrent. Verū nihil interest cuius sit, cū sit ecclesiastici uiri, & quotidie ecclesiarū lectiōe celebret. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit inter canonicas scripturas, nec Græcorū quidem ecclesię Apocalypsim Ioannis eadem libertate suscipiūt, & tñ nos utraq; suscipimus, nequaquā huius t̄p̄is cōsuetudinē, sed ueterū scriptorū autoritatē sequentes, q̄ pleriq; utriusq; utuntur testimonijs, nō ut interdū de apocryphis solent, sed quasi ecclesiasticis & canonicis. Proinde si Tertullianus, Lactantius, Cyprianus, cæteri q̄ uetustissimi scriptores Latini, non inueniuntur usi testimonijs ex epistola ad Hebræos, nō oportet inde consequēs esse, eandē epistolā nō esse recipiendā inter canonicas scripturas. Vnde & de epistola ad Philemonē sic loquitur Hieronymus: Fuerūt, inq̄t, olim q̄ noluerūt inter ep̄las Pauli, eā quæ scribitur ad Philemonē, recipere, quę & a plerisq; ueteribus repudiata fuit, tanq̄ nihil habēs q̄ edificare nos possit, dū cōmendādi tantū, nō docēdi officio scribat. Sed sciēdū est inq̄t, q̄ nunq̄ in toto orbe, a cunctis ecclesijs fuisset suscepta, nisi apli Pauli crederēt.

D iij Item

Ecclesia apostolis adhuc uiuentibus eundē scripturæ canonem habuit.

Quatuor euangeliā, & non plura fuerant ab initio recepta.

Ireneus.

Clemens.

Origenes.

Hierony. de epist. ad Hebræos & Apoc. Ioann.

Hierony. in p̄mio epi. ad Philemo.

De epistolis
canonicis Io
annis & Petri.

Item epistola Petri prima, Ioannis prima, semper ab omnibus susceptae sunt ecclesijs. Secunda autem Petri a plerisque eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam; sed ex hoc non esse consequens, eandem non esse Petri epistolam ostendit Hieronymus, questione undecima ad Hedibianam. Deinde antiquissimus Anacleus beati Clementis successor, qui in epistola quam scripsit uniuersis episcopis in Italia constitutis, dicit se presbyterum a beato Petro ordinatum. In epistola quam scripsit omnibus episcopis, & cunctis fidelibus, utitur sententia ex ultimo capite epistolae secundae Petri, dicens: sicut charissimus noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quaedam difficultates intellectu, quae indocti deprauant. Sumit & ibidem sententiam ex epistola Iudae, qua dicitur: Vos autem charissimi memores estote uerborum quae praedicta sunt ab apostolis domini, quae dicebant uobis, quoniam in nouissimo tempore uenient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos &c. Postremum secundam & tertiam Ioannis, unam Iacobi, & unam Iudae, ante longa tempora non dubitauit ecclesia, esse uerorum apostolorum scripta, connumerans easdem ceteris canonicis epistolis, de quibus & Hieronymus in epistola ad Paulinum: Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas, septem ediderunt epistolas, tam mysticas, quam succinctas, quae breues pariter & longas, breues in uerbis, longas in sententijs, ut rarus sit, qui non in earum cecutiat lectione. Haec tenus de canonicis noui testamenti libris iam

Eusebius in
chron.

fortassis non nihil lucis adferri uidetur sacrae scripturae studioso lectori, si cognoscat annos & tempora quibus aediti sunt ipsius libri. Proinde sciendum est, quod in hoc ab initio consenserunt uniuersi patres, quod Mattheus primus omnium in Iudaea scripsit euangelium ipsis Hebraeis in ipsorum lingua. De tempore autem quod fuit scriptum, tradit Eusebius, & ceteri. Dum Petrus Antiochenae ecclesiae praesideret, Mattheus primus omnium scripsit euangelium in Iudaea. iij. anno imperij Caligulae. Et sic non tempore longo fuit ecclesia Christi sine scripto euangelio. At uero Irenaeus dicit Mattheum scripsisse euangelium, cum Petrus & Paulus Romae euangelizarent. Sed an tamen sero scripserit suum euangelium Mattheus, explicabitur in dissolutione difficultatis nonae. Nunc autem sufficiat scire, quae dicit Hieronymus in libro de uiris illustribus: Mattheus primus omnium Hebraice scripsit euangelium. Quis autem postea transtulerit in Graecum, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum in hunc usque diem, inquit Hieronymus, habetur in Caesareensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiose confecit. Mihi quoque a Nazareis, qui hoc tempore isto uolumine utuntur describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod ubicumque euangelista, siue ex propria persona, siue ex persona Domini Saluatoris utitur testimonijs scripturae ueteris, non sequitur lxx. translatorum auctoritatem, sed Hebraicam. Post Mattheum autem Marcus discipulus & interpretas Petri, iuxta quod Petrus referentem audierat, rogatus Romae a fratribus, breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiae legendum sua auctoritate edidit. Huius Marci meminit Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuratim Romam significans: Salutem uos ecclesiae, quae in Babylone collecta est, & Marcus filius meus. Hic Marcus assumpto secum euangelio, quod ipse confecerat, prexit Aegyptum, & primus Alexandriae Christum annuntians,

De euangelio
Marci.

Lib. 3. aduersus
Valentini.
cap. 1.

Hierony. de
euang. Matt.

constituens ecclesiam, octauo Neronis anno moritur, & sepelitur Alexandriae, succedente sibi Aniano, dum Petrus adhuc uiueret. Postquam iam scriptum erat euangelium per Mattheum in Iudaea, per Marcum autem in Italia, Lucas quoque euangelium scripsit, de quo Hieronymus. Lucas medicus Antiochenus, ut eius scripta indicant, Graeci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, & uixit lxxxiii. annos, uxorem non habens, Constantinopoli sepultus. Scripsit autem euangelium, de quo Paulus: Mihi mus, inquit, cum illo fratre, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses. Salutem uos Lucas medicus charissimus, & ad Timotheum. Lucas est mecum solus. Euangelizauit, non sicut uiderat, sed sicut audierat: scripsit quod didicerat, non solum ab apostolo Paulo, sed & a ceteris apostolis, quemadmodum ipse in principio sui uoluminis dicit: Sicut tradiderunt nobis, quae a principio uiderunt. Aliud quoque edidit uolumen sicut uiderat, in scriptum Actus apostolorum, cuius historia usque in biennium Pauli Romae commorantis pernit. i. usque ad annum quartum Neronis. Ex quo intelligimus, inquit, Hieronymus, in eadem urbe librum illum esse compositum. Quidam suspicant Paulum, quoniam scilicet in epistolis suis dicit, iuxta euangelium meum, de Lucae dixisse euangelio. Verum hic non uidetur praeterendum, Lucae scripsisse euangelium priusquam cum Paulo uincto Romam duceretur, quod hinc possumus colligere, quod in Actuum apostolorum proemio Romae aedito, profertur scriptum fuisse suum euangelium, & quod ij. ad Corinthios, in qua testatur laudem Lucae in euangelio esse, iam scripta erat priusquam Paulus & Lucas Romam uenissent, quod patebit ex sequentibus. Cum autem iam omnes Pauli, & ceterorum apostolorum epistolae scriptae forent, & iam per omnem Asiam, Europam, Africam essent semina fidei sparsa, & ecclesiae constituta, & haereses in ecclesia inciperent contra diuinitatem Christi pullulare, Cerinthaeis & Ebionitis, negantibus Christum hominem Deum esse. Postremus omnium Ioannes solutus ab exilio, rogatus ab omnibus tunc pene Asiae episcopis, & multarum ecclesiarum legati omnibus, postquam Apocalypsim iam in Patmo scripserat, ut asserit super Ioannem prologus a quibusdam ascriptus Hieronymo, in Asia suum edidit euangelium, de diuinitate Christi, ceteris euangelistis altius scribens contra hereticos, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse, & haec una est causa scripturae huius. Sed & aliam, inquit Hieronymus, eiusdem scripturae causam ferunt, quod cum legisset Matthei, Marci, & Lucae uolumina, probauerit quidem textum historicum, affirmaueritque illos uera dixisse, sed unius tantum anni (in quo & Christus passus est post carcerem Ioannis) historiae texuisse, praetermissis itaque anno, cuius acta a tribus exposita fuerant superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit, his quae quatuor euangelistarum uolumina legerint. Quae res etiam tollit dissonantiam, quae uidetur esse euangelij Ioannis cum ceteris. Scripsit etiam unam epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio, quae ab uniuersis ecclesijs, & eruditis uiris probatur. Reliquae autem duae Ioannis epistolae, inquit Hieronymus, a nonnullis Ioannis praesbyteri asseruntur. Quartodecimo igitur Domitiani imperij anno, in secunda post Neronem persecutione ecclesiarum, relegatus in Patmum insulam, Apocalypsim scripsit, quam interpretantur Iustinus martyr & Irenaeus.

De euangelio
Lucae.
De uiris illustribus.

De lib. Act.
apostolorum.

De euangelio
Ioannis.

Apocalypf.
scripta ante e
uangelium Io
annis, iuxta
prologum su
per Ioannem.
Hierony. de
uiris illust.

Interfecto

Interfecto autē Domiciano, actisq; eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Nerua principe Ephesum rediens, totas Asiae fundauit ecclesias, cōfectus senio, sexagesimo octauo post passionē Dñi anno mortuus sub Traiani imperio, iuxta eandem urbē sepultus est. Iste sunt Hieronymi sententię de apostolo Ioanne & illius euangelio. Hactenus de euangelij, sub quibus fuerint temporibus edita. Iam de apostolorum epistolis. Quibus autē annis post Christi passionē, quibus ex locis, & causis, Paulus suas scripserit epistolas, uidebitur foras incertū esse & superuacuum curiosius inquirere. Verū quia iuxta diuersitates locorum, temporū, & hominū, diuersę sumuntur scribendi causę & argumenta, non erit pro scripturis apostolicis intelligēdis inutile pauca quedā inserere de temporibus, locis & rationibus quibus una quępißola sit scripta, & cōsiderare quid propriū habuerint Romani, quid Corinthij, quid Galatę, Philippenses, Thessaloniceñ. Ephesi, Collossen. Hebręi. In primis igitur consideranda sunt tempora & loca, sub quibus apostolorum principes Petrus & Paulus euangelizauerint. Ex Actis apostolorum iunctis Eusebij, Damasi pape, & Hieronymi sententijs, discimus Petrū post passionē Christi multos annos mansisse in Asia, & predicasse Euangelium in Iudęa, Galilęa, Samaria, in Ponto, Galatia, Cappadocia, deinde post episcopatum Antiochensis ecclę secundo Claudio anno, ad expugnandū Simonē Magū prexisset Romā, ibiq; uiginti quinq; annis cathedralē sacerdotale tenuisse, usq; ad ultimū annū seu. xliij. annum Nerōis, a quo, ut inquit Hiero. ceteriq; patres, & affixus est cruci capite in terram, & eleuatis in sublime pedibus, asserēs se indignū, qui crucifigeretur, sic ut Dñs suus Chrs. ex quo & patrū sententijs considerata chronographia seu descriptione temporū a xvij. anno Tyberij, qui crucifixus est Chrs, usq; in ultimū Neronis annū, cōsequens est Petrū xij. annos moratū esse post Christi passionē in Asia, exactoq; xij. anno aut circiter, perrexisse Romā, quousq; id ipsum ex Actis apostolorū nō pateat. Vnde patet uenerabilē Bedā super cap. xv. Actuum apost. quem & imitatur diuus Thomas capite ij. ad Galatas, a sententia patrū deuiasse, dum docet Petrum crucifixum esse exacto quadragesimo anno a Chri passione, eumq; primum uenisse Romā, post annum a Christi morte xliij. motus ex uerbis Apostoli ad Galatas ij. dicētis se post xliij. annos ascēdisse Hierosolymā, numero illi annorum quatuordecim, connumeratis tribus annis, de quibus Paulus ipse præmiserat. Verum hoc ex uerbis illis Apostoli ex necessitate non sequi hinc patet, quod Apost. nō dicit ibidē, post quatuordecim annos se tūc Petrū uidisse in Hierusalem. Quod si forsitan ex doctrina illa cuiq; persuadeatur, tunc Paulū uidisse Petrū in Hierusalē, non idcirco oportet credere Petrum tunc non præfuisse Romanę ecclę, quippe qui potuit ex eadē Roma, p negotijs fidei spiritu reuelante, & disponente, uenisse in Hierusalem, quemadmodum & Ioannes ad Hierusalem aliunde ascenderat. Petrus ergo post Christi mortē, xxxvij. annis euangelij prædicauit, ex quibus & xxv. annis ecclę Romanę præfuit, suamq; scripsit epistolam primam per Sylanū fratrem ex eadē urbe. Illa ut, inquit, Papias & Clemens Alexandrinus appellans Babylonē, cū dicit: Salutatur uos que est in Babylone

bylonē ecclesia electa, & Marcus filius meus &c. pri. Pet. ulti. Paulus uero a Christi passione ij. anno, nondū exacto ad fidē Christi ex Iudaismo conuersus, supra xxliij. annos uia uoce diuersas in Asia fundauit ecclesias, ita ut a Hierusalē usq; in Illyricū impleuerit euangeliū Chri, ut patet ex libro Actuum & ex ipsius epistolis. Post multos igitur annos, uidens easdem ecclesias, aut a se, aut ab apostolis fundatas, uel deuiare a rectitudine fidei acceptę, uel a falsis prophetis subuerti, & in rectitudine fidei non perseuerare, dū se illis presentē exhibere nō poterat, tandē post xliij. a sui conuersione annū exactū, diuersas incipit scribere epistolas, quibus aut reuocat, aut arguit errantes, aut laudat, commendat, roborat perseuerantes, aut docet ac instruit ignorantes. Anno autē, ut inquit Hieronymus ceteriq; patres, a Christi passione uigesimo quinto, uinētus Romā uenit, exacto uidelicet ij. regni Neronis anno. Decimo autē quarto anno regni eiusdē, qui & ultimus erat annus regni illius, capite truncatus est, eodē, inquit Hiero die, quo Petrus est crucifixus, anno uidelicet post passionē Christi trigesimo septimo. Ex quibus consequēs esse uidebit epistolam que inscribitur Clementis pontificis Ro. ecclę, que se indicat scriptā post Petri mortē ad Iacobū fratrem Dñi, nō esse reuera ipsius Clementis. Nā cum ipse Iacobus xxx. annis Hierosolimoꝝ episcopus, iuxta diuū Hiero. & alios, legatur mortuus, septimo Nerōis anno, adhuc uiuente Petro vij. annis post mortē eiusdē Iacobi, stare nō potest quod Clemēs, aut alius quisquam scripserit post mortē Petri ullā epistolā ad Iacobū illū, sed de hoc latius in libro sequenti. Sufficiat autē nunc scire, Paulū post quatuordecim ingressus est Romam, uixisse annos duodecim, ex quibus duobus annis mansit Romę in libera custodia, libere docens euangeliū omnes ad se uenientes, nemine prohibente. Effluxo biennio, liber a Nerone dimittitur quo uelit ire. Ex quibus conficit, quod Paulus quascūq; scripsit epistolas, priusquā Romā uinctus duceretur, quascūq; autem iam aut in uia, aut ex urbe Roma in uinculis constitutus, aut ex locis Italiae iam solutus a uinculis. Epistolā ad Romanos, utraq; ad Corinthios, ad Galatas, utramq; ad Thessaloniceñ. & primā ad Thimotheum scripsit, priusquā Romam uenisset. Ad Philippenses autē scripsit ex urbe Roma iam uinctus, quod tempore mihi quoq; inquit Hiero. ad Ephesios, ad Collossenses, ad Philemonē epistolę uidentur esse dictatę. Deinde & epistolā ad Hebręos ex Italia scriptā credimus, propter salutationem fratrum ex Italia in calce adiectam. Secundam ad Thimotheum scripsit in fine dierum, Romę, secundo cōiectus a Nerone in uincula. Sciendū est em̄ Paulū bis uinctū fuisse in urbe Roma. Primū, uti iam diximus cū ex Hierusalē Romā ductus est. Post annū autē duodecimū, a primo ingressu eius in urbē Ro. rursus Romā ueniens, una cū Petro a Nerone in uincula coniectus, secundam ad Timotheum scribit epistolam, in qua & de prima sua apud Neronem defensione per quam liberatus fuit, & secundo uinctus de sua iam imminentis passionis immolatione indicat, ut patet apud eiusdem epistolę caput ultimū, & apud Eusebium libro ij. capite xxij. & diuū Hieronymū in lib. de uiris illustribus. Epistolam ad Romanos scribit a Corintho in Achia urbe insigni, hospitatus in domo Caij, de qua ad Ro. ultimo,

Hiero. de uiris illustribus.

Paulus Romę capite truncatus, eodem die quo Petrus crucifixus.

Epistolę a Paulo scriptę priusquā uinctus Romā duceret.

Epistolę scriptę ex urbe Roma. Hieron. in epist. ad Philemonē, & in tertio capite ad Ephesios. Paulus bis Romę uinctus.

Secunda epist. ad Timoth.

Epist. ad Romanos, ex Corintho scriptę a Paulo.

& primę

De apostolorum epist.

Hiero. de uiris illustribus.

Paulus ad Galatas secundo.

& primæ ad Corinthios primo, ubi & euangelizauerat pridem annum integrum, & menses sex, ad tempus aliquod hospitatus apud Aquilam Iudæum, & Priscillam uxorem eius, per Claudium Cæsare a Roma pulsos, apud quos & ipse eiusdem artis scenofactoriæ operabat manibus, per omne sabbatum prædicans euangelium regni Dei. Inde Paulus comitantibus illum Aquila & Priscilla, profectus est Ephesum, Act. xvij. Primæ ad Corinthios scribit ex Epheso, Asiæ metropoli, ubi triennium commoratus, cum Aquila & Priscilla hospitatus, nocte & die non cessauit cum lachrymis unumquemque admonere, Act. xx. Vnde in ultimo capite huius epistolæ: Salutatur uos multum, inquit, in domino Aquila & Priscilla, apud quos & hospitor. Secundam ad Corinthios scribit a Troade, quæ & Troia, ubi primum uenienti, illi ostensa est uisio, ut transiret in Macedoniam, ubi & secundo dum rediret commoratus septem diebus, suscitauit adolescentem mortuum de coenaculo lapsum, Act. xx. Ex supradicta insuper urbe Epheso fertur scripsisse epistolam ad Galatas seu ad ciuentes aduenas, commorantes in Galatia, prouincia sic appellata, quæ in eam Galli aliquando uenientes, cum Græcis sese miscuerunt, vnde primum illa regio Gallogræcia, post Galatia est nominata, propterea quod Gallos tanquam aduenas susceperit, quemadmodum & ipsa Italia a Græcis populis occupata, quondam maior Græcia uocabatur. Galli, inquit Lactantius, quondam a candore corporis Galatæ nuncupabatur, quos ex Antiochia ueniens Paulus confirmauerat in fide, ut patet Act. xvij. Vtraque ad Thessalonicen. Hiero. estimat scriptam ab Athenis, ubi olim euangelium predicauerat disputans in medio Ariopagi de ignoto Deo, cum Epicuræis, Stoicis, ceterisque philosophis. Vbi & conuerterat Dionysium Ariopagitam, aliosque nonnullos, ut patet, Act. xvij. Ioannes, Iacobus & Iudas, quibus in locis ac temporibus suas scripserunt epistolas, certum non est. Super ordine epistolarum tradunt communiter omnes doctores sancti, Hieronymus, Augustinus, & ceteri, eas non esse politas in canone bibliorum, secundum ordinem temporum, quibus sunt scriptæ, asserentes epistolam ad Corinthios scriptam esse ante epistolam ad Romanos. Eam, quæ est ad Corinthios secunda, scripsit Paulus quatuordecim annis a sui conuersione effluxis, ipso dicente in eadem epistola: Scio hominem ante annos quatuordecim & c. Si ergo utraq; ad Corinthios scripta est ante eam quæ est ad Romanos, & hæc scripta est ante ceteras eiusdem epistolas, consequens erit Paulum primum incepisse scribere epistolas post annum a sui conuersione decimum quartum. Sed uidetur forsitan ordo iste stare non posse, quin potius epistolam illam ad Romanos scriptam esse, ante eam quæ est ad Corinthios. Nam Aquila & Priscilla, quorum meminit in utriusque epistolæ capite ultimo, primum Romæ commorantes, per Claudium Cæsarem, una cum ceteris Iudæis pulsi sunt ab urbe Roma, qui uenientes illinc commorati sunt Corinthi. Tandem Paulo illic predicanti adherentes, & cum eodem inde comigrantes Ephesum, ut patet Actuum xvij. Cum ergo epistola ad Romanos scripta sit, Aquila & Priscilla adhuc Romæ commorantibus, quemadmodum patet ex ultimo capite eiusdem ad Romanos, ubi Paulus scribit eis

scribit eisdem uerba saluatoria, tanquam adhuc degentibus Romæ: Salutate, inquit, Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea ceruices suas supposuerunt. Epistola uero ad Corinthios scripta sit eiusdem Aquila & Priscilla iam ab urbe pulsus, ut patet ex ultimo capite eiusdem ad Corinthios, ubi scribit se hospitari apud illos, cum epistolam illam ad Corinthios scriberet. Salutatur uos multum, inquit, Aquila & Prisca, & apud quos & hospitor. Ex necessitate uidetur consequens esse epistolam ad Romanos scriptam esse, priusquam scriberetur illa, quæ est ad Corinthios. Sed hanc rationem non concludere manifestum est considerantibus Paulum scripsisse se epistolam illam ad Romanos postquam Priscilla & Aquila fuissent adiutores Pauli in fide Christi, qui & pro anima eiusdem Pauli, suas iam ceruices periculis mortis supposuerant. Postquam & iam Paulus ab Hierusalem per circuitum, usque in Iliricum repleuerat Christi euangelium, ita ut non haberet amplius in illis regionibus locum, in quo non esset euangelium Christi prædicatum. Ex quibus consequens est, eosdem, Aquilam & Priscillam, postquam Corinthi & Ephesi ad tempus fuissent commorati, reuersos esse in urbem Romam, priusquam Paulus Romam uinctus duceretur. Non ergo scripsit Paulus epistolam illam ad Romanos a Corintho, tempore illo quo apud Priscillam & Aquilam hospitaretur, sed illis absentibus, & in urbem reuersis, apud Caium hospitatus. Intelligendum est enim Paulum frequenter fuisse Corinthi, quemadmodum & Ephesi, atque Hierusalem, transiens enim erat & perambulans de prouincia in prouinciam. Sunt qui dicunt epistolam hanc ad Romanos, scriptam ab Athenis, quemadmodum tradit glossa interlinearis ad Romanos ultimo. Salutatur uos Erastus arcarius ciuitatis, sumpta forsitan ex doctrina Augustini. Verum non hoc esse uerisimile inde patet, quod epistola hæc sit scripta in ea ciuitate ubi habitabat Caius, apud quem Paulus eam scribens hospitabatur. Caius autem Corinthius erat, quem & Paulus baptizauerat, ut patet primæ ad Corin. i. Vtraque ergo ad Corinthios, scripta est ante eam quæ est ad Romanos. Nunc ergo de ordine epistolarum Pauli uideamus, & quare Romanorum epistola in primo loco sit posita, cum eam non primo scriptam ratio manifestet, quemadmodum docuimus. Vnde & hanc Paulus se iam profecturum in Hierusalem scripsisse testatur, cum literis ante adhortatus esset Corinthios, & alios, ut ministerium pauperum quod secum portaturus erat, colligerent. Solutum autem huius quaestiois difficultatem præfatio (quæ Hieronymo tribuitur a quibusdam) super epistolas Pauli, Omnes uidelicet epistolas ita esse ordinatas, ut ad Romanos poneretur prima, quamuis posterior esset missa, ut per singulas epistolas gradibus quibusdam ad perfectiora ueniretur. Vnde Augustinus in epistola ad Sixtum: Paulus scribens, inquit, ad Romam caput orbis, gratiam illam commendauit, quæ est caput, fundamentum, & initium gratiarum, a gratia fidei exordiens. Credentium Romanorum plerique tam rudes, inquit Hieronymus, erant, ut Dei gratiam, qua sine meritis suis quisque iustificatur gratis ex fide, non intelligerent, & ob hoc duo inter se populi conficerent. Corinthios autem iam dicit scire gratiam concessam esse, & non

Epist. Pauli ad Rom. scripta est Prisca & Aquila Romæ commorantibus.

Solutio.

Epistola ad Romam scripta est Paulus hospitatus apud Caium.

Ratio ordinis epistolarum Pauli.

Augustin. ad Sixtum.

Primam ad Corinthios ex Epheso scriptam.

Galatia, Galatae, Græcia maior.

Vtraque ad Corinthios scripta est ante eam quæ est ad Romanos.

Obiectio.

ſam omnes increpat, quam cur peccantes non increpauerint, reprehendit
 In ſecunda uero laudantur, & ut magis ac magis proficiant commonentur.
 Galatæ uero iam nullius criminis arguuntur, niſi de hoc tantum, q̄ callidiſ-
 ſimis pseudoapostolis crediderunt. Eadē q̄dē eſt materia epiſtole Pauli ad Ga-
 latas, & eius quæ eſt ad Romanos, ſed hoc diſſerre uidetur inter utranq̄, q̄
 ad Romanos ſcribens altiori ſenſu, & profundioribus uſus eſt argumentis,
 docens potius Chriſtianæ religionis initia, q̄ increpās, ad eos loquens, qui ex
 ludæis & gentibus collecti inter ſe conflictabant de operibus fidem præ-
 cedentibus. Ad Galatas uero ſcribens, increpat potius, q̄ doceat: increpat in-
 quam, non criminis illos arguendo, ſed ab errore quo decepti erant reuocan-
 do, loquens non ad eos, qui ex ludæis in Chriſtū credentes, putabāt ceremo-
 nias paternas eſſe obſeruandas, ſed ad eos, qui ex gentibus primū uerbo euā-
 gelij recte inſtructi, poſtea per falſos prophetas ſunt ſeduc̄ti, ut ſimul cū fide
 Chriſti putarent ſeruādā eſſe legē Moysi, q̄rundā authoritate deterriti, falſo af-
 ſerētū Petrū, iacobū, totaſq̄ ludæe eccleſias, euāgelij Chriſti cū ueteri lege mi-
 ſcuſiſſe. Quāobrē Paulus in hac epiſtola tanq̄ medius int̄ utrūq̄; incedens, ita
 ſermonē tēperat, ut nec occaſionē p̄beat ex authoritate maiorū credēdi q̄cūq̄,
 cōtra Chriſti gratiā, nec illis maioribus faciat iniuriā, docēs Petrū p̄ diſp̄ſa-
 tione quadā tēporū, locorū, & personarū, ad utilitatem Iudeorum in fide ad-
 huc infirmorum, pie ſimulaſſe, arguens tamen eundē, cui & ſic argui placuit
 ad inſtructiōem gentiū. Et quāuis Paulus in omnibus ferme ſuis epiſtolis do-
 ceat, antiquæ legis onera eſſe depoſita, & per euangeliū ceſſare. In his tamen
 duabus, ad Romanos uidelicet & ad Galatas, ſpecialiter hoc docet, quod in
 alijs ex tranſcurſu agit. Galatæ igitur nullius criminis arguuntur, niſi de hoc
 tantum, quod callidiſſimis pseudoapostolis crediderunt. Ephelſij ſane nulla
 reprehensione, ſed multa laude ſunt digni, quia fidem apoſtolicam ſeruauerunt.
 Vos, inquit, q̄ aliquando eratis lōge, facti eſtis prope in ſanguine Chri-
 ſti: iam non eſtis hospites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum. Philippenſes
 uero multo magis collaudantur, qui nec audire quidem falſos apoſtolos uo-
 luerunt, non ſolū iam credentes in Chriſtū, ſed & patientes, ac certamen ha-
 bentes pro illo: uobis donatum, inquit, eſt, ut nō ſolum in eum credatis, ſed ut
 etiam patiamini pro illo. Colloſſenſes autē tales erant, ut cum uifi corporaliſ
 Apoſtolo nō fuiſſent, hac laude digni haberētur. Eſti corpore, inquit abſens
 ſum, ſpiritu uobiſcū ſum, gaudēs & uidens ordinē ueſtrū. Theſſalonicēſes ni-
 hilominus duabus epiſtolis maiore laude ſunt digni, eo quod non ſolum fi-
 dē inconcuſſam ueritatis ſeruauerint, ſed & in perſecutione fuerint conſtātes,
 perſerentes etiam alacriter perſequutiones a ciuibus ſuis. De Hebræis uero
 quid dicendum eſt, quorum Theſſalonicenſes, qui plurimū laudati ſunt, imi-
 tatores facti eſſe dicuntur, ſicut & ipſe ait: Et uos fratres imitatores facti eſtis
 eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa, eadem enim paſſi eſtis & uos a contri-
 bulibus ueſtris, q̄ & illi a ludæis. apud ipſos ſq̄; Hebræos eadē cōmemorat
 dicēs: Nā & uinctis cōpaſſi eſtis, & rapinā bonorum ueſtrorum cum gau-
 dio ſuſcepſiſtis, cognoscentes uos habere meliorem & manentem ſubſtantiā.

Vides

Vides igitur ordinem epiſtolarum Pauli gradatim ad perfectionem aſcēden-
 tiū. Hęc de ſcriporibus librorum ſacrę ſcripturę, & de tēporibus quibus ſcri-
 pſerint, demonſtrata tum ex ſcripturis ipſis, tum ex patribus, tum ex ueriſi-
 milibus argumentis dixiſſe ſufficiat.

¶ Sequitur quartum caput huius libri, in quo ſoluuntur difficultates.



AM cōuenit diſſoluere nodos difficultatum, quas in ſuperiori
 bus recitauimus. Primam difficultatem diſſoluimus dicentes Iu-
 dicum, Iſue, & iiii. Regum lib. congrua rātionē ab Hebræis ap-
 pelliari, p̄phetās, & inter p̄phetas numerari, quia uerorū prophe-
 tarum eloquia, & prophetiās continent, & de prophetiis rebus hitorias cō-
 texunt. In Iſue deſcribuntur geſta & opera non ſolum ea quę Iſue ſuo tem-
 pore fecerit, ſed & prophetica ipſius Iſue eloquia, de ſtatu, uictoria & tri-
 umpho Iſraelitici populi tunc futuro. Item in Iudicum & in Regum libris,
 prophetica deſcribuntur eloquia, Iudicum, utpote Iudæ, Othonielis, Gedeō-
 nis, Samuelis, Nathan, Gad, & aliorū, q̄ erant designati prophetæ in popu-
 lo Iſrael, qui & huiusmodi ſua eloquia paſſim ſparſa, poſteris legenda reli-
 querunt, deſcribentes non ſolū rerum tunc geſtarum hitorias, uerum & re-
 uelationes eorum, quæ tunc erant futura ſimul cū rebus tunc ſenſibilit̄ ge-
 ſtis, ut latius patebit in diſſolutione ſecūde difficultatis. Quemadmodū Eſa-
 ias & Hieremias una cum ſuis prophetis plerumq̄ miſcēt rerum tunc præ-
 ſentiarum ſeu præteritarum hitorias. Deinde ſecundum doctrinam apoſtoli
 Pauli apud ueteres non ſolum prophetarum & regum uerba, ſed & eorum
 geſta ac facta fuerunt prophetica tanquā umbræ & figuræ rerum tunc futu-
 rarum. Iſue, inquit Hieronymus, ty pum Domini non ſolum in geſtis, uerū
 & in nomine præ ſe fert. In Iudicum libro quot principes ducēſq̄, tot figurę
 ſunt Chriſti. Ruth moabites eccleſiā de Gētibus Chriſto tūc copulandā pronun-
 ciat. In Heli mortuo & in occiſione Saul, uetus lex abolēda tunc erat figura-
 ra. Congrua igitur rātionē Iſue, Iudicum, & Ruth, & quatuor Regum li-
 bri apud Hebræos numerātur inter propheticos libros una cum Eſaia, Hie-
 remia, ceteriſque prophetis, tamenſi contineant rerum geſtarum hitorias. Ad
 ſecundam difficultatē dicimus Hieronymum in prologo illo galeato recita-
 re ſententiam Hebræorum ſui temporis, diuidentium canonem ueteris teſta-
 menti in tres ordines, & cuiſlibet ordini ſuū nomen tribuentium. Quod qua
 rātionē ipſi fecerint, non oportet curioſius inueſtigare, cum ſufficiat ſcire q̄d
 in ſingulis ordinibus ſinguli libri fuerunt olim apud fidelem Hebræorum Sy-
 nagogam ſignati tāquam ſancti, & diuino ſpiritu conſcripti, diligentia ſacer-
 dotum ſuccedentiū hæcenus cuſtoditi, quamuis forſitā conſpicere liceat Iudę-
 os iam olim poſt Chriſti aduentum huiusmodi ordinem ſacrę ſcripturę
 conſinxiſſe non ſatis rātionabiliter in odium Chriſtianorum, librum pſal-
 morum David & Daniele, quos maxime inter prophetas conuenit nume-
 rari, ſeparantes ab ordine prophetarum contra doctrinam euangeliij, appel-
 lantis David prophetā. Et uideamus ſi nō hęc ſit plane Hieronymi ſententia
 in apologia aduerſus Ruſſinum. De Daniele autem breuiter inquit reſpō-

Diſſolutio
 primæ diffi-
 cultatis.

Solutio ſecū-
 dæ difficult.

Cur lib. pſal-
 morum & Da-
 niel nō cōnu-
 merent̄ inter
 p̄phetas ab
 Hebræis.

D ij debo

Idē argumen-
 tū epiſto. ad
 Rom. & eiſ
 q̄ eſt ad Gal.

Hierony. in
 p̄ſatione epi-
 ſtole ad Ga-
 latas.

Ephelſi.

Philippenſi.

Colloſſenſi.

Theſſalonic.

Hebræi.

debo, me non negasse eum prophetam quē statim in frōte prologi pphetam esse confessus sum, sed quid Hebræi dicerent, & quibus argumentis suā niteretur probare sententiā uoluisset monstrare. De Dauid, Christophopolitanus episcopus in prologo sup Psalteriū tradidit antiquos Iudæorū doctores ante Christi aduentū, & post usq; ad Cōstantini tēpora tenuisse semper, Dauid fuisse maximum prophetarum, eosdem aut sub seculis Cōstantini in odium Christianorū incepisse defendere Dauid non appellandū esse uerū pphetam, confingentes rationē, q; uerus ppheta in scripturis appellat, q; ppheta est officij dignitate seu missione, hoc est, qui diuinitus uocatus est missus ad aliquē regem uel populū, sicut Moyses a Deo est ad Pharaonē missus pro liberatiōe populi Israel. Sicut Iosue missus est a Deo, ut ducat populum Isrl p nūciās transitū Iordanis, subuersionē hostium, & diuisiones terræ sanctę. Sic & in Iudicium libro missus est Iudas, & ceteri iudices diuinitus sunt electi, qui curam habent & pronunciant de futuro statu Israeliticę plebis. Samuel, Nathan, & Gad sunt diuinitus missi, futura prænuntians. Esaias ad reges, & ad populum mittitur, futura prænuntians, ut patet Esaię sexto. Sic Hieremias, Ezechiel, & singuli prophetarum duodecim, leguntur diuinitus missi & uocati, quemadmodum indicant singuli uniuscuiusq; libri. Ex his conati sunt plurimi Iudæorū magistri docere consequens esse Dauid non fuisse uerum prophetam. Non legitur uspiam, inquit, q; Dauid fuerit missus ad prophetandū, seu futura pdicandū populo, quīs fuerit diuinitus per Samuelem unctus in regem, & populo diuina electione pælatus, quamuis insuper a Deo reuelationē habuerit de futuris, ut patet secundi Regum v. & .ij. .ij. capitulis. Vbi ipse de futuris consuluit Dominum, tamen non legitur ibi missus ad nunciandū hæc populo. Sic & Daniel, inquit, quīs spiritum habuerit prophetiæ, non tamen legitur a Deo missus ad prænuntiandū futura. Iudæi ergo uidentes prophetias psalmodū, & Danielis, conuenire domino nostro Iesu, & adimpleri in Christo, & in ecclesia illius, posuerunt Dauid, Daniele, & Iob inter Hagiographa, molientes illis auferre honorem dignitatis ppheticę: nec mirū, cū omnē scripturam, quæ Dominum nostrum Iesum Christū, præsentemq; Christianorū ecclesiā palā sonat, aut reiciāt aut a sua dignitate diminuāt, supprimant, impia etiam interpretatione deprauantes suas ipsorum de Christo prophetias. Sed erunt forsitan, quibus hæc minus placeant, uolentes illam scripturarum diuisionem a Hieronymo recitatā, etiam extitisse olim ante Christi aduentum, apud fidelis populi synagogam, qui illam recepit a patribus, ponentibus librū psalmodū, librumq; Danielis, non inter prophetas, sed inter Hagiographa, id est, sancta quædam scripta. Cui sententię & euāgelica nostra ueritas ad stipulari uideat, q; & si appellauerit Dauid prophetā, dicēs, scriptū esse p prophetā dicentē: Diuiserūt sibi uestimenta mea. Ipsos tñ psalmodū, uideat a pphetis distinguere, cū dicat Christus: Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, & in prophetis, & in psalmis de me. Quo uerbo uidetur diuisa scriptura in tres ordines, in legem, prophetiam, & in psalmodū, sub quibus uident cōtineri Hagiographa, i. sancta scripta.

Sententia Hebræorum.

Euangelium appellat Dauid prophetam. Saluator uideatur diuisa scripturas ueteris testam. in tres ordines.

Porro sic uolentibus defendere supra dictam diuisionem, poterimus difficultatem secundam dissoluere ex supra dicta ratione appellationis ueri prophetę, dicentes, quod Hebræi in canone appellabāt prophetas eos, qui prophetę erant officij dignitate, & missione, quales ex scripturis non constat fuisse neq; Dauid, neq; Danielem, neq; Iob, qui & si habuerunt spiritum propheticum, & intelligentiam uisionum & somniorum, prænuntiantes etiam futura, non sic tamen quemadmodum ceteri prophetę erant a Deo uocati, designati, & deputati ad huiusmodi officia. Moyses autem eximius prophetarum, quāuis fuerit sic populo designatus, quia tamen primus ex ore Dei leges populo dedit, legislator appellatur. Idcirco libros ad illos editos, lege ante alios seorsum poluerunt in ordine primo, & eos thorath, id est, legem appellauerunt. Statuentes secundo ordine libros subsequenter editos, quos appellauerunt prophetas, quod uerorū prophetarum eloquia continerent, & de rebus propheticis historias contexerent. Postremo libros non sic editos ab his, qui fuerunt prophetę officij dignitate, & missione, attamen de rebus factis, & ab hominibus sanctis, plenis Dei spiritu, uel conscriptos, uel in unum collectos, communi uocabulo appellauerunt Hagiographa. quos in canonem receptos, in alium quendam ordinem collocauerunt, cui cū nō esset nomen speciale, tribuerūt nomen generis, appellantes eos sub nomine Hagiographorū. Vides igitur cur Hebræi secundo ordine excluderunt Iob, librum Psalmorum, Danielem, Paralipomenon, Esdrę, Hester, quos non inter prophetas, sed inter Hagiographa supputant. Tertium difficultatis nodum dissoluimus, ostendentes nullā esse contrarietatem inter Hieronymū & Isidorum, sed consonantiā esse sententiā. Patet ex his, quæ Isidorus ipse illic præmisit dicens: Esdrę liber authoris sui titulo prænotatur, in cuius textu eiusdem Esdrę, Neemięq; sermōnes pariter cōtinent cū. Ipse igitur dicit, secundus, tertius, & quartus Esdrę non habentur apud Hebræos, secundū librū appellat non illum, quem nos secundum dicimus, incipientem, Verba Neemię, in unum uolumen cum uerbis Esdrę copulatum, sed aliam partem posteriorem non repertam apud Hebræos, quæ in communibus biblijs nostris incipit: Et fecit Iosias &c. Alterum difficultatis nodum, qui est super libris Iudith, & Tobię, conatur dissoluere magister in historijs, cuius sententiā sequitur & alius quidam expositor, in proemio bibl. dicēs in prologis illis duobus Hieronymi super Iudith & Tobiam, mendosum esse codicem, & in eo loco, ubi legimus Hagiographa, legendum esse Apocrypha. Neque enim Hieronymus potest sibi ipsi esse contrarius, ut doceat in prologo galeato, libros illos extra canonem inter Apocrypha, hic uero eosdem extra canonem inter Hagiographa collocari. Quod si non placeat mendosum esse codicem, quem nec Erasmus emendauit, dicemus duplicia esse apud Hebræos Hagiographa, sicut & in superioribus diximus, duplicia esse apocrypha. Hagiographa, id est, sanctorum scripta, quædam sunt, quorum autoritas idonea est ad corroborandum ea, quæ sunt fidei. Huius generis sunt Hagiographa in canone bibl. Alia uero sunt Hagiographa, id est, sancta, uel sanctorum scripta, quorum

Difficultas tertię difficultatis.

Duo sunt genera Hagiographorum.

Porro

D iij autoritas

authoritas, ad assertiones fidei corroborandas, non sic est idonea, quæ habeantur uera & sancta, sicut post canonem noui testamenti æditū, habentur Hieronymi, Augustini scripta, quæ uocantur hagiographa. Et huius generis apud Hebræos sunt historiae Iudith, & Tobiae etiam, Ecclesiasticus & Machabæorum primus: quos sane libros quæuis habeant & legant, non tamē inter canonicos libros connumerant, sed inter apocrypha, non quod falsa sint, sed quod tales sint, quorum occulta origo non claruit toti eorū Synagoge. Tertium autem & quartum Esdræ, secundum Machabæorum, triū puerorū hymnū, Susannæ ac Belis draconisq; historias, aut non habent, aut prorsus reijciunt & confictas tradunt. Sed hæc eorum sententiam non tota approbat antiquorum Christianorum schola, quæ ex secūdo Machabæorum, tanquam ex libro diuino sumit testimonia, celebrans etiam in quotidiana ecclesiarum lectione, hymnū puerorum, Susannæ, draconisq; historias, quæ tamen apud Danielem non in Hebraico uolumine, sed in sola Theodotionis editione reperiantur, Ecclesia tamen Christiana propter autoritatem ueterum quorundam sanctorum, qui leguntur uisuisse testimonijs ex huiusmodi historijs, eandem pia fide legit, & non prorsus reijcit, non contemnit, tamen si non pari autoritate recipiat illos cum scripturis canonicis. Ad quartam difficultatem dicimus, priores Regum libros inscribi Samuelis, non quod ipse ambos scripserit, sed quod illorum duorum Regum, Saul inquam, & Dauid, quorum gesta in libris describuntur, ipse Samuel propheta exitit qui & utrumque in Regem unxit. Vnde manifestum est apud Hebræos inscribi librum esse huius uel illius, non quod fuerit author illius, sed ob alias etiam causas.

Ad quintam difficultatem dicimus librum illum Sapientiae intulari ab antiquis patribus Salomonis, non quod a Salomone carnali filio Dauid, liber sit cōscriptus, sed quod sententias contineat Christi ueri Salomonis, prolatas ab eo, qui uel est Salomon ipse figurans Christum, uel personam gerit illius. Is enim est frequens in scripturis usus, ut is qui loquitur, in persona alterius loquatur. Sic & multæ huius libri sententiæ quas ipse author in septimo, octauo & nono capitulis de seipso loquitur, ad literam intellectæ, soli conueniunt Salomoni, qui rex constitutus optauit super omnia bona huius mundi sapientiam, cum qua uenerunt illi pariter omnia bona, cui & dixit deus, ut edificaret templum in monte sancto suo. Vnde & ipse Salomon

cognouit in spiritu Christum dei patris sapientiam, & futuram illius ecclesiam. Et ita quæ in Canticis sub umbris & figuris de hoc contextuit, potuit & in alijs apertius differere. Proinde quamuis liber iste nunc, ut ait Hieronymus, apud Hebræos nusquam est, hoc est non reperitur, in aliquo idioma te Hebraico, sed magis Græcam redoleat eloquentiam, non tamen inde consequens est Salomonem huius libri non ædidisse sententias siue doctrinas. Nam cum Salomon, ut inquit sacra scriptura, loquutus fuerit tria milia parabolarum, & carminum quinque milia, & differuerit de iumentis & uolucris, reptilibus, & piscibus, & disputauerit super hyssopo, cedro, & super lignis omnibus, manifestū est eū ædidisse nonnullas sententias, collectas a diuersis,

a diuersis, & etiā ab his forsitan, qui uenerant a finibus terræ audire sapientiam eius, quæ iam olim non reperiebatur apud Hebræos. Vnde & Prouerbia Salomonis a Salomone ædita, non simul sunt ab illo in unum uolumen scripta, sed quæ passim erant sparsa, sunt postmodum sub Ezechig temporibus in unum uolumen translata, & collecta a ministris Ezechie regis Iudæ, quem admodum patet Prouerbiorum uigesimo quinto, & ita contingere potuit, quod sententiæ huius libri, originaliter ipsius Salomonis, fuerint in Græcum uolumen collectæ ac translatae, & id quidem per authorem aliquem plenum Dei spiritu, præsertim cum sit iam patribus exploratissimum, librum istum luculentissime de morte Christi, & de martyribus eius prophetiam texere, & non continere nisi diuinas & ecclesie Christiane sententias. Deinde & hoc consideres, quod Hieronymus non asserit hunc librum Philonis, sed Iudei, inquit, Philonis hunc librum esse affirmant. Cum ergo Hieronymus, Cyprianus, & totus antiquorum chorus citet Salomonem dicere huius libri sententias, si falluntur, non perniciose falluntur, aut si non falluntur, intelligunt eas esse editas a Salomone, uel ab eo qui diuino Salomonis spiritu plenus, personam in se transtulit Salomonis, in quo & figurabatur & loquebatur filius, qui est uera Dei patris sapientia, quæ & eadem loquuta est in Iesu filio Sirach, & in authore libri Sapientiae. Sic & iuxta uenerabilem Augustinum, Marcus in principio euangelij, testimonium scripturæ conflatum ex diuersis prophetis. i. ex Esaiâ & Malachia, totum tribuit Esaiæ, quoniam eodem spiritu afflatus propheta scripserunt. Vnde apud Cyprianum, Ambrosium, cæterosq; patres frequentius reperitur citatum, In Sapientia Salomonis dicitur, quod aliud est, quam Salomon in lib. Sapientiae dicit, tamen interdum hoc pacto etiam loquatur. Qui æstimat aut canonicum librum aut scripturæ testimonium, alterius quæ sit authoris esse, perniciose non fallitur, quoniam spiritus sanctus esse illius author fideliter creditur. Ad sententiam Augustini in libro de doctrina Christiana, constantissime asserentis, Iesum filium Sirach scripsisse librum Sapientiae, Respondeo Augustinum hoc retractasse in secūdo libro suarum retractationum, capite quarto, cum sic loquitur: Quod dixi de authoribus libri, quem plures uocant Sapientiam Salomonis, quod ipsum etiam, sicut Ecclesiasticum scripserit Iesus filius Sirach, postea didici non ita constare, sicut a me dictum est, & omnino probabilius comperi, non esse hunc illius libri authorem. De hoc autem quod quibusdam uisus est Iesus filius Sirach in prologo libri sui, qui inscribitur Ecclesiasticus, insinuasse sese interpretem esse ex libris a populo Hebræorum relictis apud Aegyptios, & sententias istas in unum uolumen congestisse, & transtulisse potius quam ædidisse, iam diximus supra, addentes etiam, quod uocabulo translationis non semper significatur uersis unius ideomatis in aliud idioma, sed interdum diuersarum sententiarum in diuersis libellis passim sparsarum, in unum uolumen transpositio & collectio, quemadmodum accipitur Prouerbiorum uigesimo quinto, ubi dicitur: Hæ quoque Parabolæ Salomonis, quas transtulerunt uiri Ezechie regis Iudæ. Ex superioribus patet,

D iij quod Iesus

Prouerbia Salomonis, sparsa, in unum uolumen fuerunt postmodum collecta. Prou. 25.

Retractat August. sententiā suam.

Dissolutio 4
difficultatis.

Sententiæ Salomonis recitantur in lib. Sapientiae.

quod Iesus sacerdos magnus libri Ecclesiastici sententias Hebraice edidit, de quo loquitur scriptura Aggei secundo, & Zacharie tertio, & quod alius Iesus nepos illius filius Sirach, in linguam Græcam interpretatus fuerit illas, & quod Ioachim summus Iudæorū Pontifex, filius Iesu, fuerit author utriusque libri, Iudith uidelicet, & Hester, & quod Philo quidam in lege Domini sapientissimus, personam gerens Salomonis, sententias ediderit libri Sapientie. Hi uiri omnes fuerunt profecto spiritu diuino & prophetico pleni. Omnia proinde ab eis conscripta habenda sunt tanquam alta, grandia, & sublimia. Sex ræ difficultatis solutio patet ex supra dictis in solutione difficultatis secundæ, in qua diximus Hieronymum in galeato prologo, triplicem illum ordinem librorum scripturæ sacræ facere, non secundum suam sententiam, sed secundum Hebræorum traditionem, quemadmodum in præfatione Danielis. Illud, inquit, admonedo, Daniele apud Hebræos haberi, non inter prophetas, sed inter eos, qui Hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes, omnis ab eis scriptura diuiditur, in legem, in prophetas, & in Hagiographa, id est, in quinque, & octo, & in undecim libros. Quam diuisionem, si congrua ratione fecerint, ipsi uiderint, æstimantes libros primi, & secundi ordinis esse autoritatis sanctioris, tanquam a Deo in prophetis loquente editos, reliquos autem a sanctis scriptos, separantes a prophetis, Iob, David & Daniele, quos Christus in euangelij citat, ut prophetas, & tanquam tales, quæ futura fidei mysteria prædixerunt. Quod si uelit quisque defendere hanc Hebræorum diuisionem, ut catholicam, distinguat prophetarum duplex genus, ut dictum est ibidem. Ad septimam difficultatem dicimus, quamuis Iudæi Sapientiam Salomonis, Ecclesiasticum, Iudith, Tobiam, & Machabæorum libros inter Apocrypha separent, Ecclesia tamen Christi inter diuinos libros honorat & prædicat. Hæc propositio est Isidori vi. etymologiarum cap. ij. secundum doctrinam ecclesiasticorum patrum. Et primum uenerabilis Augustini decimo octauo de Ciuitate Dei, capite trigesimo sexto de libris Machabæorum sic loquentis: Machabæorum libros non Iudæi, sed ecclesia, inquit, Christi pro canonicis habet, propter quorundam martyrum passiones uehementes, atque mirabiles, qui antequam Christus uenisset in carnem, usque ad mortem pro lege Dei sui certauerunt. Vnde Machabæorum gesta & facta, in eisdem Machabæorum libris conscripta, habuerunt ut uerissima, etiam Iudæorum ecclesie & ante Christi & post Christi aduentum. Quæ admodum Augustinus ex eisdem libris demonstrat ecclesiam fidelis populi, longe ante Christum pro defunctis orare consueuisse, quæ & suo seculo effluxu annis iam mille, & ferme ducentis, per uniuersum orbem ad altare in communione corporis & sanguinis pro defunctis memoriam faciebat, ut ait secundo de Ciuitate Dei, capite nono. Et in libro de cura pro mortuis agenda. Sic & Iudith historiam habuit etiam antiqua Iudæorum Synagoga in autoritate longe antequam Christus ueniret, ut patet ex libro Chronographiæ Philonis, quamuis nostri seculi Iudæi librum illum habeant dubium, propter nomen Nabuchodonosor, non intelligentes Assuerum regem Babylonie communi appellatione regie dignitatis appellari Nabuchodonosor, sicut in Aegypto

Dissolutio
sexte difficultatis.

Dissolutio
primæ difficultatis.

Augustinus.

Augustinus
de defunctis.

Aegypto rex appellatur Pharo, & Romæ Cæsar. Proinde & Nicena Synodus librum illum, inquit Hieronymus, in numero sanctarum scripturarum legitur computasse. Librum autem Sapientie ab apocryphis separat ecclesia Christi, non dubitans spiritum Salomonis fuisse loquutum in eo qui scripsit librum illum, ex quo iam olim Egesippus, Irengus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Ambrosius, & alij patres, sumunt testimonia tanquam protecta a diuino spiritu, commemorantes scripturam dicere ea, quæ in eodem libro continentur. Origenes super epistolam ad Romanos, tractans illud, non sicut delictum ita & donum. De Sapientia, inquit, dicitur: Hæc illum, qui primus formatus est, patrem, cum solus esset custodiuit & liberauit a delicto. Hæc inquit sapientia, quæ est Christus dei uirtus & cetera. Et quod in eodem libro tenetur huiusmodi esse Salomonis sententias, patet libro eius octauo, super eandem epistolam, sic loquentis: Sapientia, inquit, per Salomonem dicebat, Cor pus quod corrumpitur, animam aggrauat. Ita & in libris plerumque suis alij loquitur. Deinde Cyprianus non semel atque iterum, sed frequentius, citat scripturam dicere ea, quæ in eodem libro continentur. Eusebius iam ante annos mille & ferme trecentos libro quarto Ecclesiasticæ historie sic loquitur: Egesippus, Irengus, & omnis, inquit, antiquorum chorus, librum attitulum Sapientie, Salomonis esse dixerunt. Hæc qualiter sint accipienda, in dissolutione difficultatis quintæ, iam diximus. Idcirco Hieronymus & Augustinus, quamuis tradiderunt illum non esse Salomonis, id est, a Salomone in Græco scriptum, utique tamen crediderunt illum continere sententias diuino spiritu æditas, siue per Salomonem, siue per alium sapientissimum, qui in se personam transfigurauit Salomonis. Vnde & de quadam similitudine, dicitur ille liber esse Salomonis. Proinde ecclesia, cui longo iam tempore certum fuit librum nihil continere nisi diuinas sententias, in canone sacrarum scripturarum ueteris testamenti supputauit. De quo Augustinus sic habet, de prædestinatione sanctorum: Qui sententias, inquit tractatorum institui uolunt, oportet ut librum Sapientie, ubi legitur, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, omnibus tractatoribus anteponan, quoniam sibi eum proposuerunt, egregij uiri etiam temporibus apostolorum proximi, scripturæ tractatores, qui eum testem adhibentes nihil se adhibere, nisi diuinum testimonium crediderunt. Et simile est iudicium de Ecclesiastico, de Iudith, de Tobia, & Machabæorum libris. Nam & ex omnibus huiusmodi libris, egregij tractatores, uicini etiam apostolorum temporibus accipientes testimonia, crediderunt se adhibere diuina testimonia, quod satis ex superioribus est manifestum. Ex quibus sequitur quod quartus est apud nos ordo ueteris testamenti eorum librorum, quos Hebræi in suum canonem non recipientes inter apocrypha supputant, quos Christiana ecclesia inter diuinos libros honorat, ac prædicat. Hic iam si dixeris nusquam in concilijs præcipitur huiusmodi libros esse habendos pro canonicis. Deinde si canonici, qua ratione Cyprianus in expositione symboli separat Sapientiam Salomonis, Ecclesiasticum, Tobie, Iudith, & Machabæorum lib. & in nouo testamento librum qui dicitur Pastoris,

In præf. in
Iudith.

Origenes te
statur Salo
monem dice
re ea quæ con
tinent in lib.
Sapientie.

Ecclesiasti
hist. li. quar.
cap. 22.

Augustinus.
de prædesti.
cap. 14.

Quartus or
do ueteris te
stam. apud
Christianam
Ecclesiam.
Obiectio.

Responsio.

tur pastoris extra canonē, dicēs: Hæc omnia patres in ecclesia legi uoluerūt nō tñ ad autoritatē ex his fidei cōfirmandā. Ad primū respōdeo, neq; scripta cōcilia, neq; adscripti ecclesiastici canones fecerūt scripturas ueteris & noui testamēti esse diuinas aut diuino spū editas, sed uiuæ uocis oracula declarauerūt illas esse diuinas, ab initio suscipiētibus illas apostolorū ecclesijs. Priusquā tradita nobis legimus cōcilioꝝ scripta, noui & ueteris testamenti uolumina, credebantur diuinitus & inspirata & edita, ab omnibusq; orthodoxe fidei ecclesijs absq; cōtradictiōe exant suscepta, tenta, habita, & reputata tanq̄ diuino spū edita. Et quia ab initio huiusmodi uolumina oēs eccl̄æ receperūt, idcirco p̄ponunt cæteris oibus q̄ nō sic fuerūt absq; cōtradictiōe recepta. Sed nō inde cōsequēs est, quin & mereant habere in canone locū, etiā scripturæ quas nō oēs eccl̄æ, sed plures & grauioris autoritatis, ab initio tanq̄ diuinas receperūt, de q̄bus, postmodū oibus ecclesijs innotuit, nihil eas continere, nisi ueras & Christianæ religionis sententias. Ad secundū respondeo q̄ huiusmodi libri diuino spiritu editi. Pro dissolutiōe octauæ difficultatis, sciendū est, hic & in omnibus sequentibus, q̄ non intendimus defendere, ecclesiasticos patres sic in omnibus conuenire, ut non aliqñ cum pace & Christiana fide inter sese ita reuera dissentiant, ut necessariū sit unā sententiā uerā atq; alterā falsam esse, p̄sertim in hisq̄ aut facti sunt, aut ex sacris scripturis demonstrari nō possunt, aut si possunt, nōdū seculis illorū neq; scripturis sacris, neq; experimento, neq; autoritate uel ratione certa fuerunt elucidata. In illis enim manifestum est, sacratissimæ theologiæ interpretes, crebro inter se discrepare, cum pace tamen Christiana & fide catholica se inuicē, neq; iudicantes, neq; a sacra communione separantes. Quēadmodū diuus Cyprianus cum suis collegis quondā in Africa dissentiebat a cæteris, de quo in sequentibus latius. Ex hoc supposito facilis est huius difficultatis solutio. Deinde ex hoc sciendum non esse contrarietatem ullā, si Mattheus dicatur scripsisse prius euangelium suum in Iudæa, & postea Petro & Paulo prædicantibus Romæ adidisse ipsum in lucem, & dedisse legendum omnibus. Donec maneret in Iudæa Matthæus uiuus uocibus p̄dicabat illis euangelium suum iam scriptum, quod postea inde cōmigrans omnibus legēdū tradidit. De hoc sic loquitur Eusebius lib. tertio: Matthæus primo Hebræis p̄dicauit euangelium. Verū cum pararet transire ad gentes, patria lingua scripturā cōposuit, & ea que p̄dicauerat comprehendēs, reliq; his ad memoriam, a quibus profisciscēbatur, ut gentibus p̄dicaret. Sic & Marcū dicimus aut ex ore Petri, aut ut a Petro audierat scripsisse euangelium, & tradidisse illud Petro. Quod cum Petrus approbauit, tum demum Marcus Petro iam mortuo illud omnibus legēdū tradidit. Sic intellectu patrū sententiæ inter se nō pugnant. Que tamē pugna hac in re si esset fidei nō obesset, qualis est & sententiarum contrarietas inter Origenem & authorem prologi in Ioannem, super hoc, q̄ Apocalypsim suā Ioannes scripserat, priusq; suum scriberet

Dissolutio, difficultatis.

Eusebius libro 3. Eccle. hist. cap. 24.

scriberet euangelium, non enim oportet huius generis quæstiones fidei im̄ pertinentes curiosius indagare: attamen scire oportet eruditorū quosdā cōstiti mare p̄fationem illam super Ioannem nō Hieronymi, sed alterius esse. Verum cuiuscūq; authoris fuerit, antiquissimi patres tradūt Ioannē in fine dierum suū editisse euangelium, de quo Eusebius lib. tertio. cap. uigesimo quarto. Ioannem uero tradūt, inquit, usq; ad ultimū pene uitæ suæ tempus absq; ullis scripturarum indicijs euangelium prædicasse. Sed cum trium aliorum euangeliorū noticia ad ipsum puenisset, dicitur quidē probasse fidē & ueritatem dictorū, deesse tñ uidit aliqua, & ea maxime quæ primo tēpore suæ p̄dicationis dominus gesserat. Certū enim est q̄ in superioribus tribus euangelijs, hæc sola uidentur contineri, quæ in eo gesta sunt anno, quo Ioannes Baptista est uel coniectus in carcerem, uel punitus. Ad id, q̄ ex interpretationibus quorundam Hebræicorum nominum euangelio Matthei insertis obijci tur, Respondeo argumentum hoc non concludere euangelium non esse Hebræicæ scriptum: nam potuit contingere q̄ Græcus interpres euangelium ex Hebræo transferens, uerba illa Hebræica dimiserit in lingua propria, & eorum interpretationes, uel ipse uel scriptorū incuria, uidētū illas in margine notatas textui inseruerit. Neq; enim est propter tale argumentū recedendū a sententijs patrū, & a sententiā Hieronymi, asserētis in lib. de uiris illust. Mattheum Hebræicis literis, uerbisq; composuisse euangelium, illudq; haberi tempore illo in bibliotheca Cæsarensi, & sibi fuisse facultatem describendi illud, qd & Hebræice scriptū Panthenius lōge ante repperit in India, a beato Bartholomæo, q̄ illic semina fidei p̄dicauerat relictū, recitat Eusebius lib. quinto cap. x. Ad difficultatē nonā dicimus: Ex supra dictis manifestū est non oportere in canone diuinarum scripturarū oīno certū esse cuius uel authoris, uel collectoris siue unius siue plurium, sit unus aut alter liber in eodem canone designatus, cū sufficiat certum esse q̄ fuerit olim a tota fidelis populi ecclesia receptus, tanq̄ liber diuino spiritu editus, & succedentū ecclesiarum diligentia custoditus, ad nos usq; deuolutus. Iam si dixerimus inter apocrypha librum illum collocari, cuius author aut dubius est aut incertus, quemadmodum glossa in Decretis, dist. xvi. cap. Canones, apocrypha interpretatur. i. sine certo authore, ut Sapientia Salomonis, liber Ecclesiasticus, Iudith, Tobias & Machabæorum. Respondeo, si hoc pacto intelligeremus apocryphū, multi libri sacri essent apocryphi, & extra Canonē. Nam & liber Iob tam apud Ch̄ianos q̄ apud Hebræos extra canonē esset. Siquidē de authore illius & inter nos & inter illos q̄stio uersat, quēadmodum docet Isidorus sexto Etym. cap. vi. Librū Iob quidē Moysen scripsisse arbitrant. Alij uero unū ex prophetis, nonnulli eundem Iob post plagam suæ passionis scriptorem existimāt. Item liber Iudicium sc̄dm̄ illam significationem apocryphus dicitur, ut patet ex supra dictis: quem tamen librū in Canone locari est manifestū. Deinde de libro psalmoz̄ incertū est q̄s fuerit oīm psalmoz̄ author, & quis fuerit omnium illorū in unū uolumē collector, Augustino docētē xvij. de ciuitate Dei, capite xiiij. eos credibilis existimare, q̄ omnes centum & quinquaginta

Dissolutio non difficultatis.

Obiectio.

Solutio.

quingenta psalmos ipsi Dauid tribuunt. Hieronymus autem in epistola ad Cyprianum quendam aliter sentiens. Sciamus quod eos, inquit, errare, quod omnes psalmos arbitrantur esse Dauid, & non eorum, quorum nominibus sunt inscripti. Alii autem aliter sentientibus. Apocrypha ergo si uelimus intelligere illa quorum scriptor seu collector incertus est, non oportet omnia apocrypha extra canonem collocari. Si autem uelimus appellare ea secundum intentionem eorum, qui de apocryphis loquuti sunt, ut intelligatur esse quorum auctoritas minime idonea est ad ea, quae sunt fidei roboranda, dicuntur Apocrypha non ea, quorum dubius aut incertus est uel author uel collector, sed ea quae sunt occulta seu recondita, non confirmata & celebrata communi ecclesiarum lectione, quod origo incerta fuit patribus, neque certo scientibus diuinum eorum auctorem, neque uidentibus ea olim communi consensu fidelis populi fuisse recepta & confirmata. Sic Gregorius in prologo super Iob: Quis enim haec, inquit, scripserit, ualde superuacue quaeritur, cum author libri spiritus sanctus credatur fideliter. Ipse haec scripsit, qui haec scribenda dictauit, qui & in illius opere inspirator extitit. Sed quali calamo, seu lingua uerba haec scripta fuerunt, non est opus curiosius indagare. Proinde non est absurda declaratio uenerabilis Hugonis de sancto Victore. Apocryphus, inquit, id est, dubius uel absconditus liber duobus modis dicitur, uel quia author eius incertus, & sic liber Iob Apocryphus diceretur, quia non omnino certum est ecclesiae, an Iob ipse, an Moyses, an alius posterior scripserit historiam illam, uel quia communi consensu fidelis aut synagoga, aut ecclesiae non receptus est atque confirmatus, & sic liber Iob non apocryphus, sed inter canonicos libros habetur: neque enim ullo modo assentiendum est his, qui conati sunt asserere historiam Iob non continere res uere gestas, sed eam exempli causa nobis esse propositam, pro documento patientiae. Hoc si esset, ipse Iob, neque ab Ezechiele propheta cap. xliij. inter sanctos uiros Noe & Daniele comumeretur, neque a Iacobo apostolo illius patientia commendaretur. Quantum ad intellectum sententiarum doctorum attinet, habendus non est incertus author ullius libri, quem communis consensus fidelis populi iam olim firmissime tenuit, habuit & reputauit tanquam diuino spiritu aeditum, quis forsitan incertus sit author, per quem ceu calamum sermo eiusdem libri compositus fuerit, & ita non est efficax argumentum, quo propter styli, sermonisque distantiam, concluditur liber non esse huius, uel illius authoris, quemadmodum declarat Hieronymus quaestione xi. ad Hedibiam, sic loquens: Duae epistolae quae feruntur Petri, stylo inter se & charactere discrepant, structuraque uerborum, ex quo intelligimus Petrum pro necessitate rerum diuersis fuisse usum interpretibus. Hic uides Hieronymum propter diuersitatem styli concludere, non diuersitatem authorum, sed diuersitatem interpretum, sententias ab eodem auctore dictatas diuerso stylo scribitum. Sic & demonstrat in lib. de uiris illustribus super nomine Paulus, tradens quosdam opinari, uel Barnabam, uel Lucam, epistolam ad Hebraeos aeditisse, uel Clementem Romanae ecclesiae episcopum sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. Et quamuis

uis Paulus ad Hebraeos scribens, utitur testimonijs, quae in Hebraeis uoluminibus non habentur, non tamen inde oportet consequens esse, epistolam illam non esse Pauli, nam & in Actibus apostolorum Paulus cum Hebraeis disputans, non iuxta Hebraicum, sed iuxta septuaginta interpretes, citauit ueteris scripturae testimonium, Actuum xxviij. Vnde Hieronymus Isaiae sexto, sic loquens sententiam recitat aliorum. Ad id quod ex Hieronymo in epistola a Dardanum obijcitur, Graecorum ecclesiam non suscipere Apocalypsim Ioannis. Respondeo Hieronymum hoc non sic dicere, sed obijciendo loquitur conditionaliter. Nihil, inquit, interest cuius sit, scilicet epistola ad Hebraeos, cum sit ecclesiastici uiri, & quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsim Ioannis eadem libertate suscipiunt, & tamen nos utramque suscipimus. Vnde intelligendum est, olim non totam Graecorum ecclesiam suscepisse illam absque dubitatione, quemadmodum suscepit Ioannis euangelium. Origenes Graecus dicit Ioannem post Euangelium suum scripsisse Apocalypsim, ceterique Graeci uetustissimi, usi sunt Apocalypsi Ioannis, tanquam scriptura diuina, inter quos sunt Dionysius Areopagita, & Ioannes Damascenus. Anastasius Graecus affirmat opus hoc receptum a quibusdam tanquam illius opus. Ex hoc libro tanquam ex diuina scriptura citauerunt sententias antiquissimi doctores, Irenaeus, Cyprianus, Origenes, Ambrosius, Augustinus, ceterique patres. Ad decimam difficultatem, dicimus quibus neque euangelistae, neque apostoli, neque ecclesia, neque logi temporis consuetudo, faciat doctrinam ullam diuinitus reuelatam, uel diuinam habere auctoritatem, uel sancto spiritu editam, uel ueram esse, & canonicam, utique tamen apostoli & ecclesia, doctrinam quam alioque ignoraremus diuinam habere auctoritatem indicant, comonstrant, & declarant nobis esse talem, scilicet diuinam, ueram, & canonicam. Proinde ex eo quod apud Hieronymum in lib. de uiris illustribus, de epistola Iacobi dicitur, quod ipsa paulatim procedente tempore obtinuerit auctoritatem, est accipiendum, non quod uel consuetudo, uel temporum progressus, uel tacita ecclesiae permissio fecerit hanc epistolam esse diuinam, uel a Iacobo aeditam, uel ueram & canonicam. Sed quod ea quae primum ignorabatur esse, aut Iacobi, aut diuinae auctoritatis processu temporis, inuenta est, aut eius esse, aut talis, quae nihil contineat nisi ueram & apostolicam doctrinam. Erat quidem huius epistolae diuina auctoritas, sed non omnibus ecclesijs primitus innotuit, procedente tempore iam declarata & manifestata. Et huius consideratione poteris cognoscere iuxta ratione quaedam postmodum in canonem esse scripturarum recepta per ecclesiam, quae non sic ab initio recepta, sed dubia erant. Vnde decima difficultas rationes assumit, quas iam olim obijciebat Hieronymo Rufinus in apologia arguens illum, quod Daniele negauerit prophetam esse, quod a scripturis sacris excluderet Susannae historiam, trium puerorum hymnum, quodque fabulosam & confictam diceret septuaginta duorum uirorum per cellulas interpretantium unam & consonam uocem. Sed his omnibus respondet ipse Hieronymus in apologia quam de his edidit, contra eundem Rufinum, plane docens se neque negasse Daniele esse propheta

E tam, neque

Vide hic quod dicuntur apocrypha.

Gregorius.

De lib. Iob.

Hieronymus ad Hedibiam.

Hieronymus ad Dardanum.

Origenes.

Dissolutio difficultatis.

Dissolutio undecimae difficultatis.

tam, neq; afferuisse falsas esse historias Susannæ, Belis, draconisq; fabulâs, sed se uoluisse mōstrare qd de huiusmodi rebus Hebræi sentirent. Dicimus itaq; eundem Ruffinum non iusta ratione carpsisse Hieronymum, qui neq; æditionem septuaginta asserit falsam esse, quamuis confictas arbitretur cellulas, in quibus seorsum positi interpretati dicuntur, neq; ecclesiam errare dicit publice legentē Susannæ historiã, aut triū puerorū hymnū, aut Belis draconisq; fabulas, sed ostendit Daniele apud Hebræos non habere illas, quas apud nos inquit, quia in toto orbe dispersæ sunt, ueru anteposito, easque iugulante subiecimus, ne uideremur apud imperitos magnam partem uoluminis detruncasse. Falsum ergo est, quod Ruffinus Hieronymum calumniã penitus eralisse a scripturis huiusmodi historias. Quamuis autem super Susannæ historia olim fuerit cōtrouersa in ecclesia Christi, inter Origenem & Africani, hoc quidem docente historiam hanc esse fabulam, Origine autem defendente contrarium. Tamē quia antiquissimi patres etiam ante Christum, ut pote septuaginta interpretes, & post Christum Theodotion, Tertullianus, Origenes, Ruffinus, Hieronymus, Augustinus, & cæteri eiusdem historiæ meminerunt, quam & ecclesiæ Christi uicine Apostolorum temporibus publice legendam susceperūt. Idcirco oportet non contemnere illam tanquam prorsus falsam, sed honorare eam tanquam ad edificationem ecclesiæ utilem, quam quisq; credens ueram esse perniciose non fallitur; quemadmodū legimus sanctorū martyrum gesta longo usu recepta in Christianorum ecclesia, ex quibus tamen argumentum non sumimus efficax ad demonstrandum ea q̄ fidei sunt. Sic Cyprianus, Ambrosius, ceteriq; patres citant sententias ex libro Baruch, ex tercio & quarto Esdræ, non tanq̄ ex canonicis libris, sed tanq̄ ex libris continentibus dogmata quedã pia iuuantia & nō cōtraria, sed consona potius fidei nræ. Ex supra dictis igit colligimus sententias. Prima est: Scripturæ sacræ sunt, quas ab apostolis edocta ecclesia primitiua, suis filijs distribuit, quas & ad hæc usq; tempora habemus in ecclesia custoditas p̄ successiones episcoporum & presbyterorum concorditer utētium eisdē. iij. euangelijs, & apostolicis prophetisq; libris, quos in hodiernum usq; diem honorat & prædicat tota Christianorū schola. Deinde constat totū scripturarum sacrarū canonem duo complecti testamenta, quæ appellamus uetus & nouū testamentū, & ueteris esse ordines quatuor, & in ordine primo esse uolumen Moyfi, continens libros quinq; ut Genesim, Exodū, Leuiticum, Numerorum, Deuteronomium. In secundo prophetarum libros, ut Iosue, Iudith, Ruth, Regum, Esaiã, Hieremiã, Ezechielē, & librū duodecim prophetarū. In tercio Hagiographa, id est sanctorum scripta, quæ continent Iob unum, Psalmorum unum, Salomonis tres, Danielis unum, Paralipomenon duos, Esdræ duos, Hester unum. In quarto esse ea quæ non Hebræorum, sed Christianorum schola recipit, ut Ecclesiasticum, Sapientiam, Iudith, Tobiam & duos Machabæorum libros. Et huius quarti ordinis libros non esse tam ample autoritatis, quam ceterorum ordinum, eisdem tamen in Christianorum schola cæteris omnibus tractatoribus anteposendos: quoniam sibi eos anteposuerunt

Hieronym.

Epilogus.

te posuerunt egregij uiri ecclesiastici, temporibus apostolorum proximi, quorundem librorū scripturas crediderunt esse diuina testimonia. Noui autē testamenti esse ordines tres, in primo esse quatuor euangelia, & apostolorum Actus. In secundo Pauli epistolas xiiij. Petri primã, Ioãnis primã, de quibus nulla unquam extitit dubitatio. In tercio, qui iam olim sunt recepti, sed non sine contradictione, quia non ab initio innotuerant omnibus ecclesijs; ut sunt epistola ad Hebræos, Apocalypsis Ioannis, & epistola illius secunda & tertia, epistola Petri secunda, & Iacobi una. De quibus iã ante mille annos sine controversia receptis in ecclesia catholica, non potest nūc ulla esse dubitatio. Tertio cōsequens est ex duodecim apostolorum schola duos tantum ædidisse euangelia, Matthē uidelicet & Ioannē, & ex omnibus apostolorū discipulis duos tantū reliqua duo euangelia scripsisse, Marcū uidelicet & Lucã, quorū autē Petri, aut Pauli fuit discipulus. Vñ fit, ut & euangeliū Marci, Petri dicat, euangeliū autē Lucæ, Pauli euangeliū appelleretur. Hi profecto scribæ quatuor sermonum, & actorum Iesu Christi, neq; eisdem temporibus, neq; locis eisdem pariter congregati, neq; mutuo conferentes, omnes tanquam uno ore pronuntiant fidei nostræ & preceptorū regulas, & quedam etiam alia, atq; inter se diuersa, in gestis & miraculis recitantes, quod sine dubio, ut inquit Chrysostrmus, est grande ueritatis documentum. Si enim ex toto, & in omnibus conuenerent, & cum nimia diligentia, usq; ad omnia tempora, loca, ad singula quæque gesta concurrerent, dixisset aduersarius quisque fidei nostræ, communi eos consilio fuisse cōgregatos, & humana factione cōposuisse euangelia. Rursum, si singuli diuersa scripsissent, ac noua omnia, nullum potuissent conueniens apparere testimoniū. Propterea ergo & communiter, atq; concorditer dixerunt multa, præsertim in principalibus rebus, in quibus & uita nostra, & fides, & prædicationis summa consistit, & singuli propria quedam ac specialia dixerunt, præsertim in gestis & miraculis Christi, ut neq; superflue, neq; importune aliquid uideretur in sacris literis adiectum. Quarto ex superioribus consequens est, quod non omnes scripturæ etiam uerisimiles, de quibus olim fuit dubitatio, sunt receptæ in catalogum sacrarum scripturarum. Nam & post supradictas scripturas iam in canone recitatas, fuerunt scripturæ, de quibus, ut inquit Eusebius, quãmaxime olim dubitabatur, ueluti actus Pauli & libellus qui appellatur Pastoris, & reuelatio Petri & Barnabæ, epistola & doctrina, quæ dicitur apostolorum, quibus & quidam sociabāt euangeliū quod dicitur secundum Hebræos, quo præcipue utuntur illi Hebræi, qui Christū suscipere uidentur, sed in ecclesia ei contradicitur. De quo & Origenes homilia octaua super Matthæum: Scriptum est in euangelio quod dicitur secundum Hebræos, si tamen placet alicui recipere illud, sed ad manifestationem propositæ quæstionis. & cæter. Quæ omnia tamen a nobis, inquit Euseb. necessario sunt enumerata, ut absq; ulla ambiguitate claresceret, quæ sint in ueteri autoritate, & quæ sint, in quibus uel contradictio aliqua, uel cūctatio soleat admitti, quum tamen a quamplurimis ecclesijs recipiãtur. Quinto ex superioribus consequens est, neque fuisse unquam recepta in catalogo

Noui testam.
ordines tres.Scripturæ de
quibus olim fuit
dubitatio.Hist. Eccl. lib. 3.
cap. 31.Histor. Eccl.
lib. 3. cap. 31.

librorū scripturæ sacrę plura euāgelia, q̄ quatuor supradicta, aut plures apostolorum seu discipulorum epistolas, uel scripturas, q̄ eas, quas supra commemorauimus int̄ canonicas scripturas, neq; fuisse dubitatū de alijs ullis recipiendis, p̄terquam de his, super quibus recitauimus dubitatum esse. Proinde euangelia inscripta sub nominibus aliorum Apostolorum, ut Petri, Thomæ, Matthiæ, Andreæ, nequaquam inter illa, de quibus olim dubitatio extitit sunt colligenda, sed penitus sunt propellenda tanquam aliena, & a regula pietatis discrepantia, quorum nusquam in scripturis ueterum (qui Apostolis successerunt) habetur mentio ulla, aut commemoratio, in quibus & ipse stylus multum ab ecclesiastica consuetudine deprehenditur esse diuersus. Sensus q̄que, & omnia que his inferuntur longe ab apostolica fide dissonant. Ex quo comprobatur ea esse & fragmenta hæreticę prauitatis, & indigna, quæ numentur inter illa, de quibus in canonem recipiendis fuit olim dubitatum. Proinde & omnia alia aliorum apostolorū nominibus inscripta Euangelia, liber quoque de Saluatoris infantia, fuit iam dudum, tāquam ab hereticis conscripta prorsus extra usum & manus Christianorum reiecta & deserta, ex quibus, neque patrum quisquam ab ipsis apostolorum temporibus ad hæc usque tēpora corroborauit nostræ fidei sententias. Super catalogo igitur uoluminū ueteris ac noui instrumenti, quæ secundum maiorum traditionem per spiritum sanctum conscripta creduntur, restat obseruanda conclusio ex concilio tertio Carthaginensi, ante mille iam annos celebrato, cui & interfuit & subscripsit uenerabilis pater Augustinus, ubi sic legitur capite. quadragesimo septimo: Placuit ut præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur, sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autē canonicæ scripturæ libri: Primus, Genesis. Secundus, Exodus. Tertius, Leuiticus. Quartus, Numeri. Quintus, Deuteronomij. Sextus, Iesu Naue. Septimus, Iudicum. Octauus, Ruth. Nonus, regum quatuor. Paralipomenon libri duo. Job unus. Psalterium Dauidicum. Salomonis libri quinque. Libri duodecim prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hester, duo Esdræ, duo Machabæorum. Noui testamenti libri uiginti septē. Euangeliorum libri quatuor. Actuum Apostolorum unus. Pauli Apostoli epistolæ quatuordecim, inter quas ē eiusdē ad Hebręos una. Petri ep̄lę duę. Ioannis tres. Iudę Apli una. Iaco. una. Apocalypsis Ioannis liber unus. Cōcilium tribuens Salomoni libros quinque, Ecclesiasticum & Sapientiam sub numero illo intelligit esse conclusos. Hæc a patribus in Ecclesijs legenda suscepimus, sub nomine diuinarum scripturarum. Hoc illius concilij decretum. De catalogo igitur librorum scripturæ sacrę, quæ nam sint noui ac ueteris instrumenti uolumina, quæ secundum uenerandam patrū antiquitatem, per spiritū sanctum inspirata & conscripta creduntur ecclesijs Christi tradita, quęq; & ecclesia catholica, & sancti patres intra canonem concluderunt, ex quibus & fidei nostrę assertiones constare uoluerunt. Hęc hæcenus dicta sufficiant.

FINIS.

Ioannis

IOANNIS DRIEDONIS

DE TVRNHOVT, SACRÆ THE

ologię apud Louanienſes professoris, liber

ſecundus, de translationibus, expositio

nibus, & multiplicibus ſenſibus

ſcripturarū: cuius ſunt

capita tria.



REMISSO in superiori libro, catalogo librorum scripturæ sacræ, operępretium est deinceps differere translationum, æditionum, sensuum & expositionum scripturæ sacrę uarietate ac multitudine. Partiemur autē librū in capitula tria. Primū erit de uersionibus, seu translationibus scripturarum ex una lingua in aliam. Alterum de multitudine sensuum scripturę sacrę. Tertium de uia, per quam est inuestigandus uerus scripturarū intellectus.

Caput primū.



Rimum igitur de multitudine & interpretum, & interpretationū seu translationum dicturi, discutiemus, utrū oporteat unquā adhęre scripturę uersę in aliā linguā. Et utrū eadē seu equalis sit autoritas scripturę interpretatę, seu uersę, & scripturæ in fonte suo æditę, eadēq; autoritas interpretis, q̄ est & pphetæ seu euāgelistę. Sūt autē difficultates hęc duę p̄cipue. Vna de Gręca æditōe ueteris testamēti facta ex Hebręa lingua p̄ duos & septuaginta interpretes ante Ch̄m natū, supra annos quinquaginta & ducentos. Vnde Irenęus: Natus est dñs noster circit̄ primū & quadragesimū annū imperij Augusti. Multo autē uetustior fuit Ptolemęus, sub q̄ interpretati sunt scripturas. Altera de æditione Latina totius scripturæ sacrę, qua usa est tota Latinorum ecclesia multis iam seculis. Super æditione septuaginta interpretū, uidet̄ quęstio difficilis, qua ratione diuus Hieronymus post horum æditionem, tentauit uetus testamētū immediate ex Hebræo in linguā Latinā uertere, & dimissa eadē septuaginta interpretū æditione, suā nouā ecclesię legendā tradere: cū sub apostolorū t̄pibus tota Ch̄i ecclesia habuerit æditionē eorundē septuaginta interpretū, tanq̄ authenticā, & tanq̄ scripturā sacrā æditā in suo fonte, suaq; origine, quemadmodū uidentur p̄bare hæc argumenta. Primū: Interpretatio septuaginta duorum consonat, inquit Irenęus, apostolorū traditioni. Petrus etenim, Ioānes, Paulus, & reliqui deinceps, & horū sęc̄tatores, p̄phetica omnia ita annuntiauerūt, quęadmodū seniorū lxxij. interpretatio cōtinet. Vnus em̄ & idē spiritus, q̄ in p̄phetis uaticinatus ē, in senioribus interpretatus est. Secundū argumentū: ap̄l̄i & euāgelistę passim p̄termisissis sententijs, quas in Hebręorū uoluminibus legimus, citauerūt scripturas ueteris testamēti, secūdū æditionē lxx. Paulus ad Galat. Scriptum, inqt̄, Maledictus ois q̄ pendet in ligno. sic apud lxx. & non apud Hebręos inueniē. Sic & illud qd̄ citat̄ ad Gala. iij. Maledictus ois q̄ nō p̄manerit in oibus, quæ scripta sunt in libro legis, quod sic apud septuaginta, nō apud Hebręos inuenitur.

Difficultates duę.

Argumentū primum.

Argumentū secundum.

E iij Item

Item Lucas in suo euangelio, & in Actis apostolorum, non iuxta Hebraicum, sed iuxta septuaginta usus est scripturae testimonijs, quemadmodum docet idem Hieronymus in commentario super Esaiam, capite sexto. Tertium argumen-
Argumen. 1. tum, antiquissimi patres, ueluti Irenaeus, Orige, Augustinus, certo tenent additionem septuaginta, spiritu sancto & prophetico factam, tradentes septuaginta interpretes, non more humano inter se conferentes, sed seorsum positos, secundum eadem sententias, eademque uerba & eorundem uerborum ordinem, scripturas sacras ex Hebraeo uertisse in Graecam linguam, Irenaeus lib. iij. aduersus Valentinum cap. xxv. de istis interpretibus asserit, quod Ptolemaeus uolens experimentum sumere, & metuens ne forte ueritatem scripturae per interpretationem absconderent, eosdem a se uicem separat. Post interpretationem autem conuenientibus, inquit, ipsis in unum apud Ptolemaeum, & comparantibus suas interpretationes, Deus glorificatus est, & scripturae uere diuinae sunt creditae, omnibus eadem & eisdem uerbis, & eisdem nominibus recitantibus ab initio usque in finem, uti & praesentes gentes cognoscerent, per aspirationem Dei interpretatas esse scripturas. Eandem sententiam de ipsis interpretibus seorsum interpretantibus, & sic conuenientibus probat Hilarius, item Tertullianus, in Apologia aduersus gentes, quamuis non meminerit cellularum, dicit tamen, quod Philadelphus Ptolemaeorum eruditissimus ex suggestu Demetrii probatissimi Grammatici libros prophetarum accepit, per septuaginta duos seniores ex Iudaeis interpretibus in Graecum stylum uersos, addens, illos apud Ptolemaeum in bibliothecam, cum ipsis Hebraicis literis in suum usque diem exhiberi a Iudaeis, & palam lectitari. Deinde Augustinus xv. de ciuit. Dei, cap. xxij. plane asserit eosdem interpretes habuisse prophetice spiritum, & xx. de ciuitate Dei, cap. xxix. asserit eosdem prophetice interpretatos esse. Rursum ipse Hieron. quibus alicubi docet septuaginta fuisse non prophetas, sed interpretes, & in multis ab Hebraica ueritate deuiasse, & illud de cellulis in quibus fuisse seorsum positi fabulosum esse. Idem tamen in prologo Paralipomenon, eosdem fuisse plenos Dei spiritu tradit, addens se frustra impelli ad Hebraea uolumina latino sermone transferenda, si septuaginta additio pura, & ut ab eis in Graecum est uersa, permaneret. Et alibi discrepant, inquit, euangelistae, septuaginta interpretum, nostraque translatio, & tamen sermonum uarietas in unitate spiritus concordat. Item Chrysostomus super euangelium Matthei, homilia quinta, additionem septuaginta approbans, contra eos qui in Isaia transferunt, non uirginem, sed puellam aut iuuenulam. Primo quidem inquit, dicemus, quod ad faciendam uerae translationis fidem, omnibus alijs iure septuaginta interpretes sunt digniores. Si quidam alij post aduentum domini interpretati sunt. Iudaei siquidem permanentes merito suspecti, quippe qui inimice & subdole multa corruerint, & data prorsus opera a prophetis Christi mysteria celauerint. Septuaginta uero ante centum & aliquanto amplius dominici aduentus annos ad interpretandum tot, ac pariter accedentes, ab omni huiusmodi suspitione sunt liberi, & ex tempore & ex ipso (quod super omnia debet ualere) consensu. Item longe ante tempus illud, Origenes in epistola ad Africanum de historia Susanna sic loquitur:
Hoc

Hoc solum pro uero habendum est in scripturis diuinis, quod septuaginta interpretes transtulerunt. Nam id solum est, quod autoritate apostolica confirmatum est. Ex quibus uidetur consequens adhaerendum esse additioni septuaginta interpretum, tanquam scripturae sacrae in suo fonte suaque origine consecratae. Quam sententiam & ipse Ruffinus in apologia contra Hieronymum de monstrare uidetur, ex eo quod apostoli scripturas sacras ueteris testamenti ecclesijs Christi legendas reliquerint, non aliter quam secundum additionem septuaginta interpretum, qua & tunc usa erat Christiana ecclesia annis quadringentis, aut circiter. At contra uidetur, quod apostoli & euangelistae leguntur multis usi scripturis ueteris legis, quas non apud septuaginta, sed apud Hebraicam ueritatem reperimus, quemadmodum mox patebit ex doctrina Hieronymi in libro de optimo genere interpretandi, tradentis septuaginta illos non fuisse prophetas, sed interpretes, & in multis deuiasse ab Hebraica ueritate. Vnde & iam uniuersalis ecclesia postposita additione eorundem septuaginta, utitur translatione alia, Et haec insuper non uidetur ecclesia recipere tanquam autenticam diuinamque spiritu sic editam, ut prorsus in uniuersis & singulis sententijs sit consona ueritati scripturae in primario suo idiomate, quippe quam & Hieronymus ceterique nonnulli eiusdem ecclesiae doctores, iam olim ostenderunt in quibusdam deuiantem a suo fonte, quemadmodum & latius ostendemus in sequentibus. Sunt igitur, qui dicunt translationem hanc Latinam, qua communiter utitur tota Latinorum ecclesia, necque esse diuini Hieronymi, necque in omnibus consonam scripturae sacrae originali, quippe quam Ambrosius & ipse etiam Hieronymus quibusdam in locis, & post eum Armachanus, Lyranus, & ceteri etiam huius temporis uiri utriusque linguae periti arguunt, emendant, & ex Hebraea uel Graeca lingua castigant, corrigunt: docentes & in Hebraeo codice ueteris testamenti, & in Graeco codice noui testamenti aliter haberi, quam nos habeamus, adducentes in suae sententiae corroboracionem Augustinum. & ipsum etiam Hieronymum ceterosque patres, qui docent ad originales linguas esse recurrendum, si quoniam uarietas in latinis codicibus reperitur. Sunt alij, qui contra dicunt certo certius translationem latinam, qua nunc ab hinc mille annos usa est latinorum ecclesia, esse diuini Hieronymi editionem, ab ipso docente spiritu sancto decessissime factam, usque & autoritate ecclesiae probatam, nullo prorsus in loco a suo fonte deuiam. Et propterea nos oportere stare huic editioni Latinae, tanquam scripturae diuinae in suo fonte, suaque origine, praesertim cum iam ab annis mille & ultra, totus Christianorum coetus, & uniuersalis ecclesiae synodi hac sint usi, tanquam probata & autentica, confirmantes, & demonstrantes, ex ipsa, contra hereticos, sententias fidei: non habentes recursum ad originalem linguam, in qua scriptura est edita. Nam si quod falsitatis, inquit, esset in editione nostra latina, titubaret profecto fides nostra. Titubat enim fides, si diuinarum scripturarum a nobis receptarum, titubet autoritas. Ex quibus inferunt, eos qui dicunt editionem nostram latinam, aut non recte factam esse, aut in aliqua sui parte falsam aut deuiam, demoliri fundamentum Christianismi, & temerarios esse, atque peruersos, & hereticos, si adsit animi pertinacia. Haec & id genus alia sunt, quae hac in re difficultates in-

Ruffinus:

Opinio de translatione latina qua ueritur ecclesia an sit S. Hieronymi.

Aug. 1. de doctr. cap. 11.

Sunt qui dicunt oportere nos, prorsus adherere latinam additionem.

tates ingerūt propter quas turbatur Christianorū schola, dum in ea unus aliū iudicat, alius sententiā, ut hæresim damnat, q̄ alius prosequit̄ ut catholicā & defendit. Inter has & similes magistrorū sententiās, nequaquā uēdico mihi auctoritatē censorij arbitri, sed ex uilis mihi argumentis aut necessarijs, aut uerisimilibus, quid uideat̄ dicendū proponā, interim hortans ad pacē & concordia sacrae theologiæ studiosos, ut neq; alter alterz iudicet, aut a communione separandum aestimet, donec aut iudicio ecclesiæ catholicæ aut aliorz melius sententium fuerit aliter definitum. Pro istorum igitur dilucidatiōe opere pretium est quædā præmittere. Primū de uarietate linguarum, quibus utitur scriptura. Deinde de multiplicitate textuum scripturæ sacrae, editionū, interpretationum seu translationum, atq; interpretum, plerūq; eundem scripturæ locum ex suo fonte in diuersas sententias interpretantiū. Tertio de eorundē interpretū auctoritate, ac interpretationum seu translationum mutua collatione seu cōparatione. Et utrū magis oporteat adherere scripturis in suo fonte æditis q̄ in aliam linguam translatis. Quibus absolutis, supradictas duas difficultates una cum factis hinc inde argumentis dissoluemus. Et subsicentes semper omnia nostra definitioni sanctæ matris ecclesiæ, adferemus quæ uidentur ex sententijs patrum uerisimilia, neminem iudicantes contrariū sententiam, sed pro uirili nostra solliciti, ne propter diuersas interpretatiū sententias turbetur inter membra ecclesiæ unitas, ostendemus (si tñ res patitur) diuersa magistrorū dogmata, quæ & plerumq; uidentur inter se contraria, fidei orthodoxe nō repugnare. Primum igitur sciendū est q̄ triplex est scripturæ sacrae sermo: Hebraicus uidelicet, Græcus, & Latinus, quo consuevit Christianorū schola uti, & demonstrare, atq; corroborare contra hæreticos suæ fidei documenta. Vñ & titulus in cruce Iesu, scriptus erat Hebraice, Græce, & Latine. Cæteræ linguæ fuerunt quidem ad significandū res humanas inuētæ atq; institutæ, sed non sic fuerūt olim a patribus admisse, ut in eas passim uerterent̄ legis & prophetarū scripturæ, ad ea, quæ fidei sunt, corroboranda. Manifestū est totū ueteris testamenti canonē, quem Iudæi communē nobiscū hñt, esse Hebraice editum. Totū autem canonem nouę legis Græco sermone compositum, excepta (secundū quosdā) epistola ad Hebræos, excepto etiam euangelio Matthæi, q̄ hebraice ab omnibus antiquis patribus scriptū tradit̄, tamen recentiores q̄dem moliant̄ id uertere in quæstionē, de quibus in præcedenti libro. Chaldeorum lingua, in qua scriptus est Tobiaē liber, magna ex parte, inquit Hierony. affinis est Hebrææ linguæ. Ex his duabus linguis per Dei prouidentiam ad significandum res diuinas admittis, uersus est totus scripturæ sacre sermo in latinam linguā. Constat aut̄ linguā Hebræam quæ uel eadē est cū Chaldaica, uel uicina seu affinis eidē, fuisse oīm primam humano generi coēm ab Adā usq; ad Heber. Erat aut̄ terra, inquit scriptura, labij unius & sermonū eorundē. Erat quidem añ Heber Hebræa lingua, sed nō uocabat̄ Hebræa, nec enim opus erat distinctiōe noīs, cū nulla erat distinctio idiomatis, tūc opus erat eā distinguere ab alijs linguis noīe proprio, q̄ facta est lingua uni genti ppria. Qñ aut̄ erat una, nihil aliud, inquit Augustinus, quam hu-

De uarietate
linguarum.

In p̄fat. in li.
Reg. & Iob.

De lingua he
bræa.
Gene. ii.

quam humana lingua, humana locutio uocabatur, qua sola ip̄m humanū genus loquebat̄. Vñ & ipse Heber nomen imposuit filio suo, ut uocaret̄ Phaslech, q̄ interpretatur diuisio, qm̄ tūc ei, inqt̄ scriptura, natus qm̄ p̄ linguā terra diuisa est. Idcirco uocātū est nomen ciuitatis Babel, quia ibi confusum est labiū uniuersæ terræ, & merito elatiōis puniti sunt homines diuersitate linguarum. Censura itaq; diuinæ iustitiæ ad cohibendā humanam insolentiam, unam totius humani generis loquelam duarum & septuaginta linguarū uarietate confudit, de quo uide Augustinum decimo sexto, de ciuitate Dei. Et Ambrosium in lib. secundo de uocatione omnium gentiū, cap. quarto. Quātis ergo Hebræa lingua nomen acceperit ab Heber, nō tamē ab ipso incepit, sed nec Heber ipse eandem linguam in uniuersam suam progeniem effudit, sed in eam tantum, cuius generationes producantur ab Abraham. Hactenus de lingua Hebræa, quæ est omnium prima. Deinde & characteres huius linguæ omnium primi sunt traditi ad significandas res diuinas, quæ etiam uidentur fuisse in prima mundi ætate. Siquidem & Enoch scripsisse quædam ante diluuiū uidetur ex epistola Iudæ. Verum cum ante Moysen non habeamus ulla diuinarum scripturarum monumenta, non absurdum uidentur, si noui Hebræorum characteres credantur Hebræis traditi per Moysen, qui scripsit sermones domini in uolumine foederis, qui & accepit a domino duas tabulas, nō solum manu dei factas, sed utraq; dei digito scriptas, quibus contractis, non deus, sed Moyses alias duas præcidit, & in illis rursum nō Moyses ex ore dei, sed deus ipse uerba scripsit, quæ habuerūt priores tabule. Deus qui Hebraici sermonis rationem & uocem, suę linguę ad loquendum dedit, idem ipse elementorum figuras primus per semetipsum conscripsisse legitur, nec dum quippe Moyses quicq; scripserat, quādo ei dixit deus: Ascende ad me in montem, dabo tibi duas tabulas lapideas, & leges, atq; mandata, quæ scripsi. In eadem lingua & in eisdem characteribus habebatur scriptura usq; ad captiuitatem Babylonicā. Post captiuitatem fuit quidem scriptura in eadem lingua scripta, sed non eisdem characteribus. Nam certum est, inqt̄ Hieronymus in prologo galeato, Esdras scribam, legisq; doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationē tēpli sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nūc utimur. Ante huiuscemodi scripturas uel digito Dei, uel manu Moyli scriptas, nulla est nobis certa scriptura diuina, nec vlla prophetarū rerz historia. Literas siquidē Græcas Cadmus primus Græcis tradidisse fertur, quo tempore Othoniel populo Israel præerat, constitutus dux circiter annum septuagesimumseptimū, post scripturā legis Moyli datam. Latinas autem Carmentis reperisse dicitur, quo tempore populum Israel iudicabat Iair: quæ literæ quibus ad significandas res humanas primo fuerunt inuētæ & institutæ, iam tñ etiā Dei prouidentia ad significandas diuinas res sunt admisse. Hactenus de linguis. Iam de interpretibus, & primum de eis, qui uetus testamentum ex Hebræa lingua in Græcam transtulerunt, differendū est. Primi ueteris legis interpretes fuerunt duo & septuaginta, ex Hebræa lingua in Græcam uetus testamentum transferentes, sub temporibus Ptolemæi Philadelphii

Aug. lib. i. c.
de Ciuit. ca. 10.

Confusio lin
guarum pro
pter p̄ctm̄ in
trauit genus
humanum.

De caracte
ribus Hebræ
icis.

Exodi 24.

Cadmus græ
corum chara
cterū inuen
tor, circiter
annū 77.

Philadelphii, ante Christū natū, annos supra quinquaginta, & ducentos. Cū Saluatoris nostri tēpora uiderentur, inquit Eusebius, aduenire, conueniretq; maxime omnium gentiū saluti, intelligere quęcunq; de Christo a prophetis scripta erant, per linguam Græcam, quam fere omnes gentes tunc intelligebant, diuina prouidentia Hebræorum scripturam uniuersis proposuit. Post Saluatoris autem nostri tempora, aut non habuissēmus scripturas, quippe quas Iudæi aut ex inuidia occultassent, aut corruptiores nobis dedissent, aut si recte potuissent haberi, in suspicionem traductores facile uocarentur. Saluator ergo, qui ut deus omnia præuiderat, optima dispositiōe usus, diuinorum librorū traducendorū uoluntatē inspirat Ptolomęo Regi, qui & præcepit Demetrio suę bibliothecę præfecto, de hac re literas scribere Eleazaro Iudæorum Pontifici. Is cum literas recepisset, de singulis tribus seniores uiros legis peritos & probos sex misit, utriusq; linguę peritos, qui scripturā traduxerūt Ptolomęo Regi, qua traductione lecta propositis in medio libris eorundē seniorū interpretum, sacerdotes ac multi Ægyptiorum coram rege congregati, magna uoce dixerūt, probe & sancte diuinam scripturā esse traductam, & idcirco decens esse, ut Rex iustissimus caueat ne quisq; peruertere aliquid audeat: quod cum oēs una uoce probassent, iussit rex scđm morē maledicere, si quis aut subtraxerit, aut mutauerit, aut addiderit aliquid. Et cū lecta uniuersa essent, miratus rex legislatorum prudentiā, interrogauit Demetrium, qua ratione nemo aut poetarum aut historicorum de tot tantisq; rebus gestis ullam fecerit mentionē: cui Demetrius respōdit, diuina, inq; hæc lex est, & a deo data, atq; ideo si q; attigerūt, a deo percussi resiliērūt, affirmantē se audiuisse a Theopompo, q; ceperat nonnulla a Iudaicis scripturis translata, Græca oratione ornare, & ilico turbatione quadam mentis percussū, magno studio Deū orasse, cuius rei gratia id sibi accideret, audiuisse seq; per somnium, quia res diuinas, lenocinio, inquinatis hominibus ædiderat. Ego quoq; ipse, inquit, a Theodoro tragediarum poeta accepi, q; cū ipse multa ex Iudaica scriptura ad fabulā quādā transferre uellet, luminibus captus fuerit, q; quādo credidit hac de causa id sibi euenisse, magno tēpore penitentia egit, & tandem sibi restitutus uisus est. Tunc ergo Rex magna cū diligentia scripturam iussit inuiolatam reseruari. Hęc Eusebius de preparatiōe Euangelica libro octauo. Verū hic sciendū q; aliud est mutare q; propheta uel euangelista scripsit, & uelle simplicitatem sermonis illius corrigere atq; ornare, aliud uero mutare sermonem, quē interpret edidit, eumq; castigare ad ueram simplicitatem sermonis, conscripti a propheta uel euangelista: de quo latius infra. Primi ergo sacrae scripturę interpretes fuerunt septuaginta, deinde Aquila Iudęus, natione Ponticus, secundus Moyfaicę legis interpret, quē & Iudæi cæteris anteponūt, scripta sua edidit sub ipsis tēpibus Sixti, q; fuit octauus, post Petrū Romanus Pont. Iste q; Iudęus, odio habēs Christianorū non ē, q; iam inceperat crescere multis in locis, scripturas quę Christum sonāt, p. aue est interpretatus. Tertius ueteris legis interpret fuit Theodotion, sub tempore Soteris decimitertij, q; fuit decimustertius post Petrum ecclesię

ecclesię Romanę Pont. post Christum passum circiter antium quadragensimum supra centesimum. Quartus ueteris legis interpret, Symmachus, sub temporibus fuit Seuerini, decimifexti pontificis post Petrum. De his tribus interpretibus sic habet Hieronymus: Si apud Græcos post septuaginta editionem, iam Christi euangelio coruscante, Iudæus Aquila, Symmachus, & Theodotion, Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in Exaplis habentur apud ecclesiās, & explanant ab ecclesiasticis uiris, quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, uexillum crucis in fronte portans, cuius studium fuit omnia repetere, deprauata corrigere, & sacramenta ecclesię, puro, ac fideli sermone aperire, uel a fastidiosis, uel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Præter has quatuor editiones, nominibus proprijs secundum suos authores nominatas, sunt editiones alię duę, quę cum sint incertis authoribus editę, quinta & sexta editio sunt a diuo Hieronymo appellatę, quarū oīm & ipse meminit diuersis in locis, & p̄cipue in explanatione psalmi quadragiesimi quarti ad Principiam uirginem, & in explanatione psalmi octuagesimi noni ad Cyprianum. Quintam editionem dicit Beda inuentam esse Hierosolymis. Sextam dicit esse repertam Nicopoli, sub imperatore Aurelio Antonio. Præter has sex etiam septimam quandam editionem apud ueteres patres fuisse constat, quam prologus super chronicis Eusebianis commemorat, ita dicens: Quinta & sexta & septima editio, licet quibus censentur authoribus, ignoretur, tamen ita probabilem sui diuersitatē tenent, ut authoritatem sine nominibus tenuerint. Deinde Origenes peritissimus omnium linguarum, diligentissimus sacrarum literarum indagator, considerans tantam translationum uarietatem ex omnibus scripturis ex Hebræo in Græcū uersis, fecit volumina quę appellatū Exapla, id est, ex simplici ordine conscripta, in proprijs paginis uel columellis, editiones eorum singulas quascq; describens, & ea quę per alios interpretes, siue perempta fuerant, siue etiam abundantius prolata, proprijs quibusdam notis designauit. Isti omnes interpretes, uetus testamentum in Græcam linguam sunt interpretati. De quibus iam olim ante Hierony. secula, loquitur Eusebius libro vi. Ecclesiasticę historię, cap. xxi. Origenes inter cętera suarum eruditionum studia, nec illud quidem omisit perferuari, & addiscere, Hebręę scilicet linguę uirtutem, ut agnosceret, uel ea quę Hebraicis literis a Iudæis leguntur, uel qualia sunt cęterorum interpretum, qui præter septuaginta interpretati sunt, quantacūq; editionū diuersitas, ita ut præter istas, quę in usu sunt, Aquilę uel Symmachi, uel Theodotiōis, inueniret etiam alias, in absconditis, ac secretis latētes, in quibus, ne nomina quidē interpretum repperit scripta. Hoc autem solū dicit de eis, q; aliam quidē in Actiaco littore apud Nicopolim, aliam in Hiericho, atq; alia in alijs repperit locis. Vñ & illos famigeratos codices primus ipse cōposuit, in quibus p̄ singulas colūnellas, e regione, separatim, opus interpretū uniuersū descripsit, ita ut primo oīm ipsa Hebręa uerba Hebraicis literis poneret. Secundo in loco Græcis literis e regione Hebręa describeret. Tertiam Aquilę

Symmachus:

Hieron. in apologia ad uersus Rufinum.

Hierony. meminit septem editionū ueteris testamenti ex Hebręo in Græcum.

Origenes de multitudine editionum.

Eusebius:

tiam Aquilæ translationem subiungeret. Quartâ Simmachi. Quintam Ix. interpretum, quæ nra est. Sextâ Theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi cõpositionē exemplaria ipsa nominauit Exapla, i. ex simplici ordine conscripta. In Psalterio autem & alijs nonnullis interserit aliqua etiam de cæteris editionibus istis, quas quæ sine noie authorū inuenerat, sextâ & septimâ editionem nominauit. Hactenus Eusebij sententia. Amplius autem post omnes æditiones supradictas, diuus Hieronymus, septuaginta interpretes emendatos, ex Græco in Latinum uertit eloquium, quemadmodum & ipse multis in locis testatur, præsertim in apologia aduersus Ruffinum. Cæterum idē Hieronymus, easdem scripturas ueteris legis ex Hebræo in Latinū eloquiū conuertit, cuius interpretationem Iudæi, inquit August. fatentur esse ueram, contendentes septuaginta in multis errasse. Insuper & nouum testamentum Græce fidei reddidit, ut & ipse testatur de seipso in lib. de uiris illustribus. Postremum sciendum, quadruplex esse Latinum Psalterij opus, Vetus, Romanum, Gallicum, & Quartum secundum Hebraicam ueritatem. Psalterium Vetus propterea dicitur, quod eo utebatur ecclesia ante editiones a diuo Hieronymo factas. Romanum, quod a diuo Hieronymo Romæ castigatum, ecclesia Romana in usum suscepit, ut ipse testatur in prologo. Gallicū, quod idem Hieronymus, ad preces Paulæ & Eustochij secundo correxit, quod & ecclesia Gallicana in usum suscepit, quo & in hodiernū usq; diem, nostra præsens utitur ecclesia. Hanc geminam correctionem habes in eiusdē Hieronymi præfatione, cuius initium: Psalterium Romæ dudum positus & cetera. Hebraicum uero est, quod ipse ad Sophronij preces, ex Hebræo in Latinū, nulla intercedente lingua media, transtulit, quod ecclesia in suum usum non recepit. Cæterum ex sententijs Hieronymi coarguentis Latinū interpretem, seu uulgatam æditionē, præsertim in nouo testamento consequens uidetur geminam olim fuisse editionem Latinam, unam priorem, quam Hieronymus uocat uulgatam æditionem seu latinam, quam & corrigit & emendat. Aliā iam a Hieronymo correctam & emendatā. Aeditio Latina uulgata, quam Hiero. taxat, an sit hæc qua in nouo testamento nunc utitur ecclesia, in quæstionem uertitur. Rursus an uera Hieronymi editio sit, ea qua tam in ueteri, q̄ in nouo testamento, ante mille annos & citra uisa est ecclesia, inter magistros est controuersia, quibusdam dicentibus, etiam eam esse Hieronymi, & autoritate ecclesie in omnibus approbatam, alijs autem contradicentibus eam neq; esse puram, neq; talem, qualem Hieron. ædedit, neq; in omnibus semper attingere uerum sensum, quem intendit author, qui spiritu sancto inspirante scripturam sacrā in suo fonte posteris legendā tradidit; quæ sane controuersia instigante Sathana iam sua sumpsit incrementa, quæ neq; tanta fuit olim apud Latinos patres, qui non oēs eadē editione Latina usi, magis curauerunt de scripturarū sensu, q̄ de uerbis, ordine & cõpositione uerborū, nō facientes inter se dissidia propter minuta quædam, aut sic uel aliter uersā, aut forsitan magis uel minus congrue posita. Sic Cyprianus, Ambrosius, & Augustinus, suis in cõmentarijs, ac libris utuntur sollicitissimis, notatis in editione nra latina, considerantes

Hieronymo.

In uita Hieronymi.
Quadruplex latinū psalterium.

Geminā olim æditio latina.

considerantes scripturæ locos, præsertim eos, quibus probatur fidei mysteria, esse consonos scripturis æditis in originali lingua, & omnia quæ in eternam salutem hominū dirigunt sufficenter expressa, & iterū atq; iterū inculcata: de quibus infra latius. Hactenus de uarietate interpretum, ac editionū scripturæ sacræ. Iam de eorundem interpretum autoritate uideamus, collationem earūdem interpretationum inuicem facientes. Primum de autoritate & editione septuaginta interpretum talem ponimus propositionem. Aeditio septuaginta interpretū, quæ prima est tempore, prima etiam est dignitate, ceteris omnibus editionibus ante Hieronymum factis præferenda: & id quidē multis ex causis. Primum quod ea usus est Chrs, usi sunt apostoli & euangelistæ, qui prætermittis interdum his, quæ habentur in Hebræorum codicibus, secundum editionem septuaginta, sententias ex ueteri testamento citauerunt. Deinde quod ad eam faciendam tot ac tanti uiri autoritate publicā electi destinantur, utpote ex qualibet duodecim tribuum Israël sex probati, constituentes numerum septuaginta duorum, q̄ in illā pariter consenserunt. Quod multi cõsona uoce, cõsensu unanimi non sese ingerentes, sed uocati & electi tanq; uiri fide digni probant, maioris ē autoritatis q̄ id quod ab uno hoie irãserit, præsertim, nō habente testimoniū diuini spiritus in se loquentis. Tertio quod sub Petro Iesu Christi uicario, & sub successoribus illius usq; ad Damasum Papam, in tota ecclesia tam Græca q̄ Latina, scripturæ recitabantur secundum editionē septuaginta interpretū. Quarto quod alij interpretes ante Hieronymi secula fuerunt, aut Iudæi, aut hæretici Iudaizantes, qui multa Chri mysteria subdola (ut inquit Hieronymus) interpretatione celauerunt. Postremum quod sancti patres usq; ad Hieronymi tempora honorauerunt æditionem septuaginta, tanquam profectam a diuino spiritu, illam omnibus alijs præferentes. Quod manifestū fiet nobis eorū sententijs audientibus. De tribus primis scripturæ interpretibus sic loquit uetustissimus ille Irenæus, interpretas uerbu Iſaiæ, Ecce uirgo concipiet. Quidā (inquit) aliter ausi sunt interpretari scripturas, & dicunt: Iuuenula in uentre concipiet, & pariet filium: sicut interpretati sunt Theodotion Ephesius, & Aquila Ponticus, ambo Iudæi profelyti, q̄ sequuti sunt Ebionitæ, qui dicunt Chrm ex Ioseph semine esse natū. Verum longe ante tēpus illorum, prius q̄ Romanorum inualesceret principatus, cū adhuc Macedones Asiam possiderent, Ptolemæus Lagi filius, uolens maiorem q̄rere glām bibliothecæ suæ, q̄ apud Alexandriam ex oim ueterū Græcorum uoluminibus construebat, petiit etiam ab Hierosolymitis, ut Hebræas eorū scripturas in Græcam linguā uersas acciperet. At isti, subiecti quippe erant Macedonibus, electos in scripturis sacrīs & in utraq; lingua peritissimos uiros duos & septuaginta presbyteros, miserunt ad Ptolemæum, in quo tamen dei uoluntas atq; consiliū gerebatur. Ptolemæus autem uolens singulorum accipere documenta, & ueritus ne forte per interpretationem, occultarent in se fertam diuinis uoluminibus ueritatem, singulos a se inuicem separat, & eadē seorsum positos, interpretari iubet: & tunc deus uere glorificatur, & scriptura sancta, quod uere diuina esset agnoscitur, omnes em̄ eisdem uerbis, eisdē no-

Propositio de uarietate editionum.

In apologia aduersus Ruffinum.

Iſaiæ. 7.
Irenæus lib. 3. aduersus Valentin. ca. 24. 25

Aeditio 70. in
terpreti ve-
re diuina, &
dei nutu fa-
cta.

Argumentū
Ruffini pro
editione 70.

August.

minibus atq; sententijs scripserāt ab initio usq; in finem, ita ut ipsi, q; præsentes gentiles erant agnoscerent, quia Dei nutu scripturæ tunc uersæ sunt. Et nihil mirum, si diuina prouidētia, hoc ita fieri procurauit, cum & in ea captiuitate, quæ populo acciderat sub Nabuchodonosor rege, dū corruptis scripturis Iudæi post septuaginta annos ad patriam suam redirent, in temporibus Artaxerxis regis Persarum, inspirauerit Deus Esdræ sacerdotē ex tribu Leui, qui omnia priorū prophetarū uolumina, ac uerba repararet, restitueretq; populo legē, quæ per Moysen fuit data. Vides sententiam Irenæi docentis septuaginta interpretes singulos seorsim positos, Dei nutu diuinoq; spiritu scripturas ueteris legis eisdē uerbis, eodemq; stylo in Græcā linguā transtulisse, cui etiā sententiæ præstantissimi patres subscribunt, ut pote Eusebius, Hilarius, Ruffinus & Augustinus. Ruffinus quidem in apologia, coarguens Hieronymum docentem cellulas illas duas & septuaginta esse confictas. Dubitandum, inquit, non est duorū & septuaginta uirorum p cellulas interpretantium unam consonam uocē spiritus sancti inspiratione prolata, & maioris id debere esse auctoritatis, q̄ id, quod ab uno homine sibi aspirante & docente translatum est. Deinde Petrus quia xxiiij. annis Romanæ ecclesiæ præfuit, dubitandum nō est, quin sicut cætera, quæ ad instructionē pertinent, etiam librorum instrumenta ecclesiæ Christi ipse tradiderit, quæ utiq; iam tunc ipso sedente & docente secundum trāssationem septuaginta interpretum, in ecclesia Latina & Græca recitabantur, cū ecclesia gentium adhuc Hebraici idioma tis ignara, nondum in alia lingua haberet ueteris legis scripturas. An credendū p totos quadringētos annos errasse eccliam, uerē septuaginta duorū interpretū editione tanq̄ diuino spiritu facta, & prolata usq; ad Hieronymi tēpora. Hæc in sententiā Ruffini ratio cōtra Hieronymū. Itē Augustinus decimo octauo, de ci. dei, cap. xliij. docet ex dispōsitione diuine prouidētie sacras scripturas ueteris testamēti ex Hebræo in Græcum eloquium, idcirco uersas, ut uniuersis gētibus innotescerent, & id qdē p septuaginta interpretes, q; separatim sedētes trāstulerūt eodē yborū ordine, tāquā unus fuisset interpret. De alijs sic loquitur: Fuerunt adhuc & alij interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion, sicut etiā illa interpretatio, cuius author non agnoscitur, & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nūcupatur. Hæc tñ, q̄ septuaginta est, tanq̄ si sola esset, sic recepit ecclia, eaq; utunt Græci populi Chriani, & ex eadē, q; Latina ecclie tenent, etiā in Latinā linguā est interpretatum. Quamuis non defuerit tēporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus, & omnium trium linguarū peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo, in Latinum eloquium easdē scripturas conuerterit. Sed eius tantū laborē quāuis Iudæi fateantur esse ueracē, & contēdant septuaginta in multis errasse, tñ ecclie Chri tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opuselectorum, neminem iudicant præferendum, quia & si non in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatione diuinus, sed tanquam septuaginta docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus hoc maneret, nullus eis

unus

unus iuterpres debuit anteponi, cum uero tantum in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis alius ex Hebræa in quamlibet aliam linguam iuterpres est uerax, aut congruit illis lxx. interpretibus, aut si congruere non uiderur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ille erat etiam in septuaginta duobus uiris, q̄ illa interpretati sunt. Et paucis interpositis conclusit: Sic igitur ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi qdē p homines dixerit Dei spiritus. Quicquid est in Hebræis codicibus, & non est apud septuaginta interpretes, noluit hoc per istos, sed p illos prophetas Dei spiritus dicere. Quicquid uero est apud septuaginta, & in Hebræis codicibus nō est, maluit p illos septuaginta, q̄ per illos dicere: sic ostendēs utrosq; fuisse prophetas. Isto enim modo, alia per Isaiam, alia per Hieremiam, alia per alium atq; alium prophetam, uel aliter eadem per hūc atq; illum dixit, sed ita, ut illi præcederēt prophetando, isti non more hominum secum conferētes, & tanq̄ tanquam uno ore cuncta interpretantes, sequerentur illos prophetice interpretādo. Proinde & ipsi apostoli ex utrisq; id est ex Hebræis & septuaginta duobus, posuerunt prophetica testimonia, tanquam utraq; scriptura sit una atque diuina. Hæc Augustinus, decimo octauo, de ciuitate Dei, cap. xliij. plane docens additionē septuaginta, factam diuino spiritu, & ecclesiam Christi iusta rōne preferre illam interpretationi Hieronymi. Item libro decimo sexto, capite xxij. Merito, inquit, creduntur septuaginta interpretes accepisse propheticum spiritum, ut si quid eius auctoritate mutarent, hoc diuinitus esse doctum non dubitaretur. Insuper Chrysostomus homilia quinta super Mathæum, ad faciendum, inquit, ueræ trāssationis fidem, omnibus alijs iure septuaginta interpretes sunt digniores. Sed supradictis uidetur forsitan obuiare argumentum ex doctrina Hieronymi docentis, Septuaginta interpretes nōnulla prætermisisse, & aliter etiam dixisse quam habeat Hebraica ueritas, etiam arbitrantis sententiam de cellulis, & fabulosam esse & confictam. Nescio quis, inquit, auctor, primum septuaginta cellulas Alexandriæ, suo mēdacio extruxerit, quibus diuisi eadem scripturarunt, cum Aristæas Ptolemæi satellites, & lōgo post tempore Iosephus, nihil tale protulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetaisse. Aliud enim est uatem, aliud interpretem esse. Ibi spiritus uentura prædicat: hic eruditio & uerborum copia, ea quæ intelligit transtert. Quamquam eruditi solos quinque libros Moysi a septuaginta translatos probent, utpote Iosephus & Hebræi. Nos tamen, inquit, sequuti auctoritatem ueterum, Irenæi, Tertulliani, Origenis, totum uetus testamentum per septuaginta translatum dicimus. Item in processu quaestionum super Genesim, Iosephus, quinque tantum libros Moysi a septuaginta translatos refert, quos nos quoq; cōfitemur plus quam ceteros cum Hebraicis cōsonare. Hæc Hiero. Ne propter diuersas sanctorum patrum sententias turbentur studiosorum animi, pro concordia dogmatum sanctorum patrum quantum ad unitatem fidei, pacemque membrorum ecclesiæ attinet, de quibusdam nō est curiose inuestigandum. Primum est sciendum non esse

Obiectio ex
Hiero. cōtra
70. interpretes.

Hiero. in p̄satione in Pateuchum.

F ij curiose

curiose discutiendum, utrum septuaginta interpretes seorsum in singulis cellulis interpretantes, in unam communem æditionē, secundū eadē uerba, eundemq; uerborum ordinem conuenerint, nulla intercedente inuicem conferētia, an potius primum seorsum positi, fuerint interpretati sententiās quas postea conferentes inuicem, communi tractatu communiq; iudicio statuerint in eundem uerborum ordinem. Et quia res hæc est de numero eorum, quæ ad utramq; partem, salua fide & charitate disputari possunt, non est uni aut alteri parti insistendum pertinaciter. Vnde & Augustinus, quemadmodum mox patebit, fauens cellulis, hac de re non prorsus asserendo, sed dubitādo loquutus est in secundo libro de doctrīna Christiana. Deinde & sciendum, quod et si septuaginta interpretes, iuxta Augustinum, cæterorumq; patrum sententiā, habuerint propheticum spiritum, non tamen hinc concludi potest, illos interpretando libros prophetarum, intellexisse in illis omnia, quæ propheta intellexerunt scribendo, neq; enim fuerunt æqualiter omnes illustrati, qui propheticæ sunt loquuti. Et ideo quamuis quædam propheticæ dixerint, quæ in Hebræorum uoluminibus non habentur, non idcirco sequitur, qd omnia quæ transtulerunt, ex eodem propheticæ spiritus lumine attracti, cognouerint. Tertio sciendum iuxta diui Hieronymi sententiā, quod aliter qd septuaginta interpretes, aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia ex ueteri lege contexuit. Illi eruditione uerborū, & copia ea quæ scripta inueniebant transtulerunt, & ante aduentum Christi interpretantes, interdum id uel quod nesciebant, uel cuius mysteria non plane intelligebant, dubijs protulerunt sententijs. Apostoli uero, quibus Christus post passionē, & resurrectionem longe plenius atque copiosius aperuit sensum, ut intelligerēt scripturas, qui & operibus Christi præsentis fuerunt, & non tam prophetiā, quam historiam in scripturis prophetis intellexerūt. Aliter audita, aliter uisa narrant. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Rursus & ipsi septuaginta quibus quædam, uel prætermiserint, uel aliter dixerint, uel adiecerint, quæ apud Hebræorum codices non reperiuntur, non tamen consequens est, eosdem non esse spiritu Dei interpretatos. Vnus enim & idem spiritus est, qui nouit se pro loco & tempore personis accommodare, iuxta ratione ad tempus, aut tacens, aut præteriens, ac figuris obumbrans, nonnulla suis locis, temporibus, & personis reuelanda. Item quamuis iidem interpretes fuerint spiritu sancto interpretati, non tamen consequens est, illos fuisse prophetas. Assid est interpretare, seu per spiritum sanctum mirabili quodam, & ineffabili modo intus loquentem, & illustrantem, futura prænuntiāre. Aliud est spiritu sancto mouente, ea quæ iam sunt prænuntiata uertere ex una lingua in aliam. Proinde septuaginta interpretes, & si fuerint spiritu sancto moti ad transferendum, non tamen inde sequitur diuum Hieronymum, semper oportere sequi horum interpretum auctoritatem. Siquidem Hieronymus ex Hebræo trāsferens quod legerat, non curans de syllabis punctisque & ordine uerborum, ueritatem quam legerat apud Hebræos etiam apud duos & septuaginta interpretes non repertam posuit. Neq; inde consequens est,

Cap. 17.

In pfatio. in Pentateu.

Lucæ 24.

Spūs scdūs loquēs in 70. interprib. qdam pterijt, & qdam alit dixit qd habet in Hebra. ueritate.

est, damnabiles & reprehensibiles esse lxx. duos interpretes, & non spiritu sancto mouente transtulisse. Spiritu enim sancto prouidēte factum est, ut ipsi quædam de Christo mysteria non haberent, quæ tamen Apostoli & euangelistæ, ex ueteri testamento de Christo habent. Quædam rursus apostoli, & euangelistæ ex septuaginta habent, in quibus & Lucas, & Paulus apostolus interdum non iuxta Hebraicum, sed iuxta septuaginta citant testimonia, quemadmodum docet Hieronymus in commentarijs, capite sexto, super Isaiam. Proinde & ipse, ut testatur in Apologia contra Ruffinum, falsis impetitus calumnijs, quod interpretationem septuaginta duorum contemneret, multis declarat argumentis, se nusquam uoluisse aut reprehendere aut criminari septuaginta interpretum æditionem. Ego, inquit, contra septuaginta interpretes quicquam sum loquutus; quos ante annos plurimos emendatos diligentissime, meæ linguæ studiosis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum edissero, quorum psalmos iugi meditatione decanto. Vnde & ibidem prosequitur, docēs se per singulos bibliæ prologos, respondisse aduersarijs calumniantibus, qd æditionem septuaginta reprehenderet. Cogor, inquit, per singulos diuinæ scripturæ libros respondere maledictis aduersariorū, qui interpretationem meam criminantur, esse reprehensionem septuaginta interpretū, quasi mox reprehendat, qui uel restituit & emendat, quod per alios erat uitiatum, uel declarat, elucidat, aperit, addit quod spiritus Dei certis ex causis pro tempore uoluit esse clausum. Sic in prologo super Iob, Audiānt, inquit, canes mei, idcirco me in hoc uolumine laborasse, non quod antiquam interpretationē reprehenderem, sed ut ea quæ in illa, aut obscura sunt, aut omiſsa, aut certe scriptorum uitiō deprauata, interpretatione nostra fierent manifestiora. Non idcirco arguendus est Hieremias propheta qd mysteria de Christo, obscurius, qd Isaias, intimauerit. Hic ergo iam si dixeris septuaginta duos interpretes, solū quinq; libros Moyſi ex Hebræo in Græcū transtulisse, in super & in multis errasse, scripturam ad alienū sensum interpretantes; quod non potest esse spiritus sancti opus, qui spiritus est ueritatis, quis iuxta forsitan ratione diuinitus inspirati, potuerunt quædam prætere, tacere, aut occultare; non tñ uideatur diuinitus inspirati ad tradendū errores & falsitates, quibus sunt decepti ignorātes interdū significationē Hebraicorum nominum, quæ Hiero. & alij quidam, in aliam qd ipsi significationē transtulerūt, qd multis locis posse demonstrari uidetur, desumptis ex cōmentarijs Hiero. super prophetas, coarguentis interpretationes eorūdem. Vnde super capite ij. Michæ sic loquitur: Interpretatio septuaginta (si tamen septuaginta est. Iosephus enim scribit, & Hebræi tradunt, quinq; solum libros legis Moyſi ab eis tranſlatos, & Ptolemæo regi traditos) tantum discordat in præſenti loco ab Hebraica ueritate, ut nec capita possimus ex æquo componere, nec eorum simul sententiās explicare. Respondeo, quāquā Hieronymus pleriq; in locis uideatur dubitare, an septuaginta interpretes transtulerint solos quinq; Moyſi libros, semper tamen in cōmentarijs supponit alios etiam ueteris testamenti libros, ab ipsis esse tranſlatos, & nusquam calumniat eosdem septuaginta interpretes errare, &

Hieronymo.

Obiectio cōtra æditionē septuaginta.

Solutio.

falsa interpretatos esse, aut significationē Hebraicorū nominū nō intellexisse, sed demonstrat uel quēdā ab illis fuisse cōlata aut tacita, aut etiā ignorata, & nō plene intellecta, uel noīa Hebręa etiam aliter potuisse interpretari, uel in ipsorū editione, quēdā per alios interdū esse aut adiecta, aut deprauata & corrupta. Vnde in apologia aduersus Ruffinū ostendēs se nō in cōdemnationē lxx. interpretū scripturas sacras interpretatū, nec quicquē cōtra illos locutū esse. Cōmentarij mei in duodecim pphetas, & meā, inquit, & lxx. editionem edisserunt. Item in cōmentario sup Ezechiele cap. v. ostendēs Hebręā ueritatē continere tres partes, ubi lxx. habēt quatuor partes. Addit in defensionem lxx. interpretū: Nec hoc dicimus, inquit, ab illis lxx. interpretibus factū, quibus uetustas authoritatē dedit, sed p multa secula scriptorū atq; lectorū uitio deprauatū. Et t̄p̄q; Aristoteles & Iosephus & Cois Iudęorū schola, quinq; t̄m libros Moyli a lxx. translatos asserant, q̄s docet & Hiero. plusq; ceteros cum Hebraica ueritate consonare, atq; etiā in eisdē libris Moyli magna erat inter Hebręorū & lxx. interpretū codices distantia, & p̄cipue de numero annorū, q̄bus uixerunt hoīes ante diluuiū, priusq; filiū hūc uel illū genuisse cōmemorant: nā apud Hebręos centū anni inquit Augusti. pauciores, t̄p̄ apud nostros codices, qui testimātur scdm lxx. interpretes, reperiuntur. Verbi gratia, ipse Adā anteq̄ inquit, gigneret Seth, in codicibus nostris, ducētos triginta annos uixisse, reperitur. In Hebręis aut centū triginta anni perhibētur. Sed postq̄ genuit, in nostris septingentos uixisse dicitur, in illis uero octingētos. Atq; ita summa uniuersitatis annorū uite Adę in utrisque concordat, & ita deinceps in secūda, tertia, quarta, quinta, generatiōe inuenitur. Sed hoc, inquit Aug. nec malitię Iudęorū, nec diligentię, uel prudētię lxx. interpretū, sed scriptoris tribuat̄ errori, q̄ de bibliotheca Ptolemęi regis codicē primū accepit describēdū, & ex huius iā occasione accidit, tanta inter lxx. interpretū & Hebręorū codices, diuersitas annorū ab Adā usq; ad diluuiū. Secundū codices lxx. cōputant, inquit Aug. & Euseb. annorū duo milia, ducēti quadraginta duo. Secundū Hebręos aut mille sexcēti quinquaginta sex. Item a diluuiō usque Abraam secundum uulgatā editionem, hoc est, lxx. interpretum, inquit Augustinus, sunt anni mille septuaginta duo: in Hebręis autē uoluminibus longe pauciores anni perhibētur inueniri. Sed hæc diuersitas in numeris annorū contigit, ob id qd lxx. interpretum editio fuerat deprauata. Multa isti usmodi, si Hieronymo credimus, in scripturis sacris de numeris annorū sunt, quæ difficile est inuenire: tum propter librorum uarietatem, tum propter errores inolitos, dum paulatim de inemēdatis, inemendata describuntur, super quibus rixæ & contentiones, nec dicentibus, nec audientibus, profunt. Quid enim inquit, mihi prodest scire, quot annos uixerit Mathusalem, quoto ætatis suæ anno Salomon sortitus sit coniugem, ne forsitan Roboam xi. ætatis illius anno natus esse credatur. Sed hæc de numeris annorum missā facientes, demus nos iam illos septuaginta habere emendatos, nihilominus ex supra dictis perspicuum est, quod etiam in libris Moyli nōnulla sint, quæ nō sic habet litera Hebraicę ueritatis, ut lxx. transtulerūt, quippe q̄ nō sensum dei p̄fecte habebant

est habebant, nec enim uates sed interpretes erant. Vñ & hoc q̄ legitur, Maledictus oīs q̄ pendit in ligno. nō satis integre transtulerūt, cū sic habeat̄ in Hebraico, Maledictus a deo est, qui pendet in ligno. & ita tribus modis discoradat in hoc uerbo lxx. trāslati ab Hebraica ueritate. Quū em̄ in Hebræo habeatur: Maledictus est, transtulerūt absolute maledictus; facietes sensum ambiguum, ut subaudiri possit, uel uerbū optātis seu imprecātis, uel indicātis seu enūtiātis. Quū em̄ dicūt absolute, Maledictus q̄ pendet in ligno, incertū ē, an sit sententia, maledictus est, an potius maledictus sit. Item in Hebræo additum est a deo, q̄ in lxx. deest. Postremū in lxx. additū est oīs, q̄ in Hebræo nō habetur. Itē in euangelijs, & apostolorū scriptis: Multa inquit Hierony. de ueteri testamento legimus, quę in lxx. interpretū codicibus nō reperiunt: cuiusmodi sunt: Ex Aegypto uocauit filiū meū. Itē, Nazareus uocabit̄. Viderūt in quē cōpuxerūt. Itē, Flumina fluent de uentre eius aquę uiuę. Itē, Nec oculi uidit, nec auris audiuit. Vñ & ipse Hierony. in proemio libri xv. cōmentariorum Isaia, Apostoli & euangelistę ubicunq; de ueteri instrumēto, inquit, ponunt testimonia, si inter Hebraicū & septuaginta nulla diuersitas sit, uel si utriusque interpretū uerbis uti solent, sin autē aliter in Hebręo, aliter in ueteri editione sensus est, Hebraicū magis t̄p̄ septuaginta interpretes sequunt̄. Deniq; ut nos inquit ostendimus, apostolos & euangelistas posuisse se ex Hebræo multa, quæ in septuaginta nō habentur. Sic em̄ nri doceat̄ ab illis assumpta esse aliqua de lxx. interpretibus testimonia, quę nō sunt in Hebręorū lib. & finita cōtentio est. Vbi Hierony. subindicare uidetur apostolos & euangelistas nō assumpsisse ex lxx. interpret. ullū sensum in Hebręorū libris nō significatū. Sed dices lxx. interpretū translatio si nō sit, prius consona scripturis in suo fonte, suaq; origine scriptis, quare ergo Paul. hac translatione usus ē? Sic em̄ ait ad Gal. Christus nos redemit de maledictō legis, factus ē p̄ nobis maledictū, q̄ scriptū est, maledictus oīs hō, q̄ pendet in ligno. Deinde si ea quæ per septuaginta interpretes edita sunt, a uero suo fonte sint deuia, & non consona scripturis secundū Hebraicā ueritatē æditis, cur ergo non Augustinus solū, sed & Ireneus, ac alij, docent septuaginta interpretes fuisse Dei spiritu plenos? Tertio si septuaginta interpretes minus recte sunt interpretati, & nōnulla prætermiserūt, & textus Hebręus manet in suo fonte incorruptus, cur ergo apostoli & euangelistę, in suis euangelijs, atq; epistolis crebro utuntur editione septuaginta interpretum, & nō scriptura, quæ nobis pponitur secundū Hebraicā ueritatem? Cur deniq; euangelistę utuntur interdum editione septuaginta, interdū uero scriptura secundū Hebraicā ueritatē, quæ in septuaginta non reperitur? Cur insuper Hieronymus alibi dicit, discrepat euangelistę, septuaginta interpretū, nostraq; translatio, & t̄m sermonū uarietas in unitate spiritus concordat. Quarto, cur ipse Hieronym. in proemio libri decimi quinti cōmentariorum Isaia, subindicat apostolos, & euangelistas non assumpsisse ulla testimonia ex septuaginta, quę non sunt in Hebręorū libris: cū ipse in epistola ad Gala. aperte dicat hoc testimoniū ab Apostolo citatum, maledictus omnis qui nō pmanserit in omnibus, quæ

F iij scripta

Hierony. in proemio q̄ itionum sup Genesim.

De ciuit. dei cap. 10.

Augustinus. in libro de ciuit. Dei. ca. 13

Eusebius.

In multis de fect. p̄p̄. editio ab Hebraica ueritate. Ad gala. 3.

In p̄fat. in Pentateu.

Hieron. incōmentarijs sup per Iſuam.

Obiectiōes.

Paulus ad Galatas 3.

Obiectiō 1.

Aug. lib. 15. de ciuit. ca. 23. Ireneus. lib. 3. aduers. Valē. cap. 25. Obiectiō 3.

Obiectiō 4.

Ad Gal. 3. & deut. 26.

scripta sunt, ita reperiri apud septuaginta, & non apud Hebraeorum codices. Quinto, cum Hieronymus in euangelistarum & apostolorum scriptis demonstrat multa de ueteri testamento legi, quae in codicibus septuaginta non habentur, qua ratione idem ipse Hieronymus in epistola ad Chromatium, dicit quod superflue impelleretur Hebraea uolumina Latino sermone transferre, si septuaginta interpretum in Graecum uersa aeditio, pura, ut & ab eis aedita est, permaneret: aperte insinuans septuaginta interpretes a ueritate Hebraica non deuisse, sed uitio scriptorum esse deprauatos. Insuper qua ratione Hieronymus, in multis coarguit aeditionem lxx. cum longe ante Origenes doceat hoc solum pro uero habendum esse in scripturis sacris, quod lxx. interpretes transtulerunt: ut recitat Euseb. lib. vi. Ecclesiasticae hyst. capite xxij. Respondet ad primum Hieronymus, hoc exemplo & multis alijs secundum aeditionem septuaginta interpretum, sic utitur apostoli & euangelistae, quia apud Graecos quibus scribebant, fuerat a tempore Ptolemaei uulgata septuaginta interpretum aeditio, & nimis importunum erat ut cum Christus & apostoli ex scripturis testimonium perhibentes, uix audiretur, ipsas quoque scripturas male interpretatas, ostendere conarentur, eis praesertim, apud quos septuaginta auctoritas habebatur celeberrima. Maluerunt ergo sententiam cum sensu, qui edificaret commemorare, quam corrigendo scripturam, ueteranos lectores offendere, praesertim illis in locis, in quibus nihil erat periculi in Christianae fidei mysterijs. Ad secundum dicimus, quod spiritu sancto loquuti sunt septuaginta interpretes: sed spiritus sanctus multis modis loquitur. Quaedam enim ad tempus tacet & praeterit, quaedam uero obumbrat & uelat, quaedam compendio abbreviat. Sed omnia haec iusta facit ratione. Septuaginta interpretes quaedam, inquit Hieronymus, ex iusta causa praeterierunt, ne sacramenta suae fidei ethnicis proderet: quaedam ob decoris gratiam, & spiritus sancti auctoritatem addiderunt, quae in Hebraeis uoluminibus non habentur. Quaedam etiam non plane intellexerunt, interpretantes ante Christi aduentum, quae duobus protulerunt sententijs. Haec omnia operatus est in eis unus & idem spiritus, qui pro tempore & loco, mysteriorum formas, obiectas inesse uoluit scripturis diuinis, ut gentibus ac ethnicis non omnia palam, & in propatulo haberentur, quae postea Christo manifestato, euangelistae & apostoli in eisdem scripturis significari declarauerunt. Vnde August. xvij. de ciuitate Dei, ut supra diximus: Spiritus, qui in prophetis fuit, quando suas dixerunt prophetias, idem ipse etiam erat in septuaginta interpretibus, quando illas in aliam linguam sunt interpretati. Et proinde, quicquid est in Hebraeis codicibus, quod non est apud septuaginta interpretes, uoluit hoc per illos & non per istos dicere dei spiritus. Quicquid uero est apud septuaginta, quod non reperitur in Hebraeis codicibus, maluit hoc per illos spiritus dei dicere, quam per istos: sic ostendens utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Isaiam, alia per Hieroniam, alia per alium atque alium prophetam, uel etiam eadem aliter per hunc, aliter per illum loquitur idem Dei spiritus. Et quamuis Augustinus plus debito tribuerit aeditioni septuaginta, arbitratus illos seorsum positos,

non con-

non conferendo, eadem uerborum serie, suam edidisse uersionem, cui opinioni Hieronymus non subscribit, arbitrans eosdem fuisse interpretes, non prophetas. Hieronymus tamen non ob id uoluit aut negare eosdem interpretes fuisse interpretatos scripturas in inspiratione diuini spiritus, aut asserere falsam & confictam esse illam de cellulis seorsum positas opinionem, tanquam in religione Christianae fidei suspectam ac periculofam. Neque Irenaeus & Augustinus suam de cellulis seorsum positas sententiam uoluerunt defendere tanquam canonicam ueritatem, & fide tenendam, sed tantum sententiam quam a senioribus hauserant, pie credendam. Vnde Augustinus in secundo libro de doctrina Christiana, ^{Cap. 18.} quasi uacillando de huiusmodi re, sic loquitur: Quantum ad uetus testamentum attinet, septuaginta duo interpretum excellit auctoritas, qui iam per omnes peritiores ecclesias tanta praesentia spiritus sancti interpretati esse dicuntur, ut os unum tot hominum fuerit. Qui si, ut fertur, multique non indigni fide praedicant, singulis cellis etiam singuli fuerint separati, & cum interpretati essent, nihil in alicuius eorum codice inuentum est, quod non eisdem uerbis eodemque uerborum ordine inueniretur in ceteris, quis huic auctoritati aliquid praefere audeat? Si autem contulerint, ut una omnium communi tractatu, iudicioque uox fieret, nec sic quemquam unum hominem qualibet peritia, ad emendandum tot seniorum doctorumque consensum aspirare oportet aut decet. Quamobrem etiam si aliquid aliter in Hebraeis exemplaribus inuenitur quam isti posuerunt, cedendum esse arbitror diuinae dispensationi, qua sic illi interpretati sunt, quemadmodum genti illi congruere uidebatur. Haec tenens ille. Vides igitur Augustinum de cellulis recitare sententiam, tanquam opinionem sibi uerisimilem, eosdemque interpretes fuisse dei spiritu interpretatos, cuius ^{In apol. aduerso Ruffi, Hierony. in cometar. sig. Isai. 9.} prouidentia, inquit Hieronymus, factum est, ut ubicunque sacratum aliquid scriptura testatur de patre, de filio, & de spiritu sancto, id aut aliter interpretarentur, aut omnino tacerent, quatenus & regi Ptolemaeo satisfacerent, & arcanum fidei ethnicis non diuulgarent. Apud Isaiam non ausi dicere natum puerum esse deum, pro sex nominibus, posuerunt quod in Hebraeo non habetur, appellantes illum magni consilij angelum. Ex his iam poteris perpendere, quam ratione sancti patres interdum sententias fidei ex scripturis corroborauerunt, intellectis aliter quam ueritas habet Hebraica: quemadmodum Augustinus ex uerbo prophetae, Pro nihilo saluos facies illos, contra Pelagianos probat, homines iustificari pro nihilo, id est, gratis, hoc est, sine operum meritis. Pro eadem quoque sententia citat illud uerbum Hieronymus in epistolam ad Titum, cap. secundo: quod tamen secundum Hebraicam ueritatem alij existimant non sic affirmatiue, sed negatiue esse accipiendum, hoc est, non facies illos ullo modo saluos. Vnde & Hieronymus iuxta Hebraicum transtulit, Nullus est saluus in eis. Item ex uerbo Apostoli, Non ego sed gratia dei mecum, probat gratiam dei cooperari libero hominis arbitrio: cum tamen fertur textus Graece scriptus non habere sensum quod sit, gratia Dei mecum, sed gratia dei in me. ut sic legatur: non ego: sed gratia dei quae in me est. Nec ob id calumniandum est patribus illis, quippe qui loquebantur eis ^{P salm. 137.} apud quos

apud quos æditio illa in autoritate erat, qui & huiuscemodi fidei sententias, non ex illis solū, sed ex alijs etiā scripturis irrefragabilibus probauerūt: qui & internum ex scripturis concluderunt quasdam fidei sententias, non quod ex necessitate ex illis consequantur, sed tacite illis intelligantur: quemadmodum Origenes, Hieronymus, Gregorius, ex uerbo saluatoris, neque remittitur ei in hoc seculo neque in futuro, definiuerunt quædam esse peccata, quæ remittuntur post hanc uitam, non quod necesse sit id consequens esse, sed quod tacite sit significatū & subindicatū. Ad tertium patet responsio ex doctrina Hieronymi in apologia aduersus Ruffinū. Sicut ego, inquit, ostendo multa esse in nouo testamento posita de ueteribus libris, quæ in septuaginta non habentur, sic æccusator ostēdat aliquid scriptum esse in nouo testamento de septuaginta interpretum æditione, quod in Hebraico non habeatur, & finita cōtentio erit. Vbi cū septuaginta ab Hebræo non discordant, ibi apostoli de eorum interpretatione exempla sumpserunt. Cōgruum enim erat ut apostoli & æditione illa uterentur, quæ tunc erat apud gentes celeberrima in usu, & recepta, legētium uetustate firmata, præsertim quæ ante Christi aduentum facta ab eis: qui & si ex causa & dei spiritu multa Christi mysteria prætermiserint, nihil tamen subdola interpretatione celauerūt. Vbi uero septuaginta ipsi discrepant ab Hebraica ueritate, ibi posuerunt apostoli id in Græco, quod apud Hebræos didicerāt. Quod autem Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi dicit uarietatem sermonum inter euangelistas, septuaginta interpretes, & suam translationem in unitate spiritus concordare, non generaliter, sed secundum testimonia illic citata loquitur, quorum uarietas in unitate sententiarum concordat, quamuis interdum sit etiam sententiarum uarietas, quæ concordat in unitate spiritus & fidei.

Ad quartū respondeo, quod Hieronymus dicit utique non ita apud Hebræos hoc testimoniū repperiri, sed non dicit aliū sensum positū esse secundū Hebraicam ueritatem, plane asserens, apostolū posuisse sensum magis testimonijs quæ uerba. Ad quintū respondeo, Hieronymus in prologo illo scribens ad Chromatium loquitur secundum animū eiusdem Chromatij, quod septuaginta auctoritatem reputās ut sanctam, & prorsus Hebraicæ ueritati consonā, non impuisset ipsū ad trāsferenda Hebræa uolumina Latino sermone, ubi credidisset septuaginta æditionē se habere purā & incorruptā, ac si dicat: Tu qui septuaginta interpretationem credis a spiritu sancto profectam & consonam Hebraicæ ueritati, superflue me impelleres, hoc est estimares superflue impellere me ad trāsferendū, si septuaginta æditionē crederes te integram habere.

Hieron. sententia de æditione 70.

Ad quintum. Hieronymus itaque in illa præfatione nequaquam uoluit insinuare, quod septuaginta interpretes in sua æditione nec adiecerint nec detraxerint quicquid eorum, quod habent apud Hebraicā ueritatē, cū in eodē prologo aliter sentiat, de eisdē docēs ex Hebræorum libris multa citari ab apostolis & euangelistis, quæ apud septuaginta interpretes non reperiuntur. Ad uerbū Origenis in epistola ad Africanū dicentis, hoc solū in sacris scripturis pro uero habendū eē, quod septuaginta interpretes trāstulerūt. Respondēdo, quod Origenes locutus ē de interpretibus pro suo seculo, intelligēs hoc solum

hoc solū inter æditiones tunc exortas, quales fuerant Aquilæ, Symmachi, Theodotiōis, & aliorum, qui post Christum, & apostolos traduxerunt uetus testamentū in linguā Græcā. Quorum omnium æditionibus tunc ex Hebræo in Græcum factis, præterea erat æditio septuaginta interpretū, quorum & textus fuit ipsis apostolis acceptus ac probatus. Per quod & corroborata est nascentis ecclesie fides. Ad illū insuper sensum loquuntur Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, & ipse etiā Hieronymus, cōferentes inter se inuicem æditiones Græcas ueteris testamenti factas ante æditionē hanc latinā nūc ab ecclesia receptā. Sed non inde consequens est, æditionē septuaginta interpretū esse æditioni Hieronymi præferendā. Quæ admodū eī secundum temporis incrementa sunt aucta magisque declarata fidei nostræ documenta, ita & sacra scripturæ mysteria in suo fonte, suaque origine scripta, decuit secundum successionē temporū, magis ac magis ecclesijs gentium iam creditibus, aperiri, quæ primū fuerāt celāda ipsis adhuc incredulis. Ex præmissis patet, quid sit respondendū ad propositā in principio quæstionē, qua uidelicet ratione diuus Hieronymus post æditionē septuaginta interpretum, qua usi sunt Christus, & apostoli, tentauerit uetus testamentum immediate ex Hebræo in Latinum uertere, & dimissa æditione septuaginta interpretum, suā nouā ecclesie legendam tradere. Dicemus etenim, quod etsi ecclesia sub apostolorum temporibus habuerit septuaginta interpretum æditionē, tanquā autenticā diuinoque spiritu editā, qua & Christus, suique apostoli sunt usi, ad demonstranda fidei primordia, iusta tamen ratione Hieronymus post illorum ac aliorum interpretum æditionem, totum uetus testamentum immediate ex Hebræo in Latinū transtulit, suamque æditionē ecclesie legendam suauis, ac tradidit. Huius sui laboris causas rationabiles assignās multas. Quarum prima est, Ne Iudei ecclesijs Christi diutius insultarent, impropertes, in Hebræo non ita haberi, quæ admodū eisdē ecclesie Christi ex Ixx. interpretibus legūt. Deinde ne Iudei amplius haberent subterfugiendi diuerticula, si quoniam Christianis est aduersus eos disputatio, sed ipsi suis armis feriantur. Tertia ut ea quæ apud septuaginta interpretes aut obscura aut omiſsa fuerant, fierēt ex noua interpretatione manifestiora. Quarta, ut ea quæ in septuaginta interpretum codicibus fuerāt scriptorum uitio deprauata, fierent pura & castigata, quæ sub Hieronymi seculis fuerunt multis mendis uitata. Quinta ratio, ut compelleretur tumor superbus Græcorum, qui se Latinis præferebant, improperantes eis, quod nihil diuinarum literarum haberent, nisi per eorum linguā & codices ad se deriuatum. Hactenus de interpretibus, qui scripturā ueteris testamenti ex Hebræo in Græcū transtulerunt, & de autoritate & collatione eorum ad se inuicem. Iam paucis de Latina nostra æditione differendum est, & de autoritate eius, conferendo illam ad alias æditiones Latinas, tam primæ factas, quæ faciendas. Et primum discutiendum est, utrum iam adhuc in hac nostra æditione Latina aliquid contineatur, quod sit aut dubiū, aut suspectum, aut a suo fonte deuium, pro quo sit recurrentum ad fontem scripturæ aut Hebraicæ aut Græcæ, uel an potius oporteat unumquemque necessario adherere trāslationi seu æditioni Latine, qua iam multis seculis usa ē Latinorum ecclesia.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta.

De autoritate translationum.

rum ecclesia. Et sunt ad utranq; partem argumenta. Quod standum sit æditi-
 tioni Latinæ nostræ, & non amplius iam sit recurrendum ad exemplaria præ-
 cedentia, uel Græca, uel Hebræa. Primum argumentum: Hieronymus hanc
 nostram editionem fecit, eodem spiritu sancto quæ ipsa scriptura in suo fonte
 edita est, a prophetis & apostolis. Deinde ipse Hieronymus negotium egit
 totius ecclesiæ, quæ falli non potest. Fallitur autem Latinorum ecclesia, si in
 scriptura Latine data, error ullus esset. Videtur ergo prorsus inhærendum esse
 æditiōni Hieronymi, tanquam scripturæ sacræ in suo fonte. Secundo: Si biblia
 Latina, qua hæcenus usæ est tota Christianorum ecclesia, in quibusdam deuiã
 sit a ueritate, consequens est, nihil autoritatis remanere in illa. Sic enim argu-
 mentatur Augustinus de scriptura sacra. Tertio: Si æditio nostra Latina esse
 set male tradita, & in quibusdam a suo fonte discordaret, consequens esset ec-
 clesiam hæcenus esse delusam, generaliaq; concilia errasse, dum eã quæ sunt
 fidei, consueta sint probari ex hac æditiōe Latina. Cum ergo hæc omnia sint
 absurda, consequens uidetur esse standum æditiōni Latinæ. Quarto: Deus
 dedit ecclesiæ suæ Latinæ sacrosanctum scripturarum canonem omni erro-
 re carentem, alioqui non sufficienter eidem consulisset, maiusq; beneficiũ præ-
 stitisset synagogæ Iudæorum, quam ecclesiæ Christianorum, dum reparat il-
 li legem puram, & incõtaminatam, per Eldraim sacerdotem. Quinto: Si Latinis
 semper esset recurrendum ad exemplaria Græca, uel Hebræa, sacræ scripturæ
 autoritas penderet a Græcis & Hebræis uoluminibus. Hoc autem uide-
 detur absurdum, cum iam Græci & Hebræi sint hostes nostræ Christianæ fidei,
 quamobrem & codices eorum uidentur suspecti. Sexto: Hebræorum & Gre-
 corum codices uarij sunt, & inter se discrepant, & iam olim estimabantur de-
 prauati, etiã ante Hieron. tēpora. Hieronymus ad Galatas quinto: Sed apud
 Græcos inquit exemplaria sunt diuersa. Item longe ante Hieronymum, Ori-
 genes conqueritur euangelicos libros apud Græcos plerisq; in locis uariare.
 Multam enim, inquit, differentiam inter exemplaria inuenimus; hanc autem
 differentiam non potuisse dissolui per Græcorum exemplaria, eo quod tunc
 illa fuerint suspecta tanq; deprauata, subindicant uerba eius, quibus ponens
 discrimen inter diuersitatem, quæ est in exemplaribus ueteris testamenti, &
 eam quæ est in exemplaribus testamenti noui, sic loquitur: In exemplari-
 bus quidem ueteris testamenti, quæcunq; fuerunt consonantia, Deo præstan-
 te, coaptare potuimus, utentes iudicio cæterarum æditiōnum. Ea enim quæ
 uidebantur apud septuaginta dubia esse, propter consonantiam exemplario-
 rum, facientes iudicium ex æditiōnibus reliquis, conuenientia seruauimus: quæ-
 dam quidem notauius, quasi non posita in Hebræo, non audentes ea omni-
 no auferre, quædam autem cum asteriscis addidimus, ut sit manifestum, quo-
 niam quæ non fuerunt posita apud septuaginta, ex æditiōnibus cæteris conue-
 niēter addidimus Hebræo. In exemplaribus autem noui testamēti hoc ipsum,
 inquit, me posse facere sine periculo non putauī, tantum suspitiones, rationes
 que, & causas suspitionum me debere exponere, existimaui non esse irrationa-
 bile. Hęc ille. Ex quibus consequens uidetur, quod Origenes suo seculo exi-
 stimaucrit

stimauerit se in nouo testamento non potuisse per obelos uel asteriscos an-
 notare, quod apud Græcam ueritatē haberetur, quod utiq; potuisset, si censuisset
 nouum testamentum ex Græcis exemplaribus potuisse restitui Græcæ ueri-
 tati, hoc autē sensuisset, si existimasset se posse habere ulla exemplaria Græ-
 ca, prorsus correctæ & emendatæ. Idem demonstrari uidetur ex Ambrosij
 commentarijs in quinto capite ad Romanos, tradentis Latinorum codices
 esse emendatiores, quæ Græcorum. Græci diuersos, inquit, habent codices, quæ ob
 studiũ contentionis a se inuicem discrepant: Latinos autem quosdam de ue-
 teribus Græcis esse translatos, quos simplicitas temporũ incorruptos serua-
 uit. Nam & hodie, inquit, quæ in Latinis codicibus inueniuntur, sic deprehē-
 duntur a ueteribus posita, Tertulliano, Victorino, & Cypriano. Eandē sen-
 tentiam uidetur & Hieronymus in præfatiōe super Pentateuchum tradere.
 Aliud, inquit, est, si contra se, postea ab apostolis usurpata testimonia præ-
 uerint, & emendatiora sint exemplaria Latina, quæ Græca & Hebræa. Septi-
 mo. Idem ipse Hieron. tractās uerbum Apostoli, ad Galat. tertio. Maledictus
 ois qui non permanferit. & cetera. Certis argumentis suspicabatur ueteres He-
 bræorum libros aliter habuisse, quæ nunc habent. Si ergo nunc Hebræica Græcæq;
 uolumina, nec ita certa sint, nec ita fidelia, ut biblia Latina, consequens est La-
 tinis amplius non recurrendum esse ad exemplaria præcedentia, quæ olim scri-
 pturæ sacræ fides, fuerit petenda a peregrinis linguis, cū Græca Hebræaq;
 exemplaria fuerint incorrupta, deprauatis Latinorum codicibus. Secus nunc esse
 uidetur in ecclesia Latina, quæ bibliam Latinam a diuo Hieronymo castiga-
 tam accepit, & acceptã iam a multis annis incorruptam custodiuit ad hæc usq;
 tempora, quam & sedes approbat apostolica, per Damasum Papam, quæ ad
 modum testatur Platina: Damasus Papa, primũ Hieronymi scriptis autho-
 ritatem dedit, cum prius septuaginta interpretum scripta tantũmodo in præ-
 tio essent. Deinceps ecclesia in diuinis officijs & in synodis generalibus pro
 hæresibus confutandis, eruditissimiq; patres in commentarijs scripturæ sa-
 cræ cõficiendis, usi sunt hac biblia nra Latina, de qua & Gregorius iam olim
 ante annos nongentos in moralibus sic loquitur: Quia hæc noua translatio,
 ex Hebræo nobis, Arabicoq; eloquio cūctã uerius trãsfudisse perhibetur,
 credendum est quicquid in ea dicit. Octauo, Magistri Iudæorum iam olim in
 Talmud meminerunt Tiquy sofrim, id est, aptatiōis, seu correctiōis sapientũ
 scribarũ, scdm quam scilicet ipsi scribæ olim ante Christum natum quædam
 in libris legis ac prophetarũ immutauerunt: nunc scripturã punctis quibusdã
 distinguentes, nunc ponentes aliud in margine, quod loco illius quod in contextu
 scribitur, causa modestiæ, & urbanitatis sit legendum & proferendum, pro-
 coire cum cõcubina, ponentes, iacere cum illa, & pro fimo seu stercore homi-
 nis, proferentes, egestionem (sic enim decreuerunt magistri Hebræorum, quod
 scripturæ ad uituperium, & contemptibili sermone scriptæ, legerentur curia
 liter & urbana) nunc eradentes id quod erat scriptũ a propheta, loco illius ponentes
 alterũ. Quo fit, ut sensus emergat alius, quæ fuerat intimatus a propheta, quæ
 admodũ demonstrat Porchetus lib. primo uictoriæ, aduersus Hebræos, cap.

Ambrosius
in commen-
tarijs ad Ro-
manos 7.

Hierony.

Argumentũ
septimum.

Gregorius.

Octauum ar-
gumentum.

Isaiæ, 16.

decimoquinto, designans ibidem & uetustos Iudgorū Rabinos, & diuersos scripturę locos sic immutatos ab eisdem scribis. Apud finem primi cap. Malachię scriptū erat otī, id est, me: correctio uero scribarum posuit oto, id est, eum seu illū: quō factū est, ut ubi nos iuxta correctionē scribarū legimus: Ecce de labore uestro & exufflastis illū. Olim a Propheta scriptum erat: Ecce de labore uestro & exufflastis me, dicit dñs, aut afflixistis, uexastis, seu expirare me fecistis, dicit dñs. Micheę 1. quod nos legimus: In domo pulueris puluere aspergite uos, hoc, inquit rabbi Selamo, est correctio scribarū, q̄ pūcta facientes, correxerunt, & dixerunt Hitpallassi. i. inuolue te: ubi a Micheę scriptum erat Hitpallassi. i. inuolui me. Sic em̄ in Propheta scriptus erat sensus: In domo pulueris puluere aspersi me, uel puluere inuolui me. Item Osee ix. quod nos legimus, Becuri mehem. i. in recessu meo, siue cum recessero ab eis, rabi Selomo & rabbi Kimhi dicūt esse ti qui sofrim. i. correctionē scribarum, tradentes textū Prophetę uerum olim habuisse Befuri mehem. i. incarnatio mea ex eis. Orationes autē, quas scriptura habuit, afflixistis, seu exufflastis me, Incarnatio mea ab eis, In domo pulueris puluere aspersi, siue inuolui me, longe differunt ab his, quas nunc iuxta textū a scribis sic correctū legimus: exufflastis illū, cum recessero ab eis in domo pulueris, puluere inuolue te. Illis em̄ orationibus, quas olim scriptura habuit filius Dei loquens, opus suę incarnationis futurę designat: qm̄ in domo pulueris aspersit se puluere, induens carnē nostram, quem & Iudei afflixerūt, & expirare fecerunt. Quę sane sentētia prorsus tollit, si legatur textus secundū ty qui sofrim. Hęc & id genus alia multa docent rabbi Selomo, rabbi Kimhi, rabbi Simeon, rabbi Iohannan, a sofrim, id est, a scribis esse correctā. Vnde & Iudgorū magistri persuadent etiam discipulis, ut faciant idiplum quod sofrim, id est, scribæ fecerunt: quemadmodū in libro Ieuamoth dixit rabbi Iohānan ex nomine rabbi Simeon, bonū esse ut euellas unam literam de lege, & significetur nomen Ceh in publico. Hęc igitur si uera sint, q̄ uidelicet olim scribę, non solum foris in margine adiecerint, quod proferendū esset, sed & in contextu mutā uerint sensum, ponētes alterū pro altero, quemadmodū testatur supradictus Porchetus, diligentissimus librorū Hebraicorū indagator: consequens profecto erit, q̄ Hebræi nec iam habent, nec olim etiam sub Hieronymi seculo habuerunt ueteris legis textum purum & integrū: sed secundū ipsam ti quy sofrim, quę non correctio, ut ipsi existimant, sed deprauatio potius est scripturarum. Hęc autē ti quy si facta sit iam olim sub seculo Ionathę filij Oosiel, & is ante Christum prophetarū & hagiographorū interpretes Chaldaicus, in sua translatione omnino secutus sit istam ti quy sofrim, quemadmodum & ipsi fatentur, sequitur q̄ Iudæi etiam nō habuerint textū purum sub Christi seculo. Deinde Christopolitanus in præfationibus super psalteriū: Hebræi, Arabes, & Caldęi nō habent uocales in literis suis. Tota scriptura sacra per Eldram fuit scripta sine uocalibus & sine punctis. Magistri autē Iudgorū post conuersionem magni Constantini confixerūt puncta loco uocaliū, & secū-

Christipoli-
tanus.

locis, ubi latebāt manifesta mysteria, aut de Chro aut de ecclesia: & ideo inq̄ nulla est fides habenda scripturis eorum Hebraicis, sic per puncta scriptis & interpretatis. In oppositam partem sunt argumēta. Diuus Hieronymus interpretem huius nostrę æditionis, ut alium quendā citat, appellans illū Latinum interpretem, in commentarijs ad Ephesios, quos scripsit post castigatū testamentum nouum, & in commentarijs sexti capitis ad Galatas frequenter, & in quinti capitis eiusdem, & in commentarijs primi capitis ad Titum. Insuper & ea quę legimus in hac nostrā æditione illis in locis, ac in alijs nōnullis tam ueteris q̄ noui testamenti confutat & arguit tanquam a suis fontibus deuia. Insuper & q̄ testatur se emendasse, in nostrā æditione Latina nō habetur, & q̄ in nostrā habetur, testatur se correxisse. De ueteri testamēto patet in quæstionibus super Genesim, & in cōmentarijs sup̄ prophetas tam maiores q̄ minores. De nouo testamento, patet ex cōmentarijs in epistolas Pauli supra designatas. Secundū argumentum. Ad Hebræam ueritatem seu fontē confugere, si quid in ueteri testamento incidit: Græcam autem si quid quæstionis in nouo emerferit, monet ipse Hieronymus multis in locis, & præsertim in epistola ad Suniam & Fretelam, & in epistola ad Damasum. Monēt & ecclesiastici patres Ambrosius & Augustinus. Docent & exempla plurimorum theologorum, qui multis in locis hanc nostram æditionem confutat, castigant. Hebręorum autē & Græcorū exemplaria si nō essent Latinis ueriora magisq̄ autentica, nō recte admonerēt Latinos, ut recurrāt ad illa. Ambrosius libro secundo de spiritu sancto capite sexto: quod in nostrā æditione habemus dicit falsariorum perfidia esse uitiatū. Hieron. in præfatione supra quatuor euangelia, docet non esse fidem adhibendā Latinis exemplaribus: cū tot sint fere Latina exemplaria, q̄t codices. Et iccirco ueritatē esse querendā ex Græca origine, & ad illam dicit se corrigere ea, quę uel a uitiosis interpretibus male fuerūt edita, uel a p̄sumptoribus peruersius emendata, uel a librarijs dormitantibus, aut addita aut mutata. Addens se in hac ipsa emendatōe sic calamum temperasse, ut his tantum, quę sensum mutare uidebantur correctis, & aliqua manere pateretur, ut fuerant. Hęc igitur, & id genus alia, sunt, quę in hac re scrupulos ingerunt difficiles. Nā scriptura sacra si sit iam olim in suo fonte suaq̄ origine corrupta & deprauata, iam nō erit ulla in illis canonica authoritas, nec erit opus Latinis iam recurrere ad fontem Græci sermonis, quo nouum scriptū est testamētū: aut Hebræicę linguę, in qua antiquū est æditum. Absolutio quæstionis huius quodam modo ex alia pendet: An uidelicet in ueteri testamento Hebræa exemplaria, & in nouo testamēto exemplaria Græca, seruentur ad hęc usq̄ secula ab illis integra & incorrupta, qualia fuerunt ædita ab initio. Nam si huiusmodi exemplaria in hodiernū usq̄ diem manerent apud eos integra & castigata, qualia crediderunt ea esse Origenes, Hieronymus, Augustinus sub suis seculis, nihil uidebitur absurditatis consequi si fiat recursus ad scripturam, in suo fonte suaq̄ origine æditam. Pro huius difficultatis solutione præmittendū primum, q̄ aliud est co-

Argumenta
ad contrariā
partem.
Primum.

Secundum
argumentū.

Ambrosius.

contingit scriptorū uel librorū incitā uel incuriā. Aliud est illos de industria esse falsatos. Aliud est insuper corruptionem seu falsationē esse generalem factam auctoritate totius synagogae, quemadmodū testantur Hebræorū magistrorū in Talmud olim correctionē quandam scripturarū utiliter factā esse a scribis & sapiētibus, quam correctionē appellarūt tiqui sofrim: de qua in argumento octauo. Aliud est de corruptione particulari quorundā codicum & exemplariū, & apud quandam particulare illius populi plebem. Si unus aut alter sacrae scripturae liber fuerit corruptus, non ob id uniuersos libros, q̄ in diuersis locis & tēporibus conscripti custodiunt, oportet esse corruptos. Aliud insuper significamus, cū dicimus translationē seu interpretationem esse uerā. Aliud dicimus codicē secundū suū exemplar emendatū seu recte transcriptū. Translatio seu interpretatio uerax ac recta est, ex una lingua in aliā facta conuersio, cuius sensus a suo fonte suaeq; originali lingua nō deuiat. Professio interpretis, si Hierony. credimus, est, nō q̄ ipse disertus appareat: sed quo eū, q̄ lecturus est sic faciat intelligere, quō intellexit qui scripsit. Et idcirco boni interpretis officium est, ut uertēdo unū idioma in aliud, sententias reddat easdē & equales, nec ampliores scilicet, nec strictiores: ut eam orationem, quae in originali lingua est certa & unica, uertat in aliā certā & unicā: eam uerō quae ambigua est, uarias salutes cōtinens sententias, quae uideantur a mēte diuini spūs nō abhorrere, uertat similiter in orationē quae eisdem completit. De septuaginta interpretibus, qui in uersione librorū ueteris legis hanc regulam nō obseruauerūt, alia ratio est. Nam quemadmodum ex superioribus patet, diuina dispensatione, ut inquit Augustinus, factū esse creditur, ut illi sic interpretarent, quemadmodū genti illi congruū uidebat. Codex incorruptus dicitur, qui uel est ueri authoris exemplar, uel a suo uero exemplari, ad cuius similitudinē scribitur non deuiat: Quis uerū illud exemplar nō fuerit forsitan recte a suo interprete translātū. Quibus praemissis, dicimus sacras Hebræorū historias, prophetarūq; scripturas nō esse de industria uniuersaliter corruptas ac deprauatas, neq; ante Christi aduentū, neq; post illū usq; ad diui Hiero. tpa, neq; post Hiero. ad hanc usq; tpa. Quod Iudaei nō falsauerint scripturas suas Hebræas ante Christi aduentū, possumus conijcere ex argumēto Origenis diuic; Hieronymi, qui sic argumentantur: Christus & apostoli, qui cetera crimina in Iudæis arguerūt, hoc itidē crimen quod maximū fuisset, reprehendissent: nec saluator illis ad scrutandum eas, quas habebāt scripturas prouocasset, dicēs: Scrutamini scripturas. nec inceperat a Moysē & oībus pphetis, interpretās eas, quas habebāt scripturas. nec dixisset: Super cathedrā Moysi sederūt scribæ & pharisæi. Quaeq; dixerint aut docuerint seruate & facite. nec illis dictū esset: Moysen habet & prophetas, illos audiat. Nusq; illos legimus reprehētos q̄ falsauerūt Moysen & prophetas, tamen si arguant frequēter, q̄ cęci sint & errātes, misceāt aquā uino, scripturas prauē exponentes, & nō intelligētes: & q̄ dum Moyses legi per omne sabbatū in synagoga eorū, uelamē positū sit sup corda eorū, ut uidentes nō uideāt, dum malignis suis interpretationib. scripturas ad sensus a ueritate alie

alienos detorquent. Hæc omnia sunt argumenta, scripturas tunc non fuisse ab illis deprauatas. Deinde, q̄ nec post Christi aduentum, usq; ad diui Hieronymi secula fuerint deprauate per illos, probat idē Hieronymus, eo q̄ in eisdem scripturis reperimus nunc testimonia sic scripta, quemadmodum Christus, apostoli, & euangelistæ protulerunt: aut secundū Hebraicam ueritatem, aut secundū septuaginta interpretes sensum exprimentes, nō curantes de uerbis ordineq; uerborū. Hieronymū in commentarijs super Esaiam cap. vi. quid de hoc senserit audiamus: Si q̄s dixerit libros illos, inq̄t, a Iudæis falsatos, audiat Origenē, qd̄ in viij. uolumine explanationū Esaiæ huic respōdeat quæstionculę: Nunq̄ dñs & apostoli, inquit, q̄ cetera crimina arguūt in scribis & pharisæis, de hoc crimine, qd̄ maximū est, reticissent. Sin aut dixerint post aduentū dñi saluatoris & predicationem apostolorū libros Hebræos fuisse falsatos, eacinnū tenere non potero, ut saluator & euangelistę & apostoli ita testimonia protulerint, ut Iudæi postea falsaturi erant. Nomen Christi de quadā gēte in humilitate nascituri, & de quodā regno ab hoc propagato, & instituto, & conuersationem uitę eius, predicationē doctrinæ, uocationem apostolorū, signa, prodigia, & miracula, incrementum ecclesiæ illius ex Syon crescentis in oēs gentes, Iudæorū execrationē & desertionem, ceteraq; id genus omnia ita exhibent presentia tpa, sicut in scripturis longe ante conscriptis, & per successionē temporū custoditis prophete nunciauerunt futura. Poterant persecutores Christianæ fidei dicere Christianos composuisse seu confinxisse has literas, quas propheticas appellamus, ut ante diuinitus predicta putarentur, quę predicta non essent. Sed ne occasionē haberēt hec dicendi, late dispersus, lateq; notus Iudæorū populus, Christianæ fidei inimicus, in oēs gentes portauit & custodiuit libros suos propheticos, in quibus legimus oīa hæc esse prænunciata, quæ in Christo & in apostolis, & in apostolorum ecclesia uidemus adimpleta. In quibus & ante annos multos Iudæorum prophete expresserunt aduentū Messiae in carnem, & doctrinā ac legem eius ad oēs gentes peruenturam, & indoctorū hominū piscationem in nomine eiusdem Messiae uniuersis nationibus gentiū affuturā, & regni illius non esse finem. In quibus etiam & hoc prædicatur de populo isto, & q̄ uidelicet sic occisurus esset Christum, & dispergeretur, & excæcatur, & q̄ perditurus esset Hierusalem, & terram sanctam, & q̄ urbs eius extrema obsidione caderet, regnūq; omnino cessaret, ac ipse ad oēs gentes dispersus multos dies expectaret Messiam, essetq; uagus sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, & sine uiro: non tñ fornicaretur, & q̄ liber scripturae clauderetur illi. Quibus oībus fit, ut ipsi inimici fidei nostrę, habentes scripturas nobiscū cōmunes, dum nō intelligunt eorū ueritatem, etiam inuiti testimoniū perhibeāt ueritati, eosdē codices habendo & seruando. Quamobrem ad confirmandā euangelicæ humilitatis gratiā, mirabili & inscrutabili Dei prouidentia non oēs Iudæi fame & gladio Romanorū in famoso illo & horrendo excidio interierūt, sed aliqui superstitēs manserunt: qui captiui ducti per oēs gētes, eadem captiuitate & dispersione, præclarum in toto orbe euangelicæ ueritati

Hieron. probat scripturas suo seculo non esse corruptas per Hebræos.

Boni interpretis officium. In proœmio in Ionam,

Argumentū Origenis & Hierony. Orig. s. li. ex pla. Esaiæ. Hieron. in 6. cap. Isaię.

Ioan. 5

Matth. 23.

Daniel. 9. Esaiæ 52.

Osę 11.

perhiberent testimoniū, secundum Psalm. lviij. uersiculum, quē Christus de inimicis suis Iudeis, & praesertim iuxta Psalteriū Roma. sic loquitur: Dñs ostendit mihi bona inter inimicos meos, ne occidas illos, ne quando obliuiscantur legis tuę. Disperge illos in uirtute tua: ac si dicat, Deus etiā inimicis meis ostendit mihi misericordiam tuā, & ideo pro eis rogo, ne occideris eos, q̄ me occiderunt, sed gratia tua uiuere permittant, ut etiā testimonio eorū fides gentium populiq; mei certior habeatur. Disperge illos in omnem terrā, q̄ tanq̄ capsarij scripturas fidei nostrę circūportent in usum gentiū, quę crediturę sunt in omni loco: quod iam factū uidemus. Per oēs em̄ gentes dispersi sunt Iudæi, testes fidei nostrę, custodientes scripturę nostrę codices, quibus est & Christus prophetatus, & iniquitas eorū prænunciata, & salus gentiū promissa. Cæterū q̄ post diui Hieronymi seculum ad hanc usq; nostram ætatē, nō fuerit apud Hebræos uniuersalis Hebraicorū exemplariorū corruptio, possumus conijcere ex argumentis, quibus & Origenes diuvsq; Hierony. suis usi sunt seculis. Conseruant in hodiernū usq; diem apud ecclesiā Christi uetustissimi Hebraicorū & Gręcorū codices, quibus reperimus esse conformes codices, quibus Græci atq; Hebręi nunc utuntur. Deinde in recentioribus Hebræorū libris, castigatis & emendatis, reperiuntur testimonia sic scripta, quemadmodū legunt ab antiquis nostrę fidei patribus recitata. Conferētes recentiorū Hebræorū & Gręcorū codices ad ueterum catholicorū commentaria, in his præsertim locis, quibus significant fidei nostrę mysteria, reperiemus hos cum uetustissimis suis ipsorū exemplaribus consentire. Si quę potissimum infideles deprauassent, manserunt illibata, nec de correctione ulla habentur suspecta: consequens est & cætera in sua origine integra esse serua ta. Eisdem argumentis utentes, possumus demonstrare Gręcos noui testamenti codices nō esse de industria uniuersaliter falsatos, quasi ueritas aliqua fuerit erasa simul ab oībus sacris Gręcorū libris, tam late dispersis & custoditis nō solum apud Gręcorū, sed etiā apud Latinorū bibliothecas. Gręcorū ecclesia si suos codices deprauare uoluisset, his potissimū in locis deprauasset, in quibus ipsa dissentit a nobis, ueluti de processione sancti spūs, de primatu Petri & successorū eius. Verum cū nobis obijcitur, nūc uarios apud Gręcos & Hebręos cōstare codices, uariaq; exēplaria. Respondeo nos nūc de uarietate exemplariorū nō tractare, q̄ contingit scriptorū aut imperitiā, aut in scitia, uel incuria, aut quorundā Hebręorū aut hereticorū maleuolētia: ut Manichæorū, Marcionistarū, & aliorū, q̄ scripturas deprauare conati sunt. Sed de uniuersali sacrarū scripturarū falsatione, aut ab Hebręis, aut a Gręcis grāuiter facta: tanq̄ ipsi uoluerint se priuare ueritate earū scripturarū, quas predicant & honorāt ut diuinas. Deinde & hoc sciendū, nō oportere, si Gręcorum codices quibusdā in locis sint suspecti, q̄ ergo rationabiliter possint haberi ut suspecti in singulis locis: nempe in quibusdā locis, & in eis quidē paucissimis sunt uarij. In cæteris aut locis, in quibus consentiūt uniuersi, habere eos suspectos tanq̄ falsatos, magne dementię est. Vñ Aug. xv. de ciuit. Dei: Nullus prudēs debet, inq̄t, credere Iudęos tam longe lateq; dispersos cōuenisse atq;

Iudæi sunt capsarij scripturarū nostrarum.

Aug. xv. de ciuit. Dei, ca. 19

conspirasse in corruptionē suorū uoluminū, ut scilicet dum alijs inuiderent scripturę ueritatē, ipsi seipos priuarent ueritate. Quis igitur apud Gręcos & Hebręos iam forsitan uarij reperiantur codices, q̄ inter se uel scriptorū incuria, uel in scitia discrepāt: uniuersalem tñ corruptionē per communē eorū synagogam nondū fuisse factā conijcimus ex superioribus argumentis. Proinde de fide habemus nostrę ætatis Gręcorū ac Hebręorū codicibus his, quos cōperimus a uetustissimis suis exēplaribus nō discordare, quę admodū & ipsis olim fidē habuit Hierony. taxans Heluidiū, stultissime sibi persuadentē quibusdā in locis Gręcorū libros esse falsatos: Tu mira, inq̄t, impudētia hæc in Gręcis codicibus falsata contēdis, q̄ nō solū penes oēs Gręci tractatores suis in uoluminibus reliquerūt, sed nōnulli e Latinis ita ut in Latinis habent assumpserunt. Hactenus de argumentis, quibus nobis factū est uerisimile, Gręcorum & Hebręorū scripturas sacras nō esse uniuersaliter de industria deprauatas, tamen eorū codices inter se uarij sint & discrepātes. Reliquū est iā disserere de autoritate huius nre editiōis Latine, utrū oporteat de necessitate ad herere illi tanq̄ scripturę in suo fonte suaq; origine. Pro cuius absolute superioribus scdm diui Hiero. doctrinā est commemorandū, q̄ aliud est esse prophetā aut euangelistā, aliud est pphetę aut euangelistę esse interpretē, aliud expositorē. Propheta uel euangelista in edendo scripturas sacras, a ueritate deuiare nō pōt, interpres aut pōt aberrare a sensu authoris, & plerūq; uel ex obscuritate, uel ex ambiguitate, uel imperitia linguę originalis fallit, sententiā pphetę aut euangelistę nō bene sibi notā, transferēs in significationē, q̄ a sensu scriptoris est aliena. Scribere pphetias, seu edere aut dictare euāgelia, est spūs sc̄ti opus, q̄ oīm canonicorū librorū author esse credit, q̄ & singula in eis scripta dictauit. Quamobrē scriptor in eis q̄ scripsit, neq; falli, neq; fallere potuit: cuius lingua calamus fuit eiusdē spūs sc̄ti, q̄ singulis in rebus, etiam minutissimis, ut æderent in scriptis, q̄ posteris legenda transmitterent in spirator extitit. Eisdē aut libros sic iā in uno idiomate scriptos, & tere seu transferre in aliud idioma, humanū est opus, & officiū eius, q̄ nouit idioma, etiā si spiritu sc̄to nō sic ut ppheta ad transferendū moueat. Quamobrē Hebræus aut Iudæus in linguis Hebraicis, Gręcis & Latinis peritissimus magis recte & tere pōt, q̄ Christianus etiā spū sancto motus ad uertendū accedēs, q̄ nō sic linguarū exptus extitit. Quemadmodū aut S. p̄res cū exponūt scripturas sacras, nō eo sunt credēdi in oībus recte exposuisse scripturā, q̄ sc̄ti spūs charitate moti ad exponēdū eisdē scripturas accesserūt. Ita et Christiani interpretes nō idcirco recte oīa dixerūt, q̄ spū charitatis moti suos cōmentarios ediderūt. Neq; em̄ p̄stat doctoris sanctitas, ut in suo dogmate sit canonica autoritas, de q̄ latius in sequēti lib. Hoc p̄missio aliq̄t statuemus p̄positiōes, p̄ absolute huius difficultatis. Propositio. 1. Interpretatio Latina, seu cois editio & uulgata, q̄ ecclia nūc utit, tā ueteris q̄ noui testamēti, uidet neq; penitus esse alia ab interpretatione Hiero. & prior illa, neq; penitus esse eadē cū illa. Priusq̄ huius sententię probationē asseramus, sciendū, nō omnino certū esse, an Hiero. transtulerit ex Græco totū ipsum nouū testamētū. Vnde & ipse in libro de

Hierony. ad uersus Heluidium.

De autoritate Latine editionis.

Propositio prima.

uiris illustribus asserit, se nouū testamentū Græcæ fidei reddidisse, uetus autē iuxta Hebraicā translulisse. Ex quibus uerbis cōsequens uidet, quod ipse posuerit discrimen inter transferre iuxta Græcā fidē, & reddere Græcæ fidei, & ita se nouū testamentū ex Græco nō translulisse, sed correxisse. Cui & cōsonat quod in p̄fatione quatuor euangeliorū ad Damasum papam dicit: Ita in hac emēda tione calamo imperauimus, ut his tm̄, quæ sensum uidebant mutare, correctis, reliqua manere p̄mitteremus ut fuerant. Et ita ex eo, quod in hac n̄ra editioe quædam sint minus apte posita, nō est consequens, hāc nō esse æditionē correctā ab Hierony. Ex alijs tm̄ uerisimilibus argumentis colligimus supradictę propositionis ueritatē. Nam quod Hierony. testat̄ se emendasse, ut in pluribus habetur in æditione n̄ra Latina, interdū tm̄ non habet: & quod interdū in n̄ra habet, testatur se correxisse. Vnde & ipse multis in locis æditionis huius meminit, appellans illam æditionē uulgatam seu Latinam: interdū honorans, interdū etiam corrigens atque emēdans, quod nos in hodiernū usque diem positū habemus in ista. Quod de ueteris testamenti æditione manifestum est. Nam & in quæstionibus super Gene. & in commētarijs super prophetas taxat nonnulla, quæ nunc legunt̄ in æditione nostra Latina. Pro eo quod nos legimus Gene. 1. Spūs dñi ferebatur super aquas. In Hebræo, inquit, habetur uocabulū, quod significat incubabat, siue confouebat in similitudinē uolucris oua calore animantis. Et quod in nostro, & in Samaritanorū uolumine habemus: Transeamus in campum, dicit esse super fluum. Et quod Esaiæ 1. nostra editio habet: Ut ambularetis in atrijs meis. Textus Hieron. habet: calcare atrium meū nō apponetis. Et ubi æditio nostra habet: Facti estis mihi molesti, Hierony. textus habet: facti estis mihi in satietatē. Et ubi uulgata æditio n̄ra habet: Eritis uelut quercus, Hiero. posuit: Et eritis uelut terebinthus. Item Esaiæ v. ubi nos legimus iuxta Symmachū: Plantauit uineam electā. ipse habet: plātauit uineā Soreck. Et quod nos legimus: Væ qui dicitis malum bonū, & bonū malū. significantius, inquit, interpretatus est Aquila: Væ qui dicunt malo, bonus es: & bono, malus es. Sunt id genus alia quædam in æditione n̄ra, quæ ipse Hierony. taxat, aut aliter, aut significantius legi apud Hebraicam ueritatē. Veruntamen quod hæc n̄ra editio Latina in ueteri testamēto sit traducta, nō ex ipsis lxx. sed immediate ex Hebraica ueritate, adeo est manifestū legentibus cōmentarios eius in prophetas, tam maiores, quam minores, ut nō sit quod de hoc dubitet. Nā & in iisdē cōmentarijs utraq; æditionē edisserit, et eam uidelicet, quæ est scdm̄ lxx. & hāc nostrā, in qua oīa ferme sic legimus, ut ipse se translulisse testatur, quā & multis in locis ex Hebræo in Latinū a se esse æditā subindicat, ostendens eisdē lxx. aliter esse interpretatos, quæ habeat Hebraica ueritas. Ex his uidet̄ consequens esse æditionē Latinā, qua utimur in ueteri testamēto. esse mixtā et nō purā, qualis est ab Hiero. edita aut castigata. Ceterę et quod talis mixtio sit in æditione noui testamēti patet, quia in eā legimus quædam sic esse correctā, quædam uero nō sic esse, ut Hiero. asserit se correxisse. Quod in ea habeamus aliqua correctā, quæ olim in codicibus Latinis nō sic legebant̄ patet. Nā ad Gal. v. ubi nos negatiue legimus scdm̄ ueritatē Græcæ fidei: Persuasio ūra nō est ex eo, quod uocauit

cauit uos. Hierony. dicit suo seculo affirmatiue in Latinis codicibus scriptū esse: Persuasio ūra ex Deo est, quod uocauit uos. Item quod iuxta Græcorū codices ad Gal. ij. nos legimus: Quibus neque ad horā cessimus. Latini codices, ut idē Hiero. inquit, olim habebant affirmatiue dictū: quibus ad horā cessimus. Et in hunc sensum affirmatiuū legit locū istū Ambrosius. Contrarij certe sunt hi scripturæ sermones, sed nō sunt in regulis fidei cōtrarij sensus. Secundū sensum quendā persuasio est ex Deo, et scdm̄ sensum aliū persuasio ex Deo nō est. Sic ad horā cessit Paulus fratribus falsis, iuxta Ambro. sententiā, & secundū sensum quendā nō cessit, iuxta sententiā Hiero. Sunt & alia quædam sic correctā in æditione n̄ra Latina. Quæ aut in æditione n̄ra Latina sint nonnulla taxata ab Hiero. & tm̄ dimissa, & nō emendata, patet ex commētarijs eiusdē. Vbi nos legimus ad Gal. 1. Continuo nō acquieui carni & sanguini, Hiero. iuxta Græcā ueritatē legendū esse censet: nō contuli cū carne & sanguine. Ad Ephesios 1. Pignus, inquit, posuit Latinus interpres pro arrabone. Non id ipsum aut arrabo quod pignus sonat. Arrabo. n. futuræ emptioni, quasi quoddā testimonium & obligamentū datur: pignus uero pro mutua pecunia opponitur, ut cum illa reddita fuerit, pignus a creditore reddat. Quod de gentibus ad Ephes. iij. nos legimus: qui desperātes semetipsos tradiderūt impudicitie, aliter in Græco, inquit, legit̄. Non. n. desperātes gentes, nequaquam sentientes ruinam suā: sed tanquam bestie scdm̄ carnē uiuunt. Pro desperantes ergo, si uelimus uerbū e uerbo exprimere, legere possumus, indolentes. Item quod apud Matth. habemus: Panē nostrum quotidianū da nobis, ipse posuit panē nostrū super substantialem da nobis, siue peculiarē eximium aut egregium, ut illum panē petamus, quod dicit: Ego sum panis uiuus. In euangelio secundū Hebræos, pro super substantiali, inquit Hiero. repperi crastinū, ut sensus sit: panē nostrū crastinū da nobis: quod si de corporali pane acciperet, contra est quod apostolis præcipitur: Nolite cogitare de crastino. Sunt & alia quædam a diuo Hieron. annotata, ex quibus cōiicere possumus, nos hanc æditionem Latinā, qua utimur, nō habere prorsus a Hiero. iuxta ueritatē Græcæ fidei castigatā & emendatā. Deinde et sancti patres ante Hiero. tpa. taxauerūt nonnulla tanquam de uia a fonte Græcæ fidei, quæ tm̄ etiam nunc legimus in æditione nostra Latina. Vnde Ambrosius libro ij. de spiritu sancto, cap. vi. quod legitur ad Philippenses tertio in nostra æditione: Qui spiritu seruiimus Deo, dicit in Latinis codicibus, falsariorum perfidia fuisse uariatum, atque ob id Græcorum authoritati fidendum, in quibus habebatur sensus: Qui spiritu Dei seruiimus, inde colligēs, spiritum sanctū esse Deum, cui cultus debeat. Ex quibus consequens est, diuum Ambrosium æditionem Latinam quibusdam in locis præferre codicibus Græcorum: & insuper alijs in locis, præferre Græcorum codices Latinæ æditioni. Insuper post Hieronymi tempora, multi uiri Christiani, scripturam sacrā exponentes, arguūt nostram translationem uulgatē, asserentes alium scripturæ sensum esse in Hebræorū codicibus, quæ habemus in libris Latinis. Lyranus dicit in translatione n̄ra, bdelliū esse translātū, pro cristallū, Genesis

Hierony.

Gene. 1.

Isaiæ. 1.

Esaiæ 5.

De latina æditione in nouo testamēto

Pau. ad Galatas 5.

Hier. ad Galatas 5.

Ambrosius ad Gal. 2.

Hier. ad Galatas 1. Differēt pignus & arrabo.

Hier. ad Titum 2.

Ambrosius.

Gene. 2.
Gen. 27. & 33

Genesis secundo. Et fraudulenter pro prudēter, Gen. xxvij. Et centum agnis pro centum obulis, Gene. xxxij. Et limen pro haccino, quod significat uasis genus. Ex multis pauca recensuimus, breuitati studētes. Sic & Beda Burgenfis, & Armachanus quaedam taxant, tanquam a suo fonte deuia. Si ergo doctores tam anteriores Hieronymo, q̄ posteriores, hanc æditionem quibusdā in locis taxauerunt, qui tamen ob id non sunt ab ecclesia iudicati tanq̄ hæretici, aut in fide suspecti, non oportet consequens esse interpretem (si uspiam uertendo errauerit a uero sensu, quem author scripturæ intenderit) idcirco errasse in sententia fidei: dum illa, quam interpret æstimat, intellecta sit, aut itidem sententia fidei ex alio scripturæ loco demonstrabilis, aut de quapiā re gesta, quæ siue sic, siue non sic sit gesta, non præiudicat fidei, quam tamen debemus credere gestam esse, secundum sensum, quem asseruit scripturæ author, etiam tametsi nos lateat quinam sensus ille fuerit. **Propositio secunda.**

Secunda pro
positio.

Quam probabile est uulgatam æditionem, qua in nouo testamento ecclesia nunc utitur, non esse puram Hieronymianā, ac castigatā ad ueritatē Græcæ fidei, sed mixtam quandā, partim ex illa, partim ex æditione quadā olim uulgata: non sunt tñ ulla, neq̄ euangelica præcepta, neq̄ fidei mysteria in hac æditione nostra, uel prætermissa, uel obscure designata, quæ nō in eadē apertissimis locis sunt declarata. Quamobrē nō oportet æditionē nostram Latinam, ex ueris suis exemplaribus Latinis bene castigatā, aut contēnere, aut passim reiiciendo, aut improbando contēptibilem in ecclesia facere: sed honorare antiquitatē atq̄ simplicitatē illius iam inueteratæ atq̄ receptæ: ex cuius siue solocisimis, siue sentētijs minus forsitan apte uersis, neq̄ cōprobatur, neq̄ fouetur ulla hæresis, in qua fidei nostræ mysteria sufficiēter declarant, in qua neq̄ est quicq̄, quod præstet occasionem errandi perniciose. Vnde credimus neq̄ in Græcis Hebraicisq̄ exemplaribus esse ullum Christianæ fidei mysterium, ullumue salutis humanæ dogma necessariū, quod hætenus aut fugerit aut latuerit Latinorū ecclesiam, aut sit omissum, aut cōtrarie positū in æditione nostra Latina: quis in ea sint loca nonnulla, aut ambigue, aut obscure, aut minus congrue posita, quæ hætenus etiā eruditissimi patres tolerauerunt: non q̄ ignorauerint aut approbauerint errores, sed quia uiderint nihil periculi in fide & moribus pendere ex huiusmodi locis, uel nō prorsus a suo fonte deuijs, uel etiā aut sic, aut aliter uersis. **Propositio tertia** ex superioribus declarata est. Quomodo septuaginta interpretū æditio in multis ab Hebraico fuerat deuia, quā tñ & olim Christus & apostoli eius sic honorauerūt, ut non solū non contemnerent, sed & uterentur illa, corroborantes ex eadē nostræ fidei primordia: nihilominus ex Hebraico fonte, ubi opus erat, citantes etiam ea, quæ apud septuaginta non reperiebantur. Sic & hanc nostram æditionem hætenus honorauit ecclesia Latina, quis secundū censurā sanctorū patrum, Ambrosij, Hieronymi, & aliorum etiam antecessorū quibusdā in locis non ignorauerit forsitan nonnulla deuia esse a uetustimorum Græcorum & Hebræorū exemplarijs: sciēs aliud esse eum, q̄ scripturā ædidi hallucinatū esse: aliud uero eum, qui eandem scripturā in aliam linguam transtulit,

Propositio
tertia.

non recte esse interpretatū. Dicere in scribendo deceptū esse eum, q̄ scripturam ædidi, impiū est, & blasphemū in Dei spiritū, q̄ dictauit singula in canonicis libris conscripta. Quamobrem neq̄ potest unq̄ ostēdi locus, ubi demonstretur scriptor deuiasse. Dicere autē interpretē esse hallucinatū, nō sic est impium, præsertim cum in mediū affertur locus scripturæ, ubi interpret ostēditur a suo fonte deuius. Quapropter nō arbitremur absurdū esse, sermonem sacrae scripturæ translātū ex suo fonte in linguā aliam, examinare, recurrēdo ad suam originē, & discutere si forte interpret deuiauerit a sensu eius, q̄ scripsit. Et id unicuiq̄ eouq̄ licitū est, donec uniuersalis ecclesiæ autoritate fuerit definitū, æditionem illam in oibus fonti suæq̄ originē consonā esse. Insuper & definitione huiusmodi facta, adhuc liceret pro intelligēdis locis obscuris recurrere ad scripturam in suo fonte. Nulla potest esse æditio ex uno idiomate in aliud uersa, tam luculenter, tam clare expressa, quæ nō tractu temporis, uel propter diuersitates interpretantium uel exponentiū, uel propter quæstiones hæreticorū, quibusdā in locis reddi ambigua & obscura: quæ plerūq̄ ex scriptura custodita in suo fonte suæq̄ origine, potest fieri clara & manifesta. Ex quibus conficitur expertissimi interpretis esse, sic ædere translationem in oibus consonā, & uix fieri posse, præsertim ubi ex Hebraico quicq̄ est transferendū in aliud idioma. Vnde & euangelistæ talia quaedā Hebraica in ueteri testamento Græce scribentes, in nouo testamento dimiserant intacta, quemadmodū ostendit Hierony. de Luca, q̄ inter oēs, inquit, euangelistas Græci sermonis eloquentissimus fuit, q̄ se uidit proprietatem sermonis Hebraici seruare nō posse, melius arbitratus est tacere in uersione, osanna, q̄ id ponere q̄d legenti faceret dubiū. **Propositio quarta:** Hieronymus noluit ecclesiæ dare suam translationē tanq̄ diuinam, & in oibus authenticam, & consonam scripturæ in suo fonte æditæ. Nam & ipse diuersis in locis arbitrio lectoris reliquit, aut probare, aut improbare, si sic aut aliter transferat, recitans multorū transferentiū sententiās, & alios hunc & illū locū scripturæ sic transtulisse, alios autē nō sic, sed aliter, sibi autē sic uisum: dimittens tñ studiosum lectorem liberi arbitrii, si uel sic, uel aliter uelit interpretari. Deinde & ipse dicit se interdū ex causa transtulisse aliter, q̄ in Hebræo habeat, in Iona ponens hederā, scdm̄ interpretationē Aquilæ & ceterorū, q̄d lxx. cucurbitā interpretati sunt, cum tñ Hebraico idiomate neq̄ hederā, neq̄ cucurbita significetur. **Quinta propositio:** Ecclesia apostolica nō mox acceptauit æditā Hieronymi æditionē nouam, dimissa ueteri, sed annis multis etiam post obitū eiusdem Hieronymi utraq̄ æditione utebat, usq̄ ad tempus Gregorij papæ, q̄ in principio Moraliū: nouam, inq̄t, æditionē edissero, sed cū probationis causa me exigit, nunc nouā, nunc ueterē per testimonia assumo, ut q̄ sedes apostolica, cui authore Deo præsidio, utraq̄ utitur, mei q̄q̄ labor studij ex utraq̄ fulciatur. Deinde ex superioribus manifestū est, ecclesiā in libro Psalmorū nō uti æditione Hieron. scdm̄ Hebraicā ueritatē. Ex superioribus aliq̄ colliguntur sentētię. **Prima:** Quomodo Hebræicę linguę periti nō indigēt septuaginta interpretū æditioe, si habeat uetus testamentū Hebraico fonte suo æditū

In epist. ad
Damas. de
osanna.

Quarta pro
positio.

Hiero. in Iona
cap. 4.

Quinta pro
positio.

Prima sententia.

& cas

Secunda sententia.

& castigatum, ita & Graecae linguae periti non indigent in euangelij in scripturisq; apostolicis translatione latina, habentes nouum testamentum in suo fonte, suaq; origine. Secunda sententia: Quemadmodum olim latinae linguae homines, si qua dubitatio in scripturis ex latino sermone emerferat, ad exemplaria Graeca uel Hebraea recurrerant. Ita etiam nostris seculis, si quam dubitationem attulerit sermo Latinus in nostra editione Latina, non erit absurdum recurrere ad exemplaria praecedentia, & considerare an in suo fonte absoluat huius sermonis quaestio & ambiguitas. Nostrorum multi, multa, inquit Hieronymus, dixerunt & inter se dissonantia: cogimur ergo ad Hebraeos recurrere, & scientiae ueritatem magis de fonte, quam de reuulsi quae re, recitat Gratianus lxxvi. distinctione, cap. Ieiunium. Verum ne ex huiusce modi sententijs fallantur sacrae theologiae studiosi, & arbitrentur ad intellegendum scripturas ueteris testamenti, necessarias sibi esse Hebraicas Iudaeorum glossas, Sciendum est, quod fons iste, & Hebraeorum codices, ad quos Hieronymus & Augustinus nos mittunt, pro ueritate scripturae indaganda, nequaquam sunt huius seculi Hebraeorum in scripturis sacris commentarij, sed sunt ueteris testamenti textus ueri, ad quos oportet recurrere, cum de textu Latino quaestio est propter ueritatem editionum exorta (quam uis & hic sollicitudine cauere oporteat, astutiam ipsorum Hebraeorum, qui, ut inquit Hieronymus, in prophetijs, quae de Christo sunt, tergiversari solent, & ueritatem celare mendacio.) At uero Rabinorum & scribarum commentarij, expositiones, & glossae, apud eorum Talmud cabalistas, caeterosque expositores designata post Christum, iam ab illis aedita, adeo deuiant a fonte salutaris doctrinae, ut apud prophetas appellentur mendacia, stylusque mendax scribarum: quemadmodum & longe ante de hoc Hieremias olim fuerat uaticinatus: Miluus in caelo cognouit tempus suum, turtur, hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini sui. Quomodo uos dicitis: Sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est mendacium? uere operatus est stylus mendax scribarum, confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt, uerbum enim domini, id est, Christum filium Dei abiecerunt, & sapientia nulla in eis est. Vnde & Hierony. in expositione Psalmi cxvij. Vos ergo Iudaei habetis, inquit, scripturam, uos legitis libros, paginarum sensum, uos complicatis membranas mortuorum animalium: nos possidemus Christum uiuificantem. Sed de hoc in sequentibus latius. Tertia sententia: Quamuis impie & peruerse conentur, qui conferentes unam scripturam cum alia, si forsitan inueniant aliquid, quod alteri repugnans sit, falsum esse demonstrare conantur: non sic tamen impie agunt, qui conferentes editionem Latinam suae origini suoque fonti, conantur indagare, si forsitan aut interpret non fuerit recte assecutus sensum authoris, aut ipsi possint ex scriptura in suo fonte melius intelligere, quod scribitur obscure in Latina editione. Proinde tamen non debeamus commendare eos, qui diuersis praefationibus & annotationibus, hanc nostram editionem aut aestimant aut faciunt contemptibilem, approbare tamen debemus labores eruditissimorum uirorum, qui

Hier. 8.

Stylus scribarum mendax.

Tertia sententia.

qui utriusque linguae periti, etiam post Hieronymi secula innixi antiquitatibus fidei, suis editionibus, uersionibus & annotationibus, locos in Latina editione nostra, uel obscuros, uel ambiguos, uel incuria scriptorum corruptos, studuerunt elucidare, declarare, aut castigare, nunc ex uetustis Latinorum codicibus, nunc ex originali lingua, praesertim illis in locis, ubi est uetustissimorum exemplariorum Hebraeorum aut Graecorum consensus, ubi neque suspitio ulla esse potest, quod codices in originali lingua fuerint per haereticorum aut Iudaeorum industriam deprauati, propter quos non adfertur uel ullum antiquae fidei detrimentum, uel ulla supra ueteris ecclesiae fidem nouitas sententiae, quae non aut ex coherentia sententiarum, aut ex alijs scripturae locis est demonstrata, uel saltem uerisimilis: sed est aut sensus idem factus illustrior, aut sublata amphibologia, restituitur sensus unicus suae origini consonus: aut si emergit sensus quidam alius, quem ex eodem loco non intellexerint expositores Latini, non habentes peritiam originalis linguae: nullum tamen ingerit fidei praedictum. Virtus, quae contraria est uitio, in Graeca lingua nomen habet aliud, quam uirtus pro robore, seu potentia. Proinde Latinus interpret promiscue utens in Latina editione nomine uirtutis, sensum facit ambiguum, qui apud fontem Graecum certus est & unicus. Commendandus autem est quisquis hanc amphibologiam tollens, loco uirtutis robur seu potentiam ponit, secundum Graecam dictionem. Quod Latinus interpret secundum ad Corinth. obscure dixit: Si qua ergo in Christo noua creatura: Origenes, Theophilactus, Chrysostomus, Ambrosius planius interpretati sunt: Si quis in Christo noua creatura est. Tanquam dicat: qui per fidem adheret Christo, noua & caelestis facta est creatura, indutus nouum hominem, quod secundum Deum creatus est. Haec & id genus alia tolerauit ecclesia, honorans & antiquitatem, & simplicitatem interpretis: non subdole & superbe, sed pio & humili stylo interpretantis. Neque curauit magnopere de quibusdam solocisimis per eundem interpretem admissis, intelligens per solocisimos, si qui sint, sufficienter expressum esse sensum spiritus sancti loquentis. Sic olim docuit uenerabilis Augustinus, consuetudinem uulgarem cum barbarismo plerumque esse uulgiorem, quam literatam integritatem Latini sermonis, sua nouitate aut perturbatione ecclesiam, aut facientis sensum uel ambiguum, uel minus apertum, uel minus consonum sensui in suo fonte expresso. Sunt per uiros in Latina arte eruditos nonnulli in editione Latina solocisimi notati, cuiusmodi sunt: Neque nubent, neque nubent. Magis plures estis uos. Pauperes euangelizant. Filius hominis non uenit ministrari. Ut fructum plus adferat. Ad inuicem dicentes: Peccate mihi, quod est uerbum Latinis inauditum. Deus intentator malorum est, Quos sermones, & id genus alios nonnullos sustinuit ecclesia: ex eisdem plane intelligens uerum spiritus sancti sensum in scriptura loquentis: considerans eiusdem interpretis simplicitatem, non uoluisse in locis illis aut subdole, aut de industria quicquam mutare, aut facere alienum a suo fonte: sed eum magis fuisse sollicitum, ut etiam in sermone Latino seruet praecedentis linguae formam, quam plerumque non patitur Latinae linguae integritas. Vnde etiam sancti praesentis uetustissimi, Cyprianus, Hieronymus, & Augustinus, in lingua Latina eruditissimi,

Paulus ad Corinth.

Aug. lib. 1. de Christiana doctrina, capite 11.

Math. 23.
Math. 6.
Luc. 7.
Math. 23.
Ioan. 15.
Actuum 2.
Actuum 3.

H diti,

Hieron. in 22.
cap. Matth.

ditū huiusmodi sollicitos in scriptura sacra non horruerunt, utentes uerbis additionis nostrae. Cyprianus in libro ad Quirinum, neque nubunt, inquit, neque nubuntur. Hieronymus in commentarijs super Mattheum, utitur additione nostra Latina, utēs uerbo nubi; Quis Latina, inquit, consuetudo Graeco idiomati non conueniat. Insuper locutionem illam Matth. vi. Nonne uos magis pluris estis? ipse dimisit ut habetur in additione nostra. Et illam item: Pauperes euangelizantur, dimisit intactam. Vnde neque euangelistae, neque apostoli magnopere de ratione sermonis grammatici curauerunt. Sunt etenim in Graeco sermone, quem & ipsi euangelistae atque apostoli & addiderunt, & scripserunt, nonnulla posita praeter rationem grammaticam, quemadmodum testantur uiri in Graecis literis eruditissimi. Deinde Latinorum ecclesia, uidentis apud Hebraeos forsitan & Graecos uaria esse exemplaria, & ideo suspectam habens fidelitatem codicum eorum, persistit in editione Latina inueterata atque uulgari: iudicans pro illis temporibus esse uulgaris, manere in additione recepta, legentium uetustate firmata, quae editionem nouam, etiam magis euidentem, & consonam suo fonti, publice in ecclesijs legendam atque cantandam recipere, & turbare simplicium fidem. Interim tamen non uetuit ecclesia, uel pia nouorum interpretum studia, uel nouas eruditissimorum uirorum additiones: ex quarum profecto collatione nostra magis intelligimus, magisque penetramus in sacrarum scripturarum sensus. Caeterum non oportet quod olim sub Hieronymi seculis, pro conditione illorum temporum ecclesiae fuerat utile, id etiam nunc utile esse. Ideo & si olim expediebat ecclesiae additionem nouam in usum recipere, non tamen hinc oportet sequi, nunc esse utile aliam nouam recipere. Olim magna erat Latinorum codicum uarietas, & interpretum dissimilitudo, quae ingerebant multis in scripturae locis de textu scripturae sacrae quaestiones: super quibus dissoluedis, Latini patres nihil certi habentes, indigebant alijs duabus linguis, Hebraea uidelicet & Graeca. Sed nobis iam in usu habentibus unicum additionem Latinam, ad uetusta Latinorum exemplaria emendatam, etiam olim ex suis fontibus examinata, non deinceps opus est sic recurrere. Neque enim possumus iam sic suspectam habere hanc nostram additionem, quem admodum illi olim suspectas habere poterant interpretum Latinorum uarietates; praesertim cum etiam temporibus his pleraque uolumina Graeca inter se uariant & discrepent, quemadmodum & diuus ipse Hieronymus testatur in commentarijs super caput quintum epistolae ad Galatas. Scio, inquit, in Latinis codicibus in eo testimonio, quod supra posuimus: Si tradidero corpus meum ut glorier, haberi ardeam pro gloria: sed ob similitudinem uerbi, qua apud Graecos ardeam & glorier una parte literae distinguitur, apud nostros error inoleuit. Sed & apud ipsos Graecos exemplaria sunt diuersa. Proinde & Ambrosius in commentarijs epistolae ad Romanos capite quinto, & in commentarijs epistolae ad Galatas capite secundo, Graecorum codices postponit Latinis, arbitrans magis Latinis codicibus, quam Graecis fidem esse adhibendam. Vnde & ex doctrina diui Hieronymi discimus, quibusdam in locis additionem nostram Latinam esse emendatiorem, quam Graecorum codices.

Hierony.

Nam

Nam primae ad Corin. vii. quod legimus in uulgatis Latinorum codicibus (& diuisus est) hoc Hieronymus scribit esse apostolicae ueritatis: quod tamen in Graecis exemplaribus non sic habetur. Si apostolica ueritas habeat quae admodum nos habemus, hoc uidelicet pacto: Qui cum uxore sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta, & uirgo cogitat quae domini sunt. Et Graeci codices non sic, sed aliter habeant, hoc uidelicet pacto: Qui uero duxerit uxorem, sollicitus est de his, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisa est mulier & uirgo; consequens est exemplaria Latina in quibusdam esse ueritati apostolicae magis consona, quam Graeca. Quam obrem ex eo quod ipse Hieron. dicit, aliter interdum haberi in Graeco, quam habeat additio nostra Latina; non oportet consequens esse eandem additionem Latinam non esse diui Hieronymi, puram, castigatam, aut emendatam ad uerorum codicum Graecorum fidem. Vnde ipse testatur nouum testamentum se ita castigasse, ut ea quae sensum uariarent solum corrigeret, dimissis caeteris ut fuerant, etiam si illa minus forsitan apte, ac contemptibili sermone scripserit interpret. Vnde ipse ad Paulinum: Nolo, inquit, ut offendaris in scripturae sacrae simplicitate, & quasi uilitate uerborum, quae uel uitio interpretum, uel de industria sic prolata sunt, ut rusticam concionem facilius instruerent, & in una eademque sententia aliter sentiret doctus, aliter indoctus. Gregorius in praefatione beati Iob: Non barbarissimi confusionem de uito, sitis motusque praepositionum etiam casusque seruare contemno; quia indignum uehementer existimo, ut uerba caelestis oraculi restringantur sub regulis Donati. Neque etiam haec ab ullis interpretibus in scripturae sacrae autoritate seruata sunt. Humili, simplici, & in affectato sermone usus est Christus, uel sunt apostoli, librorum sacrae scripturae authores. Non in persuasibilibus humanae sapientiae uerbis, sermo meus est, inquit Paulus, sed in ostensione spiritus & uirtutis, &c. Item: Misit me Christus euangelizare, non in sapientia sermonis, ut non euacuetur crux Christi. Paulus cum dicit: Etsi imperitus sermo, sed non scientia; non tamen humilitatis & modestiae causa, sed uere hoc dixit, quemadmodum docet diuus Hieron. in commentarijs, ad Gal. v. tractans sermonem Apostoli, inferentis singularem numerum plurali: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis: considerans teipsum, ne & tu tenteris. Paulus Hebraeus, ex Hebraeis, & qui esset in uernaculo sermone doctissimus, profundos sensus, inquit Hieron. aliena lingua exprimere non ualebat: nec curabat magnopere de uerbis, cum sensus esset in tuto. Plerumque igitur humilis, & praeter rationem artis Grammaticae, est scripturae sacrae sermo, etiam in suo fonte conscriptus. Neque tamen stylo huic quantumuis humili iam sua deest eloquentia, qua in canonicis libris uoluit uti spiritus sanctus, absque affectata sermonis elegantia rhetorum ac oratorum huius mundi, uerbis sua adest eloquentia, suaque uis persuasoria, foris aures demulcens, intusque sensum carnis oblectans & alliciens. Porro diuinae scripturae sermonibus adest quaedam uis longe praestantior, sublimior, ac uehementior, mirabili quadam energia intus penetrans lectoris animum, humiliter, pie, ac studiose intentum. Ad lectionem scripturae sacrae quantumuis humili ac rudi stylo conscriptae, quis unquam accessit.

1. Cor. 2.
1. Cor. 1.
2. Cor. 11.

H ij accessit

accessit, qui non inde calorem quandam cœlestis ignis hauserit? suauitatem quandam cœlestis spiritus sentiens, magis intus in secreto cubiculo cordis, quàm ullis ualeat foris exprimi sermonibus eloquentiæ huius mundi. Nec mirum, uerba enim scripturæ huius, eloquia sunt diuini spiritus: qui cum, ut inquit Sapientis, sit disertus, seu facundus, omnium artifex, omnis eloquentiæ fons, reseruauit in suis sermonibus sibi peculiarem quãdam sententiæ compositionem, styliq; ornatũ, congruum uiris fide dignissimis, & loquuturis de rebus altissimis, atq; uerissimis. Vnde Augustinus libro iij. de doctrina Christiana quaestionem mouet: Vtrum authores nostri, quorũ scripta diuinitus inspirata, canonem nobis saluberrima autoritate fecerunt, sapientes tantummodo, an eloquentes etiam nuncupandi sunt. Respondens: Quæ quidem quaestio, inquit, apud me ipsum, & apud eos, qui mecum quod dico sentiunt, facillime soluitur. Nam ubi eos intelligo, non solum nihil eis sapientius, uerum etiam nihil eloquentius mihi uideri potest. Et audeo dicere, omnes, qui recte intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere, nõ eos aliter loqui debuisse. Sicut enim est quãdam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, est & quæ senilem: nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est eloquentia, quæ uiros summa autoritate diuinos decet. Vbi uero eos non intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia: sed eam non dubito esse talem, qualis est ubi intelligo. Cui sane eloquentiæ obscuritas quãdam miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, tam inuentione, quàm exercitatione debet. Patres ergo nostri, quorum scripta diuinitus inspirata, canonem nobis saluberrima autoritate fecerunt, præditi fuerunt non tantummodo sapientia, sed & eloquentia: nõ ea quidem, quæ iuuenilem decet ætatem, sed senilem, uirosq; summa autoritate dignissimos, planeq; diuinos, qui spiritu sancto suos libros ita composuerunt, ut eloquentiã ipsam nec improbarent, nec ostentarent: tali quadam eloquentia usi, qualis personis ipsis congruebat. Supradictis consideratis, facile est intelligere utriusq; partis argumentum. Ad primum, quod dicitur: Hieronymus hanc æditionem fecit eo spiritu, quod & ipsa est ædita a prophetis in suo fonte. Respondeo: Hieronymus quidem fecit æditionem suam eodem spiritu, quo & prophete suã scripturam ædiderunt in suo fonte: sed necessarijs, aut uerisimilibus argumentis superius positis, persuasum est eruditjs quibusdam, hanc nõ esse eam puram, quam Hieronymus castigatam reddidit. Verum donemus hanc talem esse, eamq; eodem spiritu factam esse, quo & scriptura ipsa est a prophetis in suo fonte edita, non inde consequens est, Hieronymum accepisse mysticam uisionem prophetarum intelligentiam, tam plane, quam acceperunt prophete uisiones illas propheticas describentes. Nam secundum doctrinam Apostoli primæ ad Corin. xij. idem spiritus sanctus in diuersis membris corporis Christi, diuersa habet officia, diuersaq; operatur & dona. Vnde dicitur spiritus prophetiæ & intelligentiæ reuelationum mysticarũ, spiritus sapientie, spiritus operationum, uirtutum, seu miraculorum, spiritus doni linguarum, spiritus fidei, spiritus charitatis. Sanctus David spiritu charitatis uoluit

uoluit ædificare templum Dei: sed non id uoluit ex prophético spiritu Dei reuelantis ut hoc faceret. Quamuis igitur concedamus sic esse, quod sacram scripturam Hieronymus traduxerit in Latinorum linguam spiritu charitatis, non tamen inde conficitur, eundem traduxisse omnem scripturæ locum ex illuminatione spiritus, aperientis ei sensum, ut quemlibet scripturæ locum tam clare intelligeret, quàm intellexit propheta, qui eandem scripturam in suo fonte dictauit, irradiate prophetica uisione. Aliud est interpretis officium, aliud prophete. Vnde traducere scripturam ex suo fonte in aliam linguam, potest esse opus humanum absq; spiritu fidei & charitatis. Et si fiat uirtute spiritus sancti operantis, potius pertinet ad donum linguarum, quàm ad donum intelligentiæ scripturarum. Potest enim quis recte uertere prophetica aliquam uisionem, nesciens tamen mysticam illius significationem. Hieronymus autem, quia ex spiritu fidei charitatis ad traducendum scripturas accessit, si uspiam errauerit, ignoscere deceptus nõ fuit, nec a ueritate fidei in translatione deuiauit, nec ullis in locis adhuc compertus fuerat a mente scriptoris deuiasse. Vnde Hebraei, teste Augustino, interpretatione eius sub illis seculis ferebantur esse ueracem. Cæterum ipse traducens scripturam sacram, egit quidẽ negotiũ totius ecclesiæ, quæ nõ fallitur: sed nõ inde consequens est, æditionem eius nusquam aberrare ab Hebraica ueritate. Aliud est, iussu ecclesiæ nouum testamentum castigare: aliud est, id quod castigatũ est iussu ecclesiæ in singulis sic approbare, ut nõ liceat unquam hæsitare aut dubitare, ne forte interpres non recte scripturam uerterit. Neq; enim tenemur credere æditionem cuiusq; sic esse in omnibus consonam, nisi uel eam ad suum fontem conferetes talem esse uideamus: uel ecclesia uniuersalis, aut spiritu sancto aut experimẽto edocta, auctoritate sua definiat eam penitus sic consonam esse. Ad secundum argumentum, quo assumitur: Si Biblia nostra Latina in quibusdam deuiã foret, aut a Græco, aut ab Hebraico sensu, nihil auctoritatis esset in illa. Dicimus hoc nõ consequi. Receptã enim hæc nostra translatio Latina suam habet auctoritatem apud ecclesiã Latinam, quæ recepit eam tanq; diligẽter discussam & examinatam, & cum scripturis in suo fonte sedulo collatam, æditam ab interprete, qui subdola interpretatione, neq; celauit, neq; adiecit, neq; subtraxit quicquam in oibus scripturæ locis, nusq; deuius a fidei Christianeque religionis mysterijs, atq; præceptis, super quibus præcipua est controuersia Christianæ ecclesiæ cum Iudæis & hereticis, quemadmodũ & apud ecclesiã primitiuam olim suam habuit auctoritatẽ septuaginta interpretũ æditio, ex qua & Christus & apostoli probauerãt fidei nostræ mysteria. Neq; consequentiã probat uerbum citatum ex Augustino, qui loquitur de scriptura, quæ ædita manet in suo fonte incorrupta, in qua nihil est deuium. Secus est de scriptura traducta, de qua possumus suspicari, ne forte interpres in quibusdam non recte fuerit affectus mentem authoris. Neq; inde consequens est, totam huius scripturæ auctoritatem corrumpere. Quemadmodum enim sub seculis illis, quibus uniuersalẽ ecclesiã septuaginta interpretibus, catholici innitebantur eorundẽ septuaginta interpretũ æditioni, quã quotidie legebant, au-

H iij diebant

Cap. 6.

Authores
scripturæ sa-
cræ eloquen-
tes.

De doctrina
Christi. li. 18.
cap. 47.

Solutio scdã
argumenti.

Solutio ar-
gumentorũ.

Ad Cor. 12.

Spūs chari-
tatis, Spūs fi-
dei, Spiritus
prophetarũ.

Æditio Ixx.
interp. olim
habuit autho-
ritatẽ, quæ cõ-
uasi sunt Chri-
stus et apost.

diebant, cōtabant, atq; in sententijs fidei corroborādis citabant: quæ tñ editio ut in multis diminuta, in quibusdā superflua, in alijs difficilis & obscura, nō penitus consentiebat cum Hebraica ueritate. Sed nō inde consequēs est in illis scripturis septuaginta interpretū, nō fuisse quicq; authoritatis. Quando quidem & Christus, & apostoli ad ponendum primordia Christianæ fidei, sunt usi translatione illa, tanq; recepta. Neq; item sequit, q; patres illius seculi utentes illa, fecerint aut Christianæ ecclesiæ fidem uacillare, aut ecclesiam uti scriptura apocrypha & suspecta. Nam quoties nobis cum hæreticis disputatio est, rara est controuersia de dissonantia æditionis nostræ ab Hebraica aut Græca ueritate. Vnde & hætenus ecclesia manet cōtēta editioe ista, tanq; longo usu atq; experimēto comperta, nusq; pernitiose aut fallaciter deuiare. Quotquot fuerūt hætenus uiri linguarū peritissimi, cōferētes hæc editioem nostrā Latinam cum scripturis in suo fonte æditis, si aliquot in locis & eis quidē paucissimis, certo demonstrauerint aliquid esse ut uincq; deuiū, aut alienum a ueritate Græcæ fidei, in qua nouum testamentū est scriptū, nusq; tñ ex Græcis exemplaribus inuenerūt aliam aut fidei, aut præcepti normam: sed paucis quibusdā exceptis indicauerūt solū uel sollecissimos, uel uoces ineptas Latini sermonis, uel uarietates codicū & exemplariorū, uel locos nunc obscuros seu ambiguos, nunc deprauatos, nunc aliquantulū additione uel subtractione immutatos, secundū eam mutationē, quæ sensum in fide & moribus nō peruertit. In superioribus recitauimus nōnullos tales scripturæ locos. Vnde & 1. ad Cor. xv. Græcorū codices inter se uariāt. Quidā habēt sensum secū dum uulgatam æditionē nostram: Omnes quidē resurgemus, sed nō oēs immutabimur. Alij autē sensum longe alium: Non oēs quidē dormiemus, oēs tñ immutabimur: quæ secuti sunt ueteres, Tertul., Origenes, Theophilact. & Chrysost., Hieronymus in epist. ad Minerium & Alexandrū, utrāq; lectioem commemorans, præfert eam qua nūc utitur uulgata editio. Hic & si sint contrarij sermones, non sunt tamen sententiæ contrariæ. Vnde diligēter considerato ordine sententiæ Apostoli in illo, cap. xv. quibusdā magis cōgrua ueritati apostolicæ uidet Græcorū lectio, ut intelligamus: Non oēs dormiemus, scilicet in puluere, ueluti q; in aduētū dñi reperiemur uiui: oēs tñ immutabimur in incorruptionem & immortalitatem æternæ gloriæ, intelligendo non omnes absolute, sed eos oēs, qui fuerunt iustificati per Christum, de quibus præmisit: In Christo omnes uiuificabunt. de quibus & subiungit: Mortui resurgēt incorrupti. Rursus sub Hieronymi seculo, Latina exemplaria quibusdam in locis magis q; Græcaerāt consona apostolicæ ueritati, quemadmodum ex superioribus patet de uerbo Apost. 1. ad Cor. vij. Et diuisus est. Proinde ex eo, q; exemplaria Græcorū interdum & id quidē rarissime, nūc aliū habeant sensum, q; æditio Latina, non est consequens eandē editioem Latinam esse deuiam a ueritate sue originis, nisi ex patribus ostendatur, Græcos codices illis in locis habuisse olim sic ut nunc habent, eosq; propterea deprauatos non esse. Deinde hæc cum sint numero paucissima, uel de locis scripturæ ambiguis, etiam olim notatis a patribus inter se non penitus conuenientibus,

bus, uel de rebus gestis, quæ siue sic, siue aliter contigerunt, possunt fidem & mores ædificare, non sunt propter quæ oporteat turbari, uel mouere interminabiles quæstiones, suscitare contentiones & rixas, & concitare schismata, & suspectam facere sanctorū patrum authoritatē, & elaboratissimas scripturarum expositiones, ac interpretationes reddere contemptibiles. Ad tertium argumentum similiter dicimus, consequentiā esse inualidā. Nam fidei & morū præcepta, aliq; ad salutē utilia, sufficiēter sunt expressa, & declarata in editioe nra Latina, eaq; in qbus discrepat editio nra Latina a ueritate Græca, non multū iuuare possunt hereticos. Quamobrē nō oportet nos turbari, si qbusdam in locis editiois nre scriptura sit uel ambigua, uel obscura, uel suspecta, tanq; aliquantulū deuiam a mente scriptoris. Quemadmodū neq; oportet nos turbari, si in lege Moyfi, in prophetis, in Apocalypsi Ioānis, ceterisq; scripturis, dicant esse sermones quidā difficiles, obscuri, quorū sensus in hodiernū usq; diē est incertus & ambiguus, tā Christianæ ecclesiæ, q; Hebræorū synagoge. Modo hoc sciamus, omnia salutē nostræ utilia, quæ significant in locis illis obscuris, uel alibi, lucide & clare explicari tam fidei nostræ mysteria, q; Christianorū morum dogmata: uel non inducere aliam fidem, aut uiuēdi regulam, uel non multū facere ad fidei causam, quā ecclesia habet cum Iudæis & hereticis. Proinde perniciosè fallit, quisq; ex Hebræorū aut Græcorū textu conat se posse uel inuenire aliā fidei regulam, aut alia Christianorū morū præcepta, uel demonstrare in docēdis eis dē moribus, ac fidei regulis hætenus errasse ecclesiā Latinā. Ad quartum argumentū, quo dicit: Deus dedit ecclesiæ Latine sacrosanctum scripturarū canonē, omni errore carentē. Respondeo: Deus dedit utiq; populo suo sacrosanctum scripturarū canonē, cœlestemq; philosophiam, omni errore carentē in suo fonte suaq; origine. Sed nō est inde consequēs, æditionē uel huius, uel illius interpretis ut talem esse acceptandam. Vnde neq; ipse Hierony. suā æditionē ut talem habere uoluit, plerisq; in locis ambiguā & suspensam tenens sententiā, & relinquens in alterius iudicio, siue sic, siue aliter uelit interpretari. Tam in Græca, q; in Hebræa Biblia sunt sermones quidam anceps, nō solum secundū æquiuocationē uocabulorum, sed & secundū casus, tempora, distinctiones ac pronuntiationes. Quibus fit, ut plerisq; sermones scripti in suo fonte suaq; origine ambigui & incerti, occasione dederint interpretibus, nūc sic, nūc aliter interpretandi. Neq; hic sequit Deū aut nō satis ecclesiæ Christianæ consuluisse, aut maiorē curā habuisse de synagoga Moyfi, q; de ecclesia Christi, dum legem a Chaldæis igne consumptā, reparat illis per Esdras sacerdotē. Deus nempe sufficiēter prouidit ecclesiæ, dum per Christum, euangelistas, & apostolos aperuit & reuelauit fidei mysteria, clausa & adumbrata in obscurissimis locis scripturarū legis ueteris, tametsi nō omnes eiusdem legis locos sigillatim in scripturis nouæ legis declarauerit. Maioris bñficij est aperire sensum, & reuelare internos hoīm oculos, ut cōsiderēt mirabilia in lege sub umbris & figuris uelata, q; easdē legis umbras et figuras semel sublatas foris in mēbrana restituere. Insuper maioris bñficij est in scripturis euāgelicis & apostolicis huiusmodi mysteria

Argumenti 3. solutio.

Argumenti quarti solutio.

Hierony. in epist. ad Suniā

declarare, quae scripturas in libris legis & prophetarum semel consumptas reparare. Ad quintum & sextum argumentum patet responsio ex supradictis. Varietas enim codicum & exemplariorum, non arguit uniuersalem scripturam deprauationem, quantum ad uetus testamentum attinet, non est uerisimile Hebraeos Iudaeos, tam longe lateque dispersos, conspirasse in corruptionem suorum uoluminum, & se uoluisse priuare ueritate scripturarum, ex quibus tantopere expectant suum futurum Christum. Quantum uero ad nouum attinet testamentum, uerisimile est, si Graeci suos codices noui testamenti uoluissent deprauare, id potissimum fecissent his in locis, in quibus res tractant, super quibus iam olim in ceperunt ab ecclesia Latina dissentire: sed huiusmodi loca uidemus cum uetustissimis exemplaribus conuenire. Ergo neque alius locus ullus debet haberi suspectus, tanquam a communi Graecorum schola deprauatus. Ad uerbum Origenis, homilia viij. super Matth. Respondeo utique uerum esse quod Origenes doceat ibidem, suo seculo multam esse differentiam inter Graecorum exemplaria: sed hanc differentiam docet non de industria ecclesiae Graecorum, sed ex negligentia scriptorum aut sciorum, perperam corrigentium libros, esse profectam. Quod, ut pateat, eius textum in Latinum uersum adducimus: Multam, inquit, differentiam inter exemplaria inuenimus, siue per negligentiam scribentium, siue ex temeritate quorundam, siue propter eos, qui negligunt emendare scripturas, uel propter eos, qui quod ipsis uidetur in emendationibus uel adhaerent, uel subducunt. Ad ea, quae in corroboracione argumenti ex Origene adducunt, eundem uidelicet Origenem suo seculo non fuisse ausum in nouo testamento per obelos & asteriscos pronuntiare, quod apud Graecam ueritatem haberet, quod tamen erat ausus in ueteri testamento facere. Respondeo, uerbum hoc Origenis utique concludere, Origenem sic opinatum esse, & se non fuisse confisum ullis exemplaribus Graecis, tanquam prorsus integris, puris, nullaque sui parte uitiatis, & neque nos sic fidimus: sed non inde consequitur Origenem suis seculis existimasse, Graecorum codices esse uniuersaliter & de industria ullis in locis deprauatos, alioqui ipse sibi Origenes foret contrarius. Hieronymus quippe centum & quinquaginta annis posterior illo, fecisset imprudenter, tentans nouum testamentum restituere ueritati Graecae fidei. Vnde ex collatis exemplaribus casu deprauatis, saepe deprehendit uera lectio, propterea quod saepenumero fit, ut quod in uno codice est deprauatum scriptorum incuria, in alio codice reperiat integrum. Hunc etiam in modum sententias Ambrosij & Hieronymi dicimus superioribus sententijs non obuiare. Neque enim Ambrosius uniuersaliter loquitur, omnes Latinorum codices esse emendatiores, quam Graecorum, sed particulariter & indefinite dixit quosdam codices Latinorum esse emendatiores, quos temporum simplicitas seruauit incorruptos.

Hierony. Deinde Hierony. in praefatione super Pentatheucum, non asserendo dixit emendatiora esse Latina exemplaria, quam Graeca, & emendatiora esse Graeca, quam Hebraica: sed hoc inducit tanquam absurdum. Vnde & ipse in epistola ad Suniam & Fretelem: Sicut in nouo testamento, si quoniam apud Latinos questio exoritur, & est inter exemplaria uarietas, recurrimus ad fontem Graeci sermonis, quo nouum scriptum est testamentum, ita in ueteri testamento, si quoniam inter Graecos Latinosque diuersitas est, recurrimus ad Hebraicam ueritatem. Approbat & hanc sententiam Augustinus in libro secundo de doctrina Christiana, cap. xiiij. Vnde Hebraeis scripturis, si Iosepho credimus, nec adhaerere, nec auferre quisquam praesumpsit. Quinimo illustrium uirorum quosdam id tentare ausos legimus, aduersa mentis ualitudine & languore corporis tam diu conflictatos, donec ab incepto desisterent. Hic iam sunt, qui dicunt huiusmodi Hieronymi & Augustini sententias accipiendas secundum tempus, quo erat numerosa Latinorum codicum uarietas & corruptela, in quo nondum ab ecclesia erat recepta, qua nunc utimur, translatio Hieronymi, qui neque uetus testamentum ex Hebraeo in Latinum uerterat, neque nouum adhuc Graecae fidei restituerat. Iam autem postquam recepta, inquit, est Latina nostra aeditio, approbata, atque inuenta non esse usquam deuia a ueritate suae originis, non amplius est nobis recurrendum ad Hebraeorum uel Graecorum uolumina. Respondeo utique uerum esse sub illis temporibus magis urgentem, magisque necessariam fuisse causam recurrendi ad Hebraeorum uel Graecorum uolumina, quam nunc est. Tunc erat Latinorum interpretum numerosa uarietas, propter quam exoriebatur inter Latinos questiones multae, super uera aeditione scripturae sacrae sic translata. Post translata autem & emendata ab Hieronymo exemplaria, caeteris exemplaribus paulatim ab usu deficientibus, permansit ecclesia in simplicitate huius aeditionis Latinae: quae siue Hieronymi sit, siue alterius, siue mixta, quantum ad regulas fidei attinet & Christianos mores, a ueritate Graeca & Hebraica non discrepat. Quamobrem non tanta fuit posteris necessitas recurrere ad fontem Graeci uel Hebraici sermonis. Vnde Hierony. & August. non absolute dicunt sacrae theologiae studioso semper esse recurrendum ad Hebraea & Graeca exemplaria, sed restricte loquuntur: Si quoniam, inquit, apud Latinos questio exoritur, & est inter exemplaria uarietas, ad fontem est recurrendum. Verum non inde consequens est, quin etiam post Hieronymi secula sacrae theologiae studiosus, possit recurrere ad fontem Hebraici aut Graeci sermonis, ad intelligendum ac interpretandum locos quosdam in editione nostra Latina aut obscuros, aut ambiguos, minus congrue, ut uidetur, positos. Ad argumentum septimum, sumptum ex uerbo Hieronymi, suspicantibus ueteres Hebraeorum libros olim aliter habuisse, quam nunc habent. Dicimus Hieronymum suspicatum esse, post Christum incarnatum quaedam Hebraea uolumina esse deprauata in locis quibusdam, & eis quidem paucissimis, quae & in alijs aliter scripta & citata inueniebant. Neque oportet, si Hebraeorum codices quibusdam in locis possint haberi ut suspecti, quod ergo possint rationabiliter haberi tanquam suspecti in singulis locis. Stultum est enim dicere eos esse de falsatione suspectos illis in locis, in quibus consentiunt uniuersi, tam uetusti, quam noui. Vnde Hieronymus ipse, tractans illud Apost. ad Gal. iij. Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Hunc morem habeo, inquit, ut quotiescumque ab apostolis de ueteri testamento aliquid sumitur, recurrat ad originales libros, & diligenter inspiciam, quo in suis locis scripta sunt. Inueni itaque in Deuter. hoc ipsum apud septuaginta interpretes ita positum: Maledictus

Augustinus

August. 2. de doct. cap. 12. Hierony. ad Gal. 3.

Argumenti septimi solutio.

Hierony. ad Gal. 3.

omnis

Ad Gal. 3.

Solutio ar-
gumenti.

omnis, qui non permanferit in oibus fermonibus legis, ut faciat illos. Apud Hebræos aut legimus: Maledictus qui nō permanet in fermonibus legis, nec eos ope perficit: ubi nec oēs, nec omnibus legimus. Sic quoq; Aquila, Symmachus, & Theodotion, sine uniuersalitatē nota sunt interpretati. Ex quo intelligimus, inquit Hieronymus, Apostolum ut in ceteris sensum magis testi monij posuisse, q̄ uerba: & incertū habemus, utrum septuaginta interpretes addiderunt, omnes uel omnibus, an ita in ueteri Hebraico fuerit, & postea a Iudæis deletum sit. In hanc suspicionem me, inquit, res illa stimulat, q̄ uerbū omnis, & in omnibus, quasi sensu suo necessarium ad probandū illud: Quod quicumq; sub operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Apostolus Hebræe peritij & in lege doctissimus, nunq̄ protulisset, nisi in Hebræis uoluminibus haberetur. Quamobrem Hebræa Samaritanorū uolumina relegēs, inueni Hebraicum uerbum, quod interpretatur, oīs, siue in omnibus. Frustra igitur tulerunt id Iudæi, ne uiderētur esse sub maledicto, nō potētes implere quæ scripta sunt. Ex his igitur consequens est, Hieronymum fuisse suspicatum, Iudæos nonnullis in locis deprauasse scripturæ sacræ libros: sed hanc deprauationem nō fuisse tam uniuersalem, quin possit emendari, collatione facta ad cætera exemplaria. Sed siue sic, siue aliter fuerit factum, certū est ea, quæ etiā in hæc usq; tempora, de inimicorū nostrorū codicibus proferuntur, sufficere ad omnia fidei nostræ mysteria comprobanda. Quandoquidem omnia loca, ex quibus fidei nostræ argumenta sumuntur, uidemus uetustissimis eorū exemplaribus concordare, & sic esse scripta, quemadmodum leguntur ab antiquis fidei nostræ patribus. Ad aliud, quod in argumēto assumitur, ecclesiam per Damasum papam, æditionem Hieronymi approbasse, satis mihi uidetur respondisse, qui dicunt, aliud esse iussu ecclesiæ aliquid castigari, seu transferrī: aliud est illud, qd̄ castigatum seu translatum est, eiusdem ecclesiæ autoritate sic approbari, ut nō liceat uspiam, neq; de interpretatione an recte sit facta dubitare, neq; qd̄ interpretatū est, collatione facta ad scripturam originalē, examinare. Ostensum est in superioribus probabile esse, hanc quā habemus æditionem, nō esse eam puram, quā Hieronymus castigauit. Verum demus nos habere illam, sentiamusq; eam ita esse autoritate apostolica approbatā, ut illi sit standū semper in regula fidei, ac Christianorū morum: sed nō inde sequitur, nobis non licere conferendo recurrere ad fontē Græcæ uel Hebræicæ ueritatis: & examinare, si forte melius ualeamus scripturam ex fonte, q̄ ex riuis intelligere. Insuper demus, autoritatem ecclesiæ approbasse æditionem Hieronymi in oibus ueram: nō tñ inde conficitur, quin utile sit interdū recurrere ad fontem & originem scripturæ. Tractu enim temporis fieri potest, ut loca quædam tum multorū examinatione, ac discussione, tum hæreticorū perturbatione, tum praua sciorū expositione reddātur in æditione Latina, uel dubia, uel ambigua, uel perperam intellecta ad sensus quosdam alienos, de quibus non cogitauit interpretes. Pro quibus absoluendis, recurrendum est ad scripturas æditas in suo fonte. Ad octauum argumentum respondeo, nō oportere nos recipere, quæ in Iudæorum Talmud, aut in Tiquyn sofrim afferunt,

afferuntur uera esse. Vnde & tiquyn sofrim, & Talmud, sunt mendacia scribarum, de quibus tunc futuris uaticinatus fuerat Hieremias capite octauo: Vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Ex illis ergo libris non oportet credere, Hebraicū textum, olim ante Christum natum, fuisse falsatum, Iudæosq; sub Christo non habuisse uerum scripturæ sacræ textum. Vnde neq; Christus in euangelijs, neq; Paulus suis in epistolis, ceteriue apostoli uspiam leguntur arguisse Iudæos, quod aut falsauerint, aut deprauauerint scripturas ueteris legis: quin potius ad easdem scrutandas remiserunt illos, docentes in lectione ueteris testamenti uelamen esse positum super corda eorum, ut non intelligāt illud, donec conuertātur ad Christum. Vnde & in hodiernum usq; diem crediderūt patres orthodoxi, Iudæos esse custodes seu capsaos librorum, ex quibus adferuntur fidei nostræ testimonia, etiam contra ipsos in scripturis exponēdis excæcatos. Diuus Thomas in commentarijs ad Romanos nono, credidit usq; in sua tempora Iudæos custodisse fidei nostræ libros. Ceterum donemus istam tiquyn, seu correctionem sic a scribis esse factam ante Christum, nihil inde sequitur contra sententias patrum recitatas. Quandoquidem & illa admodum pauca, quæ sofrim, id est, scribæ erasisse feruntur, in suis quibusdam codicibus notantur, & designantur. Quo fit, ut ipsi rabbini in occulto habeant ueram scripturam integram, quam simpliciter populo & gentibus propter causas quosdam tradūt alteram, & in quibusdam immutatā. Quemadmodū sub Ptolemæo septuaginta dederūt gentibus scripturam hanc uersam, quibusdam in locis alteram, nonnullis mysterijs ex causa tacitis & suppressis, quod quemadmodum illi iusta fecerunt ratione, ita & sofrim, id est, scribæ, sapientes, iusta, inquit, ratione fecerūt istā tiquyn, id est, correctionem. Videntes enim scripturas, per septuaginta interpretes in Græcum uersas, gentibus publicari: considerantes insuper prophetas, quibusdam in locis attribuisse Deo nonnulla, quæ æstimabant uel dedecorosa, uel impossibilia, quædam etiā risu digna, & contemptibilia, quibus apud gentes, huiusq; mundi sapientes, simplicemq; populum prophetarum scripturæ redderentur contemptibiles, iudicauerūt esse utile, de eorundem prophetarum scripturis abraderē quædam, existimantes illa tanquam absurda, Deoq; indigna. Verum scribæ hac in re habētes zelum Dei legisq; illius, non secundum scientiam, deprauarunt potius atq; falsarūt scripturas. Ignorātes enim diuini consilij altitudinem statutam super humanum genus, redimendum per Christum, uerum Deum & hominem, stulte arbitrati sunt, bonum esse tollere literam unam aut alteram de lege, pro gloria & magnificentia Dei. Et iste, quemadmodum diximus, est stylus mendax scribarum, eradentium ea, in quibus latebant inclyta quædam, grandia, & sublimia mysteria, consona Christo: qui pro nobis factus est uilis, opprobrium hominū, & abiectio plebis. Hæc de tiquyn sofrim. Verum quia ecclesiastici patres, Hieronymus, Chrysostomus, cæteri q; non meminerunt huius tiquyn, utentes textu Hebraico secundum formam, quam ipsi Hebræi iudicāt correctā, uidetur magis uerisimile hæc a Iudæis esse subdole conficta, ut & ipsi deinceps

ceps in cæteris scripturis, quæ de Christo sunt, haberent occasiōem scripturæ
 ras prophetarum alterandi. Hæc autem a Iudæis esse facta ante Christi aduentum
 hinc colligitur, quod Ionatas Chaldaicus prophetarum & hagiographorum inter-
 pres, centum ferme annos ante Christum, in sua translatione secutus est istam
 quoniam solum ad Christopolitanum dicentem, nullam nunc habendam fidem scri-
 pturis Hebraicis sic per puncta descriptis, & interpretatis. Dicimus hoc di-
 ctum superioribus non obstare. Nam etsi nunc Hebræi propter puncta aliter
 interpretentur, aliterque intelligant scripturam, quam debeant, non tamen uniuersaliter illa
 deprauauerunt. Sublatis. n. punctis, manet scriptura Hebraica in sua origine.
 Ex supradictis facientes epilogum, aliquot colligemus conclusiones. Prima
 est: Quis olim sub Origenis & Augustini seculis, ecclesia catholica non ha-
 buerit ueros prophetarum & euangelistarum codices descriptos ipsorum manibus,
 neque ulla forsitan designata scripturæ sacræ exemplaria, quibus fideret tanquam
 puris, integris, emendatis, & in nulla sui parte deprauatis: non tamen inde conse-
 quitur tunc non fuisse recurrendum ad Hebræorum & Græcorum exemplaria. Nam
 & ex exemplaribus aliquantulum deprauatis & collatis inuicem, plerumque
 deprehenditur uera lectio: propterea quod sepe numero fit, ut quod in uno codice est
 deprauatum, in alijs multis reperitur integrum. Proinde interrogantibus nos ho-
 minibus, ubinam sit illa sacrosancta Biblia, cui dicimus inniti fidem Christia-
 nam. Respondemus: Si codices extarent prophetarum & euangelistarum, aposto-
 lorum manibus descripti, in unum uolumen collecti, illa foret sacrosancta Bi-
 blia. Verum illos codices tales esse non cognoscemus, nisi fide, per testimonia
 succedentium ecclesiarum. Ita & nunc dicimus sacrosanctam Bibliam apud
 unumquemque esse, qui talem originalis Bibliæ codicem habet, non mendosum,
 non corruptum, sed transcriptum secundum uerissimum illius ueræ Bibliæ exemplar.
 Talem autem codicem uispiam nunc esse, non oportet credere: sufficit autem si cre-
 dimus, quod ecclesia habens codices multos, secundum temporum successiones con-
 scriptos, simul & habeat in illis ueram scripturam sacram, ueram prophetarum
 apostolorumque doctrinam. Hanc autem in illo codice contineri pure & integre, uel
 saltem accedere quam maxime uerissimi colligimus argumento. Si codex ille, ueris-
 sime exemplaribus, & recentioribus secundum successiones temporum
 scriptis, aut penitus consentiat, aut quam minime dissentiat. Neque oportet hæc in re
 ecclesiæ fidem uacillare, aut scripturarum autoritatem corruere, uel sacræ theo-
 logiæ studiosos turbare, si ubi codices ueteres discrepent inter se, cum pau-
 cissima sint loca, quæ quantum attinet aut ad sensum, aut ad fidei ac morum res-
 gulam inter se dissident. Omnis error quæ ad huius uitæ miserias pertinet,
 non omnis tamen est malum culpæ, etiam plerumque super rebus in scriptura assertis,
 quæ nondum uidentur illic asserta esse. Errare in his rebus, inquit Augustinus,
 quibus nihil interest ad consequendum regnum Dei, utrum credantur aut non
 credantur, non arbitrarium est esse peccatum. In primordijs fidei nonnulla
 erant Christianæ religionis dogmata, quæ uel nondum erant elucidata, uel
 nondum in quaestionem uenerant, quæ accedentibus hæreticorum quaestio-
 nibus, agitata sunt, & declarata a peritis. Rursus quædam uel ignorauit, uel
 in dubijs

Prima con-
 clusio

Augustin. in
 Enchiridio
 cap. 21.

in dubijs habuit prisca ecclesia, quæ post sunt explanata per concilia, & ex
 scripturis recentioribus theologis reuelata, quæ fugerant ueteres. Secunda
 conclusio: Aliud est scripturæ sermo dictatus ab eiusdem scripturæ autho-
 re. Aliud interpretis sermo, in quem eadem scriptura est uersa. Aliud proin-
 de est mutare, quod uel propheta, uel euangelista scripsit. Aliud mutare ser-
 monem, quæ interpret ex una lingua in aliam transferens addidit. Tertia con-
 conclusio: Apostolica sedes æditiōem Hieronymi, uel approbavit, uel accepta-
 uit: non tanquam penitus sic consonam scripturis æditiōem in suo fonte, & in
 omnibus sic integram, puram, ac restitutam, ut non liceat ulli uel examinare illam,
 collatione facta ad suum fontem, uel in locis quibusdam dubitare, si forsitan Hie-
 ronymus sit affectus uerum scripturæ sensum: sed tanquam omnibus æditiōni-
 bus tunc factis præferendam, & in regulis fidei ac morum nusquam deuiam,
 & tanquam talem, quæ publice legatur & recipiatur in usum: quæ & ad scriptu-
 ras in suo fonte diligenter collata, excussa, & examinata, nihil contineat sub-
 dole uel adiectum, uel immutatū. Sed non propter hoc Hieronymus, ut pro-
 pheta uel euangelista est habendus: qui in uertendis sacris literis, & cæterorum
 consueuit æditiōes, & nonnulla dubitando transtulit, non condennans sensum
 aliorum interpretum aliter sentientium. Ecclesiasten transferens ex Hebræo, ma-
 xime consuetudini septuaginta interpretum sese accommodauit: in his duntaxat,
 quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum quoque Aquilæ & Sym-
 machi & Theodotionis restatur, ne nouitate nimia lectoris studium deter-
 reret, quemadmodum ipse testatur in eiusdem libri præfatione. In alijs quoque
 libris testamenti ueteris a se uersis orthodoxos secutus, adducit autoritatem
 illorum: interdum etiam æditiōem aut Symmachii, aut Theodotionis præferens ædi-
 tiōni septuaginta interpretum. Vnde tractans uerbum illud Danielis iij. Collega
 ingressus est in conspectu meo. Exceptis septuaginta, inquit, translatoribus,
 qui hæc omnia (nescio qua ratione) præterierunt, tres reliqui collegam interpre-
 rati sunt. Vnde iudicio magistrorum ecclesiæ, æditiō eorumdem interpretum in hoc
 uolumine repudiata est, & Theodotionis uulgo legitur, quæ & Hebræo &
 cæteris translationibus congruit. Idem Hieronymus, tractans uerbum Apo-
 stoli: Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, licet iuxta Græcorum codices ne-
 gatiue dictum, in arbitrio relinquit, si iuxta Latinos codices uelit legere affir-
 matiuè dictum: quibus ad horam cessimus. Ambrosius ibidem recitata utraq;
 litera, docet magis secundum Latinos codices affirmatiue esse legendum: quibus
 ad horam cessimus. Quarta conclusio: Ecclesiastici patres, si propter uitium
 aut obscuritatem translationis uispiam in scripturis exponendis deuiauerint a ue-
 ro sensu, quem intendebat eiusdem scripturæ author, non propter hoc sunt supe-
 ciliosius taxandi, aut tractandi irreuerenter: neque enim perniciosè fallunt, neque
 imputandus est error ipsis, qui existimantes sese habere uerum scripturæ textum,
 longo iam usu receptum, studuerunt ex loco scripturæ sic sibi proposito eruere
 plures quasdam sententias, regulis Christianæ legis conformes, habita confide-
 ratione ad ea, quæ & sequuntur, & præmittuntur. Sunt qui taxant insignes theo-
 logos, Ambrosium, Augustinum, cæterosque patres, propter uitia interpretatio-
 nis

Secunda con-
 clusio.

Tertia con-
 clusio.

In Ecclesiast.
 æditiōe Hie-
 rony. præci-
 pue secutus è
 lxx. interp.

Hierony. ad
 Galat. 1.

Ambrosius
 Galat. 1.

Quarta con-
 clusio.

nis Latinæ, turpiter & pudendo errore lapsos. Credimus utiq; patres istos insignes, propter Latinæ translationis aut uitium, aut obscuritatē, interdum non expressisse sententiā, quam intēdebat author scripturę; sed nō inde consequntur, eos esse lapsos turpiter, & errore pudendo. Neq; n. turpis est lapsus, neq; pudendus est error eius, q̄ ex scriptura, quā recepit ecclesia, ambigue uel obscure positā, docet ueram, sanctam, & catholicā sententiā, etiam per scripturę authorē in illo forsitan loco nō designatā. Vnde aliud significamus dicentes, æditionē nostram esse falsam; aliud dicentes eam nō esse recte translata & traductā. Stat em̄, sententiā, in quā Latinus interpret uertit, esse uerā, & tñ in suo fonte, ex q̄ est uersa, nō significatam, interprete seipsum fallente, propter linguæ imperitiā aut inconsiderantiā. Deinde aliud est, interpretem esse deceptū; aliud eum, uel de industria, uel ex penuria linguæ non eandem sententiā prorsus reddidisse. Arduum est, inq̄ Hierony, ut que in una lingua bene sunt dicta, eundē decorem in translatione conferuent. Significatum est aliqd̄ unius uerbi proprietate, nō habeo meū quo id efferam: & dum quæro implere sententiā, longo ambitu uix breuis uix spatia cōsummo. Accedunt hyperbatorę anfractus, dissimilitudines casuū, uarietates figurarę. Et infra: Ab adoleſcentia mea nō uerba, sed sententiā tranſtulī, cum & lxx. interpretes, euangelistę atq; apostoli idem in sacris literis fecerint. Legimus in Marco dicentē dñm: tabitha, cumi, statimq; subiectū est: quod interpretat̄ Puella, tibi dico surge. Arguatur Euangelista mendacię, quare addiderit, tibi dico, cum in Hebræo tñ habeatur, Puella surge. Sed ut significatiū sensum uocantis atq; imperantis exprimeret, addidit: tibi dico. Quinta: Non oportet studiosum lectorē librorę uenerandę antiquitatis, aut turbari, aut scandalum pati, aut scripturas habere suspectas, dum apud ueteres patres legit earundem scripturarę testimonia aliter recitari, q̄ nos habeamus nūc in æditione nr̄a Latina. Nempe illi scribentes ante æditam & receptam translationem, & correctionem Hierony, transferentis & emendantis eadē, in ueteri testamento usi sunt, aut alijs quibusdam æditionibus Latinis, aut translatione septuaginta, quæ ut ex superioribus patet, in multis discrepat a ueritate Hebraica, secundū quam Hierony, uetus testamentū in Latinum uertit eloquium. Patres autē qui Græce scripserunt, ut Clemens & Dionysius Alexandrinus, Origenes, Chrysostomus, ceteriq; patres, in citatis scripturę testimonijs, nō sic sunt diuersi, neq; tam multum sunt uarij, utentes una ueteris testamenti æditione, quæ & septuaginta interpretū est, habentes etiam scripturas noui testamenti in suo fonte, qui tñ rursus efficiuntur inter se uarij, dum per diuersos interpretes traducuntur nobis ex Græco in linguam Latinam. Patres autē Latini, ueluti Tertul., Arnobius, Lactātius, Victorinus, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, non habentes scripturā sacram in suo fonte Latinam, inter se sunt uarij propter diuersos interpretes, quibus usi sunt, citantes scripturę sacrę testimonia, uerbis & ordine penitus discrepātia ab his, quæ legunt apud euangelistas & prophetas, scripta in suo fonte. Sic Cyprianus in scripturis ueteris testamenti usus est æditione alia ab ea, quam nūc

De opt. gñe
interpretadi

Conclusio 7.

Cyprianus.

habet

habet Latina consuetudo, nimis qui in ueteri testamento usus est æditione uersa ex interpretatione lxx. interpretū, tñ forsitan etiam deprauata, & neq; recte in linguam Latinā traducta, q̄ & in Psalmis non est usus, aut æditione Gallica, aut Romana, aut ea, quæ est iuxta Hebraicā ueritatē: qd̄ facile patet considerantibus scripta eius. Vbi nos legimus: Venientes autē uenient, cū exultatione portantes manipulos suos. Ipse habet: Venientes autē uenient colligentes gramina sua, uel ut habet in libello de exhortatione martyrii: tollētes gramina sua. Et Psalmum quē nos habemus lxxi. ipse citat septuagesimum: quē Hierony. secundū Hebraicam ueritatē, dicit esse septuagesimum secundū. Et Psalmum: Eructauit cor meum, &c. quem nos habemus quadragesima quartum, ipse in lib. aduersus Iudæos citat ut xliij. sub alia etiam uerborum forma: Eructauit, inquit, cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scriptoris, acute scribētis, decorus speciei sup̄ filios hoim. Vbi & interpret errauit, & tens acute p̄ uelociter, deceptus equiuocauit nominis Græci oxys, quemadmodū et alio in loco interpretes qdam errauit, ponens: Acuti pedes eorę ad effundendū sanguinē eorę, pro treloces pedes eorę. In eodē lib. paucis interpositis citat uersiculum ex eodem Psalmo tanq̄ ex quadragesimo quarto. Item in Psalmo, inquit, xliij. Astitit regina ad dexterā tuam. Verum suspicor codicē esse mendosum. Item in testamento nouo longe aliter citat plerasq; scripturas, q̄ nos habemus in æditione nr̄a Latina, Matth. v. ubi nos legimus: non iurare omnino, ipse habet: non iurare in totum. Vbi nos Mat. v. legimus: Possidebunt terrā, ipse habet: Hæreditabunt terram. Et ubi nos legimus Mat. xix. Ibūt in ignem æternū, ipse habet: In ambustionē æternā. Secundę ad Tim. iij. ubi nos legimus: Secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a ueritate qd̄ auditum auertent, ipse habet: Secundū sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes in audiendo, scalpentis aures; subindicās, prurientes, nō accusatiuum, sed nominatiuum esse. Vbi nos legimus: Sic currite ut cōprehendatis, ipse habet: Sic currite, ut oēs occupetis. Act. xv. ubi nos legimus: Vt abstineatis ab immolatis, &c. ipse longe aliter citat, hoc uidelicet pacto: Abstineret ab idololatrijs, & sanguinis effusione, & fornicatione. Sic & ex apostolorum actibus alijsq; scripturis citat testimonia sub alia uerborę forma et ordine, q̄ habemus in æditione nr̄a Latina. Idem & Ambrosiū fecisse patet, insipientibus commentarios eius in Psalmos, in euangeliū Lucę, & in Paulinas epistolas. Ad Rom. ij. ubi nos legimus: Cogitationum accusantium, aut etiam defendentiū, ipse habet: Cogitationibus inuicem accusantibus, aut etiā defendētibus. Et quæadmodū ex superiorib. patet, nonnulla corrigit & emendat que habemus in nr̄a æditione Latina. Sic & alijs in locis plurimis, Ambrosianus textus est diuersus ab æditione nostra latina, quæ diuersitas hæc cōcordet in sententiā: unitate: paucis admodū exceptis, propter quæ, uel sic, uel aliter intellecta, nullum est pietatis fidei detrimentū. Sic & diuus Hiero. in citandis scripturis testamenti ueteris, non seruauit ubiq; uerborę formā, quā nos habemus in æditione nostra Latina. Quod nos legimus Sapient. i. Spiritus

Psalmo iij.

Matth. 7.
Matth. 19.

2. ad Tim. 4.

1. Cor. 9.

Ambrosius

Rom. 1.

I ij tus

tus sanctus disciplinae effugiet fictum, hoc ipse in Apolo. aduersus Ruffinū citat: Spiritus sanctus eruditionis effugiet dolum, & recedet a cogitationibus stultis. Talia reperiunt multa apud Hiero. ceterosq; patres, qui diuersis utebantur æditionibus, & nunc iuxta lxx. nunc iuxta aliam quandā æditionem citabant scripturæ sacrę sermonem. Ex his iam patet solutio quaestionis, cur uidelicet patres usq; ad Hieronymi secula, in scripturis ueteris testamēti a se citatis, fuerunt inter se tam uarij atq; diuersi, cum tñ oēs tam Græcorū q̄ Latinorum ecclesię, uterentur scripturis ueteris testamenti scđm lxx. interpretum æditionem tunc receptam. Respondendū est em̄ hęc uarietatē prouenisse inter patres Latinos, eo qđ non oēs ipsi uterentur eadem æditione Latina traducta ex æditione lxx. Deinde neq; tunc ecclesia in oibus libris ueteris testamēti sequebatur æditionem lxx. quia in lib. Danielis magis sequebatur æditionem Theodotionis, quemadmodū Hiero. ipse testatur in Daniele. In opere quoq; Psalterij alia erat uulgata æditio, alia lxx. interpretū, quemadmodum testatur in epist. ad Suniam & Fretelam. In opere Psalterij, alia, inquit, est æditio, quā Origenes, Cæsarensis Eusebius, oēsq; Græci tractatores uulgatam seu communē appellant, alia est septuaginta interpretū, quæ & a nobis in Latinum sermonē fideliter est uersa, quæ & in Hierosolymorū & Orientis ecclesia fideliter decantatur. Insuper arbitramur ecclesiasticos scriptores citantes ex scripturis testimonia, plerumq; nō magnopere curasse de uerbis, de ordine compositioneq; uerborū: sed fuisse sollicitos, ut sensum exprimerent, qui hærebat ipsorū memorię: quemadmodū apostoli & euangelistę de ueteri testamento proferentes testimonia, nō uerba, inquit Hieron. secuti sunt, absq; damno sensuum suis sunt usi sermōibus. Erat quidē Hieronymi seculis communis quedā æditio Latina, præsertim in nouo testamento, quā & Hierony. uulgatā atq; Latinam multis in locis appellat. Sed qđ fuerit æditionis illius author, quo item tpe fuerit ædita, aut in usum recepta, incertum est nobis: quæ quantūlibet tunc appellabatur uulgata, nō tñ erat ulla æditio Latina, præsertim in ueteri testamento, per uniuersas ecclesias Latinas sic in usum deducta & accepta, quemadmodū hęc nra æditio Latina, iam per mille annos fuit recepta, hæreticis atq; schismaticis nihil contra eam obijcientib. Latine ecclesię. Ex his ergo habes causas, cur patres qui Latine scripserunt, citent scripturas in Latinū uersas, stylo, compositione, & ordine uerborum discrepantes. Quibus cum Hiero. uiderit suis seculis ecclesiā turbari, scripturasq; sacras deprauari, sanctum subijt laborē, ut autoritate sedis apostolicę etiam ecclesia Latina haberet sacrę scripturæ textum uniformem, iam correctum & emendatū ex suo fonte. Proinde tamen uulgata æditio nostra Latina sit forsitan nō tam pensiculate, q̄ congruebat, in quibusdam ex suo fonte uersa, nō tñ est par ratio, nunc textum quandā Latinū innouandi, & in usum recipiendi, qualis erat ratio Hieronymi & Augustini tpiibus, cum dubitationes multas afferebat, ut inquit August. Latinorū interpretū numerosa uarietas, per quā turbantur studiosorū hoim studia atq; ingenia. Quamobrē conueniebat tunc in ecclesia Latina, hanc interpretationū diuersitatē reducere ad quandam

Hier. in præfa. in 4. euāg. ad Damasiū Augustin. 2. de doctrina Christi. ca. 11.

quandam æditionē ex suis fontibus castigatā, uniformem, & in usum recipiendam. Vnde Aug. lib. ij. de doct. Christ. de hac diuersitate Latinorū interpre- Cap. 11.
tum pro suo seculo sic loquitur: Qui scripturas ex Hebræa lingua in Græcū cum uerterunt numerari possunt, Latini autē interpretes nullo modo. Ut em̄ cuiq; primis fidei temporibus in manus uenit codex Græcus, & aliquantulū facultatis sibi met utriusq; linguę habere uidebatur, ausus est interpretari. Et quanq̄ Augustini & Hieron. seculis hęc res (quemadmodū & illic August. ipse subiungit) plus adiuuit intelligentiam, q̄ impediuit, si modo legentes nō fuissent negligentes. Nam nonnullas obscuriores sentētiās, plurimum codicū sepe manifestauit inspectio. Ex alia tñ parte turbabat ecclesię unitas, propter diuersas Latinorū interpretū etiā indoctorū æditiones. Et ideo illis seculis, cum nondū haberet ecclesia Latina ueteris testamenti æditionē, ex suo fonte Hebræo uersam & castigatā, congruebat ecclesię nouā quandam talem æditionem in usum recipere, quam nunc inueteratā, & in usum uniformiter per uniuersas ecclesias receptā, & in commentarijs patrū citatā, non sic conuenit propter minuta quedā, & forsitan minus recte uersa repudiare, & loco eius nouam recipere. Vnde et iam citra annos mille aut circiter, Latini scriptores nō sic legunt in scripturis sacris citatis esse uarij atq; diuersi, cōcorditer utentes hac nra æditione Latina, qua & iam sic in usum atq; autoritatē recepta, In publicis studijs & lectionibus, uerum est æditio vulgaris
semper deinceps usa est ecclesia in publicis lectionibus, studijs, disputationibus, & exercitijs scholasticis, & id quidē ratione iusta. Alioqui si passim censeatur publice amplectēda noua quilibet æditio, ab erudito quouis profecta, miris nouitatibus tumultuabunt Latina sacrę theologię publica studia & exercitia. Non hęc dicimus, qđ alias æditiones ab eruditis intentione pia & nō subdola æditas refutemus, aut contemptibiles atq; inutiles censeamus: sed qđ publicā huius lectionē arbitremur nō esse mutandā propter æditiones nouas, etiā a uiris quantūuis eruditis profectas: quibus in suum honore tribuimus in priuatis studijs, legentes illas tanq̄ explanationes quasdam & elucidationes, magnopere adiuuantes studia nostra, ad intelligendū loca uel obscura, uel ambigua, uel per scriptorū incuriam deprauata in æditione nostra. Hastenus de uarietate ac multitudine interpretum, & translationum scripturæ sacrę, pro pace & concordia omnium pie studentium sacris literis, sub iudicio melius sentientium, dicta sufficiant.

Sequitur secundum huius libri caput, de multitudine sensuum scripturæ sacrę.



Propter diuersas magistrorū exponentiū sentētiās conturbentur sacre theologię studiosi, opere precii est iam demonstrare, qđ spūs plerūq; sub eisdē scripturæ uerbis plures uoluerit significare sentētiās. Spiritu sancto, inquit Aug. factum est, ut eidem scripturę locus, multis sit sensibus fœcūdus. In lib. Sapien. legimus: Est spūs intelligentię sanctus, unicus, multiplex. Pro intellectu huius sciendum est, qđ sacrę theologię magistri, cum docent eundem scripturæ locum multos habere sensus, literalem uidelicet & mysticum, non accipiunt huiusmodi sensuum multitudinē, propter ea qđ noīa & uerba in eadem scriptura metaphorice seu tropologicè accipiuntur.

August. 3. de doct. Christ. cap. 27. Sap. 7. De sensu literalis & mystico.

tur, quibus proprie acceptis, sensum quendam literalem falsum haberet oratio. Neque enim sensum literalem intelligunt eum, qui uerbis & nominibus proprie, & non metaphorice acceptis significatur. Neque item mysticum sensum uolunt illum esse, qui designat sub nominibus & uerbis metaphorice acceptis. Sed eum appellant literalem sensum, qui uerbis atque nominibus aut proprie, aut metaphorice acceptis a spiritu sancto asseritur. Proinde & literalis sensus semper est uerus, plerumque per orationem tropologicam aut metaphoricam designatus, qui si fuerit de corporalibus rebus aut gestis, aut gerendis ad aliquid quod spirituale figurandum, asseritur non propter se, sed quatenus propter res alias corporales prouehatur intellectus in altiore quendam sensum de rebus sublimioribus, & geminus erit unius orationis sensus: unus literalis, alter mysticus, per literalem sensum adumbratus: ueluti cum deus filijs Israel colentibus se promittit terram fluentem lac & mel. Si uero fuerit de rebus mysticis seu cœlestibus, unica sola erit locutionis sententia, ueluti cum dicit Christus: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, est aptus regno dei: loquitur non de corporali aratro, non de missione seu admotione carnalis manus, nec de corporali aspectu post tergum, sed de aratro professionis euangelice, qua terra. i. cor hominis terrenum aratur, eueris huius mundi desiderijs: ut quempiam admouisset manum ad aratrum, sit iam ipsum semel macipasse cor suum negotio euangelico, & renunciauisset terrenis. Respicere autem retro, sit retrorsum ire, & rursus apponere ad ea, quibus semel renunciauerat. Et idcirco huius scripturæ non geminus, sed unicus est sensus. Sic & locutiones Ioannis apost. de cœlo nouo & de terra noua, de omnibus innouandis, de Hierusalem noua descendente de cœlo, & de tabernaculo dei cum hominibus, de potu aquæ uiuæ, cæterisque id genus alijs, de quibus est scriptura Apocalypsis xxi, non geminam habent sententiam, sed unicam mysticam, quæ & literalis est, significata per nomina & uerba metaphorice accepta. Papias Ioannis apost. auditor, non satis animaduertens huiusmodi locutionum metaphoras olim fallebat, carnaliter suscipiens huiusmodi promissiones, non decernens cœlestia præmia, quæ Apostolus hominibus ueluti paruulis lactantibus in metaphoris loquebat. Eidem errori aliqua ex parte assenserunt multi nostrorum, & precipue Tertullianus, Victorinus, Seuerus, & ex Græcis Ireneus & Apollina. quæ aliquantulum Iudaizantes, contenderunt mille annos futuros, in quibus Christus sit corporaliter regnaturus in terrena Hierusalem. De hoc habet testimonium Hieronymus multis in locis, & præsertim in commentarijs super cap. xxxvi. Ezechielis. Neque sunt ob huiusmodi errores damnandi patres isti scribentes in primitiua ecclesia, mysterijs cœlestis Hierusalem nondum eliqui datis plene ex scripturis. Vnde & idem Hieronymus in commentarijs xix. capituli Hieremias: Vtque in consummationem seculi ruina Hierusalem sunt permanent, quamque sibi Iudei auream atque gemmatam Hierusalem restituendam putent, rursusque uictimas, sacrificia, sanctorum coniugia, & regnum domini saluatoris in terris: quod licet non sequamur, tamen damnare non possumus: quia multi ecclesiasticorum uirorum & martyres ista dixerunt. Vnusquisque in suo sensu abundat, & domini iudicio cuncta referent. Hactenus ille, Amplius autem sciendum, bifariam posse intel

ligi

ligi, quod dicimus sub eadem scripturæ sacrae locutione plures sensus significari: aut uidelicet quod plures significantur sensus subordinati, id est, quorum alterum per alterum significatur, aut quod plures sensus significantur non sic subordinati. Et primum de priori membro dicimus. Ex doctrina Christi, euangelistarum, prophetarum & apostolorum firmissima fide tenendum esse, ueteris populi non uerba solum, sed & opera, quæ in sacris scripturis recitantur gesta, fuisse prophetica. Hæc autem quis in doctrina Christiana sint manifestiora, quam quæ probatione egeant: quia tamen pro huius seculi conditione etiam opus est satisfacere his, quæ nihil absque testimonio scripturæ uolunt credere, scripturas proferemus manifestas: Sicut Moyses, inquit Christus, exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Item: Sicut Ionas tribus diebus & noctibus in uentre piscis fuit, ita erit filius hominis in corde terræ. Item quod de agno secundum literam scriptum est Exodi xij. Ioannes euangelista docet esse impletum in Christo: Facta, inquit, sunt hæc, ut scriptura impleretur, quæ dicit: Os non comminuetis ex eo. Item per filium Israel, qui Osee ij. secundum literam intelligitur populus Israel, de quo dicitur in Exodo: Filius meus primogenitus Israel, Mattheus euangelista docet intelligi Christum, significans prophetiam hanc in Christo esse adimpletam: Erat ibi, inquit, scilicet in Aegypto, usque ad obitum Herodis, ut impleteretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Ex Aegypto uocauit filium meum. Vnde Iulianus Augustus apostata absque ratione hunc locum calumniat, & dicit, quod illud quod de populo Israel scriptum est, Mattheus euangelista ad Christum transtulit, ut simplicitati eorum, qui ex gentibus crediderat illud eret. Item quæ scripta sunt de Abraham, habuisse uidelicet ipsum duos filios, unum de ancilla, unum de libera, apostolus Paulus docet esse per allegoriam dicta, referens ad duo testamenta. Item arcam Noe Petrus apost. docet fuisse typum ecclesie. Insuper quæ scriptura secundum literalem sensum recitat gesta super ueteris legis populo, uidelicet exire de Aegypto, transire rubrum mare, manducare in deserto manna, habere nubem protegentem ab aestu, & columnam ignis lucentis in nocte, bibere aquam de petra, & id genus alia in lege secundum literam historia liter gesta, Paulus apost. docet esse figuram Christi, & eorum, quæ per Christum spiritualiter fiunt in ecclesia credentium: Finis, inquit, legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Item primæ ad Corinth. x. Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes mare transierunt, omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non essemus concupiscentes malorum, hæc supplicia scilicet, perijisse & prostratum esse in deserto, contigerunt illis non propter sua duntaxat peccata corrigenda, sed & propter nostram admonitionem, ut ipsi sint nobis figura, speculum, & exemplar, ne similiter peccantes, similiter puniamur, & pereamus: ut quemadmodum illis hominibus tunc malis, non profuerunt sua ipsorum sacramenta, quæ habebant cum bonis communia: ita neque nobis malis profint nobis sacramenta Christianæ fidei communia bonis. Insuper hæc omnia supra dicta, mare uidelicet, transitus maris, nubes, cæca, potus, petra, intiment fuisse umbras spiritualium rerum tunc futurarum, in eo

Deuter. 8.
Ioan. 3.
Matth. 12.

Ioan. 19.

Matth. 3.

Galat. 4.
1. Petri 3.
1. Cor. 10.

quod dicit escam spirituale, potum spirituale, petram spirituale, & petram esse Christum. Idcirco enim esca illa corporalis, & potus ille corporalis, petraque illa inanimata dicuntur ab apost. Paulo spiritualia, quia contingebant illi populo haec omnia in figuram spirituales rei tunc futurae. Proinde sicut petra erat Christus, ita & nubes ab aëstu protegēs erat Christus, columna ignis erat Christus, agnus immolatus erat Christus, mare rubrum Christi sanguis, in quo interfectus est Aegyptus, id est princeps tenebrarum & carnis concupiscentiarum, ne amplius dominentur in nobis. Bibebant de spirituali petra, id est credentes in Christum tunc futurum, in corporali petra tunc figuratum. Non dixit, petra significat Christum; sed petra, inquit, erat Christus. Christus quidem erat apud patrem, cum nondum erat Christus, id est cum nondum filius esset homo unctus. Multum notanda est, inquit Augusti, talis locutio, petra erat Christus. Sic, inquit, solet loqui scriptura, res significantes, tanquam ea quae significantur appellans, sicut dicitur in euange. bonum semen, hi sunt filii regni: zizania autem filii maligni, sicut scriptum est, Septem spicae plenae, & septem boues pingues, septem sunt anni fertiles; septem autem spicae tenues, & vij. boues macilentae, sunt anni septem steriles. Sunt quidem anni, inquit Augustinus, non per substantiam, sed per significationem. Ad Collo. Apost. scribens ait: Nemo vos iudicet uel in cibo uel in potu, uel in parte diei festi, aut Neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. ac si dicat: Omnia haec erant umbrae seu figure eorum, quae postea essent exhibenda a Christo, cuius luce apparente uanescunt umbrae. Christus cum membris suis adherentibus est umbrae illarum omnium corpus, & omnium celebratum & ciborum Iudaicorum ueritas, ecclesiae & mundam alimentum in omnia ecclesiae suae membra transfundens, & faciens membra sua custodire uerum sabbatum, uerum neomeniam, id est nouilunium & tabernaculorum festum, quod & a peccato quiescat, ut tanquam peregrini & in tabernaculis militantes, in nouitate uitae ambulent de uirtute in uirtute. Sic & in diuersis suis epistolis, circūcidere praeputia carnis, comedere agnum pascalem, abijcere fermentum, comedere azymos panes, abstinere a cibis, quos lex decernit immundos, obseruare sabbata, nouilunia, aliaque festa, idem Paulus docet umbras fuisse futurorum. Iam pascha nostrum, inquit, immolatus est Christus: itaque epulemur non in fermento malitiae ueteris, sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Agnus noster est Christus, qui tollit peccata mundi. Azymus panis est & Christus, innocens absque fermento malitiae, & ecclesia Christi ex multis membris, tanquam massa absque fermento, id est absque macula & ruga exhibenda. Si pars historiae itineris ex Aegypto spiritualiter docente Paulo accipitur, & cetera, inquit Hieronymus, quae ab Apostolo praefigurate sunt praetermissa, eiusdem esse intelligentiae conuincuntur. Haec de quibus dubitari non potest, quin secundum historiam sint gesta, Apostolus suo spiritu magnifico docet esse allegorica, ut nos ex his quid in ceteris sit faciendum intelligamus. Spiritus sanctus si in Iudaeorum ceremonijs, sacrificijs, legalibusque praecipis nihil aliud intelligi uoluisset, quam ad literam obseruare praecipita, nonne confundimur, dum inimici legis & prophetarum obijciunt nobis, cur olim dederit tales deus leges? amputare praeputij pelliculam, mactare uitulum, iugulare hircum, sanguine beluino cuncta foedare? An non uidebitur indigna diuina

diuina maiestate huiusmodi lex de agno, de ariete, boue, uitulo, hirco, adipe, armo dextro, secore, pectore, uentre, ceterisque brutorum intestinis? Nihil graue, nihil sublime, nihil dignum deo continere uidebitur: nisi huiusmodi sacrificia, quae uilia, humilia, & a sapientibus huius mundi contemnenda uidentur, retuleris ad sacrificium, quod factum est pro nobis contemptibile, abiectum, despectum usque ad mortem crucis: foris quidem sordida & uili carnis ueste indutum, intus grande, altum, magnificum, speciosum praefiguratum filiis hominum. Indignis uerbis uilibusque sacrificijs figurari se patitur, quod pro nobis factus est uilis. In carnalibus ergo huiusmodi sacrificijs nisi spiritum intelligamus, uidebuntur magis rationabiles gentilium leges, uel Atheniensium, uel Lacedaemoniorum. Vetus lex si nihil haberet inscriptum, quod per latetorem sensum foret absconditum sub uelamine literae, nunquam Propheta inter preces & uota deo dixisset: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: tanquam dicat, Amoueas ab oculis meis uelamine literae, ut spirituali sensu legis tuae uideam aliud agi, aliud figurari, & sub uelamine legis considerabo magnalia tua designari. Spiritus sanctus si in Iudaeorum historijs, bellis, & praefiguratis nihil aliud, quam antiquitatum historias, strages corporum, effusiones humani sanguinis nobis legendas proposuisset, quid dignum fuisse uisum spiritu sancto, ut haec humilia supra alia cuncta magnifica rerum & imperatorum gesta posteris tam reuerenter legenda relinqueret? Sicut olim dicebat Iosue: Bellum uobis erit aduersus Amorrhoeos, Iebusaeos, Madianitas, & id genus ceteros hostes, ita Paulus denunciatur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus rectores & potestates harum tenebrarum. Antiquorum Iudaeorum bella scire, quid confert carnali Israel, qui nihil aliud in his nisi strages & effusiones sanguinis intelligit, qui etiam semper bellis & seditionibus olim pascebatur? Quid ad salutem iuuabit scire secundum literam, quod Abraham duas uxores & duos filios habuit, quod a lacte depulsus sit puer Isaac, quod in die ablactationis conuiuium sit factum, quod iusserit cum Ismael, quod Sara indignatur filium ancillae ludere cum filio liberae? Quid spiritum nostrum aedificat ad literam scire, quod Noe plantauerit uincam, quod bibens uinum sit inebriatus? Quod duae filiae inebriauerint patrem suum Loth, & quod in ebrietate nefario incestu binos genuerit filios? Amon scilicet & Moab. In his ceterisque similibus cortex literae profusus uidebitur insipidus, nisi carnalem historiam retuleris ad mysticam intelligentiam. Quod si feceris, plus saporis & delectamenti senties, quam si sententia mystica nude, & absque uelamine diceretur. Si ergo audiuimus apostolum Paulum, per Abraham habentem duas uxores, unam ancillam, & alteram liberam, & duos filios ex illis genitos, ut puta Isaac & Ismaelem, designare Christum, habentem duo testameta & duos populos, unum carnalem, & alterum spiritualem, a lacte carnalis uitae separatum, per omnem modum iuuabit historia ad fouendum & nutriendum in nobis fidei & amoris ignem. Facile quippe intelligimus, Iudum infantiae figurare persecutionem carnalis populi contra spirituale. Et ob id Saram, id est nouam legem, contra Agar ueterem legem, solum carnaliter sentientem, indignari. Insuper magis ueneranda magisque admiranda, affectui nostro proderit sententia mystica de Christo & ecclesia.

Epist. 102. ad
Euodi.

Gene. 41.

Ad Col. 2.

1. Cor. 5.

Psalmo 118.

Paulus ad
Eph. 6.

Gene. 21

Gene. 19.

Isaac cum Is-

mael.
Lactatio in
fantiae quid
significat.

ecclesia, si Petro apostolo docente accipiāmus in Noe designari Christum, qui arcam fabricauit magnificā, ecclesiam uidelicet catholicam, extra quam nemo saluat. q̄ & uineam plātauit, electam domū Israel. Ex hac plenus uino charitatis, nudatus in tabernaculo crucis, usq̄ ad mortem sustinuit opprobria a Chain pprio filio patre Canaā. i. a selecto populo Iudeorū. Ad ipsum amoris ignē innutriendū, q̄ tanq̄ pōdere sursum feramur a uisibilibus ad inuisibilia. Oīa figurate, inq̄t Hiero. nobis insinuant. Plus em̄ mouēt & accendunt amorē, q̄ si nuda & sine ullis sacramentorū similitudinibus ponerentur. Cuius rei causam difficile est dicere, sed tñ ita se habet, ut aliqd per allegoriam cum sermonē intimatū plus moueat, plus honoret, q̄ si v̄bis proprijs apertis sine diceret. Credo q̄ ipse animi motus, q̄ diu adhuc rebus implicat̄ terrenis pigrius inflamat̄. Si uero ad similitudines ferat̄ corporales, & inde ad spūalia dirigatur, q̄ illis similitudinibus figurant̄, tanq̄ in pictura rem ipsam magis amplectitur, firmitusq̄ ipsam tenet in memoria, & in ipso quasi transitu uegetatur, & tanq̄ in fauilla ignis agitatus accenditur, atq̄ ita delectatione rapitur ardētiori. Nequaq̄ igitur putandum est, diuinos libros gentium, Aegyptiorū & Hebreorū gesta narrare pro sola antiquitatis narratione, quasi hæc ad historiā duntaxat sunt scripta, & non potius pro doctrina & utilitate n̄ra ad instructionē fidei, & inflammationē spei & charitatis. Verū in oībus obseruandū est diligēter, ne uim ullam faciamus scripturæ, ne in singulis scripturæ locis ita conemur mysticas inuestigare sententias, ut auferamus historicæ ueritatē, q̄ est fundamentū spūalis intelligentiæ. Constat literalis sensus etiam in scripturis de prophetarū, & aliorū hominū imaginarijs uisionibus & somnijs, uelut de v̄ij. bobus pinguibus, & v̄ij. spicis in Genesi, ubi literalis sensus est etiā de historia seu rebus gestis, nō q̄dem q̄ boues ulli aut ascendere de fluuio, aut comederent: sed q̄ de illis fuerit uisio seu somniū Pharaonis, putantis se stare super fluuiū. Hier. in epist. ad Pammachiū, inter octo errores Origenis, sextū citat, q̄ sic paradysum allegorizet, ut historicæ auferat ueritatē, pro arboribus angelos, pro fluminibus uirtutes cœlestes intelligēs, totam paradysi continentia tropologica interpretatione subuertat. Septimū aut̄ errorē citat, q̄ aquas q̄ super cœcos in scripturis esse dicunt, sanctas supernasq̄ uirtutes: quæ aut̄ supra terrā & infra terrā, contrarias & demoniacas esse arbitret̄. Ex supradictis manifestū est, q̄ apud ueteris legis populū nō solum historialiter facta & gesta, sed & præcepta fuerunt prophetica. Verū pro illius intellectu sciendū est, apud illum populū triplicia fuisse præcepta, quæ admodum d̄ Deuter. iij. Decem uerba scripsit in duabus tabulis, mihicq̄ iniunxit illo tpe, ut docerē uos ceremonias atq̄ iudicia, q̄ debeatis facere. Vbi decem uerba intelligunt̄ decalogi p̄cepta, q̄ sunt moralia, q̄bus mox secutus adiunxit ceremonias & iudicia. Item Deutero vi. Hæc sunt præcepta, ceremoniæ, atq̄ iudicia. Vbi nomine præceptorū intelligunt̄ moralia, que non expositiua lege uim habent obligandi, sed ex lumine rationis internē demonstrantis opus legis scriptū in cordibus, testimoniū, ut ait Apost. reddēte illis conscientia. Et huiusmodi p̄cepta ligant oēm gentē & populū: nec est inuestiganda

De celebra.
Pasche.

Gen. 41.

Triplicia in
ueteri lege
præcepta.

ulla in his mystica intelligentia. Cerimonialia uero præcepta, erant constitutiones seu ordinationes super ritu colēdi Deum. De quibus Exodi xvij. Estote uos populo in his, quæ ad Deum sunt, inquit ad Moysen, ut referat quæ dicuntur ad eum, ostendasq̄ populo ceremonias & ritum colendi. Huiusmodi præcepta habebant geminā causam, seu rationē: unā literalem, alterā figuratē seu mysticam. Literalis ratio, seu causa solennitatis paschalis conuiuij, erat in commemorationem mirabilis exitus Israelis de Aegypto. Figuratis aut̄ seu mystica ratio erat ad significandū mirabilem exitu de tenebris peccatorū per agnum Christū. Ex quibus sequit̄ ceremoniales leges datas esse Iudeorū populo nō solum ad figurandū Christū, aut regnū eius futurū, sed etiā ad rememorandum aliqd illi exhibitū a Deo beneficiū, ad uitandā idololatriæ cultum, ad insinuandū dñi Dei excellentiā. Iudicialia aut̄ præcepta erant super causis & controuersijs inter hoīes, & super uoluntarijs eorū contractibus, super oībus pertinentibus ad populi illius regimen & directionē, quo modo Ezech. xvij. inter cetera dicit: Si iudiciū uerū fecerit inter uirū & uirū. Huiusmodi p̄ceptorū genus erat constitutū principali ratione nō ad figurandū seu significandū, sed ad illius populi statum dirigendū scđm equitatē & iusticiam. Tamen ex consequēti etiā huiusmodi præcepta quedā figurabāt, in quantum totius illius populi status p̄ceptis talibus disponēdus fuerat p̄pheticus. Hæc sunt duo præceptorū ḡna, in quibus præter literalem sensum inquirimus mysticū. Nec obligabat gens ulla ad illorū præceptorū obseruantiam præter Iudeorū populū, qui figurabat futurū Christi regnum. Hactenus apertissimis argumentis demonstrauius, ea quæ sunt apud ueteris legis populū historialiter gesta & facta: insuper & cerimonialia ac iudicialia fuisse signa & figuras spiritualium rerum. Et ita spiritum sanctum sub uno eodemq̄ sermone, præter literalem sensum, uoluisse & mysticam docere sententiam. Iam restat considerare quotuplex possit esse scripturæ sacræ sensus. Sciendum est igitur, q̄ apostolus Paulus, qui spiritu suo magnifico confidenter loquitur: Nos aut̄ sensum Christi habemus. In scripturis sacris ueteris testamenti, tripliciter intellexit sensum: unum literalem, geminū mysticum, tropologicū uidelicet, seu allegoricū, & anagogicum. Quemadmodū & ipsa sapiētia per Salomonem, inquit Hieronymus, de sua doctrina loquitur, dicens: Ostendi eam tibi hodie, dicens: Ecce descripsi eam tripliciter in cogitatione & scientia. Triplex in corde nostro descriptio, inquit, & regula scripturæ est. Prima, ut intelligamus eas iuxta historiā. Secunda, iuxta tropologiam. Tertia, iuxta intelligentiam spiritualem. In historia, eorū quæ scripta sunt ordo seruat̄. In tropologia, de litera ad maiora consurgimus, & quicquid in priori populo carnaliter factum est, iuxta moralem interpretamur locū, & ad animæ nostræ emolumenta conuertimus. In spirituali, ad sublimiora transimus, terrena dimittimus, de futura beatitudine & cœlestibus disputamus, ut presentis uitæ mediatio, umbra sit futurę beatitudinis. Primum ergo debemus scripturā sacrā secundum literam seu historiā intelligere, facientes in ethica quæcunq̄ præcepta sunt, & credentes quæcunq̄ testetur aut esse, aut facta esse, aut futura.

Cerimonialia.

Iudicialia.

1. Cor. 2.

Proverb. 22.
Quæst. 12. ad
Hedib.Triplex scri
pturæ sacræ
sensus.

Secundo

Quaestio 12. Secundo iuxta allegoriam, quam in epistola ad Hebraeos uocat tropologiam, id est, intelligentiam spirituales. Tertio, secundum anagogiam, id est, intelligentiam superiorum, in qua ad sublimiora transitur. Omnium prophetarum scripta pendebant in Christum olim futurum, & in statum regni eius, quod est ecclesia ex gentibus multiplicanda, Iudaeorum populo ob ingratitude grauius scelera derelicto. Quemadmodum igitur geminus est status regni Christiani, unus militarium seu pugnantium, aut peregrinantium in hac uita; alter triumphantium in caelo. Ita geminus est sensus mysticus: unus dum ex literali historia ducimur in Christum & regnum illius, ut constitutum sub pugna & militia; alter dum ex literali historia discimus Christum & regnum eius, ut constitutum sub triumpho & corona. Patet ergo triplicem esse scripturae sensum, literalem uidelicet, & geminum mysticum. Vnum per allegoriam dictum, alterum per anagogen. Sunt qui sensum per allegoriam dictum rursus bifariam diuidunt, in moralem scilicet, & intellectualem. Moralem appellantes, quod in rebus gestis docet quid agere debeamus, qualem apostolus Paulus intelligit in circuncisione carnali, quam significare dicit circuncisionem cordis, docens oportere nos refecare carnis desideria. Talem etiam intelligit in ipsis Iudaeorum praesidiis, quibus docemur, oportere nos militare semper in hac uita, armis non carnalibus, sed spiritualibus contra inuisibiles hostes. Sensum intellectualem, quem communi uocabulo appellant allegoricum, dicunt esse eum, quod uel in rebus gestis, uel ceremoniis designatus est, docens ea, quae credimus de Christo, & ecclesia illius in hac uita. Sic in uerbo Hierusalem plerumque secundum literam intelligit terrena ciuitas, secundum allegoriam aut tropologiam ecclesia militans, seu quaeque fidelis anima. Secundum anagogiam, aeterna felicitas, seu ecclesia in caelo triumphans. Sed hic sciendum, quod & ipsi Hebraei docent in hodiernum usque diem multis sensibus foecundum esse eundem scripturae locum, mysticum etiam sensum in plerisque scripturae locis tradentes doctrinae euangelice congruum, & domino nostro Iesu tacite conuenientem, ab antiquis suis patribus designatum; sed ex illo in Christum, scripturae finem, non transeunt. Vnde iuxta Hieronymum ad Fabiolam: In uestibus, in preciosis lapidibus, eorumque coloribus portatis ab Aaron pontifice, ipsi interpretantur designari quatuor elementa, corporaque coelestia, sidera et astra, eorumque cursus ac motus in Zodiaco, commemorantes iustum esse, ut pontifex creaturarum omnium portans typum, non solum pro Israel, sed pro uniuerso mundo roget. Vera quaedam sententia. Iustum nempe erat, ut pontifex Dei creaturarum omnium typum portaret, & in uestibus suis indicaret cuncta gubernari diuina providentia, uniuersumque genus humanum indigere Dei misericordia, ut cum sacrificaret illi, expiaretur uniuersalis conditio, & non pro liberis aut propinquis solum, sed pro cuncta creatura habitu & uoce precaret, & non ingrederetur sancta sanctorum absque tintinnabulis, absque diuersis coloribus, gemmis & floribus, ut tanta scientia, eruditione, uirtutumque uarietate polleret, ut & gressus eius & motus, & uniuersa essent uocalia, ueritatemque mente conceptam toto habitu atque ornatu resonaret: ut quicquid ageret, quicquid loqueretur, quicquid indueret, esset doctrina populorum. Verissimam quidem sententiam, a catholicis patribus secundum mysticam illius

Hierony. de
ueste precio
sa Aaron.

illius scripturae interpretationem expresse ab Hebraeis etiam utcumque designate. Verum Hebraei in carnali pontifice suo residentes, qui peccata auferre non potest, ueram misericordiam dei non assequuntur, & mysticam suam interpretationem, etiam plerumque a suis patribus datam, carnaliter intelligunt, non transeuntes in Iesum, qui solus est propitiatio pro peccatis totius mundi. Forsitan, obiecerit quispiam: Sensus scripturis sacris figuratus, seu metaphorica locutione significatus, tam de mysticis, quam corporalibus rebus, non alius est, quam literalis sensus. Veluti cum Danielis viij. per hircum caprarum significatur rex Graecorum, cum per signa sythiarum, per uitem, montes & aquas significantur non illa corpora, sed secundum metaphoram homines. Ex quo uidetur consequens esse, sensum mysticum in figuris ueteris legis designatum non alium esse, quam literalem sensum. Ad hoc dicimus, id consequens non esse. Nam figurae ueteris legis fuerunt res uere diuinitus praemissae & factae, tanquam futurorum signa. Idcirco in illis literalis seu historicus sensus alius est a mystico, dum spiritus in uno & eodem sermone sic narrat corporale factum aut faciendum, ut & in illo gerendum, uel tacite, uel expresse prodat mysterium. Illa uero, hircus uidelicet, capra, ligna, uitis, & alia, quae metaphorice sunt accipienda, non fuerunt res uere diuinitus gestae. Veluti cum dicitur: Iuerunt ligna ad uitem, & dixerunt: Impera nobis, non significatur ligna fuisse progressa siue locuta. Sensus itaque literalem dicimus, quem auctor scripturae per uerba & nomina, aut proprie, aut metaphorice accepta, primum uoluit significare: aut iubens, aut uetans, aut fidem indicans, aut rem gestam seu gerendam recitans; aut promissionibus, & terroribus hominum corda concutiens. Vnde sensus uerus, qui in locutionibus per hyperbolem, per ironiam, per antiphrasin, per aenigmata, per fictiones significat non alius est, quam literalis sensus. Mysticus autem sensus est, quem spiritus sanctus in rebus corporaliter aut gestis, aut gerendis uoluit significare. Et hic iam historia ipsa aut gesta, aut gerenda est fundamentum superpositum, tanquam signum eiusdem sensus mystici altioris ac longe sublimioris. Verum quidem est sensuum in uno & eodem sermone confusionem parere, deceptionem & fallaciam, dum propter amphibologiam uocis aut orationis, incertus relinquitur eiusdem sermonis sensus. Sed talis sensuum multiplicitas non est ea, quam docemus nunc esse in sacris literis, quae sic narrant corporaliter gesta atque gerenda, ut his tanquam figuris & speculis quibusdam prouehatur intellectus nostrer ad intelligendum ueneranda quaedam mysteria. Caeterum hic ne legendo doctrinas patrum fallaris in uocabulo, scire oportet, quod sancti patres interdum uocabulis allegoriae & tropologiae generaliter utuntur, quemadmodum Augustinus iij. capite ad Honoratum, sub allegoria comprehendit anagogiam, declarat scripturam sacram tradi secundum allegoriam, cum docetur res non solum secundum literam tantum, sed ut figura alterius esse accipienda, ueluti cum factum longe in uentre ceti, docetur esse signum Christi in sepulchro. Dum historia Exodus docetur esse futurum plebis Christianae allegoria. Hic sub uocabulo allegoria intelligit Augustinus omne genus mysticorum sensuum sub literalis sensu designatum. Sic quoque uidetur usus uocabulo

Obiectio de
sensu literalis
Iudicum 2.

Solutio.

Iudicum 2.

Sensus my-
sticus.

De uilitate
credendi, ca. 6.

Gal. 4.

Apostolus cum dicit: Quæ sunt per allegoriã dicta. Cetera uero tria, utpote historia, etymologia, & analogia, quæ commemorat ibidem Augustinus, pertinent ad unum literalem sensum. Hoc enim diligenter aduertendũ est, quod ibidem Augustinus non dicit, quadruplicem esse ueteris scripturæ sensum, sed quod ipsa quadrifariam traditur seu docetur, uidelicet secundũ historiã, secundũ etymologiam, secundum analogiam, & secundum allegoriam; dicēs eam secundum historiã tradi, cum docetur, quod factũ est, aut non factum. Secundum etymologiam, cum ostenditur qua de causa est factum. Secundum analogiam, cum ostenditur scriptura ueteris testamenti nõ aduersari scripturis nouæ legis. In eo autem quod ostendimus, uel causam facti, uel scripturã nõ esse contrariam scripturæ, non indicamus eiusdem scripturæ plures esse sententias. Augustinus itaque sub triplici illa traditione, intelligit triplicem modum declarandi literalem sensum. Sub quarta uero traditione, quæ est secundum allegoriam, intelligit traditionem, quæ fit ex literali historia ad mysticũ sensum. Hæc pro discipulis doctrinæ Augustini studiosis, ne fallantur, arbitantes Augustinum illic uoluisse docere quadruplices esse scripturarum sensus. Insuper & hoc sciendũ, quod allegoria secundum uocis significationem dicitur, cum aliud dicimus, aliud intelligimus. Idcirco etiam interdũ sensus ipse literalis sub tropis & figuris designatus, a sanctis patribus uocatur sensus per allegoriam significatus, quem uocant allegoricum, ueluti cum scriptura dicit, ligna iuisse ad uitam, montes exultare, terram iubilare, flumina de uentre fluere, manum & pedem scandalizantem abscondere, manum tenere ad aratrum, & id genus alia. Vnde & secundum Grammaticos septem sunt allegoriæ species, quarum tres sunt, Ironia, Antiphrasis, & Ænigma. Doctores ergo sic generaliter appellantes allegoriam, cum in scriptura docēt sensum alium quem per allegoriam dici, non uoluerunt scripturam illam semper alium habere literalem sensum: sed interdum quod talis sit sensus sub uoculis & orationibus metaphorice acceptis significatus. Hæc igitur uigilanter sunt consideranda, ne uidelicet amphibologia huius nominis allegoriæ confusionem pariat. Et idem de uocabulo tropologia credimus obseruandũ. At dices forsitan, huiuscemodi multiplices sententias per translationem, seu assimilationem sensuum, seu (ut ita dicam) moralizationem quandã, a solis patribus nouæ legis esse ad instructionem fidei & morum compositas, & non significatas, aut intellectas, nec a scripturarum authoribus, nec a patribus ueteris legis. Quemadmodum iam secundum allegoriam quandã exposita sunt gentiliũ Romanorum gesta & facta, quæ tamen constat non fuisse prophetica.

Responsio. Respondeo, quod sic opinari hæresis est in Christiana ecclesia. Nec enim solum nouæ, sed & ueteris legis patres & prophete intellexerunt illorũ temporũ legalia præcepta, insuper & temporaliter gesta ac facta, temporaliter quæ promissa & cõminata, fuisse figuras, umbras, & signa futuri Christi regis. Vnde & prophete duplici seu gemino spiritu in suis uaticinijs locuti esse legunt, secundum literã quidẽ significates res esse tẽporaliter aut gestas, aut gerẽdas: secundum spiritũ autem in illis tẽporaliter gestis & gerẽdis significantes alia, quæ futura

Allegoria.
August. 3. de
doct. Chri.
cap. 11.
Iudicium 2.
Psalmo 113.
Psalmo 65.
Ioan. 7.
Math. 5.
Luc 9.

Obiectio.

Responsio.

futura erant in Christo & ecclesia. Primo ipsum Dauid sic intellexisse illa in Psalmis est manifestum, ubi frequenter facit transitũ de literã ad spiritũ. Ipse in sacerdotio Melchisedec, panem & uinũ offerentis, intellexit sacerdotem Christum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem. Melchisedec. Ipse iam in terra promissionis residēs, intelligebat nondũ se esse in terra illa, quæ peculiariter erat patribus promissa, sed adhuc gemens in peregrinatione dicebat: Aduena ego sum & peregrinus, sicut oēs patres mei. In pluuia super Gedeonis uellus descendente, intellexit Christum descendurũ in uirginis uterum, dicens: Descendet sicut pluuia in uellus, orietur in diebus eius iustitia. In Raab meretrici intellexit figurari ecclesiam de gentibus. In captiuitate autem Ægyptiaca figurari captiuitatẽ humani generis sub infernalis Pharaonis potestate. In egressu per mare rubrum figurari liberationem humani generis, per baptismi lauacrũ in Christi sanguine. Rursus in transitu per desertum, de mansione in mansionẽ. In bellis item & prelijs contra Cananẽ, Euseum, contra Seb & Salmana, contra Madian, intellexit quotidianã militiam & pugnam nobis iam liberatis necessariã contra inuisibiles hostes, & contra carnis nostræ desideria. In bellis, quæ Gedeon cõtra Madian gessit, & in bellicandi modo, & in uictoria illius, Isaias intellexit figurari spirituale prælium, spiritualemq; triumphũ per Christũ tũc futurũ, cap. ix. de militia uictoriaq; Christiana loquens. Iugum oneris eius, & uirgã humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti, sicut in die Madian. In ceteris quæq; bellis, & in temporalibus Iudæorum regibus, ducibus, antecessoribus, Isaias, Hieremias, ceteriq; prophete in spiritu intellexerunt designari fidei nrę mysteria, crebrũ facientes transitum de litera ad spiritũ, loquentes per nomen Dauid, nõ Dauid tẽporali rege, non de regno, aut de temporibus regni illius, sed de rege Christo & illius regno, ueluti cum Ezechiel longe post mortẽ Dauid, cap. xxxiii, dicit: Suscitabo super ea pastorem unum, qui pascat ea, seruum meum Dauid. Patent autem hæc oia latius in sequenti libro. Hæreticum igitur est credere huiuscemodi sententias mysticas solum esse quasdã transumptiones, seu assimilationes sensuum, & (ut ita dicam) moralizationes, & patres ac prophetas ueteris legis, suis in scriptis, suisq; gestis & factis, nec cogitasse, nec intellexisse eas, nec intendisse sensum alium, præter literalem. Sed ut paucis huius rei fidem faciam, id quæ sciendũ, quod non in omni scripturæ loco quærẽdus est præter literalem mysticus sensus. Sunt enim scripturæ, quibus primũ significat ipsi sensus mystici, & præter illos aliud nihil, ueluti cum dicit: Audi Israel, dñs deus tuus unus est. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo. Rursus in præceptis, quæ ad uitã pertinet, & sunt perspicua, non debemus querere allegoriã, ne iuxta Comicũ, inquit Hiero. nodũ quæramus in scirpo. Sunt sermones scripturæ, quibus iubetur ea, quæ naturalis legis sunt, & charitatis dei & proximorũ. Ridiculum foret in huiuscemodi ad aliam superiorẽ conari intelligentiã. Alia uero gesta, præsertim ueteris legis. Insuper & ea quæ sunt in noua lege per Christũ & apostolos gesta, quæ rationes & causæ ignorant, quæ nec uident ordinari ad aliam quam Christianorũ utilitatẽ, quibus nec timor ullus incutitur ad correptionem

K ij nostrã,

Psalmo 109.

Psalmo 118.

Psalmo 111.

Psalmo 112.

Deut. 6.

In Zach. ca. 8.

quidem est, quod circumstantia scripturę soleat illuminare sententiam, dum ea quę sequuntur & præmittuntur, diligenti discussione tractantur: sed plerunq; tam congrua, tamq; confinis uidetur utriusq; partis interpretatio, ut nõ facile discernere ualeas, quę fuerit ab authore intellecta. Diuersitas ergo, quę contingit, dum consideratis sententiarum cohærentijs, alter scripturam sacrã sic, alter uero non sic, sed aliter exponit, uera catholica utrobq; data sententia, non solum non turbat religionem Christianam, sed exercet studiosos, pascit famelicos, & uelut manna (quod uarijs saporum oblectamentis delectabat edentes) reficit in deserto huius mundi fatigatos & ieiunos. Verum hæc dicentes, non approbamus scolorum quorundam audaciam, qui mox ut unum aut alterum uolumen legerint, docere præsumunt antea q̄ discant: qui mox calamo quicquid eis in mentem uenit depingunt, suis sententijs & opinionibus & affectibus cogunt seruire sacras literas: qui, ut inquit Hieronymus, superba animositate ad sensus, quos sibi consingunt, incongrua aptant testimonia, qui inter mulerculas de sacris literis philosophantur. Sed de his hæc tenus. Ex supra dictis igitur perspicuum est, spiritu sancto factum esse, ut idem scripturę locus multis sit fecundus sensibus, non modo subordina- tis, ueluti dum sub literali significatur sensus mysticus: uerũ ut nec alter per alterum designetur. Amplius autem manifestũ, quamuis in scripturis sacris sint ueræ & multiplices sanctorum patrum sententię, non tamen inde turbatur fides Christiana. Cum huiuscemodi sententiarum uarietas nõ superinducatur aliam & aliam fidei regulam, quam ecclesiastica seruat prædicatio, dum id ipsum loquuntur omnes, & non sunt ulla inter eos schismata in ipsis fidei regulis. Nam quantumlibet magna in quibusdam scripturę locis sit super intellectu scripturarum controuersia, cum pace tamen sancta est & unitate catholica.

Caput tertium huius libri, de via inuestigandi uerum intellectum scripturarum.



PERÆ precium est deinceps considerare, qua uia, & a quibus interpretibus quærendus sit uerus sacrarum scripturarum intellectus. An uidelicet ex solis scripturis sacris, ut una intelligatur per aliam: an ex doctrina ecclesię & sanctorum patrum. Possunt autem hic confingi argumenta. Primum: Ecclesia fidelium quę nunc est, habet eundem fidei spiritum, quem in principio sui semel acceperat: qua ergo ratione oportet nos magis stare interpretationibus doctorum ueterum, q̄ nouis eorum qui nunc sunt: Si ueteres, cum adhuc æditæ non essent expositiones ullæ, ex spiritu fidei intellexerunt scripturas, cur non licebit hodie sepositis interpretationibus hominum, scripturas sacras per eundem spiritum fidei discere, sicut olim licuit ecclesię primitiue doctoribus, apostolorum successoribus, qui nec Hieronymi, nec Chrysostomi, nec ullius alterius interpretationem habuerunt. Secundum argumentũ: Ea quę sunt fidei & salutis non oportet ab alio discere, q̄ a spiritu fidei, dicente Ioanne apost. ad eos, q̄ iam in Christum

Christum credebant: Non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium. Quo sane Ioannis testimonio uidetur indicatum, in doctrina fidei non esse opus ullius hominis ministerio. Vnde & hac ratione uidetur dixisse Saluator: Vos autem nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester Christus. Quod tractas Augustinus: Nolite, inquit, putare quemquam hominẽ quicquam discere ab homine: magister qui docet, intus, est deus. Magis ergo uidetur quærendus scripturarũ intellectus simplici oratione, ex reuelatione Dei per spiritũ reuelantis, quicquid necessarium est saluti animarũ & ecclesię. Quod & Iacobus apost. significasse uidetur: Si quis uestrum indiget sapientia, postulet a deo: postulet autem, in fide nihil hegitans. Saluator quoq; Petite, inquit, & accipietis, quærite & inuenietis. Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, hoc faciam. Humiliter petentibus reuelat deus doctrine suę mysterium. Abscondisti hæc, inquit, a sapientibus & prudentibus, & reuelasti paruulis. Vnde potest sic formari ex supra dictis ratio: Euangelij ceterisq; scripturis sacris credere debemus, non propter ecclesię aut ullorũ hominum testimonium, sed propter inspirationes Dei, intus & docentis euangelij credendum esse, & inspirantis spiritum fidei: qua credimus sic ut Christiani sumus. Hęc enim fides, est dei donum. Ecclesia autem, est coetus Christianorum, qui homines sunt. Hieronymus quoq; Augustinus, & cæteri patres fuerunt homines, qui in scripturis exponendis & falli & hallucinari potuerunt. Neq; oportet nos omnia eorum scripta sic credere, quemadmodum ea, quę in scripturis sacris continentur, quę credimus a spiritu sancto esse profecta. Tertium argumentum: Nemini licet, nec secundum suum spiritum, nec secundum sensum humanum scripturas intelligere. Quo enim spiritu scripturę inquit Bernardus, factę sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendę sunt. Nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec usu bonę intentionis in lectione eius, & studio assiduę meditationis, spiritum eius imbiberis. Nunquam intelliges David, donec ipsa experientia ipsorum Psalmorum affectus indueris: sicq; de reliquis. Hactenus ille ad fratres de Monte Dei. Ex quibus consequens uidetur, quod oporteat unumquemque sacrę theologię studiosum, intelligere scripturas eodem spiritu, quo & æditæ sunt. Hic autẽ spiritus nusquam præsentius, nusquam uiuacius, quam in suis sacris, quas ædidit, literis inueniri potest. Vnde paruificantes uenerandam patrum & ecclesię antiquitatem, solent nobis obijcere hoc pacto: Quicunq; innixi doctrinis hominum, scripturas secundũ Hieronymi, Augustini, aliorumue hominum sententias, & nõ Augustini, Hieronymi sententias secundũ scripturas sacras conant intelligere, hi procul dubio scripturas torquent secundum hominũ dogmata: cum econtrario potius, hominũ dogmata oporteat flectere secundum irrefragabiles scripturę sacrę sententias. Cyprianus errauit in baptismo Hæreticorũ, imitatus prædecessorum suorũ sententias. Consequens ergo uidetur, unumquẽq; sepositis hominũ commetarijs, oportere

In episto. ad Paulinum.

I. argument.

II. argumen.

1. Ioan. 2.
In expositio-
ne epist. Ioa.
tractat.

Iacobi 1.
Lucę 11.
Ioan. 14.

Matt. 11.

III. argu-
mentum.

Bernardus.

Argumenta
aduersarios

oportere ex scripturis sacris intendere ad earundem scripturarum intellectum, quod & scriptura significasse videtur. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Optimus, inquit Hilarius, scripturę interpretres, qui sensum potius ex scripturis retulerit, quā attulerit. Quartum argumentum: Maior est scripturę sacrę authoritas, quā omnium veterum doctorum maiestas, etiam pręsentis ecclesię, aut conciliorum Papę, quę multis rationibus videtur posse ostendi. Primo, quia scripturę sacrę authoritas maior est, quā olim fuerit authoritas ecclesię apostolorum, dicente Paulo de sua ecclesia: Sed licet aut nos, aut angelus de cęlo euangelizet uobis, pręter quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Ad Gal. 1. Cum dicit nos, intelligit aut apostolos, aut apostolorum ecclesiam. Deinde pręsens ecclesia in fide & moribus dirigi debet secundum scripturas, nec fas est ecclesię, quę nunc est, aut ulli hominum congregationi quicquid definire, pręcipere, aut docere contra scripturas sacras. Nec concilium, nec Papa potest extra scripturas sacras articulos fidei notios condere, nec tota Christianorum ecclesia potest efficere, ut nouum nunc, aut quantum habeatur euangelium. Nec enim pendet ex arbitrio ecclesię, aut euangeliorum numerus, aut fides Christianę religionis. Quintum argumentum. Multi errores in omnium patrum scriptis reperiuntur, quorum & interpretationes super scripturas sacras creberrime inter se uariant: adeo ut propter diuersas doctorum interpretationum sententias, tota scriptura uideatur cõturbata & confusa: quibusdam sic, quibusdam autem aliter interpretantibus, etiam crebro contrarias inter se sententias afferentibus, & se inuicem argumentibus. Origenes, Hieronimus, Hilarius, Athanasius & Ambrosius, tractantes uerba Apostoli ad Romanos dicentis: Ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato, & reliqua: exponunt Apostolum dixisse huiusmodi sententias non pro sua persona, quę iam erat sub gratia, sed in persona aliorum, nondum sub gratia constitutorum. Augustinus autem contra Iulianum omnibus patribus illis contradicens, docet Apostolum hoc pro sua ipsius persona dixisse: & ita huiusmodi uoces, esse uoces iustorum, qui in hac uita etiam sub gratia constituti, lugent suam miseriam & pericula. Insuper Hieronimus & Augustinus interpretantes uerbum Apostoli. Oportet episcopum esse unius uxoris uirum, sententias contrarias attulerunt, ut recitat Gratianus xxvi. distinctione. Cyprianus & omnes collegę eius, totumque Africanum concilium de baptismo hæreticorum aliter senserunt, quā Augustinus, Stephanus, & Cornelius & Romanorum ecclesia. Id genus sunt alia in doctrinis ecclesiasticorum complurima, ueluti in supputationibus septuaginta hebdomadarum Danielis, temporumque ac regum. Et de quibus loquitur scripturę sermo, super quibus plerumque tanta est sententiarum diuersitas, quanta exponentium magistrorum uarietas. Sextum argumentum. Hieronimus ad Galatas dicit: Quicumque sacrę scripturam aliter intelligit, quā sensus spiritus sancti efflagitat, in quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus possit appellari. Senesum autem aliquem esse, quem spiritus sanctus intenderit cognoscere non possumus, nisi per aliam scripturam ab eodem spiritu æditam. Hęc & similia sunt, quibus forsitan hæretici suos conantur defendere errores. Pro quibus resu-

tandis, primum ostendemus, quod falsum sit scripturam sacram esse per se facile. Deinde quod accedentibus sacrę theologię studium, non sufficit credere totam scripturam sacram esse uerissimam. Tertio, quod in scripturis interpretandis contra hereticos pugnandum est non solum scripturis, sed etiam armis. De scriptura sacra Lutherorum dogma prædicat ipsam per se esse uerissimam, facillimam, sui ipsius interpretem. Et idcirco eandem scripturam addiscendam esse per se ipsam, & non esse opus ullis doctorum aut magistrorum interpretationibus, glossis, aut commentarijs. Sed huic errori manifestissime per se ipsas obuiant scripturę prophetice & apostolice, quę in ipsa sui prima ostensione densissimam secum adferunt caliginem, inuolunt tropis, parabolis, & figuris, mysticis sensibus sub cortice literalis historię tacite insinuat: quos tametsi ipse Paulus, spiritu sancto illustrante, sit dignatus suis in epistolis aperire, in eis tamen etiam fidei nostrę sacramenta, atque grandia, & sublimia legis & prophetarum mysteria a Deo magnifice interpretatur, tractat, & docet, ut & de ipsis attestatur apostolus Petrus, in illis esse quædam difficilia intellectu, quę indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. In scripturis sacris quantę sint difficultates plane ostendit Hieronymus in epistola ad Paulinum. Libri Ezechielis principium & finem tantis, inquit, obscuritatibus esse inuoluta, ut apud Hebræos cum exordio Geneleos, ante annos triginta non legantur. Isaiam, Hieremiam, Danielem quis potest absque doctore & magno studio intelligere? In Actibus apostolorum sanctus uir Eunuchus, cum legeret Isaiam, interrogatus a Philippo: Putas ne intelligis quę legis? Respondit: Quomodo possum, nisi aliquis me doceat? Ego, ut de me interim (inquit Hieronymus) loquar, nec sanctior sum hoc Eunuchus, nec studiosior. Vnde & alibi de se loquitur: Ab adolescentia non cessauit, aut legere unquam, aut doctos uiros ea quę nesciebam interrogare: neque me ipsum tantum (ut plerique) habui magistrum. Denique nuper ob hanc uel maxime causam perrexi Alexandriam, ut uiderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus, quę habebam dubia, sciscitarem. Hęc ille in præfatione epistolę ad Ephesios. Item in epistola ad Paulinum iam citata, Iacobus, Ioannes, Petrus, & Iudas apostoli, septem epistolas ædiderunt, tam mysticas, quā succinctas & breues, pariter & longas: breues in uerbis, longas in sententijs, ut rarus sit, qui non in earum lectione cęcutiat. Apocalypsis Ioannis totus habet sacramenta, quot uerba. Hęc Hieronymus in epistola ad Paulinum dicit a se perstricta, ut intelligamus nos in scripturis sacris sine preiudicio & præmonstrante doctore semitam non posse ingredi. Idcirco autem spiritus sanctus mysteriorum formas obiectas esse uoluit in scripturis sanctis, et non palam atque in propatulo haberi: quod non expediebat olim humano generi ecclestium secretorum margaritas, sanctaque incarnationis & passionis dominicę sacramenta manifestari aptis scripturę uerbis, ne sancta publice porcis canibusque exposita conculcarentur ab indignis, & ne paruuli (quibus adhuc conueniebat, ut ducerentur terrenis promissionibus in altiora puerhedi) interim suo acte fraudarent. Qualiscumque fuerit in sacris scripturis obscuritas, ea facta est a

Psalmo 118.
Lib. 1. de Trinitate.
III. argumentum.

V. argumentum.

Ambrosius ad Rom. 7.
2. lib. 1. & cõtra 2. epistolam.
Pela. lib. 1. capitulum 10.
Aug. sup epistolam ad Titum.
1. ad Tim. 1.

VI. argumentum.

Error aduersariorum.

Reprobatio aduersariorum.

Principium Ezech. dist. cõlinum.

Prophetas nemo potest absque doctore & magno studio intelligere.

Quis in scripturis

spiritus

ptura obscu-
ritas spiri-
tu sancto est
ut ait beatus
Augustin. 2.
de doctrina
Christi. ca. 6.

spiritu sancto, non quidem inuidente humano generi salutarem scripturę in-
tellectum, sed medicinaliter providente, tum ad nostram edomādam sancto
labore superbiam, tum ad remouendū a fastidio humanū intellectum, cui fa-
cile inuestigata, facileq; intellecta plerūq; uilescūt. Sacre scripturę uilescerēt,
si mox ut leguntur omnibus patescerent. Quę facile acquiruntur, minus ap-
preciantur: quę autē cum labore, plus diliguntur. Verum non ob hęc pręce-
pta dogmataq; Christianę fidei æstimari debēt tanq̄ occulta, suspecta, & am-
bigua, & incerta, & talia, quę non possunt lucidissime ex sacris literis, & ex
authoritate ecclesię demonstrari. Siquidem in articulis fidei, & pręceptis
dei nihil, ut inquit Augustinus, de illis obscuritatibus eruitur, quod non pla-
nissime alibi dictum reperitur. Proinde nihil inter se pugnant, scripturas esse
se intellectu difficiles, obscuras, & multis in locis ambiguas, & nihilo minus
pręcepta Christi dogmataq; Christianę fidei aperte & luculenter esse a Chri-
sto & apostolis declarata. Iam uidendum est, qua uia quærendus est uerus
scripturę intellectus, & quibus armis pugnandū sit contra hæreticos. Quę
uis autē omnes hæreses prodeant ex scripturis sacris, quę sic ex uoluntate dei
sunt inspiratę, ut hæretici inde sumant suorę errorum occasiones, nō tñ inde
consequens est scripturas ipsas esse uituperandas. Nihil enim tam bonum in
hac uita, quo nō interdum suggerente dæmone abutā peruersa uoluntas hu-
mana: & id quidem cum in omnibus sit execrandum, longe tñ peruersissimū
& in ecclesia Christiana perniciosum est, si fiat re saluberrima & sanctissima
qualis est sacrosancta theologia. Tota scriptura ueteris legis & prophetarū,
communis est Iudæis & Christianis: sed Iudei quia in Christum nō credunt,
idecirco easdem scripturas non intelligunt, quibus & Propheta loquit: Nisi
credideritis, non intelligetis. Vsq; in hodiernum diem, inquit Apostolus, cū
loquitur Moyſes, uelamen positum est super cor eorę. Cum autē conuersus
fuerit ad dominum, auferetur uelamen, ij. ad Corinth. ij. Velamen, quo uela-
tur eis mysterium legis, est carnalis intelligentia legis, absq; scientia grę Chri-
sti in lege abscondita. Quando Christus pependit in cruce uelum templi scis-
sum est, & patuerunt ipsius templi secreta. Ita usq; in hodiernum diem secre-
ta legis patuerunt quidem Iudeis, uerum non omnibus, sed transeuntibus ad
Christum. Cum conuersus, inquit, fuerit populus ad dominum, scilicet Chri-
stum, auferetur uelamen. Vnde Saluator Ioannis v. Si enim crederetis Moyſi,
si, crederetis forsitan & mihi: de me em̄ ille scripsit. Et Iudæi effuderunt san-
guinem innocentis Christi, & in hodiernum usq; diem manus eorę sanguine
sunt plę: quippe qui sunt consentientes in necem illius, & blasphemantes
illum. Idecirco miscuit illis deus spiritum soporis, id est, alienationem mentis,
ut non uideant ueram scripturę intelligentiam, quemadmodū & prænun-
ciauit de illis Esaias propheta: Erit uobis uisio omnium, sicut uerba libri sig-
gnati, id est, clausi & sigillati: quem cum dederint scienti literas, & dixerint: le-
ge librum istum, respōdebit: Non possumus, signatus est em̄. i. clausus. De q̄
& Ioannes Apocal. v. Quis, inquit, dignus est aperire librū, & soluere signa-
cula eius? Cumq; nullus fuisset inuentus, fleuisse se dicit, & dei tandem ad se
memi-

August. 2. de
doct. Chri.
cap. 6.

Isaię 29.

meminisse sermonem: Noli flere, ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, ut
aperiat librum, & soluat signacula eius. i. mysteria pandat legis & prophetarū:
ubi significatur Christus esse uerus expositor legis & prophetarū, qui
& earundem scripturę intellectum suis tradidit apostolis, & per apostolos
ecclesię, quę recte interpretat scripturas usq; in finem seculi. Iudei nolūt au-
dire Christianorę ecclesiam, idcirco sacra apostolorę euangelia epistolascq;
eorum contemnunt, & quantumuis scripturas sacras habeant, quas & uerissi-
mas credunt, tñ uerum earę intellectum habere non possunt. Sicut & tota
hęc tam ueteris, q̄ nouę legis scriptura communis est omnibus Christianis,
& multis hæreticis, utriq; docentibus easdē scripturas totas esse uerissimas,
diuinas, & a spiritu sancto æditas. Sed controuersia hinc inde. Vbinam, & pe-
nes quos sit earundem scripturę intellectus, uerus sensus, uera expositio.
Hæreticis iactantibus hanc penes se esse, ueris Christianis non dubitantibus
hanc penes se esse. Quo sit, ut scripturis, quibus ecclesiastici patres utūtur ad
demonstrandam Christianę fidei ueritatem, eisdem & heretici utant ad sta-
biliendum suas hæreses. Verum hic catholici contra hæreticos habent in scri-
pturis canonicis intelligendis irrefragabilem machinam, qua & ante nos usi
sunt contra eas Irenæus, Tertullianus, Origenes, Cyprian. Athanasius, Basi-
lius, & cæteri patres ecclesiastici, secundum seriem successionis ab initio. In
scripturis uidelicet interpretandis, seruandam esse ecclesię doctrinā ab apo-
stolis traditam, & ab eis deuolutam ad patres, a patribus ad successores de-
scendentem, & usq; ad præsens tempus in ecclesia permanentem. Hanc ma-
chinam docuit beatus Clemens Petri successor, scribēs ad fratrem Iacobi, epi-
scopum Hierosolymorę, dicens diligenter esse obseruandū, ut lex dei cum les-
gatur, non secundū propriam ingenij intelligentiam legatur uel doceat. Sunt
enim multa uerba in scripturis diuinis, quę possunt trahi ad eum sensum, quē
sibi unusquisq; præsumit. Et ideo oportet, inquit, intelligentiam scripturę
discere ab eo, qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruat.
Hac machina usus est contra Valentianū hæreticū, Irenęus: cōtra Marcho-
nem, Tertullianus; contra Celsū, Origenes; cōtra Nouatū, Cyprianus; con-
tra Arrianos, Nycenum concilium; contra Luciferianos & Iouianū, Hiero-
nymus; contra Donatistas, Augustinus. Sic & cæteri patres ab initio secun-
dum successionis seriem ad hęc usq; tempora, contra temporę suorū hære-
ticos hoc usi sunt argumento. Quod si quispiam sacras literas tractans, uo-
luerit seponere, & in scripturis interpretandis ex suo capite afferre glossema-
ta, redibunt mox olim damnatę, & iam dudum sepultę hæreses. Contra has
non habentibus nobis tam euidentia scripturę testimonia, ut ex eis conuicti
cedant earundē heresum auctores, easdem scripturas nimirū aliter, q̄ tradidit
Christianorę schola interpretantes. Quibus cum dicimus in scripturis sacris
interpretandis seruandas esse cautelas, uidelicet nō ex nostris cerebris afferen-
da esse commēta, sed ex clariori loco illustrandū esse obscuriorē, consideran-
da esse quę præmittunt, quę sequuntur, & consulendū esse linguarę (in quib;
bus scripturę primū sunt editę) proprietates, pio suppliciq; animo rogandū
L esse

Irrefragabi-
lis machina,
qua cōtra hæ-
reticos eccle-
siastici pres-
vsi sunt.

esse deum, qui intellectum dat, & reuelat fidei suę mysteria paruulis, abscondens illa ab huius seculi sapientibus & prudentibus. Respondent nobis, se seruare hæc oīa, se esse uere pios, humiles, paruulos, quos illuminare dignat̄ dei spiritus, sese in scripturis interpretandis pio suppliciq; animo huiuscemodi cautelis semper uti, nos aut̄ longe ab illis deuiare. Sed cum obijcimus illis sententiam scripturarū, & expositionem oīm traditionum ecclesiasticarū quæ reñdam esse secundum antiquum ecclesię statum, ubi est ueritas discipline, & Christianę fidei: iam mox in nos stomachantur, nihili faciunt ecclesiã, reijciunt patres, contemnūt oīa, quæ nobis ueneranda tradidit antiquitas. Ex quibus intelligere possumus, in primis necessarium quidem esse, ut quisq; sacrę theologię studiosus scripturas sacras totas, etiam nondum intellectas, credat esse uerissimas, uenerandas, diuinas, salutes, non suspectas ulla fallitate, habeatq; oīa in eisdem asserta tanq̄ maiestatis plena, grandia, & sublimia; quantum uideantur in superficie literę parua, & contemptibilia, usque adeo, ut nihil in eis contemnat tanq̄ abiectum, exiguum, ac uile, deoq; indignum: sed oīa colat tanq̄ magnifica, alta, & egregia, ut etiam quæ minuta uidentur & indigna, quæ in diuinis literis contineantur, ueneretur & colat. Sed hoc nō sufficit. Quandoquidem Iudei totius legis & prophetarū scripturas credūt esse uerissimas, salutes, & diuinas. Deinde hæretici multi, & q̄ nunc sunt, & qui olim ante mille annos extiterunt, totum uetus & nouum testamentū credunt esse uerissimū, æditūq; diuino spiritu. Hoc igitur nō sufficit. Verum & oportet, ut quisq; sacrę theologię studiosus, ita intellectum suū captiuum teneat in obsequium fidei, ut credat eas esse ueras non secundū suum sensum, quem sibi præsumit, nō secundū adulterinas interpretationes eorū, qui foris sunt: sed secundum antiquā ecclesię traditionē interpretatas. Non sunt credendæ ueræ scripturarū sententię, quæ ab ecclesiastica traditione discordant: ut oīs superbia mentis, & ingenij capacitas penitus cedat antiquitati ecclesiasticę traditionis. Non alię ueteris atq; huius temporis theologię sunt sententię Christianę fidei. Verus scripturarū intellectus concordat cum antiquo ecclesię statu, conspirat cum matricibus & originalibus apostolorū ecclesijs, quę doctrinam fidei ab apostolis ipsis acceperunt, prædicantibus uiuis uocibus, priusquam scripta essent quatuor euāgelia. Apostoli a Christo, Christus a deo. Vnde & ecclesię posterius institutæ apostolicę dicunt̄, quia cum prioribus eadem fidei doctrina conspirant. Proinde & oēs ecclesię sunt una apostolica ecclesiã, quarū unitas stat in cōmunionē pacis, appellatione fraternitatis eiusdem fidei, eiusdem doctrinę contestatione, eorūdem sacramentorū societate. Solet quidem in sacris literis circumstantia scripturæ illuminare sententiam, dum ea quę sequuntur & præmittuntur diligenti discussione tractant̄. Scripturæ sacrę mos (inquit Hierony.) est, obscuris manifesta subnectere. Verum hoc nō in oībus comperimus. Sunt aliqua in scripturis loca, quę intellectū præ nimia obscuritate certū assequi nō possumus: adeo intricata, adeo tenebrosa, adeo densitate parabolarū & figurarū cooperta, ut nec ex ipsis, nec diligentē excussione eorū, & quę præmittunt̄, & quę sequunt̄, nec ex alijs locis scripturas huiuscemodi interpretantibus, nec aliter, q̄ reuelatione diuini spiritus ualeamus certo mentē authoris deprehendere, quę sacrę theologię magistri interpretantes, non pro certitudine definiendo, sed quasi opinando, & probabiliter conijciendo, pie reuerenterq; interpretati sunt: relinquentes interim iudicijs aliorū, q̄ forsitan spiritu dei suggerente meliores, magisq; accommodatas ualeant inuenire sententias. Non quibuslibet ergo interpretibus & magistris adherendū est. Idcirco q̄ se iactent docere, & habere apostolicę fidei symbolum, eadē euāgelia, eadē scripturæ, & se uelle uiuere, mori in uera religione Christiana. Pelles ouium sunt scripturæ sacrę, foris scriptę in membrana: uisibilia fidei sacramenta, Christiani nominis superficies foris apparentes, quas hæretici & falsi prophetæ, intus lupi rapaces, foris induunt, in quos Christus pastor ouium. i. uerorū prophetarū, & apostolorū, oīm discipulorū magister, futura præuidēs, uoluit nos esse præmunitos: Attendite, inquit, a falsis prophetis, q̄ ueniunt ad uos in uestimētis ouium, intus aut̄ sunt lupi rapaces. Omnis hæresis sese palliare studet sub prætextu doctrinæ ueri euāgelij, sub titulo Christiani noīs. Nec oboritur unq̄ hæresis, nisi aut ex uerarū scripturarū falso intellectu, aut ex falsarū scripturarū usu: quę cum nō sint Christi, recipiunt ut doctrinæ Chri. Proinde uetustissimus ille Tertullianus docuit hæreticos non esse ullo pacto admittēdos ad disputationem de scripturis sacris: tum q̄ orthodoxis tm̄ competit scripturarum professio, tum q̄ ex congressionibus istis plus est mali, q̄ boni. Paulus, q̄ & hereses, inquit, inter carnalia crimina scribens ad Galatas enumerat, Tito suggerit, hominem hæreticū post primā correctionem recusandū, q̄ peruersus sit huiusmodi, & delinquat ut a semetipso damnatus. Ideo a se, inquit, damnatum dixit hæreticum, quia in quo damnatur sibi elegit. Nobis aut̄ nihil ex nro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod quis de arbitrio induxerit. Apostolos domini habemus authores, qui nec sibi quicq; ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed accepta a Christo sententia fideliter nationibus insinuauerūt, ita ut si etiam angelus de celo aliter euangelizaret, anathema diceretur a nobis. Et post pauca: Nobis (inquit) curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post euāgelium, cum credimus: nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus: tanq̄ dicat, nō aliud credendum, q̄ q̄ Christus ipse dei filius, legis & prophetarū finis, per se & apostolos docuit atq; instituit: qui legem impleuit & prophetas, ipse ad discipulos ait: iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia oīa quę audiui a patre meo nota feci uobis: omnia inquam, quę potuistis portare modo. i. quorū fuistis pro imbecillitate uestra capaces. Nam & alia multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo. Tanquam dicat: Multa sunt, quorum nondum estis capaces. Cum adimpleta uidebitis in me ea, q̄ in lege & prophetis sunt adumbrata, ad quæ implēda missus sum a patre meo in mundū: tunc aperientur sensus, ut intelligatis scripturas. Frustra igitur laborant hæretici, qui audacias figmentorum suorū hac occasione euangelicę sententię colorare nituntur, quasi sententię, quæ ipsi confingunt, sint de numero eorum, quæ di-

huiuscemodi

huiuscemodi interpretantibus, nec aliter, q̄ reuelatione diuini spiritus ualeamus certo mentē authoris deprehendere, quę sacrę theologię magistri interpretantes, non pro certitudine definiendo, sed quasi opinando, & probabiliter conijciendo, pie reuerenterq; interpretati sunt: relinquentes interim iudicijs aliorū, q̄ forsitan spiritu dei suggerente meliores, magisq; accommodatas ualeant inuenire sententias. Non quibuslibet ergo interpretibus & magistris adherendū est. Idcirco q̄ se iactent docere, & habere apostolicę fidei symbolum, eadē euāgelia, eadē scripturæ, & se uelle uiuere, mori in uera religione Christiana. Pelles ouium sunt scripturæ sacrę, foris scriptę in membrana: uisibilia fidei sacramenta, Christiani nominis superficies foris apparentes, quas hæretici & falsi prophetæ, intus lupi rapaces, foris induunt, in quos Christus pastor ouium. i. uerorū prophetarū, & apostolorū, oīm discipulorū magister, futura præuidēs, uoluit nos esse præmunitos: Attendite, inquit, a falsis prophetis, q̄ ueniunt ad uos in uestimētis ouium, intus aut̄ sunt lupi rapaces. Omnis hæresis sese palliare studet sub prætextu doctrinæ ueri euāgelij, sub titulo Christiani noīs. Nec oboritur unq̄ hæresis, nisi aut ex uerarū scripturarū falso intellectu, aut ex falsarū scripturarū usu: quę cum nō sint Christi, recipiunt ut doctrinæ Chri. Proinde uetustissimus ille Tertullianus docuit hæreticos non esse ullo pacto admittēdos ad disputationem de scripturis sacris: tum q̄ orthodoxis tm̄ competit scripturarum professio, tum q̄ ex congressionibus istis plus est mali, q̄ boni. Paulus, q̄ & hereses, inquit, inter carnalia crimina scribens ad Galatas enumerat, Tito suggerit, hominem hæreticū post primā correctionem recusandū, q̄ peruersus sit huiusmodi, & delinquat ut a semetipso damnatus. Ideo a se, inquit, damnatum dixit hæreticum, quia in quo damnatur sibi elegit. Nobis aut̄ nihil ex nro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod quis de arbitrio induxerit. Apostolos domini habemus authores, qui nec sibi quicq; ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed accepta a Christo sententia fideliter nationibus insinuauerūt, ita ut si etiam angelus de celo aliter euangelizaret, anathema diceretur a nobis. Et post pauca: Nobis (inquit) curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post euāgelium, cum credimus: nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus: tanq̄ dicat, nō aliud credendum, q̄ q̄ Christus ipse dei filius, legis & prophetarū finis, per se & apostolos docuit atq; instituit: qui legem impleuit & prophetas, ipse ad discipulos ait: iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia oīa quę audiui a patre meo nota feci uobis: omnia inquam, quę potuistis portare modo. i. quorū fuistis pro imbecillitate uestra capaces. Nam & alia multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo. Tanquam dicat: Multa sunt, quorum nondum estis capaces. Cum adimpleta uidebitis in me ea, q̄ in lege & prophetis sunt adumbrata, ad quæ implēda missus sum a patre meo in mundū: tunc aperientur sensus, ut intelligatis scripturas. Frustra igitur laborant hæretici, qui audacias figmentorum suorū hac occasione euangelicę sententię colorare nituntur, quasi sententię, quæ ipsi confingunt, sint de numero eorum, quæ di-

L ij scipulū

Ecclesię apostolicę.

In 19. ca. I. sai.

Vestimenta ouium. Matth. 7

De præscript. hæreticorum

Gal. 5. Ad Titum. 3.

Hæreticus a se damnatus.

Ioan. 15.

Hęc oīa Tertullii, de præscript. hæret.

Hæretici falluntur per scripturas.

scipuli portare non potuerunt, quæ & spiritus ueritatis docuerit illos, semper querentes & pulsantes. Falluntur insuper heretici, dum ad ingerendam curiositatem inculcant scripturas. Scriptum est, inquit: Querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Sed quæ hanc scripturam detorquent in sensum a ueritate alienum, ex illa arbitantes multa esse credenda alia, quæ quæ Christus & apostoli docuerunt, quæ & oporteat quærere, manifestum erit considerantibus tempus & personas, pro quibus dominus hanc uocem emisit. Tempus quidem, nam puto dictum pro tempore, cum adhuc Christus erat querendus, in ipsis scilicet doctrinæ sue principijs, cum adhuc dubitaretur apud homines, an Iesus esset Christus, cum adhuc nec Petrus illum prænucciasset dei filium. Personas autem, nam ad illos pertinet totus sermo suggillationis istius, quæ habebant ubi Christum quærere. Habent, inquit, Moysen & Heliam, id est, legem & prophetas, ubi Christum quærere & inuenire possent, secundum quod alibi aperte dicit: Scrutamini scripturas, in quibus salutem speratis, ille enim de me loquitur ad Israhel. Ergo loquebatur quemadmodum ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israhel. Nondum canibus inestabat panem filio rum, sed filijs, id est, eis qui sciebant deum, a quo erat aliquid promissum, deum scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, quem nationes gentium nondum nouerant, nondum mandauerat ire in uiam gentium, quibus non quærentibus, non perentibus ultro salus erat obuentura. Quemadmodum, inquit, inuenitus sum a non quærentibus me: palam apparui istis, qui de me non interrogabant. Abutebantur ergo hæretici huiusmodi uerbis, arbitantes ex illis consequens esse, multa fuisse apostolis abscondita, & ita semper quærenda esse a Deo alia & alia, quæ credamus. Omnia quidem uerba domini omnibus sunt posita, & per Iudæorum aures ad nos pertransierunt: sed pleraque in personis directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum. Proinde si demus sermonem hunc omnibus nobis dictum, ratio uerborum constituenta est, ut queramus ubi res est, quam inuenire desideramus, & illic pulsemus ubi uerus est deus, qui audit & aperit. Est qui semper petit, semper quærit, semper pulsatur, & nunquam inuenit, nunquam ostium quo intret in domum Dei apertum habet, nunquam accipit: quia ibi quærit, ubi ueritas non est: illic pulsatur, ubi nemo audit. Nos dum iam credimus, non quærimus, ut aliud quod querimus inueniamus: sed potius, ut id quod credimus custodiamus, & magis magisque habeamus, inueniamus, arripiamus, & intelligamus. Nobis ergo quamuis quærendum est adhuc & semper, non tamen apud hæreticos quærimus nouam fidei regulam: sed ex fide, in nostro, & a nostris, & de nostro, quod in nobis salua regula fidei in quæstionem uenire potest. Regula autem est fidei, ut credamus unum solum deum esse mundi creatorem, quæ uniuersa ex nihilo produxerit per uerbum suum, filium appellatum, uisum patri archis, in prophetis auditum: postremo ex spiritu dei patris delatum in uirginem, carnem factum in utero eius, ex ea natum, exinde prædicasse nouam legem, cruci affixum, tertio die resurrexisse, in coelos erectum, sedere ad dextram patris, misisse uicarium uim spiritus sancti, quæ credentes agit, uenturæ tunc cum claritate adsumens

Luce 16.

Ioan. 1.

Matt. 15.

Matth. 23.

Nobis credentibus dicitur: querite & inuenietis.

sumendos sanctos in fructum celestium promissorum æternæ uitæ, & ad profanos adiudicandos igni perpetuo, facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione. Hæc regula fidei a Christo instituta nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quas heretici faciunt. Aduersus hanc fidei regulam querendum est nihil. Proinde si doctor quisque scientiæ gratia donatus, curiosus ex scripturis tecum tractare uoluerit, quæ hanc regulam uel obtenebrare, uel ambiguam reddere uideatur, ignorare melius est, quam (quod non debeamus) uelle cognoscere. Fides tua, inquit, te saluum fecit, non exercitatio scripturarum. Et hæretici, quia de rebus fidei aliunde suadere non possunt, nisi ex literis sacris, idcirco communis hæreticorum mos est de scripturis agere, de scripturis suadere, ad scripturas puocare, scripturas obtendere, clamare euangelium domini, euangelium domini: & hac sua audacia aduersus ecclesiam congregantes, statim quosdam mouent orthodoxos, fatigant infirmos, & pusillos capiunt, medios cum serupulo dimittunt. Et proinde hic potissimum gradus in primis est obstruendus, ut non admittamus eos nobiscum ad ullam de scripturis disputationem, apost. Paulo docente: Hæreticum hominem post unam aut alteram correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Non dixit: post unam disputationem, sed post unam, inquit, correptionem. Dum interdicit nouis eorum uocibus aures accommodare, simul & de scripturis disputationem interdixit. Primum quod, ut sæpe iam diximus, nihil proficiunt cum huiusmodi congressibus scripturarum. Deinde, quæ nullo modo possessio eis competit. Siquidem non Christiani nullum ius habent Christianarum literarum, quibus merito dicit ecclesia: Qui estis uos? Unde, & quoniam uenistis? Quid in meo agitis non mei? Quo iure syliuam meam ceditis? Qua licentia meos fontes transuertitis? Mea est possessio, olim possideo, habeo origines firmas. Ego sum apostolorum hæres. Ipsi apostoli, sicut testamento suo cauerunt, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certe exhæredauerunt semper & abdicauerunt, ut extraneos, ut inimicos. Unde autem estis inimici & extranei apostolis? Nisi ex doctrinæ diuersitate, quæ unusquisque de suo arbitrio aduersus apostolos, aut pertulit, aut recepit. Ista hæresis non recepit quasdam scripturas, etsi recipit aliquas, adiectionibus, detractionibus, ad dispositionem sententiæ suæ interuertit. Et si recipit, non recipit integras: etsi aliquatinus integras, nihilominus per diuersas expositiones & commentaria peruertit. Tamen ueritati obstrepit sensus adulter, quantum corruptor stylus. Ratio ergo est propositi nostri diffinire, non esse admittendos hereticos, ad ineundam de scripturis prouocationem. Nam etsi etiam fueris orthodoxus, in scripturis exercitatus, congregans cum illis nihil proficies. Quoniam si quod defenderis, ipsi negabunt: si negaueris, defendet: nihil consequeris, nisi uilem de blasphematione laudem. Errare, inquit Hieronymus, existimant corrigentem eos, lucrifacere uolunt eum, a quo docentur. Quod si etiam cum illis in congressum descendis scripturarum propter causam alterius, quem dubitantem in uia fidei confirmare uelis, is cum uidebit ex scripturis hinc inde alterationes, incertior discedet, nesciens utram partem esse hæresim iudicet, uidens

Tertullia. de præscript. hæreticorum. Ad Titum 2.

Vox excessus in hereticos.

nos in illos retorquere eadē, quę & ipsi in nos. Ergo nec ad scripturas prouocandum, nec in ijs constituendū est certamen, in quibus aut incerta, aut parū certa uictoria est: sed illud prius proponendū est, quibus cōpetat fides ipsa, cuius sunt scripturę, a quo, & per quos, & quibus tradita sit Chri diuina doctrina, per quā hoies sunt Christiani. Vbi em apparuit esse ueritatē discipline & fidei Christianę, illic crit & ueritas scripturarū, & expositionū, & omniū traditionū Christianorū. Hęc est Tertulliani doctrina, sine cuius lectione (Hieronymo teste) nec ipse Cyprianus ullum diem pertransisse legit. Sed hic mox occurrens dicitur: Si nō est cum hereticis disputandū, qua ratione patres ecclesiastici, Hieronymus, August. tot uoluminibus scriptis contra diuersas hereses cum hereticis sunt congressi? Deinde cur & ipse Tertullianus cum hereticis disputauit, & contra illos uolumina scripsit? Cur Paulus apost. in ualescebat & confundebat Iudęos, & loquebatur cum gentibus, & disputabat cū Gręcis: Act. ix. Respondeo, aliud est p ecclia cōtra hereses seu doctrinas hereticorū scribere, cōfutare errores & rationes eorū, argumēta cōtra fidē facta p Christi fidelibus dissoluere, malignas scripturarū interpretatiōes ab eis datas ecclesijs manifestare, quemadmodū fecere ecclesiastici patres in diuersis uoluminibus contra hereticos scriptis. Aliud est, disputare cū hereticis, p̄sertim coram plebe & de scripturis sacris, quas malignis interpretationibus deprauant, quod ut in pluribus non expedit neq; ipsi hereticis, qui p̄sertim pertinaces sunt, & superba animositate inflati, nec suasionibus (ut inq; Bernardus) flectuntur: quia subuersi sunt, nec Christi ecclesiam audiunt, quā illā apud se esse dicunt: neq; autoritatibus corriguntur, quia nō recipiunt: neq; ipsis audiētibus, p̄sertim infirmis in fide, q̄ & facile aliorum sunt mobiles, quibus et plerunq; hereticorū rationes, & malignę scripturarū interpretatiōes uidentur sanctis catholicorū sententijs uerisimiliores. Quamobrē frequētius plus mali inde prouenit, q̄ boni: quis & interdum pro tempore & loco expedit, ut doctores in sacra scriptura magis eruditi contra illos disputent, ad corroborandā fidem catholicorū eorum, qui audiunt, qui & alioqui procliues erant propter falsa & uerisimilia quaedam argumēta hereticis consentire. Sic & sepe numero congressi sunt patres cum hereticis, secundū doctrinam apostoli Pauli docentis, oportere ut episcopus seruet, amplectatur & teneat sermones fidei, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere: ut & iuxta Petri doctrinam paratus sit ad satisfaciendum omni petenti rationem fidei & spei nostrę. Notanda sunt uerba: Potens exhortari, & paratus ad satisfaciendū semper: tñ caueat minus eruditus catholicus, & in sacris literis non satis exercitatus, ne unquam congregiatur cū hereticis doctis, in scripturis sacris exercitatus. Pro tēporibus itaq; personis, causis & rationibus interdum licet cum hereticis disputare, & interdum non licet. Et proinde hac in re opus est sale discretionis, & prudentia, qua diligenter obseruet, quid tempori, loco, personę, spectanti, & conditionibus personarum audientium expedit. Tertullianus autē considerauit ea quę accidunt frequentius, & ut in pluribus. Quis ergo catholici nequeant ex scripturis sacris

cris efficere, ut heretici uicti cedant: quādo quidem ipsę scripturę sacre sunt cōmunes hereticis & catholicis, utrisq; eas consentiētibus eas esse uerissimas, diuinas, & a spiritu sancto æditas: sed dissentientibus in earundem scripturarum expositionibus, hereticis p̄sumētibus ueros scripturarū sensus apud se esse, catholicis autē contradicentibus: non tñ reliquit Christus catholicos in se credentes destitutos inuictissimis armis, quibus se contra hereticos tueantur: uerum scilicet scripturarū intellectum in ijs, quę sunt de necessitate salutis & fidei apud ecclesiam remanere, usq; in consummationem seculi. Hac machina in scripturis (quemadmodū diximus) exponendis contra hereticos usi sunt ante nos, Irenęus, Origenes, Tertullianus, Cyprianus, & ceteri ecclesiastici patres ab initio. Sunt quidem in scripturis sacris uarię & multiplices sanctorum patrum interpretantiū sententię, sed huiusmodi non aliam fidei regulam superinducunt, dum in his quę fidei sunt conueniant oēs. Et quis non omnis fidei ueritas ualeat ex scripturis sacris, aut euidenter, aut necessario argumento demonstrari, nec rursus omnis hæresis possit ex eisdē necessario argumento confutari: eiusdem tamen scripturę sacre a nobis (inquit August.) tenetur ueritas cum hæc facimus, tenemus, & credimus, qd̄ uniuersę iam placuit ecclesię, quam sacra scriptura sine ulla ambiguitate demonstrat, quę & iuxta apostolū Paulum firmamentū est & columna ueritatis, aduersus quam nec portę inferi. i. hereticorū doctrinę iuxta Saluatoris prophetiā unquā pręualebunt, spiritu ueritatis dirigente illam usq; in finem seculi. Ex antiquorū igitur patrum sententijs discimus, quibus armis pugnandū sit contra hereticos, & qua uia inuestigandus sit uerus scripturarū intellectus. Ex superioribus ergo primum sequitur: Quotquot probe, & non arroganter sacras scripturas student intelligere, eos non suis inniti ingenijs, sed pia & sedula inuestigatione intendentes in ea quę sequuntur & p̄mittunt, conferentesq; scripturas scripturis, ex manifestioribus locis colligere sensum quendam in locis obscuris designatū, qui non aduersetur uetustis Christianę ecclesię traditionibus. Secundo consequens est, synceros sacre theologię studiosos, consulere pro loco & tempore commentarios aliorum, non eorum, qui inimici fuerunt ecclesię Christi: sed eorum, qui in nullo a sanctę ecclesię catholicę consortio deuiauerunt, nec fuerūt ab eius fidei prædicatione seiuncti. Quemadmodū enim nemo sibi unquam libros Aristotelis, reconditos atq; obscuros, ab eius inimico exponendos putat. Nemo unquam Geometricas Archimedis literas discere uoluit a magistro Epicuro, qui nihil earum intelligens, contra illas pertinaciter differebat. Ita nemo pius Christianę philosophię studiosus, sacre scripturę intellectum putat inuestigandum ab inimicis ecclesię Christi: sed studet sese potius condere in eiusdem ecclesię gremio, quę ab apostolis fundata hætenus, & usque in consummationem seculi, per successiones episcoporum, inter hereticos circumlatrantes, & inter persecutores scientes stetit immobilis. Tertio ex his consequens est, uerum intellectum scripturarum ueteris testamenti, non esse querendum ex Hebraicis Iudęorū glossis & commentarijs. Quamuis enim Hebraicę Iudęorum Biblię magis fida

In episto. ad
Pammach. et
Oceanum.
Obiectio.

Solutio.

Ad Titum.

i. Petri.

Cōtra Cref.
Ib. 1. cap. 33.
Matth. 16.

Secundo.

Augustin. de
uili. credēdi
cap. 6.

Tertio.

mus, quæ additionibus Græcis & Latinis. Et ideo ubi de uero textu inter nos quæstio uersatur, consulimus eorum codices, ut scripturæ sacræ textum uerum teneamus ab his, a quibus eundem accepimus; eiusdem tamen sacræ scripturæ sensus & intellectus magis est querendus ex patrum orthodoxorum commentarijs, quam ex Hebræorum & Iudeorū glossis & expositionibus: præsertim editis post euangelium ab eisdem, de quibus iam est impleta prophætia Christi, dicentis: Auferetur a nobis regnum dei, id est, scripturæ sacræ sensus, & dabitur genti facienti fructus eius. Idcirco Hieronymus cæteriq; patres sancti, cum admonent sacræ theologiæ studiosos, ut ubi quæstio est, recurrant ad Hebræorum codices, & scientiæ ueritatem magis de fonte, quam de riuulis quærant. Fontem, & Hebræorum codices, non illic appellant eorūdem Hebræorum in scripturas sacras commentarios, utpote eorū Talmud, & Caballistas, cæterosq; expositores, siue literaliter, siue allegorice, siue analogice exponentes. Habet quidem Hebræorum synagoga diuersorum generum expositores: habet, qui in literali sensu uersant; habet & alios, qui allegoriam sequuntur; habet & Caballistas, quibus peculiare, omnia in deum reducere. Hieronymus ad Fabiolam recitat mysticam Hebræorū interpretatiōnem super uestibus, preciosisq; lapidibus portandis ab Aaron pontifice. Verum sensus hos & si habeant interdū ueros, in pluribus tamen habent longe diuersos, longeque abhorrentes a sensibus mysticis, designatis ab apostolo Paulo, & in commentarijs orthodoxorum patrum, qui a Christo & Paulo edocti, in exponendis scripturis ueteris legis, regulam habent Christum pro nobis incarnatum, passum & mortuum; in quem ceu in scopum tendunt lex & prophætæ. Iudæis autem inimicis crucis Christi, hanc regulam contemnētibus, liber iste legis & prophetarum, attestantibus Isaia & Paulo apostolo, clausus est. Mensa uerbi dei facta est in laqueum, in retributionem, & in scandalum. Vtq; in hodiernum diem, inquit Paulus, dum legitur Moyse, uelamen positum est super cor eorum; & id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo euacuatur, & cum fuerint conuersi ad deum, per Christum auferitur uelamen. ij. ad Corinthios iij. Sensum quidem literalem nobiscum habent communem, præsertim ubi historię ordo palam textitur. In multis autem non habent, nonnulla exponentes ad litteram, quæ propter tropologiam & metaphoras non sic ad litteram carnaliter sunt accipienda. In lege, in psalmis, & in prophetis prænunciatur gentes ab extremis terræ fluere, properare & uenire aut ad montem sanctum Syon, aut ad Hierusalem. Hæc autem non, quemadmodum ipsi Iudei intelligunt, sunt accipienda de cursu, fluxu, aut corporali gressu ad terrenam Syon, aut Hierusalem in Iudæa, sed de cursu seu fluxu spiritali, qui fit in nouatiōe cordium ex Babylone huius mundi, in spiritualem montē Syon, id est, in unam sanctæ ecclesię societatem, qui adorant in spiritu & in ueritate uerum deum, in omni loco & gente, de quibus in sequenti libro latius. Quarto ex superioribus sequitur: Ea quæ sunt ex causis & rationibus generaliter prohibita, esse interdum quibusdam permissa & concessa, eisdem causis cessantibus. Proinde de Chris

Matth. 23.

De preciosa
ueste Aaron.Psalmo 68.
2. Cor. 3.

Quarto.

de Christianus quisq; iam in fidei sacris eruditus, potens probanda, uel improbanda discernere, licite interdum legit hæreticorum, & Hebræorū commentarios, quemadmodū & apocryphos gentilium & infidelium libros, & id quidē multis ex rationibus, ut uidelicet aut sumat ex eis aliquid, quo ceu proprio mucrone illos iugulet, aut dissoluat argumenta contra ueritatē ab illis conficta, aut etiam discat nomina, uerborum & orationū uires ac proprietates, & quasdam etiam sententias ueras in scripturis sacris ab illis intellectas, accipiat. Vnde & Dionysius Alexandrinus magni Origenis discipulus super hac re, teste Eusebio septimo libro Ecclesiasticæ historiæ, capite sexto, sic loquitur: Ego (inquit) tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perscrutor, etiam si uidear ad horam uerbis eorum pollui. Sed multum mihi confert, quod ex ipsorum uerbis arguere eos possim. Deniq; cum aliquis ex fratribus & compresbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione tanquā fetore canis alicuius polluerer, uisio mihi quedā a deo ostendit, quæ me confirmaret, & sermo ad me factus est, hæc mihi euidenter proloquens: Lege omnia quæcumq; in manus tuas uenerint, quia probare singula quæcumq; & discernere potes. Quandoquidem ab initio hæc tibi fuit causa credendi. Amplexus sum uisionem, quia & apostolicę sententiæ concordabat dicenti: Omnia legite, quæ bona sunt tenete. Hactenus ille. Vnde & scribunt interdum utilia quædam hæretici, & ipsi etiam ethnici. Sic diuus Hieronymus legit hereticorū & ethnicorum libros. Sic & ipse in apologia aduersus Ruffinum loquens: Ego, inquit, in commentarijs ad Ephesios, Origenem, Apollinarem & Didymum, qui contraria habent inter se dogmata, sic secutus sum, ut fidei meæ non amitterem ueritatem. Eorum qui commentaria scribunt officium est, etiam hæreticorum & aduersariorum uarias expositiones refellere, uariasq; & solidas approbare. Commentariorum, inquit, officium est, aliorum explanationes edisserere: quæ obscure dicta sunt, plano sermone manifestare, multorum sententias replicare, & dicere: hunc locum quidam sic edisserunt, alij sic interpretantur: illi sensum suum & intelligentiam his testimonijs & hac ratione nituntur firmare, ut prudens lector cum diuersas explanationes legerit, & multorum uel probanda, uel reprobada didicerit, iudicet quid uerius sit, & quasi bonus trapezita adulterinę monetę pecuniam reprobet. Ceterum & ipse Origenes, Clemens, Eusebius, ipse etiam Hieronymus, alijq; complures, quando de scripturis aliqua disputant, & uolunt approbare quod dicunt, sic solent scribere: Referebat mihi Hebræus, & audiui ab Hebræo, & Hebræorum ista sententiā est. Et scripturam Hebræam interpretantes, interdum non dedignantur per singula loca, quid Hebræis uideat inserere: de quibus prolixè satis Hieronymus in Apologia præfata. Quinto: Ex superioribus consequens est, Iudæos & Christianos habere eandem ueteris testamenti scripturas, sed controuersiam esse, quod ipsi pertinacissime tradunt, & dicunt eas a nobis esse male intellectas prauèq; expositas. At contra, nos constantissime credimus, nec dubitare debemus easdem male ab ipsis intellectas, illosq; in earundē scripturæ expositionibus falli & hallucinari, quod & ipsi itidē de nobis tradunt quæ zelosissime. Verū

Hier. in apo
lo. aduersus
Ruffinum.

Quinto.

nos

nos nec falli, nec decipi reuera nobis persuasum habemus a deo, intus operante in nobis, & testificante per filium suum Iesum, per quem aperuit apostolis & ecclesiae suae sanctae uerum earundem scripturae sensum, omnia fidei nostrae mysteria in lege & prophetis designata. **Creditis in deum, inquit, & in me credite:** quod consequens non esset, nisi & sermo illius, dei sermo esset: & quae ipse loquitur, deus ipse, qui falli non potest, loquitur. **Qui credit in filium, habet testimonium Dei in se.** Quis autem scire non possimus, hanc persuasionem mysteriorum per Christum, per apostolos, & per ecclesiam sanctam catholicam propositorum nobis emanare a deo, intus testificante & operante in nobis, eoque quod diu hic uiuimus, in fide ambulamus: argumentis tamen seu signis quibusdam longe certioribus magisque uerisimilibus, quam sunt ipsorum argumenta, humanitus colligimus hanc nostram, quam intus sentimus suasionem, ab infallibili ueritate descendere, uidentes prophetarum uaticinia de lege & iustitia Christi, & ecclesia illius ex Syon, inter gentes manifestanda in uniuerso mundo, iam olim esse impleta, considerantes ueteris testamenti ad nouum tam congruentia testimonia, tam diuturna uetustate firmata, tanta miraculorum maiestate iam olim declarata, tot martyrum & doctissimorum hominum testimonijs corroborata: & quod maius omnibus est, tantis de domino nostro Iesu Christo perceptis inter huius mundi pressuras experimentis internarum consolationum, quibus pro loco, pro tempore sentit se animus refici, animus uere Christianus, ita gloriatus in cruce domini, & magistri sui Christi, ut nihili faciat omnia huius mundi, carnisque oblectamenta, quae longe absunt a carnalium Iudaeorum mentibus. **Sexto:** Ex superioribus sequitur, oportere omnes sacrae theologiae studiosos, atque expositores in domo dei, quae est ecclesia, habitare unanimes, concordēs, & ut columbas simplices, non moribus seuos, non unguibus uiolentos, & iuxta Pauli apostoli doctrinam, id ipsum dicere omnes, & non esse inter eos schismata, & stultas quaestiones, rixas, & contentiones deuitare, & ad aedificationem fidei omnem sermonem componere ob desiderium ueritatis, & non gloriari in sententiarum singularitate, praetermissis patrum sententijs. Quandoquidem haereticus est, ut mea, inquit August. fert opinio, quae alia cuius temporalis commodi, & maxime gloriae, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones uel gignit, uel sequitur. Haeresis ac schismatis mater, superbia est, & gloria uana, etiam in uiris eruditis, charitate uacuis. Nam & Tertullianus & Nouatianus non paruam, inquit Ambro. scientiam fuerunt, sed quia per zelum perdiderunt charitatis foedera, in schisma uersi, ad perditionem sui haereses creauerunt, contra inueteratum ecclesiae morem confinantes sententias nouas. Hinc dinoscunt haereticorum & schismaticorum dogmata, quae uenerandam patrum antiquitatem contemnunt, quae dissonantiam quandam praeseferant a regula & simplicitate antiquae fidei, quae ex diuersis scripturae locis nouas quasdam sententias, apud ecclesiam uel inauditas ac insolitas, uel olim euentilatas, suspectas, & contrarias eruant: quae falsitates suas occulte intermiscant inter sanctas & uerissimas sententias, quae ipse quoque eorum stylus modicusque docti deprehendat esse diuersus ab humili & modesto sermone sanctorum

De utilitate
credendi, ca. 1.

Ambr. super
13. cap. epi. 1.
ad Cor.

rum patrum, a quibus cum dissentiunt, non cum ea quae decet reuerentia, sed contumeliose dissentiunt: atque id ita faciunt, ut uenerandam antiquitatem obscurent, atque autoritatem patrum hactenus probatam, faciant contemptibilem: cum nihil magis custodiat Christianae ecclesiae fidem, quam & declarare omnium sanctorum patrum secundum successionis seriem easdem fuisse regulas, & fidei, & Christianorum praecceptorum, & commonstrare sicubi dissenserint, eos uel in rebus fidei non dissentire, uel unum, aut alterum suam sententiam aut declarasse seu retractasse, eosque in scripturis exponendis omnem nouitatem abhorrentes tradidisse sententias, quibus corroborentur dogmata ueteris ecclesiae: apud quam semper mansit scripturae ueritas, per quam & ad nos peruenit uerae fidei regula, ueraque uiuendi secundum Christum norma, in euangelicis apostolicisque libris designata. Qua seposita in scripturis exponendis, si quisquam uoluerit suo inniti ingenio, & elaboratissimas sanctorum patrum expositiones recitare, mox in ecclesia Christiana renouabitur omnium antiquarum haeresum ingens aceruus. Ex doctrina euangelica de eunuchis, Matthaei xix. & ex apostolica doctrina primae ad Corinthios vij. & ex alijs locis hactenus didicerunt patres ab initio, meritum uirginitatis maius esse apud deum, quam meritum conjugalis pudicitiae. Sic scripturas intellexerunt, Cyprianus, Ignatius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus. Si quis ergo ex sententia apostoli Pauli dicentis: Hoc autem dico bonum esse propter praesentem necessitatem, ita interpretetur, ut inde concludat, non propter regnum caelorum, sed propter solum praesens seculum uirginitatem esse utilem, tanquam uirgines in futura uita nihil amplius sunt habiturae: is profecto interpretatur scripturas secundum sensum, quem sibi praesumit, qui & iam ante mille annos reprobatus est a patribus, tanquam prorsus a mente diuini Pauli alienus. Virginitas non ob uitanda solum, uel matrimonij onera, uel praesentis uitae incommoda: sed propter futuram gloriam est eligenda. Tractat autem de his latius Augustinus in libro de bono coniugali, & in libro de sancta uirginitate. Cyprianus in Tractatu de uirginitate, & Hieronymus contra Heluidium. Si catholice ecclesiae antiquitas secundum successiones patrum, non sit in scripturis exponendis regula, seu norma unicuique sacrae theologiae studioso praestituta atque praescripta, quibus armis conuincuntur nefanda haereticorum commenta, iam olim conficta ex scripturis sacris praeuoluntate intellectis, & iam olim etiam euerfa a patribus ex eisdem scripturis sacris, interpretatis secundum catholicam ecclesiae spiritum: In exponendis scripturis, si expositoris, seu interpretis intentio non est dirigenda secundum ecclesiae catholicae definitiones, unde prohibebitur, quisquis cum Heluidio ceterisque haereticis, dixerit matrem domini Iesu, non permansisse uirginem post partum, cum adduxerit pro se uerbum euangelicum, & hoc uidelicet, quo dicitur: Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Et illud rursum, quo dicitur, Christus habuisse fratres? Quibus argumentis conuincuntur Iouiniani ineptiae, docentis uirgines, uiduas, & maritatas, quae semel in Christo lotae sunt, si non discrepent ceteris operibus, eiusdem esse meriti: & eos, qui semel plena fide in

1. Cor. 7.

August. fere
per totum.
Veteres patres
de uirginitate.

Matt. 1.

Marci 1.

baptisma

baptismate renati sunt, non posse subuerti, & inter abstinentiam ciborum & præceptionem cum gratiarum actione nullam esse distantiam. Deinde qua uia conuincuntur Pelagiani, dicentes baptismum non prodesse infantibus, eo quod nondum possunt neque credere, neque habere uoluntatem ut baptizentur: Hieronymus quidem congegit scripturas contra huiusmodi errores. Sed quia illis non factebantur haeretici se uictos, aliter interpretantes easdem, & rursus alias pro suis stabilendis erroribus adferentes, idcirco ipse contra eosdem errores commouet totam ueterum scriptorum seriem, Ignatium, Polycarpum, Irenaeum, Victorinum, Iustinum martyrem, addens multos alios apostolicos eloquentes uiros extitisse, qui aduersus Hebrionem, Valentinum, aliosque haec eadem sentientes, plena sapientiae uolumina conscripserunt. Quibus armis confodientur, qui uoluerunt resuscitare Arrii dogma, docentis Christum quidem similem esse patri, & unum cum patre largitate gratiae & concordia uoluntatum, non proprietate naturae. Qua uia explodemus impium Macedonij errorem, docentis filium per omnia similem esse patri, spiritum uero sanctum cum patre & filio nihil habere commune in substantia naturae. Item qua ratione docebimus a fide Christi esse alienos, qui dicunt patrem sic esse unum cum filio, ut ipse filius sit is, qui pater est. Adferbant olim Arriani pro se quadraginta scripturarum capita; quae nisi intelligantur secundum interpretationem ecclesiae, loquentis secundum successiones per patres, Ignatium, Dionysium, Polycarpum, Clementem, ceterosque orthodoxos, tumultuabitur rursus ecclesia, & tot fient schismata, quot capita. Poterimus quoque & nos, uolentes recedere a sententijs iam olim receptis ante mille annos, ex scripturis sacris secundum sensum nostrum interpretandis, multa noua confingere dogmata, deuia ab antiqua fidei regula, ex scripturis positae Matth. v. atque alijs in locis, & secundum illas literaliter intellectas dicere, in omni casu prohibita esse & iuramenta, & bella etiam defensoria, & nunquam esse licitum, aut resistere malo, aut in iudicio contendere nostraque repetere. Quod si has scripturas quis dixerit interpretandas esse ciuilitate, & secundum iura quaedam naturalis aequitatis, quemadmodum reuera sunt exponendae, mox quisque uolens esse pertinacior contra ecclesiae decreta instabit, & dicet eadem ratione scripturas super indissolubili uinculo matrimonij, ad Rom. vii. & 1. Cor. vii. & apud Matth. in v. & xix. cap. oportere interpretationes quasdam recipere secundum rationes quasdam naturalis aequitatis, quibus uidetur expedire matrimonium consummatum interdum ita esse dissolutum, ut liceat utriusque cum altero contrahere. Si uerba Christi iubentis, ut non iuremus omnino, & non resistamus malo, & neque in iudicio contendamus, & id genus alia, recipiant ciuilem intelligentiam, secundum regulas aequitatis expediens societati, & paci conuictus ciuium, cur non & uerba Christi dicentis, ut homo non separet coniuges, quae deus coniunxit, aliaque quibus significare uidetur, matrimonij uinculum esse indissolubile, interpretari possunt secundum talem aequitatem, secundum quam interdum expediri uidetur comitati quorundam matrimonia dissoluere. Pro qua sententia Auicenna Machometista in ultimo lib. suae Metaphysicae, cap. ultimo adfert rationes, quibus probare conatur hoc expedire interdum ciuitatibus: hanc uero

separationem neque esse facile admittendam, neque pendere ex uoluntate mulieris, quae facilis est ad concupiscendum & irascendum, sed in arbitrio iudicis, qui cognoscat causam discordiae, propter quam liceat uiro aliquando uxorem dimittere, alioquin multa damna puenient. Et idcirco interdum oporteret ex arbitrio iudicis interuenire separationem coniugum, & alia querere coniugia: praesertim quando coniuges sese oderunt, & non se admonent ad generandum. Secundum haec & id genus alia coniugij iura apud infideles, fidei Christianae persequutores, si uelimus sacras literas interpretari, deuiabimus a regulis Christianae religionis. Puto, inquit Augustinus, neminem Christianum reluctari illum adulterum esse, qui uel diu languente, uel diu absente sua uxore alteri commixtus est foeminae. Interrogatus Christus, an quaecumque ex causa liceret uxorem dimittere? Respondens secundum uniuersalem sententiam, solam excepit fornicationem, atque eam quidem sic excepit, ut & simul ostenderet per illam uinculum matrimonij non dissolui. Proinde patres, qui non aliter, quam secundum communem & receptam ecclesiae traditionem scripturas sunt interpretati, intelligunt uxorem & maritum hac in re esse pares, ut neuter habeat sui corporis potestatem, & utrunque esse in adulterio, si altero uiuente fuerit cum alio coniuge. Omnes causationes (inquit Hieronymus) Apostolus amputat, apertissime definiens, uiuente uiro adulteram esse mulierem, si alteri nupserit quam diu uiuiter, licet adulter sit, licet Zodomita, licet flagitijs omnibus cooperit, & propter haec scelera ab uxore derelictus, maritus reputatur suae uxoris, cui alterum uirum uirum accipere non licet: quae etiam si per uim alterius acceperit, non potest absque poenitentia communicare ecclesiae. Quotquot igitur plena humilique fide secundum modestiam Christiani pectoris sacras literas tractant, non suae innituntur prudentiae, sed sequentes auctoritatem ecclesiae in omnibus magistrum, non eius solum quae nunc est, sed quae olim fuit ante annos mille, ex communibus & receptissimis scripturae locis, frequenter a patribus discussis & examinatis, non praesumunt inuenire ullas fidei & morum nouas sententias, quae hactenus aut repudiatae fuerint, aut fugerint, aut latuerint ecclesiam. Unde & consulere student doctissimos & oculatissimos patres, in eorum scriptis considerantes ueterem ecclesiae morem. Verum quidem est, quod praetextu religionis Christianae non est turbandus ordo ciuilis iustitiae, aut pax & tranquillitas rei publicae: sed minus turbanda est a Christo instituta sacramenti euangelici sanctitas, quae in nostris coniugibus, inquit Augustinus, plus ualeat, quam fecunditas uteri. Seruanda quidem sunt Christi praecipua secundum regulas quasdam naturalis aequitatis, sed illis iungenda est modestia fidei charitatisque Christianae & euangelicae doctrinae, quae omnibus naturae legibus supereminet, ad quam morales philosophi, innixi solius rationis internae lumini, non perueniunt. His praemissis respondendum est ad argumenta. Ad primum dicimus, admittentes propositionem antecedentem, hanc uidelicet: Ecclesia fidelium quae nunc est, habet eundem fidei spiritum, quem & ea, quae a principio fuit, ecclesia acceperat: sed non inde consequens est, ecclesiam quae nunc est, posse ex eisdem scripturis discere aliam fidem. Nam si sit idem fidei spiritus,

M is facie

Hierony. ad
uersus Hel-
uidium.Arrii haere-
sis.Macedonij he-
resis.Hier. in epi-
st. ad Amandum.Auicenna con-
tra ecclesiam
dissolubili-
tate matri-
monij.Solutioes
argumentorum.

Nō oēs p̄s
in fide fuerūt
pares.

is facit & ecclesiam, quæ nunc est, ex scripturis sacris eadem credere, quæ ecclesia olim credidit. Nequaquæ ergo fieri potest, ut ecclesia, quæ nunc est, ex scripturis aliã habeat fidem, quæ olim habuerit ex eisdem scripturis apostolorum ecclesia. Quemadmodum nec apostolorum ecclesia ex scripturis prophetis aliam habebat fidem, quæ ueteris legis patres. Sed quemadmodum nō omnes in fide fuerunt pares, ita & in scripturis prophetis, & Christi uerbis exponendis ac intelligendis, non omnes credentes sunt æquales. Aliud donum fidei, quæ sic credimus euangelij cæterisque scripturis, ut Christiani sumus. Aliud donum intelligendi seu interpretandi euangelia, cæterasque scripturas. Manifestum est, ueteres iustos, habentes fidei spiritum, non omnes scripturas ex eodem fidei spiritu intellexisse. Arbitramur enim, sicuti & ante nos uenerabiles patres, Augustinus, Gregorius, & Bernardus, intellexerunt ex scripturis sacris secundum incrementa temporum creuisse, & fidem, & scientiam spiritualium patrum: qui quanto uiciniores aduentui domini saluatoris extiterunt, tanto mysterium fidei de redemptione humani generis per Christum plenius perceperunt. Abraham antequam uerbum promissionis diuinitus acciperet, ex fide quadam tunc futuræ redemptionis iustificatus erat, prius quam crederet ex semine suo nasciturum redemptorem, in quo & benediceretur oēs gentes. Ita Moyses scribit deum ad se loquentem dixisse: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis: subaudi, sicut & tibi. Ostendit ergo se de dei notitia & fide, plus aliquid præcedentibus patribus accepisse, quemadmodum & Dauid cum diceret: Super senes intellexi. Sed & propheta Daniel: Pertransibunt, inquit, plurimi & multiplex erit scientia. Vides ergo consequentiam in argumento prorsus inualidam esse. Vnde simili argumento concluderetur, nō magis in hæredum esse apostolis, scripturas prophetarum olim interpretantibus, quam alijs eundem fidei spiritum habentibus. Hoc autem constat falsum esse. Nam tamen idem sit spiritus in oibus creditibus, non tamen in oibus eadem gratiarum distributio, æquale donum intelligendi ac interpretandi scripturas. Quod apostolis est datum, non oibus creditibus datur. Vnde & Paulus 1. ad Corinthios xij. donum fidei distinguit a dono prophetie, secundum quam fit oecultorum & absconditorum interpretatio. Petrus, Paulus, ceterisque apostoli, de quibus dicit scriptura: Annunciauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt: in scripturis prophetis & doctrinis Christi intelligendis magis fuerunt illuminati, quam nunc sunt, Papa, episcopi, apostolorum successores, & forsitan quæ omnia que nunc sunt membra in ecclesia Christiana. Obijcientibus ergo nobis: Si ueteres cum non essent expositiones ullæ, ex spiritu fidei scripturas intellexerunt, cur non licet nobis hodie sepositis interpretationibus humanis, easdem per eundem spiritum discere? Respondemus, ex spiritu fidei scripturas non discit, qui ecclesiam, per quam spiritus scripturas interpretatur, non audit. In his, quæ spectant ad fidei & morum necessitatem, spiritus sanctus nunc dirigit ecclesiam quemadmodum & olim: sed tamen scientiam spiritualium rerum, mysticas intelligentias legis & prophetarum, præcipiebat apostolorum ecclesia plenius, quam ea que nunc est. Proinde generale concilium Papæ, Cardinalium, Episcoporum

Exodi 9.

Psalmo 119.

Daniel. 12.

Obiectio.

Solutio.

scoporum, doctorum, in scripturis prophetis intelligendis & exponendis, non est nunc tantæ autoritatis, quantæ fuerat olim a postolorum collegium, quibus etiam nunc fieri non possit, ut generale concilium, in quo residet totius ecclesie consensus, in fide & moribus ad salutem atinentibus perniciose fallat. Ad secundum argumentum, in quo assumitur: Ea que fidei sunt, nō oportet ab alio discere, quam a spiritu fidei. Respondeo, antecedens hoc secundum sensum quendam est falsum, & secundum quendam est uerum. Nam ea que fidei sunt & salutis, nō oportet ab alio discere, quam a spiritu fidei, qui docet omnem ueritatem fidei & salutis, quam credere oportet, proponens uel per semetipsum sola inspiratio interna, uel per homines, prophetas, uidelicet Christum, apostolos, & ecclesiam. Vnde spiritus fidei docet, quicquid apostoli & traditio ecclesie catholice, in qua spiritus fidei loquitur, hæcenus docuerunt. Omnis uere Christianus ex dono fidei credens ea, quæ ecclesia credit, non humano, uel spiritui, uel testimonio innititur, sed primæ ueritati intus testificanti ea, quæ scriptura sacra & ecclesia proponunt, dicente apostolo Ioanne: Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Apostolis & prophetis credenda proposuit deus ore proprio, intus & foris reuelans fidei articulos. Prophete & apostoli sic a deo docti absque hominum ministerio, nō ideo crediderunt, quia ecclesia tradidit eis, sed quia ipsi audierunt ex ore eius. Nobis autem iam Christum non per os proprium, sed per ecclesiam & scripturam sacram proponit que credere debemus. Ipse tamen est, qui intus per spiritum fidei docet, ut quod ecclesia & scriptura sacra proponunt credamus. Ad uerbum Ioannis dicentis: Non necesse habetis ut aliquis doceat uos, quo uidetur indicare, in mysterijs fidei intelligendis, non esse opus ullius hominis ministerio. Respondeo, Ioannes ad eos loquebatur, qui iam instructi erant de omnibus, que ad necessitatem salutis pertinebant. Ad uerbum Christi, nec uocetur magistri, quia magister uester unus est Christus. Quod tractans Augustinus, inquit, non esse putandum, quemquam hominem quicquam discere ab homine. Respondeo, nō omnem uoluntatem uocandi magistrum uetuit Christus, sed certam, utpote uanam & ambitiosam, secundum quam nō potest quisquam nec uelle se uocari magistrum, nec uelle alium uocare magistrum. Vocare autem uel uocari magistrum tanquam ministrum, aut Christi, aut sub Deo, a quo est omne bonum, non intelligitur esse uetitum. Quemadmodum Christus ibidem tacite uetuit, ne uocemus nobis magistros, dicens: Nolite uobis uocare magistrum super terram, ita ut dicit ibidem: Nolite uocare uobis patrem super terram. Manifestum est autem nos habere parentes, qui nos in terra genuerunt, sicut & magistros, qui nos docuerunt: sed quemadmodum ea, que generantur in terra, ut proles, segetes, uineas, cæterosque fructus, non oportet ab alio sperare, quam a deo, qui dat, creat, producit quicquid natura generat: ita & ea, quæ per uim naturalis industriae, uel ratiocinando, uel inuestigando pariuntur in anima, non oportet ab alio sperare, quam a deo. Veruntamen, sicut in agro non producit fructum deus, si sit colendi & seminandi negligentia: ita nec ipse docet ea, que nobis uel utilia sunt, uel necessaria, si sit discendi segnitia. Quemadmodum in naturalibus rebus, uinearum & agri cultores, non

Solutio. ar
gumenti.

1. Ioan. 2.

Matt. 23.
De cognitio
ne ueræ uitæ
cap. 16. & in
expof. epi-
stolæ Ioan.
tract. 1.

Deus dat quod natura generat.

formatores sunt fructuum, & tamen necessario sua impendunt opera, applicantes semina terris debite preparatis, sine quibus laboribus terra non germinaret. Ita & in animabus nostris magistri, qui uocibus suis nostras foris percutiunt aures, non sunt formatores scientiarum & artium in animabus nostris, & tamen non frustra impendunt suas operas, dum sensibilibus signis exponunt res ipsas intellectui, excitantes illum ad considerandum dependentiam unius ex altera, ut examinando, discurrendo, ratiocinando, uel ex suasio ne aliqua credat ueracem esse eum, qui loquitur; uel ex ratione ad scientiam illius perueniat, quod ignorabat. Vnde & hac ratione concludit Apost. ad Romanos ix. fidem esse ex auditu. Quomodo enim quis posset credere, nisi id quod credendum est conciperetur mente; quomodo mente conciperetur, si non ab aliquo testificatione proponeretur? Et quemadmodum in scripturis deus dicitur facere, quicquid corporalis causa sub deo operans reperitur naturaliter agere, dicente scriptura: Qui produxit in montibus scenum, & herbam seruituti hominum. Ita & deus in scripturis sacris dicitur facere omnem scientiam, omnem ueritatis cognitionem, omnem credulitatem, quam rationalis anima sub deo operans per lumen rationis internae, cooperante libero suo arbitrio, in se parit. Et uide, an ne haec sit doctrina apostoli Pauli dicentis: Nec qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Attamen & qui plantant, & qui rigant ministri sunt dei operantis. Ita Paulus & Apollo sunt ministri eius, cui credidistis. Intellectus uero doctrinae Christi dicentis: Petite, & accipietis. Omnis qui petit, accipit; patet ex his, quae Lucae xi. Saluator ipse docens discipulos orare, praemisit: Si perseverauerit, inquit, pulsans, dabit ei panes quotquot habet necessarios. Quo uerbo deus significatur exaudire orantes. Primo, si perseveranter petant; & deinde, si petant pro pane ad salutem necessario. Postremo, si etiam secundum talenta desuper data sese laborando accommodent ut habeant. Frustra orat agricola ut segetem habeat, qui otiosus & segnus in suo agro non laborat. Manifestum est autem, non totius scripturae intellectum esse ad salutem necessarium. Si quid autem pro qualitate personarum, loci, & temporis nobis uideatur ut sciamus necessarium, id etiam oportet nos supplicii oratione deo fidos, uel ab homine, uel studio nostro discere, quemadmodum Cornelius centurio ad Petrum mittitur instruendus. Virtus autem fidei, quamuis diuinitus uel infundatur, uel inspiretur, ex eaque habita augmentum eius impetretur sola oratione ut in nobis abundet, magisque eam ac magis habeamus; ea tamen, quae nos ex hac fide oportet credere, non semper a solo Deo nobis proponuntur absque hominum ministerio. Ex hac eadem doctrina patet solutio ad sententiam Iacobi: Si quis uestrum indiget sapientia. Loquitur enim de sapientia ad salutem necessaria, quae facit animum pudice, humiliter & caste uiuere, pro qua Sapiens orauit: Da mihi sedium tuarum assidetricem sapientiam. Haec autem est increata, quam habentes ex fide postulamus, ut magis magisque habeamus. De his autem in alijs latius. Deinde & hoc sciendum, quod deus dare dicitur non solum, quod sine ministerio creaturae causae nobis largitur (nam & sic raro facit) sed & id etiam, quod

tribuit nobis per causas naturaliter aut uoluntarie operantium ministeria. Ipse dat quicquid natura generat, donat omnem fructum, quem per causas naturales sub ipso operantes accepimus: ita & ipse dat omnem fidem, omnem uerarum scripturarum intelligentiam, quam uel per ecclesiam, uel per hominem interpretem, uel per sanctorum patrum scripturas discimus. Ex supradictis itaque manifestum est, quemadmodum frustra pro fructibus terrae oraret, qui otiosus in agro suo nec plantaret, nec seminaret: ita & frustra orat pro scripturae intellectu, qui segniter uiuens laborē discendi non impedit. Et quemadmodum agricola, qui iam laborat & seminat, iusta ratione etiam orat deum, ut ad suam salutem quod sperat detur ab illo: qui nisi dederit efficaciam generandi, uacuus & inanis erit omnis labor humanus. Ita & in scripturae sacrarum agro, qui studio & labore curat proficere, iusta etiam ratione debet orare. Quamuis igitur oporteat unumquemque sacrae theologiae studiosum ad scripturae intellectum peruenire supplicii oratione, spiritus sancti operatione, & collatione scripturarum ad inuicem, non tamen inde consequens est eum debere aut seponere, aut rejicere sanctorum interpretationes, & magistrorum doctum seu interpretantium officia: quin potius sic debet quisque ad intelligendum scripturas accedere, ut primum sese humiliter instituendum submitat ipsi deo, deinde homini praecceptorum, magistro, & ecclesiae, in qua usque ad consummationem seculi residet spiritus ueritatis, docens in his, quae ad necessitatem fidei & salutis sunt, omnem ueritatem. Vtruncque proinde caueat, ne uidelicet innixus suae prudentiae, ita suo se fidat ingenio, ut arbitretur non opus esse sibi humano magisterio: rursus ne ita fidat in munere diuino, ut arbitretur non opus esse sibi labore suo aut studio. Sic olim sancta apostolorum ecclesia intellexit magistri sui Christi doctrinam, dum discipuli in Antiochia, non per solum fidei spiritum seposito humano consilio, presumebant ea, quae de fide & moribus in quaestione ueniebant, a deo petere: qui non innitentes solum supplicii orationi, miserunt ad apostolos & seniores in Hierusalem. Sic & Paulus instituendus in fide, missus est ad Ananiam. Sic & ad Petrum Cornelius centurio. Ut quod opus erat mittere, si per solum spiritum supplicii oratione poterant discere: Cur deus, qui per seipsum fidem inspirat, qui & cuncta cum uult potest reuelare, mittit nos instruendos ad homines? Nisi quatenus intelligamus ipsum docere id etiam, quod per hominem discimus. Ad id uero quod in eodem argumento assumitur, oportere nos credere euangelio, propter testimonium non hominum, sed dei intus docentis: cum iuxta apostoli Pauli doctrinam, fides sit dei donum. Dicimus uerum quidem esse, omnes Christianos nos credere euangelio, ex inspiratione spiritus sancti intus loquentis & docentis. Sed & hoc sciendum, quod spiritus sanctus multipharam multisque modis loquitur, suggerens & testificans, nunc per scripturam, nunc per ecclesiam, nunc per angelum atque praedicatorum. Sicut olim dei donum erat fides ueterum patrum, credentium deum loqui in patriarchis, in Moyse, in prophetis, in quibus reuera spiritus dei loquebatur: ita & nunc dei donum est, fides Christianorum credentium deum fuisse locutum in Christo, in apostolis, & per apostolos, nunc in scripturis canonicis & in ecclesia Christianorum, usque in consummationem seculi.

Psalmo 146.

1. Cor. 3.

Actum 17.

Act. 2.

Act. 10.

Iacobi 1.

Sapien. 9

Spūs sanctus per multos loquitur.

Ioan. 14.

Solutio, ar
gumenti.

Ad id aut quod ultra assumitur: Hieronymus, Augustinus, & totus Christianorum coetus, fuerunt homines, qui & falli, & fallere possunt, dicente scriptura: Omnis homo mendax. Fatemur homines ex se posse & falli & fallere: sed spiritu sancto uiuificante ecclesiam Christianorum, & habitante in ea, & dirigente eam usque in consummationem seculi, in his quae sunt fidei, & de necessitate salutis, nec fallit, nec fallitur unquam. Mittam uobis paraclatum (inquit Christus) spiritum ueritatis, ut maneat uobiscum in aeternum. Omnis homo ex se quidem mendax est, deus autem, qui in homine & ecclesia loquitur, uerax. Vnde & simili argumento concluderetur, prophetarum & apostolorum ecclesiam in docendo fidem potuisse errare, & scripturam eorum a nobis posse haberi tanquam incertam, humano spiritu compositam, cum in ea nihil habeamus scriptum digito dei, quae & tota est nobis administrata per hoies, in quibus credimus locutum esse dei spiritum. Ad argumentum tertium, in quo assumitur ne amini licere secundum suum humanum spiritum scripturas intelligere. Dicitur enim oportere unumquemque sacrae theologiae studiosum conari, ut scripturas sacras intelligat eodem spiritu, quo scriptae sunt: sed non inde consequens est, unumquemque in scripturis intelligendis suae posse inniti prudentiae, sepositis sanctorum patrum interpretationibus. Spiritus ueritatis olim ecclesiae datus, manens cum eadem usque in consummationem seculi, cum sit spiritus humilitatis, charitatis, unionis, & pacis, non suggerit, ut sepositis interpretationibus additis & conscriptis ab hominibus, innitatur prudentiae nostrae, neque ut sepositis literis sacris inhareamus solis hominum commentariis: sed suggerit, ut scripturas intelligamus ex scripturis secundum traditionem ecclesiae interpretatis. Traditiones autem ecclesiae in his quae spectant ad necessitatem fidei salutaris, aut demonstrantur ex sacris scripturis manifestis, aut traduntur ex scripturis patrum, secundum successionis seriem ad nos deuolutis. Ad id autem quod obijcitur ex quadam erronea sententia Cypriani, de baptismo ab haereticis suscepto, sentientis aliter quam debuit. Dicimus hoc non solum non ob stare supra dictis, sed magis corroborare. Nam & Cyprianus sic errans, aliter sentiebat, quam forma & consuetudo habebat Romanae ecclesiae, scripturas quasdam male interpretans: intelligens ex ipsis illos oportere rebaptizari, qui ab haereticis aut schismaticis fuerant baptizati. Error igitur ille non accidit illi propterea, quod innixus fuerat consuetudini communis ecclesiae, aut antiquis interpretationibus patrum, sed potius e contrario, quod paucorum episcoporum sub Agrippino conuenientium, sententiam adhaeruit: non satis studiose attendens ecclesiae & antiquorum patrum morem, deserens uetustam Romanae ecclesiae consuetudinem, seruans nihilominus unitatem pacis & charitatis cum eis, a quibus diuersum sentiebat, in ea praesertim re, quae nondum tunc erat illo manifesto ecclesiae iudicio eliquidata. Vnde de hac Cypriani sententia sic loquitur Augustinus: Non accipimus quod de rebaptizandis haereticis & schismaticis Cyprianus sensit, quia hoc ecclesia non accepit, pro qua Cyprianus suum sanguinem fudit. Correxisset istam sententiam Cyprianus non legisset: non ingruenter tamen, inquit, de tali uiro existimandum est, quod correxit, & fortassis suppressum sit ab

eis.

eis, qui hoc errore nimium delectati sunt: quantum non desunt, qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contendat: sed sub eius nomine a praesumptoribus & mendacibus fuisse confictum. Nec enim sic potuit integritas atque notitia literarum unius uiri, quamlibet illustris episcopi custodiri, quemadmodum scriptura canonica, tot linguarum literis & ordine, ac successione celebrationis ecclesiasticae custodita. Contra quam tamen non defuerunt, qui sub apostolorum nomini bus multa confingerent: frustra quidem, quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est. Nos tamen duas ob causas, inquit, non negamus illud sensisse Cyprianum, quod & stylus eius habet quandam propriam faciem, qua possit agnosci: & quod ibi magis nostra causa contra Donatistas monstratur: aut ergo Cyprianus non sensit, quod eum sensisse recitatur: aut hoc postea correxit in regula ueritatis, aut hunc quasi nequam sui candidissimi pectoris cooperuit ubere charitatis, dum unitatem ecclesiae toto orbe crescentis copiosissime defendit, & perseverantissime tenuit uinculum pacis. Haec ille in epistola ad Vincentium, Humanum ergo spiritum sequuntur, qui exponentes scripturas, moluntur sensum a sententijs patrum & ecclesiae alienum in fide & moribus confingere. Id quidem ne fiat, prima sit cura, omnium librorum ueteris nouique testamenti sententias ex prisca illis interpretibus discere. Longe alia & iam est, & olim fuit omnium haereticorum consuetudo, qui sprete his, quae ueneranda nobis tradidit antiquitas, sententias in fide & moribus nouas confinxerunt. Nouatiani, Arriani, Pelagiani, Donatistae, uiri olim in scripturis secundum superbiam humani ingenij exercitatissimi, idcirco in suas prolapsi sunt haereses, quod easdem scripturas interpretati sunt contra ueterem totius ecclesiae consuetudinem & traditionem. Contra uero, ecclesiae praesens semper honorauerunt suorum praedecessorum sententias, intel lectum quod scripturas tum ex scripturis lucidioribus, tum ex sacris interpretibus, tum ex antiquis ecclesiae traditionibus studuerunt addiscere. Irenaeus & Tertullianus haereticis suorum temporum, antiquam ecclesiae consuetudinem obiecerunt. Cyprianus nullum diem, inquit Hieronymus, praetermiserat, quo non aliquid ex commentarijs Tertulliani audiret. Hieronymus autem Gregorio Nazianzeno interprete, sacras literas didicit. Augustinus in scripturarum expositiōibus Ambrosium habuit interpretem. Optima quidem ratio interpretandi seu exponendi literas diuinas est, si locum obscurum ex aliorum locorum collatione reddamus illustrem, & mysticam scripturam mystica scriptura sacra exponamus. Vnde & ecclesiastici patres semper studuerunt seruare ab initio hanc regulam. Sed sunt quaedam in scripturis loca, quorum intellectus nondum ecclesiae innotuit, dum in ecclesia alij sic, alij autem sic interpretantur. Vbi incipiant & ubi finiant Danielis hebdomadae, adhuc incertum esse uidetur, quis certum sit eas iam longum tempus praeteriisse. Huius generis multa sunt in scripturis propheticis obscura & ambigua. Quod si apostoli forsitan habuerunt omnium scripturarum prophetiarum sensus, ipsi tamen illos in scripturis nobis non tradiderunt: sed illa cura uerunt tradere, quae ad necessitatem fidei & morum ecclesiae spectat, quae nihil est in uno scripturae loco obscure dictum, quod non alibi in eadem scriptura planissime dicatur. Scriptura sacra, inquit Gregorius, tota quidem propter uos scripta est,

M iij sed

Cypria, uni
tate ecclesiae
perseuerantissime serua
uit.Hier. in epist.
ad Pammach.
& Oceanum.
Aug. li. Con
fess. cap. vii.
Aug. lib. 3.
de doctrina
Christi. ca. 26Aug. in epist.
ad Vincentium
quae est 48.

sed non tota intelligitur a uobis. Multa quidem in illa sunt aperte scripta, ut pascant paruulos. Quaedam uero sunt scripta obscurioribus sententijs, ut exerceant fortes, quatenus cum labore intellecta plus sint grata. Quaedam uero ita sunt in obscuris clausa, ut dum illa non intelligimus, agnoscētes infirma cæcitatatis nostræ, ad humilitatē magis, q̄ ad intelligentiam proficiamus. Hic iam si obijciatur: In scripturis si ita quedam sunt clausa, ut quis fuerit sensus ab authore & spiritu sancto designatus, nondum ecclesie innotuit: frustra igitur sunt scripta. Respondeo ex supra dicta Gregorij sentētia, consequētiam esse inualidam. Quaedam em̄ sunt obscuritatibus inuoluta, ut agnoscētes cæcitatē nostram humiliemur, & ardētius cupiamus intelligere. Verbū aut̄ Hilarij in argumēto corrupte citatur. Primo de Trinitate lib. sic admonet, ut optimus diuinorū uoluminū lector, dictorū intelligentiam expectet ex dictis potius, q̄ imponat, & retulerit magis, q̄ attulerit: neq; cogitet id uideri dictis contineri, quod ante lectionem presumpserit intelligendū. Et ista sentētia nō solum nō obuiat supra dictis, sed magis corroborat illa. Ad id qd̄ argumēto adijciatur, Patres in exponēdis scripturis esse dissentientes. Respondeo, patres quidē dissentire interdū super scripturā intellectu, alijs sic, alijs nō sic exponentibus. Sed aliud est disputare, disceptare ac dubitare, quinam fuerit huius, uel illius scripturæ intellectus: aliud dubitare ac disputare, an sensus in scriptura significatus fuit uerus. Nam istud minime licet, illud aut̄ pie, & frequēter cum pace catholica in plerisq; locis obscuris contingit inter sacra scripturæ interpretes. Ad quartū argumentum, in quo assumitur, maiorem esse scripturæ sacrę authoritatē, q̄ ecclesie maiestātē. Dicimus falsam esse propositionem hanc antecedentem. Nam scriptura sacra in pargamena scripta, cum sit ipsius ecclesie testimonium, posterior est ecclesia, quā utriusq; secundum naturam prius sit euangeliū, seu ueritas euangelij. Aliud aut̄ euangelium, aliud scriptura euangelij. Deinde aliud est scriptura euangelij intus scripta in cordibus apostolorū, aliud scriptura euangelij foris scripta corporalibus literis: quemadmodū & in prophanis, aliud testis, aliud res quę testatur, aliud de re ipsa testimonium, siue dictū, siue scriptum. Erat quidē euangelium, cum ad apostolos loqueret̄ Chrs̄: Euntes in uniuersum mundū, predicatē euangeliū uniuersę creaturę. Sed nondū erat scriptura foris in mēbris scripta ullius ex iij, euangelij, nec scriptū adhuc foris erat euangeliū Math. Vnde cū Chrs̄ anteq; pateret̄ cohibebat discipulos Magdalene indignātes, dicēs: Quid molesti estis huic mulieri? Amen dico uobis, ubicūq; predicatū fuerit euangeliū hoc in toto mūdo, dicet̄ qd̄ hęc fecit in memoriā eius. Nō illic euangelij noīe significat̄ scriptura euangelij ædita a Mattheo, q̄ nondū erat, nisi forsītā dixeris Christū demonstrasse scripturā euangelij scdm̄ Mattheū, quā in spiritu futurā uidit: qd̄ nō oportet. Vnde ex Tertul. uetustissimo, libro iij. aduersus Marcionem discimus, apud Iudæorū synagogā aliā, q̄ est apud nos, legem fuisse, aliūq; sermonē, aliāq; documēta, sed nō aliam fidē, nō alia salutis mysteria, cū nihil in nouo sit instrumēto, qd̄ nō in ueteri figuris & umbris plenius significetur. Aliud ergo euangeliū, aliud scriptura euangelij. Quamuis euangeliū nomine

nomine, interdum sermo ipse euangelicus, siue scriptura euangelij designet. A cunctis fidelibus euangelium nuncupatur, ueneratur & colitur. Et q̄ Græcū est uocabulum, multis Latinis est incognitū. Proinde nomen illud oēs quidē Latini dicunt, sed non omnes intelligunt quod dicunt. Euangelium est bonæ rei nuncium, a Christo manifestatum, in scripturis legis et prophetarū uelatū. Vnde dicitur euangelium pacis, euangeliū regni cælorū, euangelium salutis æternæ, euangelium gloriæ dei, euangelium gratiæ & misericordiæ, euangeliū magni gaudij. Et apud apostolum Paulum: Euangelium uirtus dei est in salutem omni credenti. Euangelista, bonæ rei nuncius. Euangelizare, est bona hæc annunciarē, regnum uidelicet cælorū, pacem, salutē eternam, gratiam & misericordiā. Quæ sane oīa iam per Iesum Christum sunt facta & manifestata. Anteq̄ euangelium esset in scripturis reuelatum, angelus pastoribus iam euangelizabat, i. euangelium prædicabat, ceu salutis eternæ nuncium illis reuelabat. Ecce (inquit) euangelizo uobis gaudium magnū, quia natus est hodie uobis saluator. Patet igitur ex uerbo Pauli: Si q̄s uobis aliud euangeliza uerit, &c. non esse consequens scripturā euangelij a Mattheo ædita esse prius, & maioris authoritatis ac potestatis, q̄ fuerit primitiua apostolorū ecclia. Vnde nō est inutile pro intellectu huius considerare, qd̄ interfit inter scientiā & fidem, inter uidere & credere. Quemadmodū ea, q̄ a nr̄i corporis mētisq; aspectu absunt, credimus hoībus dicētib; aut scribētibus, non propter eorū testimonia, seu dicta, aut scripta in se, tanq̄ illa contineant in se credulitatis sue apparentiam seu rationē, quę ad credendū moueat, sed e contrario potius testimonij, tum dictis, tum scriptis credimus per hoīes ita testificantes, de quibus aliqua ratione persuasum est nobis, eosdem esse probatos & dignos, quibus fides habeatur, sicut & instrumētis fidem habemus, propter testes fide dignos, quorū chirographis sigillisq; eadē instrumenta esse communita. Et cōsideratione huius, inquit August. Ego euangelio nō credere, nisi me ecclesie commoīeret autoritas: ecclesiam intelligens, non particularē hanc uel illā, sed uniuersalem & catholicam, quę una & eadem est secundū membrorū suorum incrementa, de qua in libro contra Faustū Manichæū: Palam est, inquit, quantū in re dubia ad fidem & certitudinē ualeat catholice ecclesie autoritas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum, usq; in hodiernum diem, succedentibus sibimet episcopis secundum seriem successionis, & tot populorum consensione firmatur. In hac ecclesia factis, signis & miraculis deus olim demonstrauit se loqui, in apostolis primitus a Christo missis, accipiētibus uisibili signo spiritum dei, spiritū ueritatis, qui & palam eorum doctrinam probauit sub attestatione signorū & prodigiorū, quemadmodum dicitur Marci ultimo: Illi aut̄ profecti prædicauerunt ubicq; dño cooperante, & sermonē confirmante, sequentibus signis. Proinde ecclesie illius ueracitas magis erat manifesta, q̄ ueracitas scripturę euangelicę. Quippe quę cognoscebat̄ esse sacra & uera ex ea, quæ tunc erat ecclesia, cui ipse Christus perhibuit testimonij, & uiua uoce signorū & prodigiorū attestacione. Proinde fides tūc ex persona probāda ueniebat. In ecclesia aut̄, quę nūc est, Christus nec sic præ

Quid sit euangeliū.

Gal. 1.

In lib. cōtra epist. Manichæi, quā uocant fundament. cap. 5. Lib. 11. cap. 2.

Solutio argumētū quartū.

Matt. 16.

Tertullia. in principio.

sens

sens propria uoce loquitur, nec se loqui ostendit sub attestatione prodigiorum & signorum, nec spiritus sanctus in ea iam ita manifestus apparet in signorum et prodigiorum attestacionibus, quibus nunc non opus est ad corroborandam euangeliorum doctrinam, olim multifariam & sufficienter corroboratam, Proinde fides non amplius ex personis probanda uenit, sed e contrario ex sua fide probantur personae, sicut & ex scripturis sacris cognoscitur ea, quae nunc est ecclesia. Et idcirco uera Christi ecclesia, quae nunc est, quis habeat eundem fidei spiritum, quem habuit & ea, quae olim fuit, ipsam tamen non sic ex manifestis signis desuper datis iam cognoscimus, nec tamen nobis est occulta & abscondita. Nam & eam manifestius & abundantius, quam olim ante Christum ex scripturis sacris cognoscimus, secundum doctrinam prophetarum & Christi, certo scientes esse eam, quam ex Iudeorum synagoga deserta creuit in omnes gentes per apostolorum predicationem, & ita illam remanere, apud eos, qui apostolicas seruauit traditiones, sub eadem fraternitate in omni loco & gente, habentes eundem deum patrem, iustificationem omnia uia ueritatis membra, eandem symboli legem, eandem sacramenta, easdem scripturas, easdem scripturarum interpretationes in his, quae ad legem fidei & morum attinent. Apostolorum igitur ecclesiae olim credebatur populus, quia dominus illi testimonium perhibebat, signis, prodigijs, & scripturis doctrinam illius approbando. Ecclesiam autem quae nunc est, eatenus cognoscimus & credimus, quatenus apostolicas scripturas & traditiones honorat, praedicat secundum praecedentium seriem ecclesiarum. Haecclesia non nouam fidem debet dare, sed potius quod praedicatum est, ad animam & sanguinem confirmare. Et ex huius consideratione dicit Apostolus: Sed licet nos, aut angelus de caelo euangelizet uobis, praeterquam quod euangelizamus, anathema sit. Concedimus itaque maiorem esse auctoritatem scripturae sacrae, quam ecclesiae quae nunc est in terris, in se considerata, non habita uidelicet consideratione ad priores ecclesias, ex quibus una cum ista, quae iam est, constituitur tota ecclesia catholica, successione temporum continuata, sicut tempus quod nunc est, continuatur tempori praeterito, quis ecclesia quae fuit non sic ut tempus praeterierit, quippe quae iam in caelo triumphat, expectans donec omnium membrorum integritate fuerit consummata. Quod si uelimus ecclesiam intelligere uniuersalem, quodammodo maior est ecclesiae docentis, quam scripturae loquentis auctoritas, & quodammodo eadem atque aequalis propter multa. Primum, quia scripturam hanc esse sacram atque diuinam, habemus ex illius testimonio, quod secundum seriem successionis, has easdem scripturas sacras esse docet. Deinde, quia eadem ecclesia docet quaedam ad fidem & religionem Christianam attinentia, quae ex scripturis sacris demonstrari non possunt. Postremo, quod ex eiusdem ecclesiae doctrina attingimus uerum scripturarum intellectum, in his, quae ad fidem & mores spectant. Horum itaque consideratione maior est ecclesiae, quam scripturae sacrae auctoritas. Eadem uero quodammodo & aequalis, quia utrobique est unus & idem spiritus loquens & docens. Unde & scriptura nihil aliud est, quam testimonium ipsius ecclesiae, scriptum ex spiritu sancto, testificantis & loquentis. Et quemadmodum ecclesia regitur in fide & moribus secundum scriptu-

ras sacras, sic & scripturae sacrae intelliguntur non secundum sensum, quem sibi unusquisque praesumpserit, sed secundum sensus, quos spiritus sanctus haec tenus per ecclesiam docuit, docet & suggerit, dicente magistro ecclesiae Christo: Paracletus, quem mittet pater in nomine meo, ipse uos docebit omnia, & suggeret omnia quaecumque dixero uobis, cum uenerit ipse spiritus ueritatis manebit uobiscum in aeternum, & docebit uos omnem ueritatem. Et quauis ecclesia non possit aut definire aliquid contra scripturas sacras, aut extra scripturas sacras condere nouum fidei articulum, qui non antea fuerit de ueritate fidei, nec discernere quodlibet pro suo arbitrio, nec augere euangeliorum numerum: utique tamen potest per spiritum ueritatis semper in se habitantem, docere id, quod pridem occultum erat, & ad fidei ueritatem pertinebat, declarare et manifestare, uel ex scripturis sacris iam manifestatis, uel etiam traditionibus apostolicis, ad nos serie tracta deuolutis, uel alias diuinitus reuelatis. Hic autem si dixeris, oportet nos credere euangelio, non propter testimonium hominum, aut ecclesiae, sed propter testimonium dei intus docentis: cum iuxta doctrinam Pauli apostoli, fides sit dei donum, non ex operibus. Patet responsio ex his quae diximus in solutione argumenti secundi. Omnes ueri Christiani euangelio credunt ex uirtute spiritus sancti, intus operantis fidem in cordibus suis, & loquentis in ipsis. Verum spiritus sanctus multifarie loquitur, suggerens nunc per scripturam, nunc per prophetas, nunc per apostolos, nunc per ecclesiam. Ad argumentum quintum respondeo, propositionem assumptam esse falsam, quae dicitur, in omnium patrum scriptis inueniri errores, intelligendo de erroribus in fide, & moribus Christianae religionis perniciosis. In his enim consona uoce scripserunt ecclesiastici patres ab exordio primitivae ecclesiae secundum successionis seriem ad haec usque tempora. Quod si ex propria industria interdum aliquid dicendo errauerint, non pertinaciter id praesumpserunt defendere, submittentes omnia sua ecclesiae iudicio. Et cum in argumento assumitur, sanctorum patrum interpretationes super scripturas saepe uariant, & unus sic, alius autem non sic, sed aliter interpretatur. Respondeo: Aliud est errare in expositione, aut translatione scripturarum, & non attingere uerum scripturae sensum ab autore scripturae significatum. Aliud est errare in regula fidei, aut in uia morum. Aliud est intellectus scripturarum, aliud fides scripturarum. Nam & credimus uera esse etiam ea, quae nondum intelligimus, aut de quibus uel dubitamus, uel pie opinamur. Credimus uera esse omnia, quae afferuntur in Apocalypsi Ioannis, & in libris prophetarum, quamuis non omnia intelligamus. Credo uerum esse quod dicit Saluator: Regnum caelorum simile est grano sinapis, quauis nondum sciam, quid nomine regni caelorum uoluerit significare. Item, credo uerum esse, quod in nouissimo die stellae cadent de caelo, & uirtutes caelorum mouebuntur. quamuis non intelligam, quid Saluator nomine stellarum, & quid per casum de caelo intellexerit. Unde sacra scriptura prius est credenda, quam intelligenda, dicente Isaia propheta secundum translationem septuaginta: Nisi credideritis, non intelligetis. Fides exercitationi scripturarum est preferenda. Scripturarum sacrarum expositores discor-

Ex scripturis sacris cognoscitur ecclesia, quae nunc est.

Gal. 1.

Scripturae testimonium ecclesiae.

Eph. 1.

Solutio argumenti quinti.

Matth. 13.

Isaia 1.

Aiaie 7.

Cōtra 2. epi.
Pelagia. li. 1.
cap. 10
Rom. 7.

discordant crebro in scripturarū intellectu, dum unus alias sententias ex eis-
dem intelligit, q̄ alter. Verum expositiones singulorū sunt consonę regulę fidei
dei & morum. Vnde & ipsi catholici interpretes, ex uno idiomate in aliā scri-
pturam transferentes, diuersas quandoq; tradunt sententias, sed non contra-
rias moribus fidei Christianę religionis, cum singulorū sententię, uel ex alijs
sacrę scripturę locis, aut ex aliqua traditione ecclesię deduci ualeant, uel in
rebus gestis factisq; consistant: quę siue sic, siue aliter, siue aliā intentione, si-
ue alio tempore aut loco fuerint facta, nullum est in lege fidei periculum: ubi
oportet non pertinaciter unius, aut alterius sententijs inherere, sed per opinio-
nem & coniecturam potius sententias tradere, donec uel experimento, uel ex
alio scripturę loco una aut altera sententia fuerit demonstrata. Et huius dis-
tinctionis ignorantia traxit nonnullos a ueritate fidei in errorem: qui uiden-
tes in scripturis tam uarias interpretantiū sententias, arbitrati sunt fidem no-
stram consistere ex solis opinionibus magistrorū interpretantium, in cordi-
bus suis scandalum patientes oculū de religione Christiana. Ad id quod in
argumento assumitur, Augustinus est contrarius suis predecessoribus in ex-
ponenda doctrina Pauli: Ego autē carnalis sum, uenundatus sub peccato, nō
quod uolo bonum, hoc ago. Respondeo: Nullum est inter Augustinū & pa-
tres cōtrarietas in sententijs datis, sed in scripturarū intellectu, dū utriusq; par-
tis sententię intellectu ex v̄bis apostoli sunt uerissimę. Nam & uerba Apo-
stoli conueniunt homini iam sub gratia constituto, secūdam sensum quendā,
quem magis placuit Augustino in uerbis Apost. intelligere. Secūdam aliū
uero sensum etiam uerissimū, quē magis placuit alijs patribus in uerbis Apo-
stolicis designare, conueniūt homini nō sub gratia, sed adhuc carnaliter uiuen-
ti. Vnde nec August. uoluit ita pertinaciter contra expositiones præcedētes
defendere ueram suam sententiā fuisse in Apostolo designatam, quin & ad-
miserit aliorū patrum sententijs ex uerbis Apostoli intellectas etiā esse uerissi-
mas. Nec patres ita pertinaciter asseruerūt ueram suam sententiā intelligi in
eisdem Apostoli uerbis, quin & audiētes Augustini expositiōes, admiserint
eas in apostolicis uerbis intelligi potuisse. Vtriusq; ergo sententię uerę sunt,
sed controuersia est, an istas ueras, an potius illas ueras, uoluerit Apostolus
designare. Intelligit Augustinus uerba ipsa Apostoli secūdam sensum quē-
dam proprium & necessarium conuenire etiam homini sub gratia cōstituto,
& ita Apostolum dixisse huiuscemodi uerba pro se, iam prorsus conuerso.
Nam iustus quisq; constitutus in corpore mortis huius, adhuc carnalis est,
uenundatus sub peccato, faciens malum quod odit, mente seruiens legi Dei,
carne autē legi peccati: nō q̄ ipse secūdam carnem ambulet, sed q̄ ea quę car-
nis sunt sentiat, dum caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus car-
nem. Patres autē intellexerūt uerba illa Apostoli secūdam sensum, quem ipsi
conceperūt, nō posse homini conuenire sub gratia, & ita Paulum hoc dicen-
tem in se transfigurasse personam ueteris status, intelligētes hominem carnalē
& carne seruientē legi peccati esse, qui secūdam carnem uiuit, licet mente sen-
tiat stimulos spiritus, & interioris legis contra carnem. Ad aliam contrarieta-

tem,

tem, quę recitatur fuisse inter Augustinum & Hieronymū de uerbo Apo-
stoli: Oportet episcopum esse unius uxoris uirum. Quo uerbo patres isti in-
tellexerunt, Apostolum iussisse ne bigamus in episcopum ordinetur: ubi con-
trouersia est inter Hieronymum & Augustinum, Hieronymo docēte, eum
qui unam habuit uxorem ante baptismum, & secundā duxerit in Christiani-
simo, nihilominus posse ordinari in episcopū: Augustino uero docente con-
trarium, talem uidelicet ordinari non posse. Respondeo, q̄ huiuscemodi con-
trarietas erat in re, quę nondū erat aut per scripturas sacras, aut per uniuersa-
lis ecclesię concilium elucidata. Ex his prædictis patet similiter esse respon-
dendum ad contrarietate, quę fuit inter Cyprianū & alios patres super ba-
ptismo ab hæreticis suscepto. Huiuscemodi errores in altera parte erant sine
pertinacia, sub sanctę matris ecclesię seu apostolicę sedis iudicio, salua pace
& unitate: & in his rebus, super quibus non erat ueritas per uniuersam eccle-
siam manifestata. Vnde sunt nonnulla, in quibus olim dubitare fuit permis-
sum, quę iam firmiter credere & obseruare est necessarium. Ad illud, quod
in argumēto adijcitur de contrarijs aut diuersis interpretantium sententijs su-
per hebdomadibus Danielis, & super supputationibus temporū, annorū, &
regum, de quibus in scripturis sacris est sermo, similiter dicemus, hanc inter-
pretantium altercationē concurrere in unitate fidei. Nam & oēs catholici sa-
crę theologię interpretes, q̄tenuis dissideant in supputationibus regū & pon-
tificum, & annorū huius uel alterius regni, conueniunt tamen in unitate fidei,
de Christo iam olim nato, & in illo esse adimpletū Danielis uaticinium, quō
unus aut alter errauerit, plerūq; aut in numeris annorū regum, aut pontificū
Iudæorū, aut super initio hebdomadarum, super his, quę ex scripturis sacris
probari non poterant, mutuantes pro sua sententiā stabilienda, sententias ex
historijs gentilium & Græcorum, non sic diuino spiritu editis. Vnde & sciē-
dum est, q̄ Iudæorū rabbini post Christum natū, partim ex ignoratiā (mutas
antes descriptiones temporū, annorū, ac successorū regum Persarū a Græcis,
qui sunt in historia fallaces) partim in odium fidei Christianę, longe aberrarunt
plerunq; in supputationibus annorū regum gentilium, de quibus in sa-
cris literis scribitur fuisse negotij aliquid cum Iudæorū populo. Prouenit &
plerunq; sic aberrandi occasio per multitudinē regum sortientū idem nomē,
aut Darij uidelicet, aut Assueri, aut Artaxerxis, & Nabuchodonosor. Quibus
contigit, ut septuaginta Danielis hebdomadas reddiderit nobis tam ob-
scuras, ut tanta sit ferme in sumēdo illarum hebdomadarū initio sententiarū
diuersitas, quanta sit scribentium uarietas. Super quibus si inspiciamus, & ad
ueram Metasthenis Chronographiam de monarchijs regum publica autho-
ritate scribentis, usq; ad tempus Alexandri Magni, & disertissimi Philonis
chronographiam, hæc ipsa ex successione pontificum Iudæorū, declarantis
usq; ad sua tempora post Christum natū, luce clara deprehēdemus lxx. Da-
nielis hebdomadas concurrere in tempus Christi, iā olim nati, quem admodū
latius ostēdemus in libro sequenti. Ex his patet responsum ad argumentum
vi. ex dicto Hieronymi ad Galatas dicētis: Quicunq; scripturā aliter intelli-

Augu. super
epist. ad Titū
Hier. in epi.
ad Ocea. qui
incipit: nūq;
fili Oceane.
Contrarij
inter se sentē-
tię Augu. &
Hieronymi.

De hebdoma-
tibus apud
Danielē.

N

git

Solutio argu-
mēti sexti.

git, q̄ sensus efflagitat spiritus sancti, a quo scriptura est, licet ab ecclesia non recesserit, tñ hereticus potest appellari. Nam Hieron. illic tacite occurrit que stioni sibi forsitan obijcienda. Cum alibi ex doctrina Pauli docentis, omnē hæreticum post unam aut alteram admonitionem esse uitandum, & a semet ipso esse damnatū, docuisset hæreticū sua sponte de ecclesia recedere; hic iam docet hæreticū posse appellari eum, q̄ scdm opinionē suam de ecclesia non recedit, uelut qui aut pertinaciter suæ prudentiæ innixus, aut temerarie, aut carnaliter torquet scripturā ad disciplinā, quam putat meliorē. Talia sunt in scripturis multa, q̄ possunt maligna interpretatione torqueri ad unum sensum, quem sibi unusquisq̄ p̄sumit. Diuersæ aut̄ sententiæ magistrorū dissimiliter scripturas interpretantium, in quorū scriptis fidei Christianæ pietas non cōperitur uacillare, nō sunt carnales & temerarię, nec aliter q̄ spūs sanctus efflagitat datæ, dum unaquęq̄ pia est, & regulæ fidei & morum consona, non pertinaciter dicta, & suis rationibus ac argumētis congrua, sententijs cohærentibus. Nihil periculi est in scripturis exponendis, dum unusquisq̄ cū pace & fide catholica, qd̄ sibi uisum est sonare Christum, & pium esse & catholicum, depromit; aut ex probabili sententiæ cohærentiū dependētia, aut ex alijs manifestioribus scripturę locis, aut ex uetustioribus, aut ex alio probabili argumento.

IOANNIS DRIEDO
NIS DE TVRNHOVT, SACRÆ THEOLOGIÆ
apud Louanienses professoris, liber tertius, de regulis quibusdam
compendiosis, & dogmatibus; quibus consideratis, iuuant̄ stu-
diosi ad intelligendum locos obscuros, & ad haurien-
dum literales & mysticos sacræ scripturæ sen-
sus; in tres tractatus distributus.

DE catalogo librorum scripturæ sacræ, & de diuersis eiusdē scripturæ interpretibus, aditiōibus, sensibusq̄ multiplicibus, & de gñali uia, in qua oportet p̄manere unumquęq̄ sacre scripturę studiosum, ad perueniēdū in uerū scripturarū intellectū, iam in superioribus libris diximus. Restat in hoc tertio libro tradere modos quosdam, speciales locos, seu regulas, quibus consideratis, ambigua, clausa pleraq̄, & abstrusa, parabolis, enigmatibus, allegorijscq̄ obiecta, fiant apertiora; nec tñ omnia, quæ in diuini libri ita sunt scripta, ut non facile intelligantur, poterunt his regulis inueniri. Sunt nempe innumerabiles obscuritatum & difficultatū nodi, quos in unum colligere, nimis longum, nimisq̄ foret operosum. Sufficiet autem pro introductione ad sacrosanctam theologiam accedentibus, generalia quędam ex multis collecta tradere. Et quia in quibuslibet disciplinis obscuritas contingit, uel propter sermonē nūc obscure, nūc ambigue positū, uel propter res ipsas difficiles. Secundum geminā istam causam partiemur librum istum in tractatus

tractatus tres. In primo generalia quędā desūmpta ex libris August. de doctrina Christi. de utraq̄ causa explicabimus. In secūdo specialiter de obscuritatibus quibusdā, quæ secundū sermonem seu dictionē contingunt. In tertio de difficultatibus, quæ sunt in scripturis, propter res ipsas in se difficiles.

Primi tractatus caput primum.

Primū igitur sciendū est, q̄ super his rebus Augustinus adidit libros quatuor, quos inscripsit de doctrina Christiana; quorum tres tractant modos quosdā inueniēdi intelligendarū scripturarum sensum. Quartus aut̄ modos tradit docendi ea, quæ iam intelligimus, ut quas iam didicerimus scripturas, plane, apte, suauiterq̄ pronunciemus ac doceamus.

Quatuor li-
bros adidit
Aug. de doc.
Christiana.

Quantum attinet ad modos inueniēdi scripturæ sacræ sententias, sciendum est, q̄ omnis scripturarum difficultas seu obscuritas accidit, uel propter res ipsas, quę per signa dicuntur, uel propter signa ipsa aut ignota, aut ambigua, quibus res ipse intimant. Sunt enim res quędam, quæ sua ui & sublimitate, aut non intelliguntur, aut uix seu difficulter intelliguntur, quanto libet etiam plano dicantur eloquio. Sunt rursus res alię, quæ, q̄ minus tardiusue intelli-

In sacra scri-
ptura obscu-
ritas bifariā
accidit

guntur, in causa est sermo dicentis, & non perspicue eloquentis. Proinde sacrę theologię studiosus, præter laborem quem prestare habet, ut intelligat & linguas ac uocum atq̄ orationum ac rerum secundum literam gestarum significationes, addere debet & laborē contra difficultates, quas ingerit ipsa rerum grandium sublimitas. Vnde falluntur, qui arbitrātur ad intelligendā sacrosanctam theologiam sufficere unicuiq̄, si uel linguam intelligat, in qua ædita est ipsa scriptura. Psalteriū Dauidicū, libriq̄ prophetarū etiam si uersi forent plebi in uulgarem linguam, manerent nihilominus miris difficultatibus inuoluti propter res ipsas difficiles intellectu, & propter sublimia quędam Christianę fidei mysteria, etiam quantūuis plano eloquio expressa, propter naturalium rerum, de quibus est sermo scripturæ proprietates, propter uarias sententiarū connexiones, consequentias, propter multas contrarietates apparentes. In linguam uernaculam translata etiam planissimo sermone Pauli epistolæ, nō intelligerent. Neq̄ sententię absq̄ studio magno & labore caperentur a crassioribus uulgi animis. Mysteria fidei nostræ in euangelio Ioan. sunt planissimo sermone expressa, sed nō inde conficitur eiusdē euangelij intellectum esse apertum omnibus plane intelligētibus linguam, in qua ipsum est æditū uel conscriptū. His seu præambulis quibusdam, pro intellectu dicē-

Ad intelligē-
dū in scriptu-
ris obscurita-
tes non suffi-
cūt linguarū
peritiā.

dorum per nos præmissis, accedimus ad sentētijs August. diuisionem quādam præmittētis, & ex illa præscribētis tractādi ordinem. Omnis, inquit, doctrina uel rerum est, uel signorū; sed res per signa discūtur. Proprie nūc res appellauit, quæ nō ad significādum aliqd̄ adhibētur, sicut lignū, lapis, pecus, atq̄ huiuscemodi cætera, in se considerata quod sunt, non quatenus ad aliud etiam præter seipsas ad significādum assumūtur. Vnde illud lignum, quod in aquas amaras Moysen legisse legimus, ut amaritudine carerēt, Exodi xv. Et lapis, quē Iacob sibi ad caput posuerat, Gen. xxvii. Et pecus, qd̄ pro filio immolauit Abraham, Ge. xxi. & id genus aliā in scripturis gesta, ad aliqd̄ aliud

Augu. lib. 1.
de doctrina
Christi. cap. 3

N ij adhibi

adhibita, ita sunt res, ut aliarum etiam rerum sint signa. Sunt alia signa, quorum omnis usus in significando est, sicuti sunt uerba. Nemo enim utitur uerbis, nisi aliquid significandi gratia. In diuisione nostra, qua prius de rebus, postea de signis differemus, res intelligimus in se consideratas: signa uero accipimus siue uerba sint, siue res aliae, quatenus assumptae sunt ad aliquid significandum. Hac ergo diuisione praemissa, idem uenerabilis pater in 1. libro de rebus ipsis tractaturus, trifariam diuidit easdem: & alias (inquit) esse summas, quibus fruendum est, quibus & beatificandi sumus: alias infimas, quibus tanquam uehiculis quibusdam utendum est, ut perueniamus ad eas, quibus fruamur. Nos uero in medio esse qui fruimur & utimur inter utraque constituti. Ad patriam igitur mentium studia utcumque iuuanda, aliquot de rebus scripturae sacrae sententias ex

Cap. 3

I. sententia.

eodem libro 1. collectas declarare conabimur. Prima sententia de significationibus nominum sit haec: Frui est amore alicui rei inherere propter seipsam. Vti autem, est id quod in usum uenerit referre ad obtinendum id quod amas, si tamen amandum est. Nam usus illicitus, abusus potius uel abusus est nominanda. Vnde pro huius sententiae intellectu sciendum est, quod frui & uti sunt actus solius rationalis uoluntatis. Frui quidem est actus uoluntatis, per amorem quiescentis in aliquo, tanquam in fine. Vti autem est actus eiusdem uoluntatis mouentis, applicantis, seu accommodantis potentiam, membrum instrumentum, uel aliud quippiam in opus ad obtinendum id quod amamus. Voluntas utitur sensu, intellectu, corporis membro, calamo, gladio, & id genus alij, sub sua potestate, dum mouet illa in opus. Deinde & uoluntas dicitur etiam uti sole, luna, caeterisque astris & angelis: non quod moueat illa in opus, sed quod de illis aut sui per illa moueat in opus aliquam potentiam subiectam suo imperio: ueluti cum iuxta Pauli doctrinam, contemplamur a deo conditas creaturas, ut perueniamus ad cognoscendam sapientiam conditoris ex conspecta mundi fabrica.

Rom. 1.

Quibus utentur
deum & quibus
fruendum. II. sententia.

Deinde sciendum, quod animus idcirco re aliqua fruatur, non quod in ea delectatur, sed quod in ea moram faciens, eius inherens, finem in ea ponit tanquam in patria, & in loco conseruationis & optime suae quietis. Secunda sententia est: Res quibus fruendum est, sunt: pater, filius, & spiritus sanctus: unus deus, summus, aeternus, & incommutabile bonum, quod solum beatos nos facit. Res quibus utendum, sunt res corporales seu temporales huius mundi. Nos in medio constituti, si hoc mundo rebusque uisibilibus huius mundi, quibus utendum est, frui uoluerimus, impeditur cursus noster, & aliquando etiam deflectitur, ut ab his rebus, quibus fruendum est, obtinendis, uel retardemur, uel etiam reuocemur, amore uisibilibus rerum praepediti. Posteriores huius sententiae partem uulgari declarat exemplo. Quemadmodum in hac uita peregrini, qui aestimant se beate non posse uiuere, nisi in patria, in ea peregrinatione sentiunt se miseros, miseriam peregrinationis suae finire cupiunt, habentes opus terrestribus marinisque uehiculis, quibus utantur, ut ualeant peruenire in patriam, qua frui desiderant. Qui si forsitan interdum amcennitate itineris & ipsa uehiculorum gestatione delectati conuertantur ad fruendum his, & morandum in eis, per quae transeundum erat in patriam, peruersa quadam suauitate uel tardantur uel

Aug. li. i. capite 7.

uel alienantur a patria, deficitque & perit in eis ipsius patriae amor & desiderium. Sic filij Adae per peccatum facti peregrini a domino, eiectione a paradiso, in huius mortalitatis uita constituti, si per Iesum liberati a seruitute peccati, redire in patriam uolunt, ubi uere possunt esse beati, utuntur hoc mundo, non fruuntur, & uisibilibus & temporalibus rebus, ceu uehiculis quibusdam aut instrumentis utentes, ex his tanquam perituris transitum ad eternam, inuisibilem & coelestem patriam faciunt. Haec patria est deus, locus uere adorationis sempiternus, ubique totus, rationali animae uera deliciarum paradisus. Qui si uoluptate aut amcennitate quadam uisibilibus rerum abstracti & illecti, incipiant rebus huius mundi immorari, impeditur cursus eorum, & aliquando etiam deflectitur, ut ab his rebus, quibus fruendum est, obtinendis: uel retardentur, uel prorsus alienentur, inferiorum amore praepediti. Ex his consequens est, quod rationalis animus, si recte uiuit, hunc mundum non patriam suam, non mansionem, sed uiam & peregrinationem facit: utens uisibilibus creaturis, ut fruatur rebus summis, patre & filio, & spiritu sancto, uno deo, qui nobis in scripturis sacris proponitur, author, conditor seu creator omnium uisibilibus & inuisibilibus: cuius altitudo & sublimitas tanta est, ut non facile habeamus nomen, quod tali excellentiae conueniat. Vnde & nominibus multis describitur: esse excellentissima quaedam immortalisque natura, summa, simplicissima, incommutabilis & incomprehensibilis essentia, fixa et immobilis aeternitas, summa potestas, sapientia, ueritas pura, integra, stabilis bonitas. Omnes qui pro excellentia dei certatim dimicant, etiam qui multos colunt deos siue in caelo, siue in terra, deum deorum cogitant, quo nihil melius atque sublimius cogitari potest: nec quisquam inueniri potest, qui hoc deum credat esse, quo aliquid melius est. In hoc omnes consentiunt, uitam incommutabilem, semper sapientem, a qua pendet omnis uita, omnesque uitae suauitas, esse praefereendam uitae commutabili, quae aliquando potest deficere, aliquando sapit, aliquando desipit. Et hoc qui intus non uidet per infusum clarae ac praesentis lucis aeternae fulgorem, est quasi caecus in sole. Qui autem uidet id ipsum, conuertens mentis aciem ad lumen rationis aeternae: sed consuetudine carnalium umbrarum refugit, is inualidam ac infirmam mentis aciem gerit. Tertia sententia. Ab ipsa uita aeterna, quae est summa bonitas, incommutabilis ueritas, & sapientia omnium creaturarum & causa, homines cupiditate fruendi creatura pro ipso creatore, re percutiuntur: iam per Adae lapsum configurati huic mundo, facti imbecilles & infirmi, mundanarum rerum sequaces, & ideo mundi nomine congruentissime appellati. Proinde purgandus est animus hominis, ut illam lucem perspicere ualeat, illique inherere. Quam purgationem quasi ambulationem quandam, & quasi nauigationem ad patriam esse arbitramur: non enim ad eum qui ubique praesens est loci propinquitate mouemur, sed a cupiditatibus recessu, bono studio bonisque moribus. Quarta sententia: Sic animum purgare, ut ualeamus lucem illam aeternam & incommutabilem sapientiam perspicere, illique adhaerere non possumus, nisi ipsa sapientia huic nostrae infirmitati dignata fuisset sese accommodare, & infirmitatis nostrae uulneribus mederi per infirmam carnem susceptionem, & uiuendi nobis praebere exempla, & seipsam facere uiam non

Quid deus.

Aug. li. ca. 7.

III. sententia
Cap. 10.III. sententia
Cap. 10

bis ad patriā, ut ipsa esset nobis simul & uia & patriā. Hac ergo ratione eterna illa sapientia, quæ sano & puro interiori oculo ubiq; est presens, apparere dignata est etiam carnis oculis eorū, qui interiorum oculum infirmū & immodicum habent, dicente scriptura: Verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Neq; est, q; sentiētes hanc nostrā infirmitatē atq; imbecillitatē causamur deum creatorē nostrum. Quandoquidē ab hac æterna sapientia in initio conditus sit homo, rectus atq; immortalis, liber ab omni infirmitate & miseria, constitutus in deliciarū paradiso, ubi absq; ullo impedimento & difficultate illum suū conditorē, etiam nondum facie ad faciem uisum, intelligeret atq; conspiceret: agnitus diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte sua, ut illi obediens mereret absq; morte transferri de paradiso terrestri in cœlestem quādam uitam longe suauiorē, ubi iam perpetuo fruere eodē summo deo facie ad faciem uisō. Homo autē sic in honore constitutus, q; gloria hac immortalitatis cæterisq; donis, q; a deo conditorē acceperat male usus est, serpentis astutia deceptus est: & idcirco iam per inobedientiā & superbiā factus est filius iræ, mortalitati & corruptioni obnoxius, fugitiuus a deo, sequax de inferiorum suæ carnis, internę mentis oculis auersis a deo, & a spiritualibus ac cœlestibus rebus, atq; in umbras rerū carnaliū, q;bus puer se fruatur, apertis atq; conuersis. Quibus factū est, ut homo sic deiectus in uallem hęc tenebrarum atq; miserię indigeret & liberatore, q; deum patrē faceret propitium, & illuminatore atq; magistro, q; hominē iam sic factū in cernendis cœlestibus rebus cecum, carnalem ac miserę erudiret odire atq; abnegare carnalem hęc cupiditatē, & diligere deū, uerum beatificū finē. Quinta sententia: Quemadmodum medicus cum sanat corporis uulnera, nō inēdoposite, sed apte id facit, adhibendo uulneribus contraria quædā, sicuti frigidū calido, humidū sicco, uel aliud huiuscemodi: & etiā quædā similia, sicuti linteolum rotundū uulneri rotundo, longum oblongo, ligaturāq; ipsam nō eandē membris oibus, sed similem similibus coaptat. Sic Christus uera dei patris sapientia per infirmę carnis susceptionē, adhibēs medicinā nostris uulneribus accommodā: uerbi grā, per superbiā homo lapsus est, Christus per humilitatem infirmę carnis nos sanauit: per serpentis sapientiā decepti sumus, uolentes esse sapientes sicut dñi: per crucē, quæ gentibus est stultitia, liberamur. Nos immortalitate semel accepta male usi sumus, ita ut moreremur: Christus assumpta nostrę carnis mortalitate bene est usus, ut uiueremus. Per foeminā morbus, per foeminam salus: per hominē mors, per hominē uita; per hominē serui, per hominē liberati. Hęc & id gens alia, & contraria, & similia nostris uulneribus adhibuit sapientia, se uiam nobis faciens, & sese in oibus uiuendi speculū atq; exemplar, & figuram rerum expetendarū ob oculos nostros ponens. Cuius in cœlo ascensio magna spe fultit fidem nostram, cuius & aduentus, in q; iudex mortuorū & uiuorū expectatē e cœlo, magnum timorē inuitit negligentibus. Quibus uerbis dici, aut qua cogitatione potest capi præmium, quod ille in fine daturus est, qñ ad consolationē huius itineris tantum nobis dedit de spiritu sancto, ut non solum sine murmuratione, sed etiam cum delectatione patiamur

mur aduersa, & faciamus mandata: exercens hoc tempore & purgās electos suos medicinalibus quibusdam molestijs, ut ecclesiam erutā de hoc seculo, in eternam sibi copulet coniugē, sine macula & ruga. Quid sapientius, qd liberalius & misericordius facere potuit, q; seipsum nobis quo rediremus subternere: dans per spiritū sanctum clauēs ecclesię, quibus hic in terra soluti, suscipere in gremium seu consortium corporis eius, quod est ecclesia: & participes facti sanguinis illius, habitaremus tanq; unius corporis membra unanimes, morientes quotidie huic seculo: incipientes configurari ueritati huius æternę sapientię, certa fide tenētes, neq; animū nostrum, neq; corpus humanum prorsus pati interitū, sed impios resurgere ad inestimabiles pœnas, pios autem ad uitam æternam. Et tandem uenerabilis pater ex supra dictis concludit: In his omnibus rebus illæ tm sunt, quibus fruendum est, quas æternas atq; incommutabiles commemorauimus. Cæteris autē utendū est. Hominē autē in medio constitutū esse, q; superioribus fruitur, & his quæ infra sunt utitur. Sexta sententia: Homo nec altero hōie, nec seipso frui potest. Hanc sententiā sic tractat August. Magna quædā res, inquit, est homo, factus ad imaginē & similitudinem dei: non in quantum mortali corpore includitur, sed in quantum bestias rationalis animæ honore præcellit. Itaq; magna quæstio est, utrum frui se debeant homines, an uti, an utrumq;. (præceptum est enim nobis, ut diligamus inuicem) Si propter se diligendus est homo a nobis, fruimur illo: si propter aliud, utimur illo. Videtur autē mihi homo propter aliud, inquit, esse a nobis diligendus. In eo enim, qd propter se est diligendū, constituitur uita beata. Vitæ autē beatæ, & si nondū res, tamen spes nos in hoc tempore confortat: spem autē in hac uita non possumus ponere in homine. Maledictus em̄ qui spem suam ponit in homine. Sed neq; seipso quisq; frui debet, quia nec sibi potest sufficere, neq; semetipso potest animus hominis permanere contentus. Seipsum ergo non debet propter seipsum diligere, sed propter illud, q; subsistit, satiatur & beatificatur. Deus autē, qui puram, integrum, & stabile bonū est, nullius indigens, seipso contentus, & beatus semper: imo & ipse sua beatitudo tota, seipso fruitur semper: in quo & ipsi nos diligētes, semper debemus quiescere. Hęc est enim regula dilectionis diuinitus constituta: Diliges, inquit, proximum sicut teipsum. Deum uero ex toto corde, & tota anima, & ex tota mente: ut omnes cogitationes tuas, & omnem uitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa quę confers: ut quicquid aliud uenerit in animum illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Septima sententia: Non omnia, quibus utendum est sunt diligenda, sed ea solū, quę aut nobiscum societate quadā frui possunt deo, sicuti est homo, uel angelus, aut ad nos relata beneficio dei per nos indigent, sicut corpus. Cum ergo quatuor sint diligenda, unum quod supra nos est, ut deus: alterum, quod nos sumus: tertium quod iuxta nos est, ut proximus: quartum quod infra nos est, ut corpus nostrum. De secundo & quarto nulla præcepta erant danda, sed modus tantum diligendi erat præcipiendus: ita ut & de illo, quod supra nos, & de illo, quod iuxta nos est, præceptum sumeremus. Habet hęc sententia

De clauibus ecclesię. Cap. 18.

VI. sententia Cap. 22.

Homo nō sibi sufficit, idcirco nec seipso frui debet. Ierem. 17.

Matth. 22.

VII. sententia Cap. 23.

Fidei Christianę fundamenta. Gen. 3.

Cap. 14. De Christo in carnē ueniente ut esset medicus humani generis. Contraria contrarijs curantur.

Cap. 15.

tia quinque partes: quarum prima docet, non omnia esse diligenda, quibus utendum est, quam probat. Nam martyres nisi sunt scelere tyrannorum persequentium, quod tamen scelus non dilexerunt. Secunda pars docet, quod quatuor sunt diligenda: uidelicet deus, nos ipsi, proximus, & corpus. Hæc certe Augustini sententia si cum præcisione intelligatur, habet difficultatem: eo quod alia multa uidentur ex charitate diligenda, ut scientiæ & uirtutes, & charitas & gratia dei. Verum ad hoc dices Augustinus sumere numerum illum diligendorum de his solum, quæ diligenda sunt secundum dilectionem amicitie, qua uult alicui summum bonum, quemadmodum patet ex probatione primæ partis: quæ docet ea solum diligenda a nobis, quibus summum bonum uolumus. Ea quibus uolumus beatitudinem aut summum bonum, non sunt nisi quatuor supradicta. Charitatem autem cæterarum dona diligimus itaque bona, quibus aut quiescimus in summo bono, aut attingimus seu peruenimus ad ipsum. Tertia pars dicit, de secundo & quarto præcepta danda non erant, hæc probat: Quotumlibet enim (inquit) homo excidat a ueritate, manet in eo dilectio sui, & dilectio corporis sui. Fugax animus ab incommutabili bono omnino regnante id agit, ut ipse sibi regnet & corpori suo: sed neque corpus suum quisquam odit. Verum enim est quod ait Apostolus. Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut Christus ecclesiam suam. Quod autem quidam dicunt, male se omnino esse sine corpore, omnino fallunt: non enim suum corpus, sed corruptiones eius & pondus oderunt. Spiritus cum indomanda carne persequitur corpus suum, non id agit ut non habeat corpus: sed ut per laboriosam quandam militiam libidines, id est consuetudines & declinationes anime ad fruendum inferioribus extinguat. Per uinculum enim, quod a parentum propagine inueteratum lege nature inoleuit, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibimuticè aduersantur. Hæc enim (dicit Apostolus) propter indomitam carnalem inclinationem & consuetudinem, aduersus quam spiritus concupiscit, non ut interimat corpus, sed ut faciat ipsum spiritui subiugatum: quod naturalis ordo desiderat, & quod post resurrectionem cum quiete summa & pace fiet. Ex quibus concludit: Non est ergo opus præcepto, ut quisque aut se, aut corpus suum diligat. Nam dubitare an quis se diligat, hoc est, an sibi & corpori suo uelit prodesse, dementis est. Quod quisque uelit & sibi bene esse, & corpus suum saluum habere atque integrum, manifestum ex inconcussa lege nature, quæ etiam in bestiis promulgata est. Neque ideo quisquam non diligit corpus suum, quia aliquid amplius diligere potest, quam salutem & integritatem corporis sui: quod patet in multis, quod dolores & amissiones membrorum uoluntarias suscepisse inueniunt, ut alia quæ amplius diligebant consequerentur: sed non propterea non diligebant salutem & incolumitatem atque integritatem corporis sui. Nam & auarus quis pecuniam diligat, in emens panem exponit illam, quam multum amat & augere desiderat, pluris æstimans salutem corporis sui, quæ pane illo fulcitur, quam pecuniam. Quarta pars dicit de nobismet ipsis & corpore nostro diligendis, modum diligendi fuisse tantum homini præcipiendum, secundum quem uidelicet quisque & se & corpus suum diliget, ut illis ualeret ordinate prudenterque consulere atque prodesse. Hoc autem facit cum id agit, ut totus hæreat atque constringatur incommutabili bono.

no. Sanitas animi est, firmissime inherere potiori & conseruatori totius sui esse. Sanitas corporis est incorruptio & integritas corporis cum summa quiete, obediens animo, & nullis inquietis motibus spiritui resistens. Nos ergo tam in nobis, quam in alijs odientes, non corpus, non carnem, non membra, quæ deus condidit, sed in illis peccatum, corruptionis pondus, iugumque graue super omnes filios Adæ, per laboriosam quandam ipsius corporis militiam mortificamus libidine, inclinationes & desideria carnis nostre, quibus abstrahitur & alienatur rationalis animus a deo, uero suo beatifico bono. Quinta pars sententiæ dicit, præcepta dilectionis tamen esse data de illo, quod supra nos est, & de illo, quod est iuxta nos, hoc est, de deo & de proximo. Diliges (inquit Christus) dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis uniuersa lex pendet & propheta. Quod si te totum intelligis, id est animam tuam & corpus tuum, & proximum totum, id est animam & corpus eius, nullum genus rerum diligendarum in his duobus præceptis præmissum est. Cum præcipitur tibi ut diligas proximum sicut teipsum, non est dilectio tui omnino prætermissa. Octaua sententia multas continens partes de ordine diligendorum: ille sancte & iuste uiuit, qui rerum integer est æstimator. Talis autem est, qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum, aut amplius diligat quod est minus diligendum, aut minus diligat quod est amplius diligendum, aut æque diligat quod uel minus, uel amplius est diligendum. Omnis peccator, in quantum peccator, non est diligendus: omnis homo, in quantum homo, est diligendus propter deum. Et ideo quisque deum magis, quam seipsum debet diligere. Deus omni homine amplius est diligendus, omnis homo amplius est diligendus, quam corpus nostrum. Omnes homines æque sunt diligendi. Sed cum oibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum, uel quarumlibet rerum opportunitatibus, constrictus tibi quasi forte quadam iunguntur. Nona sententia: Ex supra dictis deum ex toto corde diligis, & ex tota anima, & ex tota mente, si omnes cogitationes tuas, omnem uitam tuam, omnem intellectum conferas in illum, a quo habes ea ipsa quæ confers, & bellum geras contra omnia, quæ aduersus hæc dilectionis regulam aliorum rapiunt animum tuum. Et hoc iam est recte diligere te metipsum, hoc uidelicet tecum agere, ut neque in te, neque in ulla creatura, sed in deo residias, quiescas, habeasque illum tanquam cordis tui thesaurum optimum. Proximum autem tanquam teipsum recte diligis, si hoc cum eo aut uelis, aut agas, ut etiam ipse ex toto corde, tota anima, & tota mente deum diligat. Proximus noster est, quisque fuerit consors nature nostre: qui scilicet nobiscum uel particeps est, uel particeps fieri potest dilectionis huius. Hoc igitur præcepto: Diliges proximum tuum sicut teipsum, etiam inimicum nostrum in hac uita diligere præcipimur, cui neque misericordie beneficiū possimus negare, domino dicente: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Dilectio proximi non operatur malum in ullum hominem. Vnde concludit Augustinus sub hoc præcepto, quod iubemur proximis nostris diligere, etiam contineri sanctos angelos, a quibus nobis tanta misericordie beneficia impendunt. Ipse etiam Christus docuit se proximum nostrum

in parabola euangelica, significans proximum uniuersum esse eum, a quo nobis si indigemus, est misericordie beneficium exhibendum. Vnde consequens est, unumquemque proximum esse ceteris omnibus creaturis, quae nobiscum eterne beatitudinis participes fieri possunt. Proximi enim nomen ad aliud est, neque proximus nobis quisquam esse potest, nisi & e contrario illi fuerimus proximi.

X. sententia. Cap. 32.

Decima sententia. Deus multum nos diligit, & dilectione eius erga nos scriptura multum commendat, sed diligendo nos non fruitur nobis, neque enim indiget bono nostro, sed neque utitur nobis, sic ut nos utitur rebus, sed tamen utitur. Ille enim usus, qui deus utitur nobis, non ad illius, sed ad nostram referuntur utilitatem, qui in illius ordinatur bonitatem. Nos etiam dum proximum diligimus non fruimur illo, sed utimur dum miseremur illius, aut consulimus illi ad utilitatem illius, quam & opere nostro intuemur, quis etiam nostra utilitas sit inde consequens, cum deus misericordiam quam impendimus proximo, non relinquat sine mercede. XI. sententia: Omnes, qui deo fruimur, etiam nobis inuicem in deo fruimur, dum nos in hac uita fessos inuicem consolamur, ut illo pariter fruamur. Fatigantur enim sanctorum animi in hac uita, & reficiunt suauitate quadam delectationis seu gaudij in praesentia amicorum, parentum, filiorum, consolationem accipientes a dei creaturis, quibus cum delectatione utuntur, ut perueniant ad illud quod fruunt perpetuo. Ad Philemonem ait Paulus: Itaque frater ego te fruam in domino. Vnde consequens est, quod frui interdum accipitur pro uti re aliqua cum delectatione. Cum enim adest quod infra deum diligitur, etiam delectationem secum necesse est gerat. Per dilectionem ergo creaturae si transferis, eamque ad illud ubi permanendum est retuleris, uteris illa, & abusuue non proprie diceris illa frui. Si uero inhæseris atque permaneris, sine in ea ponens legitime tue, tunc uere & proprie diceris es frui, quod non est faciendum, nisi in illa trinitate, summo & incommutabili bono. Nulla res in uia tenere nos debet, quam nec ipse dominus, in quantum uia nostra esse dignatus est, tenere nos uoluit, sed transire, quemadmodum ait apostolus Paulus. Et si noueramus secundum carnem Christum, sed iam non nouimus. Hæc sunt res, circa quas uersat tota scriptura sacra ad fidem, spem, & charitatem pertinentes, de deo summo & beatifico bono incommutabili, trinitate in unitate, & unitate in trinitate. De iudicio dei & iustitia, & gratia, & misericordia, utpote de lapsu & damnatione humani generis, & de filio dei, propter humani generis salutem, incarnato, passio, & mortuo, per quem facta est humani generis, quod perierat, reparatio, in ueram dilectionem dei, quo solo fruendum est, & in dilectionem proximi, qui nobiscum deo fruatur.

XI. sententia. Cap. 33.

His & id genus alijs tanquam in summa suppositis, rebus theologice illic præmissis, tradit regulam generalem, quam obseruans quisque ad sacre theologie studium accedens perniciose non fallit. Omnium igitur, inquit, quae prædicta sunt ex quo de rebus tractamus, hæc summa est, ut intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo & finis, esse dilectio rei, qua fruendum est, & rei quae nobiscum ea re frui potest. Quisquis ergo scripturas, inquit, diuinas, uel quamlibet earum partem intellexisse sibi uidetur, ita ut in illo suo intellectu non ædificet istam geminam charitatem, dei & proximi, nondum intellexit. Quisquis uero talem inde sententiam dixerit, quae huic ædificandae charitati est utilis, non

Frui interdum pro uti cum delectatione

Cap. 35

pernitiose fallit, etiam quis forsitan aliter intelligat, quam ille qui scripsit, neque omnino mentitur, quis ita deuiat & errat, ac si errore quisque deserens uiam rectam, eo tamen per agrum pergat, qui etiam uia illa perducit, corrigendus tamen est error, & demonstrandum est illi, utilius esse uiam non deserere, ne consuetudine deniandi in peruersum ire cogatur. Afferendo enim temere quod ille non sensit, qui scripsit, plerumque incurrit in alia, quae illi sententiae contexere nequeat: quo fit, ut amando suam sententiam, incipiat magis offensus esse scripturae, quam sibi: quod malum si serpere permiserit, euertere ex eo. Tria sunt, quibus & scientia omnis, & prophetia militat: fides, spes, charitas. Fide autem & spe decedentibus, cum peruenimus ad id quod credimus & speramus, charitas non perit, sed augetur potius. Si enim credendo & sperando diligimus id, quod nondum peruenimus, quanto magis dum peruenimus? Inter temporalia quippe & aeterna hoc interest, quod temporale aliquod plus diligitur antequam habeatur, uilescit autem cum aduenit. Non enim fatiat animam, cui uera & certa sedes est aeternitas: ad quam cum peruenit, plus gaudij inueniet, quam de illa potuit cogitare. Postremum concludens librum: Homo itaque fide, inquit, spe & charitate subnixus, eaque inconcussa retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instituendum. Multi per hæc tria in solitudine etiam sine codicibus uiuunt. Quapropter cum quisque cognouerit finem præcepti, charitatem, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, omnem scripturarum intellectum ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedit. Haec tenus cõpendium de rebus, in quibus uersat sacra scriptura.

pernitiose fallit, etiam quis forsitan aliter intelligat, quam ille qui scripsit, neque omnino mentitur, quis ita deuiat & errat, ac si errore quisque deserens uiam rectam, eo tamen per agrum pergat, qui etiam uia illa perducit, corrigendus tamen est error, & demonstrandum est illi, utilius esse uiam non deserere, ne consuetudine deniandi in peruersum ire cogatur. Afferendo enim temere quod ille non sensit, qui scripsit, plerumque incurrit in alia, quae illi sententiae contexere nequeat: quo fit, ut amando suam sententiam, incipiat magis offensus esse scripturae, quam sibi: quod malum si serpere permiserit, euertere ex eo. Tria sunt, quibus & scientia omnis, & prophetia militat: fides, spes, charitas. Fide autem & spe decedentibus, cum peruenimus ad id quod credimus & speramus, charitas non perit, sed augetur potius. Si enim credendo & sperando diligimus id, quod nondum peruenimus, quanto magis dum peruenimus? Inter temporalia quippe & aeterna hoc interest, quod temporale aliquod plus diligitur antequam habeatur, uilescit autem cum aduenit. Non enim fatiat animam, cui uera & certa sedes est aeternitas: ad quam cum peruenit, plus gaudij inueniet, quam de illa potuit cogitare. Postremum concludens librum: Homo itaque fide, inquit, spe & charitate subnixus, eaque inconcussa retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instituendum. Multi per hæc tria in solitudine etiam sine codicibus uiuunt. Quapropter cum quisque cognouerit finem præcepti, charitatem, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, omnem scripturarum intellectum ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedit. Haec tenus cõpendium de rebus, in quibus uersat sacra scriptura.

Totius scripturae finis est dilectio Dei & proximi.

Cap. 38. Fides & spes perirent, sola charitas manet.

Conclusio 1. lib. de doct. Christi, ca. 39

Caput secundum huius tractatus, in quo traduntur sententiae ex libro secundo Augustini de doctrina Christiana.

IN ij. & iij. libris idem uenerabilis Augustinus modos tradit inueniendi intellectus scripturarum sacrarum, qui non facile intelliguntur propter signa, quibus res ipsae in diuinis libris insinuantur. Et id quidem docet contingere duabus ex causis, uidelicet quia uel ignota sunt signa, uel ambigua. Primum enim tradit obseruationes seu instructiones, ne quis propter signa ignota impediatur a uero scripturarum intellectu: & id quidem in lib. ij. Deinde instructiones tradit, ne quis aut impediatur aut decipiatur propter signa ambigua, & id quidem in libro iij. Signum definit esse rem, quae praeter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se facit in cogitationem mentis uenire. Ad nihil aliud sunt signa data seu imposita, quam ad depromendum seu traiciendum propriam cogitationem, seu uoluntatem in alterius mentem. Sunt autem signa quaedam naturalia, sicut est geminitus, significans moerorem animi: sicuti fumus faciens ignem uenire in cogitationem, sicut uultus irati affectionem indicat animi. Habet etiam, inquit, bestiae quidem inter se signa, quibus produnt appetitum sensus sui. Nam & gallus gallinaceus reperto cibo dat gallinae signum uocis ut accurrat, & columbus gemitu suo columbam uocat, & ab ea uicissim uocatur. Verum hæc & id genus alia naturalia signa sunt nostro negotio impertinentia. Signorum, quibus homines insinuant internas, aut cogitationes, aut uoluntates, quaedam sunt uisibilia, quemadmodum nutus oculorum, & motus manuum, uexilla militum. Quaedam autem sunt, quae auditu percipiuntur, non tamē uoce prolata, ut tubae, tibiae, & cytharæ

Gemina signa.

Quid signum cap. 1. & 2.

Signa naturalia.

Signorum quaedam uisibilia, quaedam audibilia non uocalia, quaedam uocalia sunt. ca. pite 3, & 4.

cytharæ soni, qui plerūq; fiunt non propter suauitatem, sed significandi gr̃a. Sed oīa hæc signa uerbis comparata, paucissima sunt. Verum q̃a uerba prolata statim transeūt, nec diutius manent, q̃ sonant, literę sunt inuētę, per quas ceu per signa quedā permanētia oculis ostensa, uoces nobis insinuant. Signa igitur uerborū q̃a per literas fiunt, quibus aut proprie, aut translate acceptis, res ipsę diuinę nobis insinuant. Horū ignorātia facit scripturas sacras esse obscuras, dum propter tropos, methaphoras, aliosq; diuersos loquēdi modos, densissimā interdū secum adferant caliginē: q̃d totum nō dubito, inq̃t Augustinus, diuinitus esse prouisum, ad edomandā labore superbiam, & intellectū a fastidio reuocandū, cui facile inuestigata plerūq; uilescunt, quesita aut cum aliqua difficultate, aut per similitudines qualdā deprompta, gratius sapiunt. Cum sanctos apostolos quasi dentes gregis tonfi .i. ecclesię secularibus detonsis detonsæ confidero, præcidere errores ab hoīb; , & de lauacro baptismi in cœlestia ascēdere, multos filios p̃creare in gemino charitatis p̃cepto, suauius reficior, q̃ si nulla talis similitudo promeretur. Proinde q̃d ecclesię in Canti. d̃r: Dentes tui sicut grex tonsarę ascendens de lauacro, q̃ oēs geminos creant, & nō est sterilis in eis. Hoc de p̃dicantibus, q̃ mordent & refectant hominū uitia, intellectū, sic per similitudines pronuntiatum, magis delectat, q̃ si nude diceret, nō adhibita ulla similitudine. Magnifice proinde & salubriter spūs sanctus scripturas sacras ita modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret: obscurioribus autem, fastidia detergeret: nihil enim de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dictum alibi reperiatur. Deinde recitatis septem gradibus ascendendi ad ueram sapientiā, enumeratisq; canonicis libris regulam tradit g̃nalem ad uenandum scripturarū sensum. In his oībus (inquit) libris, utpote canonicis, timentes deum, & pietate mansueti, quærunt uoluntatē dei, cuius laboris prima obseruatio est nosse libros istos. Diuinarum enim scripturarū solertissimus erit indagator, quisquis primum libros canonicos nouerit, totosq; legerit, memorięq; mandauerit, etiā si nondum intelligat. Deinde si in eis, quę aperte sunt posita, studuerit solertius diligentiusq; inuestigare p̃cepta uiuēdi, regulasq; credendi: quę quāto q̃sq; plura inuenit, tanto est intelligentia capacior. In his em̃ quę aperte in scripturis sunt posita, inueniuntur omnia illa, quę continent fidem moresq; uiuendi: spem scilicet & charitatem. Tum uero facta quadā familiaritate cum ipsa diuinarum scripturarū lingua, pergendum est, in ea quę obscura sunt aperienda & discutienda, ut ad obscuriores locutiones illustrandas, de manifestioribus sumantur exempla. Post hæc reuertitur Augu. ad signa, tradēs documenta ad inueniendum sacrae scripturę sensus, cum accidit scripturę obscuritas propter signa incognita: quorū, ut inquit, duę sunt species. Nam aut ignotum uerbum seu dictio facit herere & dubitare lectorem, aut ignota locutio, & in utraq; specie signa interdū proprie, interdū uero translate accepta, obscuras reddunt sententias. Propria dicuntur, dum in rebus significandis adhibentur, propter quas sunt instituta, sicut cum dicimus bouem, intelligimus petrus: cum dicimus aquam, intelligimus mundi elementū: cum dicimus petrā,

intel

intelligimus saxum: cum dicimus hyssopum, intelligimus herbā. Translata aut signa, cum & ipsæ res, quas proprijs uerbis significamus ad aliqd aliud significandū usurpanē, ueluti apost. Paulus, cum in boue triturante intelligit prædicatōrē uerbi dei, dicens: Non alligabis os boui trituranti. Et Saluator, cum in aqua intelligit spiritū sanctum, dicens: Fiet in eo fons aquę salientis in uitam æternam, hoc est, fiet in eo gr̃a spūs sancti salientis, siue salire faciētis in uitam æternam. Et Propheta cum in hyssopo intelligit donū spūs sancti, faciētis cor contritum & humiliatū: & id genus alia innumera. Neq; uerba solum aut noīa sic translate accipiuntur, sed & integre interdum locutiones, ueluti cum d̃r: Nemo mittens manum ad aratū, & respiciēs retro, est aptus regno. Documenta igitur g̃nalia, ne quis decipiatur, aut impediāt ab intellectu scripturarum propter signorū ignorantia, hæc sunt. Primum necessaria est cognitio artis grammaticę in illa lingua, sub qua scriptura nobis discēda proponitur. Insuper & contra eadem ignota signa proprie accepta, magnū remediū est triū linguarū peritia: propterea q̃ scripturę ueteris legis ex Hebręa lingua sint in Gręcā per septuaginta interpretes translatae, & rursus ex Gręcā lingua in Latinam linguam traductæ. Noui aut testamenti uolumina Græce scripta, in linguam Latinā sunt uersa. Quamobrē multitudo interpretū præsertim peritorū plus iuuat, q̃ impedit scripturarū in Latinum uersarū intelligentiam, dum unius translatio, intelligitur esse alterius interpretatio & expositio: si modo legentes non sint negligentes, sed in fide ecclesię catholice stabiles. Cæterę si uispiam propter Latinorū interpretum uarietatē occurrerit dubitatio de signo aliquo uel oratione, dum unus sic, alius aliter in Latinam linguam uerterit, utile est consulere duas linguas alias, Hebręā scilicet & Gręcā, ut ad exemplaria, ex quibus sacrae scripturę sunt traductæ, rectitrat. Deinde contra signa ignota translate accepta, propter notitiam linguę seu idiomae, inuestigandę sunt rerū nature, & transactorū temporum ordo, locorū & prouinciarū in orbe situs, numerorū & rerū musicarū rationes. Nam & multa quę de ordine temporū transactorū tradit historia: multa insuper, quę de locorum & animalium, herbarū, lignorū, lapidūq; naturis sunt scripta, plurimū ualent ad soluendum scripturarū ænigmata. Artes insuper quasdam, & res artibus fabricatas cognoscere, ualet nonnihil ad scripturas intelligēdas, dum de his artibus aliquas figuratas locutiones inserit scriptura. Primum ergo naturalium rerum ignorantia figuratas locutiones facit obscuras, cum ignoramus animantium, lapidum uel herbarū, aliarumue rerum naturas, quę plerūq; in scripturis alicuius similitudinis gratia ponunt. Multi propter ignorantia naturę aut aquilę, aut serpentis, uel aspidis, uel hyssopi non intelligūt scripturas. Renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Estote prudentes sicut serpētes. Sicut aspidis surdę obturantis aures suas, quę non exaudiet uocem incantantis. Asperges me domine hyssopo. Insuper numerorū & musicarū rerum ignorantia, multa facit nō intelligi translate aut mystice posita in scripturis. Neq; enim casu aut fortuito putandus est numerus recitatus, ueluti quod dicitur de piscibus centum quinquaginta tribus, q̃s retia post resurrectionē dñi

O in

Cap. 6.

Cap. 6.

Can. 4.

Regula generalis.

Cap. 10.

i. Cor. 9.

Ioan. 4.

Psalmo 10.

Lucę 9.
Documenta
ne q̃s fallat
propter signorū
ignorā
tiam. ca. 11. 12Cognitio
grammaticęMultitudo
interpretum
iuuat.

Cap. 16

Ad theolo
giā uulgis na
turaliū rerū
cognitio

Ioan. 21.

4. Reg. 5.

Disputatio-
nis discipli-
na, q̄ est dia-
lectica.
Cap. 31, 32, 33

1. Cor. 15

Dialectica
vtilis ē theo-
logiæ sacræ
discipulo.

in dextram partem missa ceperūt. Item q̄d dicit Propheta ad Naamiā Syri: Vade & lauare in Iordane septies. quod dicitur: In psalterio decem cordarū psallite ei. Laudate eum in psalterio & cythara. Laudate eum in cymbalis benesonantibus. Tertio, disputationis disciplina ad omnia ḡna quæstionū, quæ in literis sanctis sunt penetranda & dissoluenda plurimū ualeat; tantum ibi cauenda est libido rixandi, & puerilis quædam ostentatio decipiendi aduersarium. In hac disciplina discuntur regulæ connexionū, quid sit consequens, quod non consequens, quid repugnans. Aliud est nosse regulas connexionū, aliud sententiarū ueritatē. In sententiarū ueritate ipsæ per se sententię, non earū connexio, seu dependentia unius ex altera consideranda. Veræ autē connexiones non solum uerarū, sed etiam falsarū sunt sententiarum. Cuiuscemodi est illud Apostoli: Si resurrectio mortuorū non est, Christus non resurrexit. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nr̄a, inanis est & fides uestra, inuenimur & falsi testes: qm̄ testimoniū diximus aduersus deum, q̄ ipse suscitauerit quem non suscitauit. Et infra: Si in hac uita tm̄ in Christo sperātes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Hic patet etiam falsarū sententiarū ueras esse connexiones. Proinde facile est ueritatem, seu ueras consequentias discere etiam in scholis illis, quæ præter ecclesiam sunt. In his autē quæ fidei sunt sententiarū ueritas, in sanctis libris est inuestiganda. Et quia totus ferme textus scripturarū, ratione disputandi in sententiarū cōnexionibus, seu ueritatibus quibusdam est colligatus, ideo talis disciplina magis, inquit August. adiuuat legentes ad soluendas & explicandas sententias ambiguas, de quibus in libro ij. tractatur, q̄ ad cognoscendum incognita signa, de quibus in libro ij. Ex supra dictis ergo facile est considerare, quantum necessitatis & utilitatis ad inueniendum scripturarū intellectum adfert ipsa Dialectica, docens cognoscere ueras connexionum, consequutionū, sententiarum coherentias, seu dependentias. Insuper patet etiam, gentiliū philosophorū artes iuuare plurimum sacræ theologię studiosum, ad inueniendum uerum scripturarū intellectum. Sed in his supra dictis omnibus, uidelicet in multa peritia, super rerum naturis, in numerorū ac rerum musicarum rationibus, transactorum temporum historijs, in situ orbis, & locorū, prouinciarum distinctionibus, cauendum est sacrę theologiæ studioso, ne quid nimis. Nam talium rerū, uel forsitan sunt pauca, quæ scriptura cōmendat, ut non sit neccesse Christiano in multis propter pauca laborare. Vel forsitan a uiris, qui fraternæ utilitati prodesse studuerunt, separatim sunt posita, & conscripta, quæ de terrarum locis, de animalibus, herbis, arboribus, metallis scriptura commemorat, ut non sit necessarium sacrę theologię studioso, ad intelligendū scripturas in multis gentiliū philosophorum uoluminibus occupari. Item quæ olim dubitationes atq; obscuritates quasdam afferebant ex Latinorum interpretum infinita uarietate de Hebræa Græcāq; lingua, sunt nunc a bonis doctisq; Christianis elaborata, eligenda, aut notata certis in locis, ubi poterant suboriri difficultates super eo, q̄d interpretes nō recte attigissent mentē authoris in originali lingua conscribētis. Et ita iam ad sacræ theologię studiū accedēti, in hac nostra

Latinorū

Latinorum ecclesia, ubi tota scriptura linguæ Latine reddita multifarie est examinata, sufficere nobis uidet̄ unius linguę, utpote Latine peritia. Et quem admodum Eusebius olim in temporū historia conscripta propter diuinorū librorum quæstiones, profuit omnibus sacræ theologiæ studiosis: ita & alij quidam uiri docti, curantes prodesse fraternæ utilitati, separatim tradiderūt quę scriptura commemorat de locorū situ, de herbis, arboribus, lapidibus: digerentes sola, quę ad scripturarū faciūt intellectū. Propter supersticiosos errores in poetarū & gentiliū philosophorū libris, nō debemus musicā, cæterasue artes, quas liberales uocant, fugere: si q̄d in eis utile ad intelligēdas scripturas sanctas rapere potuerimus. Neq; em̄ ideo mala sunt, quæ ab illis aut reperta, aut scripta esse dicuntur. Neq; em̄ & literas discere nō debuimus, quia earum repertorē dicūt esse Mercurium: imo quisq; bonus uerusq; Christianus est, dñi sui esse intelligat, ubicūq; inuenit ueritatem. Quicq; autē supersticiosum est repudiet, tanq̄ figmentū presumptione humana instigante demone confictū. Sed ut totum istum locū diligentius explicemus, nam maxime (inquit August.) est necessarium. Sciendū est duo esse genera doctrinarū apud gentiles etiā in moribus hoīm: unum earum rerū, quas instituerunt hoīes: alterum earū rerū, quas animaduertērūt aut iam peractas, ueluti in historijs: aut diuinitus institutas in ratione rerum perpetua. Illud q̄d est scđm institutiones gentiliū hominum, partim est supersticiosum, partim superstitiosum non est. Superstitiosum est, quicquid institutū est ab hominibus, ad faciēda & colēda idola pertinens, uel ad colēdam sicut deum creaturā, aut uillam creaturæ partē, uel ad consultationes, & pacta quædā significationū cum demonibus placita & concesserata, qualia sunt documenta magicarū artium: quę quidē commemorare potius, q̄ docere solēt poetę. Ex quo gr̄ie sunt aruspicum & augurum libri, oēs etiam ligaturæ atq; remedia, quę medicorū q̄q; disciplina cōdemnat: siue in præcātationibus, siue in quibusdā rebus ligandis & suspendēdis in membris corpororū: nō ad temperationē corpororū, sed ad significationes quasdā, sicuti sunt in aures in summo singularū aurium: siue in uanissimis obseruationibus, ueluti cum dicitur tibi singultiet̄, ut dextra manu teneas pollicem sinistrum, aut si amicis iunctim ambulātib; uel lapis, uel canis, uel puer, medius interuenerit, tanq̄ ille direptor sit amicitię: aut si quis dum calcauerit se, sternutauerit, aut cum uestis a foricibus corrosa deprehenditur, quis plus ceperit timere suspensionem futuri mali, q̄ dolere præsens damnum. Vnde illud est elegāter a Catone dictū, q̄ cum esset consultus a quodam, qui sibi a foricibus erosas caligas diceret, Respondit non esse illud monstrum, sed uere monstrū habendū fuisse, si forices a caligis roderentur. Huic etiam generi perniciosæ superstitionis iungūtur genethiaci nūc appellati, uulgo mathematici, qui ex stellarū positionibus nascētium mores, actus, & euentū prædicere conātur: qui & si ueram stellarū positionē confectentur, & peruestigēt scđm naturalem philosophiam, tñ q̄ inde conātur actiones & euentū eorū qui nascuntur prædicere, nimis errant: quod in geminis fratribus declarāt, q̄ sub eisdē constellationibus nati, dissimillimos comperiant habere

O ij mores

Cap. 16. & sequentibus.
Duo sunt doctrinarū genera
apud ethnicos
et gentiles

Quid sit superstitiosum.

Genethiaci.

mores, ut patuit in Esau & Iacob. Neq; ad rem pertinet quod dicunt ipsum momentum temporis minimū, quod geminorū partum determinat, multū ualere in rerum natura, & in cœlestium corporū uelocitate rapidissima. Est enim concedam, inquit, Augustinus, ut plurimū ualeat in constellationibus, tñ a mathematico inueniri nō potest: quibus inspectis, se fata dicere profiteatur. Quare istæ quoq; opiniones, quibusdam rerum signis humanā præsumptione institutis, ad eadem illa quasi quædam cum dæmonibus pacta & conuenta referendæ sunt. Verum quidem est, q; istis superstitiosis & perniciosis diuinationū generibus multa præterita & futura dicantur. Sed hoc euenit, inquit Augustinus, illusionibus & deceptionibus angeli mali, q; cupidos malorum rerum hoīes conatur facere syderum seruos. Hactenus de genere doctrinarum gentilium superstitiosarū. Deinceps uidentur sunt institutiones hoīm gentilium nō superstitiosæ. i. nō a dæmonibus, sed cum hominibus institutæ. Vnde oīa quæ ideo ualent inter hoīes, quia placuit ut inter eos ualeant, instituta sunt hominum. Huius item generis duę sunt species: Quędam sunt superflua & luxuriosa, ueluti histrionum signa & fabulæ fictæ, quarū mendacijs et nugis hoīes uane delectant. Quędam autē commoda ac necessaria. Et hæc sunt sine quibus humana societas, aut non omnino, aut minus commode geritur, ueluti quęcunq; in habitu uel cultū corporis, ad sexus & honores discernendos placuerunt, quæq; in ponderibus, mensuris, & numerorū impressionibus uel æstimationibus sua cuiq; ciuitati sunt propria. Hæc autē tota pars humanorum institutorū, quæ ad usum uitæ necessarium proficiunt, nequaquā est fugienda Christiano, imo quantum satis est intuenda, memoriaq; retinenda. Hactenus de gñe earum rerum, quas instituerūt hoīes. Iam de altero genere disferendum est, de gentilibus uidelicet doctrinis earū, quibus aut transacta, aut diuinitus instituta, in ratione rerum perpetua traduntur. Quicquid de ordine temporum transactorū indicat historia, etiam a gentibus conscripta, plurimū nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos, etiam si præter ecclesiā pterili eruditione discatur. Nam & per olympiades & per cōsulum noīa, multa sepe querunt a nobis. Vnde ignorantia consulatus, quo natus est dñs, uel quo passus est, nonnullos coegit errare, ut putarent quadraginta sex annorū ætate passum esse Christū, q; per tot annos ædificatū esse templum, dictum est a Iudæis, qd dominici corporis imaginē habebat. Annorū quidē fere triginta baptizatum esse retinemus auctoritate euangelica. Sed postea quot annos in hac uita egerit, quantum ex textu ipso actionum eius animaduerti possit. Tamēne aliunde caligo dubitationis oriatur de historia gentiū collata cum euangelio, liquidius certiusq; colligit. Historiæ etiā iungendū est, cū præterita hoīm instituta narrant. Aliud em̄ est narrare facta, aliud docere faciēda. Libri autē aruspicum & augurū intendunt nō recitare facta, sed docere faciēda & obseruanda. In hoc etiam gñe sunt, quęcunq; de locorū situ, naturisq; animalium, signorū, lapidū & herbarū, aliarumue corporū scripta sunt, de quo genere superius egimus, earūq; rerum cognitionem ualere ad soluēda ænigmata scripturarū ostendimus. Quemadmodū liberales disciplinæ non ab hominibus sunt

Nō oīa insti-
tuta a gētili-
bus sunt sup-
stitiosa.
Cap. 27.

Historiæ gē-
tiliū sunt uti-
les ad intelli-
gendū sacras
litteras.
Cap. 27. & 28.

Error Ire-
næi sup ætate
Christi hic in-
sinuatur ab
Augustino.

sunt institutæ, sed potius indagatę atq; inuestigatę: ita & ueritas confexio-
num, scientiarū definiendi, diuidēdiq; & partiēdi, quantum rebus falsis plerūq;
adhibeat, ipsæ tñ falsæ nō sunt, neq; ab hoībus institutæ, sed in ratione rerum
perpetua, insuperabili lege diuina sic se habentia, ingeniosorū sagacitate cōper-
ta sunt atq; inuenta. Ex supra dictis concludit August. Quamobrē mihi uis
detur studiosis & ingeniosis adolēscētibus & timētibus deum, beatāq; uitā
quærētibus, salubriter præcipi, ut nullas doctrinas, quę præter ecclesiā Christi
exercent, tanq̄ ad uitam beatā capescendā secure sequi audeant, sed eas sobrie
diligētēq; dijudicēt: & si quas inuenerint ab hoībus institutas, & modo su-
pra dicto aut superstitiosas, aut superfluas & luxuriosas, repudiēt penitus & de-
testentur. Si uero quas intenerint ab hoībus institutas, ualētes ad societatem
hoīm conuiuentiū pro ipsa huius uitæ necessitate, nō negligāt. Si autē quas in-
uenerint doctrinas nō ab illis institutas, sed uel de rebus gestis historias, uel
de naturaliū rerū proprietatibus, uel de situ locorū, uel utiliū rerum artibus,
assumant ex illis quantum utile est, & ne quid nimis. Philosophi autē, & maxime
Platonici, si quæ forte uera & fidei nostrę accommoda dixerunt, nō solū for-
midanda nō sunt, sed ab eis tanq̄ iniustus possessoribus in usum nostrū uendi-
canda. Sicut em̄ Ægyptij nō solum habebāt idola & onera grauiā, q̄ populus
Israel fugiebat, sed etiā uasa aurea & argētea, & uestimenta, q̄ populus Israel
exiens de Ægypto ex dei præcepto sibi ad usum meliorē clānculum uendica-
uit. Sic philosophorū gentiliū doctrinę habēt nō solum simulachra & super-
stitiosa figmenta, q̄ unusquisq; nostrū debet fugere, sed etiam liberales disci-
plinas, usui ueritatis aptiores, quę continēt præcepta utilissima moribus, &
de uno ipso deo colēdo nōnulla apud illos uera inueniuntur, quæ tanq̄ aurum
& argentū apud eos nō ipsi instituerūt, sed de quibusdā quali metallis diuine
prouidentię, quæ ubiq; diffusa est, eruerūt. Alia insuper quędam ab illis q̄q;
institutæ, si inueniuntur accōmoda humane societati, qua in hac uita carere non
possimus, iusta ratione in usum licitum euangelicę doctrinę ab eis auferuntur,
q̄bus peruerse atq; iniuriōse ad obsequia dæmonū abutunt. Verum cum
cetera sciētia, quæ est utilis de libris gentilium collecta, si diuinarū scientiarū scri-
pturę comparet, est tanq̄ arena exigua & admodū parua. Nam quicquid ho-
mo didicerit, si noxiū est, in scriptura sacra damnat: si utile, ibi inuenitur: &
cū ibi quisq; inuenerit oīa, quę alibi utiliter didicit, multo abundātius ibi in-
ueniet ea, quæ nusq̄ omnino alibi, sed in illarū tantummodo scripturarū mira-
bili altitudine discuntur. Hęc sunt regulę gñales, quas tradit August. in ij. libro
de doctrina Christi. obseruandas, ne quis impediatur a scripturarū sacrarū in-
tellectu propter signa incognita, cū uidelicet lector nō plene cognoscit, quæ
res uerbis ipsis sunt significatę, aut quę sunt carū rerū significatarū naturæ.

Cap. 39.

Philosophi
multa uera
docuerunt ff
dei nrę accō-
moda, ca. 40.

Sacrę scri-
pturę emina-
tia.

Sequitur tertium caput huius tractatus, in quo traduntur regulę intelligendi scripturas, ex
tertio libro Augustini de doctrina Christiana.

IN tertio autem libro idem uenerabilis pater Augustinus, docet quę sunt
obseruanda ad inueniendum sententias scripturarum, ubi obscuritas ac-
cidit propter signa ambigua, ueluti cum incertū est quonā modo distin-
guere

O iij quere

guere oporteat orationem, aut diuidere dictiones atq; sententias, aut secundū quem casum accipienda sit dictio posita, aut quō orationē pronuciare oporteat, an enunciando, an potius interrogando & percunctando, an per ironiā, aut hyperbolen, an signis proprie an metaphorice acceptis. Tradit autē super istis regulas multas: Vnam in primis generalē de orationibus, quā propter diuersitatē tum distinctionū, tum pronuciationum sunt ambiguae. Cum adhibita, inquit, intentio lectoris uiderit incertū esse, quō sit distinguenda oratio, aut quō pronucianda, consulat regulas fidei, quam de scripturarum planioribus locis & ecclesiae autoritate percepit. Nam si talem inde sententiā intellexerit, quā regulis fidei & charitatis aedificandę consona est, nō perniciose fallitur, etiam quīs aliter forsitan, quā ille qui scripsit, intellexerit. Quod si plures ambiguitatis partes secundum fidem sonuerunt, consulēda sunt ea, quā prae mittuntur & quā sequuntur, ut uideatur cui sententię illa suffragentur. Quod si neq; prae scripto fidei, neq; contextu sententiarum antecedentiū & sequentium explicari possit ambiguitas, nihil obest, quam uel sententiā ueram & catholicā, orationē distinguēdo colligere. Huius autē regulę exemplā ponit ibidem tria, ubi ambiguitas potest ob diuersitatē distinctionū contingere. Hæreticorum quorūdam, nolentium confiteri uerbum esse deum, fuit distinctio: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum & deus erat, ut alius sensus sit, uerbum hoc erat in principio apud deum. Sed hæc sententia ex regula fidei est refellēda. Deinde exemplum tradit, ubi ambiguitas tollitur ex sententiāz cohærentia. In uerbo Apost. ad Philippēses 1. Quid eliam ignoro, coarctor autē ex duobus concupiscētiā habēs dissolui, & esse cum Christo multo magis optimum, permanere autē in carne necessariū propter uos. Vbi incertū est, utrum locutio illa, ex duobus, iungēda sit cum uerbo, concupiscētiā habēs, ut dicatur: coarctor autē, & deinde sequat: ex duobus concupiscētiā habēs dissolui. Tanq̄ dicat: Vtriusq; rei, tam uitę, q̄ mortis desiderio torqueor. An potius ex perspecta sententiāz cohærentia sit iungēda cum uerbo coarctor, ut dicat: coarctor aut ex duobus. & deinde sequatur: concupiscētiā habēs dissolui, & esse cū Christo, multo em̄ magis optimum: permanere autē in carne, necessarium propter uos. Et hūc sensum dicit Augustinus esse Pauli, quē & noui quę interpretes nūc approbāt. Tertiu exemplum ponit, ubi neq; ex prae scripto fidei, neq; ex sermonis contextu ambiguitas tolli potest, ex ij. ad Cor. vij. Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spūs, perficiētes sanctificationē in timore dñi. Dubium est, an spūs iungēdus sit inquinamēto, ut dicatur, ab inquinamēto carnis & spūs, ut simus sancti corpore & spiritu: & deinde sequatur, perficiētes, &c. An potius sit iungēdum ad sanctificationem: Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis, & deinde sequatur: & spūs perficiētes sanctificationem in timore domini capite nos. Id genus sunt in scripturis innumera, quemadmodū latius infra manifestabimus. Amplius autē declarat Augustinus: Quod dictum est de ambiguis distinctionibus, idem obseruandum esse in ambiguis pronuciationibus. Nam tales aut regulis fidei corriguntur, aut præcedentis uel consequen-

Prima regula est de ambiguis distinctionibus & pronuciationibus, cap. 1.

Ioan. 1.

Cap. 1.

tis conceptione sermonis, aut præcedentis linguę inspectione, aut interpretū collatione tolluntur. Aut si ambiguitas, neq; prae scripto fidei, neq; ipsius sermonis contextu corrigi potest, quolibet modo pronuciauerit lector, nō est in culpa. De hoc tradit exempla. Primum, in quā ambiguitas tollit per regulam fidei, ueluti ad Roma. viij. hanc percunctationē: Quis accusabit aduersus electos dei: subsequit: deus, qui iustificat. Et iterum hanc percunctationem: Quis est qui condemnet: subsequitur: Chrs Iesus, qui mortuus est. Hic nisi fides reuocaret nos credentes, deum & dominū nostrum Iesum neq; esse accusaturū aduersus electos, neq; condemnaturū eos, possent ea quæ sequunt, huiuscemodi percunctationes pronuciari, tanq̄ essent earū responsiones. Quod dicere quā blasphemum est, idcirco & ea uelut nō responsiones, sed sono interrogantis enuncianda sunt hoc pacto: Quis accusabit aduersus electos dei: An deus, qui iustificat: ut tacite respondeat, non. Et iterū: Quis est qui condemnet: An Iesus Christus, qui mortuus est: ut ubiq; respondeat, non. Sunt qui huiuscemodi amphibologiam aliter, quā August. absoluūt, dicētes ea quę sequuntur interrogatio nes, neq; interrogātis sono, neq; respondētis sono, sed pronuciantis sermone legenda esse, adijciētes copulā est, ut hoc pacto: Quis accusabit aduersus electos dei: Deus est qui iustificat, & Chrs est qui mortuus est. Deinde tradit exemplum, ubi ambiguitas soluit ex sententiāz cōtextione, ueluti cū idē Apłs ait: Quid ergo dicemus: quę gentes, quæ nō sectabant iustitiā, apprehenderūt iustitiam. Hæc locutio ambigua habere potest pronuciationē, aut ut totum intelligat percunctando, aut interrogando dictum, aut ut solum hoc quod dicitur: Quid ergo dicemus, intelligat esse interrogatio, & quod subsequit, uidelicet, quę gentes quę nō sectabant iustitiā, apprehenderūt iustitiā, intelligat esse responsio. Verum hæc ambiguitas tollitur per sententiāz coherentiam. Quia nisi post percunctationem illam, qua dicit: quid ergo dicemus: intelligat subsequi qui responsio hæc, quę gentes quę nō sectabant iustitiam, apprehenderūt iustitiam, textus consequens nō cohererebit. Tertio ponit exemplum, ubi ambiguitas neq; per regulam fidei, neq; ex sermonis contextione dissoluit: & idcirco potest oratio pronuciari quomodo libet. Veluti quod Nathanael dixit: A Nazareth potest aliquid boni esse. Potest pronuciari tam interrogantis, quā affirmantis uoce. Vterq; sensus fidem nō impedit, neq; liquet ex contextione sermōis, quod sensu sit pronuciatū. Deinde uenerabilis pater addit idem documentū seruandum esse, ubi ambiguitas contingit ex sono dubio syllabarū, aut ex ignorantia casuum. Nam quod scriptū est: Non est a te absconditū os meum, quod fecisti in occulto. Non relucet lectori, utrū correpta litera os pronuciandum sit ut intelligatur in plurali numero habere ossa: an producta, ut intelligat habere ora. Sed talis ambiguitas linguę præcedētis inspectione diiudicat, ubi manifestum est dici in ea significatione, qua dicitur os ossis. Id dicitur ad Thesalon. Propterea consolatus sumus fratres in uobis. dubiū est, utrū o fratres in uocatio, an hos fratres. Neutrū horū est contra fidei regulā, sed Græca lingua hos casus nō habet pares: idcirco illa inspecta renunciat uocatio esse. i. o fratres. Item quod 1. Cor. dicit: Quotidie morior propter uestrā gloriam fratres

Rom. 9.

Ioan. 1.

Psalmo 126.

1. Thesal. 1.

1. Cor. 13.

O iij quam

quam habeo in Christo Iesu. Ambiguā habet sententiā, sed in Græco uox est manifesta iurantis sine ambiguo sono. Proinde interpres quidā; quotidie maior per uestram iuro gloriam fratres. Secundā regulam tradit August. in eodem iij. lib. docēs inuenire intellectu scripturarū, ubi sunt locutiōes ambiguae propter hoc, q̄ incertū est, an signa sunt pprie, an translate accepta: & si trāslate, in quā rem significandā transferant: & de his tradit gñalia documenta duo. Primū, In principio, inq̄t, cauendū est, ne figuratā locutionē ad literā accipiamus. Ad hoc em̄ cauendū ptinet qd̄ ait Ap̄ls: Litera occidit, spūs aut̄ uiuificat. Cum id qd̄ figurate dictū est, sic accipit tanq̄ sit pprie dictū, carnas litera sapit: neq̄ ulla mors aīæ congruētius appellat, q̄ cum id etiā qd̄ in ea beftias antecellit, carni subijcīt, sequēdo literā. Qui literā sequit, translata ꝑba sicut propria accipit: neq̄ illud qd̄ proprio uerbo significat, ad aliā significationem refert: uerbi gr̄a, si sabbatū audierit, intelligit quēlibet unum diem de septem: cum audierit sacrificiū, nō cogitat nisi sacrificiū, qd̄ de uictimis pecorum terrenisq̄ fructibus fieri solet. Et hæc est miserabilis aīę seruitus, huius scemodi signa pro rebus accipere, in illis non leuare mentis oculum in ipsum lumen æternū, quē tñ seruitus in Iudæo populo longe a cæterarū gentiū more distabat, qñ quidem Iudæi ipsi signis illis t̄palius ita subiugati erant, ut in oībus unus eis deus commendaret. Et quanq̄ signa rerum spiritualiū pro rebus ipsis obseruarent, nesciētes q̄ referrent, id tñ insitū habebant, q̄ tali seruitute uni oīm placerēt deo, quē nō uidebāt. Quam custodiā tanq̄ sub pædago go paruulorū scribit fuisse Ap̄ls. Quāobrem Christiana libertas eos q̄s inuenit sub utilibus signis, ad eas res quas sunt signa eleuauit, liberans eos, interpretatusq̄ eisdē signa illa, q̄bus subditi erant. Sub signo em̄ seruit, q̄ operat̄ aut uenerat̄ rem aliquā significantē, nesciens qd̄ significet. Qui aut̄ operatur & uenerat̄ utile signum diuinitus institutū, cuius uim significationēq̄ intelligit, nō hoc ueneratur qd̄ uidet̄ & transit, sed illud potius quo talia cūcta sunt referenda, & talis iam homo spūlis est & liber, etiam in seruitutis t̄pē, q̄ nondum oportet carnalibus animis reuelari signa illa, quorū iugo sunt edomādi. Tales aut̄ spirituales erant patriarchæ & prophetæ, oēsq̄ in populo Israel, per quos spūs sanctus solatia scripturarum nobis ministravit. Huic aut̄ obseruationi, qua cauemus figuratam locutionē quasi propriā sequi, adiungēda etiam illa est, ne propriam locutionē quasi figuratā uelimus accipere. Sed prius operæ precii est ostendere modum inueniēdæ locutionis, propria ne, an figurata sit: & pro hoc ponitur secundū documentum. Secundum documentum, ad inueniendum an propria sit locutio, an figurata, iste (inquit) est modus: Quicquid in sermone diuino, neq̄ ad morum honestatem, neq̄ ad fidei ueritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscitur. Morum honestas est, ad diligendū deum; fidei ueritas, ad cognoscendū deum & proximum: Non præcipit scriptura, nisi charitatem: nec culpā, nisi cupiditatem, & eo modo conformat mores hominū. Non asserit autem nisi catholicam fidē, rebus præteritis, præsentibus & futuris. Omnia hæc ad eandem charitatem uariandam atq̄ corroborandam, ad cupiditatē aut̄ extinguendā aut uincendam

De locutionibus figuratis duo documenta, cap. r

Cap. 6.

Gal. 5.

Cap. 9.

Cap. 10.

Secundum documentum.

dam ualent, Charitatem aut̄, dum ingerunt animis hominum aut spem, aut timorem. Ad hoc etiam peccata magnorū uiroꝝ sunt scripta, ut apostolica illa sententia utiq̄ tremenda doceatur: Qui stat uideat ne cadat. Nulla est enim fere pagina sanctorū librorum, in qua non sonet, q̄ deus resistit superbis, humilibus aut̄ dat gratiam. Proinde omnia ad corroborandū charitatis regnū ualent. Charitatem uoco, motum ad fruendum deo propter ipsum in se, atq̄ proximo propter ipsum deū. Quod agit charitas, quo sibi proffit, ut animus in deo beatus fiat, utilitas est; quod aut̄ agit ut proffit proximo, beneficiētia uocatur. Hæc duo apertis locutionibus præceptiuis passim iubentur in diuinis literis. Cupiditatem uero uoco, motū animi ad fruendum se & proximo, & qualibet re nō propter deum. Quod agit indomita cupiditas, corrumpēs seu terrenis immergens hominis animum, uocatur flagitium; quod aut̄ agit alteri nocens, facinus dicitur. Hæc duo apertis locutionibus in eisdem diuinis literis uentantur, quibus dicitur: Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Nolite diligere mundum, neq̄ ea quę in mundo sunt. Et quanto magis regnū cupiditatis destruitur, charitatis augetur. Quicquid ergo asperum, & quasi seuum factu dictuq̄, aut erga se, aut proximū, in sanctis scripturis legitur ex persona dei, uel sanctorū eius, ad cupiditatis regnum aut destruendū in homine, aut euertendum cum homine ualet, uel in bonum eius, in quo destruitur, ut transferatur in regnum charitatis, uel in uindictam eius in quo euertitur. Qui suam cupiditatem in hoc seculo sequi uoluerit, sentiet ultionem diuinæ iræ, periturus eterno igne, una cum sua cupiditate. Et interdum scriptura, uel destructionem hanc, uel euerisionem perspicue sonat. Destructionem quidē, ueluti cum dicit Paulus; Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Quamuis & illic uoces quædam translate accipiuntur, sicuti est ira dei, & crucifixerunt, sed non tam multa sunt, uel saltem non ita sunt posita ut obtegant sensum, & allegoriam uel ænigma faciant, quam proprie figuratam locutionem uocant. Supradictum igitur Apostoli uerbum destructionem cupiditatis perspicue sonat. Euerisionem autem perspicue sonat quod dicitur indignatio, tribulatio, & angustia, in omnem animam hominis operantis malum. Et in talibus non figurata, sed propria est locutio. Interdum aut̄ scriptura huiuscemodi regni cupiditatis destructionē non perspicue sonat, sed sub metaphoris, figuris, parabolis, uel ænigmatibus. Et tunc intelligenda est locutio tanq̄ figurate dicta. Veluti quod apud Hieremiam dicitur: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipēs: non dubium, quin figurata sit locutio tota, referēda ad destruendum in hominibus cupiditatis regnum, & ad ædificandum charitatis imperium, in eo quod subditur: Et ædificēs, & plantēs. Rursus: Quicquid in scripturis aut flagitiosum, aut quasi ex cupidine seu libidine exortum, ex persona dei uel sanctorum eius factum commendatur, ualet ad ædificandum uel corroborandum in hominibus Christianæ fidei & charitatis regnum, quemadmodum quæ dicuntur in Canticorum libro, & in alijs de sponso & sponsa, & quod dominus Iesus unguēto precioso a muliere uoluit perfundi,

Iacobi 4.

Quid charitatis.

Cupiditas.

Flagitium.

Facinus.

Cap. 11.

Galat. 5.

Euerisio regni cupiditatis.

Rom. 1.

Hieremias 1.

Cap. 11.

Ioan. 13.

non

nō cupiditatis seu libidinis erat, quēadmodū est mos luxuriosorū & nequā hoīm, quorū talia conuiuia detestamur, sed magnæ cuiusdam rei erat signū: odor .n. bonus fama est bona, quam quisq; bonæ uitæ operibus habuerit, Christi uestigia sequens, quasi pedes eius preciosissimo odore perfudit. Sic & alia est in pditis moribus, alia est in uaticinatione Osee prophetę: Coniunctio meretricis, nō usus rerum, sed libido utentis in culpa est. Fieri em̄ potest, ut sine aliqua libidine preciosissimo cibo uel unguento sapiens utatur, insipiens autē scdissima gulæ flamma in uilissimū olus ardescat, quemadmodū ex libidine Esau uescebatur lentis edulio. Sic & oīa, quę in Canticoꝝ libro uidētur carnalem sonare amorē, sanctam spirant charitatē inter Christū & ecclesiam. Si ergo præceptiua locutio est, quæ uidet aut flagitium aut facinus iubere, aut utilitatem, aut beneficentiā uetare, figurata est locutio, ualēs uel ad cupiditatis regnum destruendū, uel charitatis regnum ædificandū. Verbi gr̄a, cum dicit Saluator: Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Facinus siue flagitiū uidetur iubere, uidelicet dentibus conterendā & manducandā esse carnem filij hoīs, sicut caro manducatur, quę tendit in macello, quemadmodū & Iudæi audientes intellexerunt, dicentes: Durus est hic sermo. Quos & arguit Saluator, dicens: Caro nō prodest quicq; spūs est qui uiuificat. Est igitur figurata locutio, præcipiens ad ædificandū charitatis regnum, spiritui communicandū esse passioni dñi, & suauiter & utiliter in memoriam recondendum, q; pro nobis caro eius sit uulnerata & crucifixa. Item cum ait dñs: Qui amat animam suam perdet eam. Flagitium iubere uidetur, & uetare utilitatem, q; debet quisq; conseruare animam suam. Figurata igitur est locutio, præcipiens destruere cupiditatis seu libidinis regnum, perdat animā suam. i. perimat usum siue amorem, quem nunc habet peruersum atq; præposterū, dum ipse ita immersa iacet tpalibus commodis atq; delicijs, ut æterna non quærat. Sic & qd dicit: Si oculus tuus scandalizat te, erue illum. Figurata est locutio præceptiua, ualens ad destruendū libidinis regnū, dum oculoꝝ uidelicet concupiscentiam iubet eruere & resecare. Tertiam regulam tradit ibidem de præceptiuis locutionibus, dicens: Ad intelligendū scripturas obseruandū esse, ut sciamus alia oibus communiter præcipi, alia singulis quibusq; generibus personarū, quicq; de uxore & diligenda & regenda sancti libri præcipiunt, hoc nō intelligitur præceptum ei, qui in superiori gradu spiritualis uitæ constitutus, cœlibē amplectus est uitam, & se castrauit propter regnū cœlorū. Quarta regula, quīs oīa, uel pene oīa, quæ in libris testamenti ueteris gesta continent, nō solū proprie sed etiam figurate sunt accipienda: nō tñ oīa, quæ etiam pproprie accepta in illis sunt laudata, nobis sunt imitanda. Multa enim in sanctis illis antiquis dispensatione diuina sunt facta officiose, & idcirco sine libidine, q; ex obediētia sunt facta deo iubente, quæ hoc tempore nisi per libidinē fieri nō possunt, domino illa nunc uetante. Multa rursus in illis sanctis sine libidine fiebant congrua opportunitatibus illorū temporū, & societati illorū hoīm, quæ nūc sine libidine non fierent, humanā institutione aut consuetudine prohibente illa,

tanq̄

tanq̄ incongrua humanæ societati, qua in hac uita carere nō possumus. Suscipiendæ prolis causa erat uni uiro inculpabilis consuetudo pluriū simul habēdarum uxorū. Vnam autē fœminā maritos habere plurimos honestū nō erat. Vnus uir ex pluribus fœminis potest generare, sed una mulier non potest a pluribus uiris simul esse impregnata. Deinde & meretricia potius turpitudine est mulieris proles esse quasi uulgo quæsitā, seu incertos habere patres. Multa sunt, quæ tempore illo officiose sunt facta, quę nō nisi libidinosè fieri possunt. Qd' alijs gentibus alijsq; temporibus & locis, uel in coniugijs, uel in conuiujs, uel in uestitu, cæterocq; humano uictu flagitiosum esse uidetur, alijs in locis, tēporibus & gentibus nō uidet flagitiosum. Qua uarietate innumerabilium consuetudinū cōmoti quidā dormitantes, nō euigilantes in sapientię luce, putauerūt nullam esse iustitiā per seipsam, sed unicuiq; genti consuetudinem suam iustā uideri: quæ cum sit diuersa oibus gentibus, arbitrati sunt nullam esse usq; incommutabilē iustitiā; non intelligētes, non posse ulla gentili diuersitate mutari naturę iura, quibus præcipimur colere & diligere deum supra oīa, & ne alijs fecerimus, qd nobis fieri non uolumus. Hæc sunt, quę si scdm legem fidei seruauerimus, tyrannidē cupiditatis euertimus, & edificamus regnum charitatis dei & proximi. Seruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi, ut tam diu uerſet diligenti consideratione qd legitur, donec ad regnum charitatis interpretatio perducat. Si autē locutio hoc regnum proprie sonat, nulla putetur figurata locutio. Ex quibus consequens est, q; in scripturis sacris præceptiua locutio, perspicue uel uetans flagitium aut facinus, uel iubens utilitatem & beneficentiā, non est figurata. Locutio autē, quę aut flagitiū aut facinus uidetur iubere, uel utilitatē aut beneficentiā uetare, figurata est. Ait scriptura: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: perspicua & non figurata locutio est. Sed qd sequitur: Hoc enim faciens, carbonēs ignis cōgeres super caput eius: maleuolētię facinus uidetur indicare. Ne igitur hoc putes, regula hæc docet, figurate hoc esse accipiendū: ut intelligas carbonēs ignis, esse urentes pœnitentię gemitus, quibus superbia eius sanatur, qui dolet se inimicum fuisse eius, a quo miserię suæ subuenitur. Nam quæ quibusdam in locis pro uituperatione ponūtur, rem malam significātes, alijs in locis in laudem dicūtur, rem bonam significantes. Sic fermentum, leo, serpens, aqua, panis, in malam ponūtur partem, cum dicit scriptura: Cauete a fermento pharisæorū. Aduersarius uester diabolus, tanq̄ leo rugiens circuit. Ti meo ne serpens seduxit Euam. Aquæ furtiuæ dulciores. Panis absconditus suauior. In bonam autē partem ponuntur: Quæ abscondit fermentū in tribus mensuris faring, donec fermentaret totū. Vicit leo de tribu Iuda. Estote prudentes sicut serpētes. Fiet in eo fons aquæ salientis in uitā æternā. Ego sum panis uiuus. Sunt etiā quædā, de quibus incertū est in quā partē accipi debeāt, sicut: Calix in manu dñi uini meri plenus mixto. Incertū est, utrū iram dei significet in calice non usq; ad fecem. i. nouissimam pœnam: an potius gratiā scripturarum, a Iudæis ad gentes transeuntē, qui inclinauit ex hoc in hoc, remanētibus apud Iudæos obseruationibus & scripturis, quas carnaliter sapiunt.

Inter

Qd' nunq̄ licitū fuit vni mulieri plures maritos habere, sed bñ e contra.

Error corū, q; putauerūt nullā eē per se iustitiā.

Cap. 15. 16. Gñalis regula adinueniendū scripturę sensum in locutionibus figuratis

Prou. 27. Rom. 14.

Psalmo 74.

Ioan. 7.

Ofen.

Gen. 17

Cap. 16

Ioan. 6

Ioan. 12.

Matth. 5

III. regula.

III. regula. Cap. 20. & sequentibus.

Interdum etiam eadē res nō in contraria, sed in diuersa significatione ponit. Aqua nunc spiritum sanctū significat, ut flumina aquae uiuē: nunc populum, Apoc. xvij. Scutum, nunc bonā uoluntatem, nūc fidē significat. Dicit em̄ scriptura utrunq; & scutū bonae uoluntatis, & scutū fidei. Sed & alię res multę in scripturis ponunt diuersa in significatione, quod cum fit, ex locis apertioribus discendum est quō in locis intelligātur obscuris. Sexta regula ex doctrina Augusti. ibidem, pro inueniēdo scripturāz intellectu, collecta est. Quādo ex eisdem scripturę uerbis non unum aliqd, sed duo uel plura sentiunt, etiā si latet quid fenserit ille, qui scripsit: nihil periculi est, si quodlibet illorum congruere ueritati ex alijs sacre scripturę locis doceri potest. Id in eo, q̄ diuina scrutatur eloquia, conante, ut ad uoluntatē & mentem perueniat authoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est spūs, siue hoc assequat, siue aliam sententiam regulis fidei consonam de illis uerbis exsculpat: ille quippe author in eisdem uerbis, quae intelligere conamur, & nostram sententiā forsitan uidit, & certe dei spūs, qui per eum talem sermonem operatus est, etiam ipsam occurfurā pio lectori uel auditori sine addubitatione prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius & fecundius potuit diuinitus prouideri, q̄ ut eadem uerba pluribus intelligant modis? Vbi aut talis sensus eruitur, qui certis alijs scripturāz testimonijs non potest demonstrari, periculosus est interpretandi modus, nisi ratione reddita manifestus fiat. Per scripturas diuinas multo tutius ambulatur, ut dum eas uerbis obscuris obumbratas interpretari uolumus, eam inde eruamus sententiā, quae aut nō habeat controuersiam: aut si habeat, ex scripturis adhibitis testibus determinetur. Septima regula: Tropos legendi cognoscere in scripturāz ambiguitatibus dissoluentis praecipue est necessarium. Nam manifestum est, authores scripturę sacrae uos fuisse oibus loquendi modis, quos Graeci Graeco noīe tropos uocāt: q̄s tropos qui ex Grammatica nouerunt, ad intelligendū scripturas plurimū ad iudantur. Sed hic eos ignaris tradere nō decet, ne artem grammaticā docere uideamur. Istorum troporū non solum exempla, sed quorundam etiam noīa in diuinis libris leguntur, sicut allegoria, aenigma, parabola: quibus pene oēs hi tropi, qui literali arte dicuntur cognosci, etiam in eorū reperiantur locutionibus, qui nullos grammaticos audierunt, contēti sermone quo uulgus utitur. Sunt aut tropicāe locutionis species: ironia, antiphrasis, hyperbole, metapheora, & id genus alia multa. Ironia pronūciatione indicat quid uelit intelligi, ueluti cum dicitur homini mala faciēti, res bonas facis. Antiphrasis, ut contraria significet non uoce pronūciantis efficitur, sed uerba habet sic posita, ut a contrario intelligatur quid loquimur, ueluti si dicamus: Caue tibi ab illo q̄a bonus homo est. Postremum Augustinus in eodem libro iij. enumerat septem Ticonij cuiusdā regulas, quibus consideratis multae scripturāz ambiguitates atq; obscuritates dissolui possunt. Ticonius quidam, inquit, q̄ contra Donatistas inuictissime scripsit, cum ipse fuerit Donatista, fecit librum, quem Regularū uocauit, q̄a in eo quaedam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuināz scripturāz aperiuntur occulta: quarū primam

VI. regula.
Cap. 26. 28.

VII. regula.
Cap. 29.
Tropos cognitio est theologonēcessaria.

Species tropicāe locutionis.

De 7. Ticonij regulis,
cap. 30

ponit de Christo & eius corpore, q̄d est ecclesia, quae aliquando in scripturis sacris intimatur tanq̄ una persona, cui tribuuntur nūc ea, quae Christo, ut capiti, conueniūt: nunc ea quae corpori, quod est ecclesia, competūt: sed q̄ncq; a capite transitur ad corpus, quandoq; a corpore ad caput: & tñ scriptura ab una eademq; persona nō uidetur recedere. Vna persona loquitur Esaię, sic dicens: Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponfam ornauit me ornamento. Secundam regulam ponit de corpore Christi bipartito. Vnde poterat regula ista sic appellari, ut diceretur de permixta ecclesia Christi, cui tribuuntur nūc quae zizanij, nūc quae alijs membris uiuis competūt, quemadmodum ipsa ecclesia in Canticis ait: Nigra sum, sed formosa, ut tabernacula Cedar, ut pellis Salomonis. Vtrunq; se esse dicit ecclesia, propter temporalē unitatē intra unum rete pisciū honorū & malorū. Tabernacula Cedar, pertinet ad Hismaelem, qui nō erat haeres cum filio liberæ. Tertiam regulam ponit de promissis & lege, quae alio modo (inquit Augustinus) dici potest de spiritu & litera. Vnde frequens est transitus de litera in spiritum. Proinde uigilare debet studiosi lectoris intentio, ut intelligatur quid secundum spiritū, quid secundum literam sit accipiendum. Quartam regulam ponit de specie & genere, id est, de parte & toto, Scriptura saepe parti, uidelicet Tyro Baby Ionig, siue alterius cuiuslibet prouincię ciuitati tribuit ea, quae conueniūt oibus gentibus. Proinde in scripturis intelligēdis uigilare debet lectoris intentio, ne quaerat in specie seu in parte, quod certius & melius potest inuenire in toto. Quintam regulam ponit de temporalibus, aut quantitate temporum, quae regula, ut inquit Augustinus, etiam de aliarū rerum numeris est accipienda, ubi uigilare debet lectoris intentio, ut intelligat in scripturis saepe numero aliquid dici secundū totum aliquod tempus, quod secundum partem solum illius temporis, aut praeteritum, aut futurū est intelligēdum. Veluti quod Christus dicitur tribus diebus & tribus noctibus fuisse in uisceribus terrae, secundum tropum synechochen accipiēdum est. Et rursum aliquid dicitur secundum certam temporū quantitatē, quod pro uniuerso tempore accipiēdum est. Veluti quod dicitur: Septies in die laudem dixi tibi, nihil est aliud, q̄ semper est laus tua in ore meo. Sextam regulam ponit de recapitulatione, secundum quam est reditus ad ea, quae fuerāt in superioribus praetermissa. Hic uigilare debet mens studiosi lectoris, ne quis posterius in scripturis recitata, intelligat tanq̄ sequatur in ordine temporis, & sint posterius facta, quemadmodum Genesis ij. quae dicuntur de paradiso, nō intelliguntur secundū tempus facta post illa, quae scribuntur Genesis i. Septimam regulam ponit de diabolo & eius corpore, ubi quemadmodū in prima regula uigilādum est, ut dum scriptura loquitur de diabolo & ecclesia eius, tanq̄ de una persona, intelligat quid capiti diabolo, & quid corpori eius ecclesie malignantiū sit attribuēdum. Hae quidem oēs regulae diligenter obseruatae, plurimum quidem adiuuant ad penetranda obscura seu tecta diuinorum librorum eloquia: quibus nō omnia, inquit Augustinus, quae in diuinis libris ita scripta sunt, ut nō facile intelligant, possunt his regulis inueniri, sed alijs modis plurimis, usq; adeo

I. regula de Christo & eius corpore.

II. regula de bipartito corpore Christi

Can. 1

III. regul. de promissis & lege.

III. regul. de specie & genere

V. regula de temporibus.

Matth. 12.

Psalmo 118
Psalmo 11

VI. regul. de recapitulatione.

VII. regul. de diabolo & eius corpore.

P ut etiam

etiam ipse Ticonius multa exponat obscura, in quibus nullā harū adhibet regularum. Et proinde ipse supra quā debuit, easdem regulas commendauit, tantum eis tribuēs, quasi omnia, quæ in diuinis libris obscure posita inuenimus, eisdem regulis bene cognitis atque adhibitis intelligere ualeamus. Hactenus ex tribus libris Augustini de doctrina Christiana, generalia quædam dogmata collecta sunt, quibus intellectis diligenterque perspectis & obseruatis, quibusque sacræ theologiæ studiosus, multos difficultatis nodos, & obscuritates uarias in scripturis sacris poterit dissoluere atque elucidare. Iam uero, ut quod scribimus ualeat prodesse etiam minus eruditis, minusque capacibus, ad quædam magis specialia descēdemus. Et cum idem uenerabilis pater Augustinus subsequēter in quarto libro suo de eadem doctrina Christiana tradat doctoris, expositoris, seu tractatoris diuinarum scripturarum officia esse, fidem rectam defendere, errores debellare, bona docere, mala dedocere, atque in sermone docendi conciliare auersos, remissos erigere, auditores & lectores intentos ac beneuolos facere, & cetera quæ agenda sunt ita sapienter dicere, ut profit audientibus, sententias quasdam ex eodem libro recitabimus.

Sequitur caput quartum, continens sententias quasdam ex quarto libro de doctrina Christiana.

In superioribus ergo libris tribus Augustinus de rebus & de lignis, tam proprie, quam translate acceptis secundum regulas quasdam, quibus iuuantur sacrarum literarum studiosi hactenus egit. Addens eosdem non solum admonendos esse, ut in scripturis sacris genera locutionum sciant, uigilanterque aduertant; uerum etiam, quod precipuum & maxime necessarium est, orent ut intelligant: quoniam dominus dat sapientiam, & a facie eius intellectus & scientia. A quo & ipsum studium piarumque uoluntate discendi sacras literas acceperunt. Et hæc, quatenus attinet ad sacræ theologiæ discipulos, hactenus tradidit Augustini. Consequenter in quarto libro tradit sententias attinētes ad doctores & expositores, quibus sacrarum literarum docendarum incumbit officium, ad quod apte congrueque exercendum non nihil utilitatis habet rhetorica præcepta. Sed seorsum hæc discenda sunt, si cui forsitan bono uiro etiam hæc uacat discere. Compendium facientes, colligimus ex eodem libro quarto aliquot sententias. Prima est: Rhetorica præcepta sunt utilia ad defendendum ueritatem. Nam cum per artem rhetoricam & uera suadeant & falsa, quis audeat dicere ueritatem defensoribus suis aduersus mendacium debere consistere inermem, ut uidelicet illi, qui res falsas persuadere conantur, nouerint auditorē uel beneuolum, uel intantum, uel docilem in proœmio facere. Isti autem, defensores scilicet ueritatis, non nouerint. Et illi falsa breuiter, aperte, uerisimiliter: isti uera sic narrent, ut audire redeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat. Illi fallacibus argumentis ueritatem oppugnent, animasque audientium in errorem mouētes, docendo terreant, contristent, exhilarent. Isti pro ueritate, lenti, frigidique dormitent. Quis ita desipiat, ut hoc dicat: Si ergo mali hanc eloquii facultatem usurpant in uisus iniquitatis & falsitatis, cur non eam defensores ueritatis per studio sibi comparant, ut deseruiat ueritati? Secunda sententia: Quæcumque sunt de facultate hac seu eloquentia obseruationes atque præcepta extra istas sacras literas nostras seposito ad hoc congruo

Theologiæ studioso orandum ut intelligat quæ legit

I. sententia, rhetoricæ est ueritatis defensoribus ueritas, cap. 1.

II. sententia, ca. 1.

congruo temporis spatio, apta & conuenienti ætate discenda sunt eis, qui hoc celeriter possunt. Nam ut ipsos Romanæ eloquentiæ principes non piguit dicere, quæ hanc artem nisi quis cito possit, nunquam omnino possit perdiscere. Quæ etiam si possit a tardioribus tandem aliquando perdisci, nos tamen etiam, inquit Augustinus, non tanti pendimus, ut in eius præceptis discendis iam maturas uel graues etiam hominum ætates uelimus impendi. Satis est ut adolescentulorum ista sit cura: nec ipsorum omnium, quos utilitati ecclesiasticæ cupimus erudiri, sed eorum, quos, nondum magis ugens huic rei ulla præponenda necessitas occupauit. Quoniam si acutum & feruens adsit ingenium, facilius adhaeret eloquentia legentibus & audientibus magistris eloquentes, quam sectantibus eloquentiæ præcepta. Tertia sententia: Præter canonicos nostros authores sunt ecclesiastici uiri, qui diuina eloquia non solum sapienter, sed eloquenter etiam tractauerunt: quorum scripturas ecclesiasticas legendo, & exercitatione imitando, homines fiunt eloquentes, etiam si non id agant ut eloquentes sint, sed tantummodo rebus ipsis, quæ ibi dicuntur, sint intenti. Sine præceptis rhetoricis, nulla eloquendi arte tradita, nouimus plurimos, eloquentiores plurimis qui illa didicerunt. Sine lectis uero & auditis eloquentium hominum disputationibus uel dictionibus, neminem. Nam neque ipsa arte Grammatica, qua discit locutionis integritas, indigerent pueri, si eis inter homines, qui integre loquerentur, daretur & cresceret & uiuere. Nescientes quippe ulla nomina uitiorum, quicquid uitiorum cuiusque ore loquentis audirent, sana sua consuetudine reprehenderent & cauere, sicut rusticos reprehendunt urbani, etiam qui literas nesciunt. Ex his conclusit Augustinus dogmata quædam, quæ nos includimus in sententia quarta. Debet igitur diuinarum scripturarum tractator & doctor, defensor ueritatis & recte fidei, & debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere, atque si opus fuerit in proœmio auditorē uel beneuolum uel intantum uel docilem facere, & in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, &c. quæ agenda sunt in huiusmodi docendi officio ita tradere, ut res, de qua agitur, innotescat. Si uero qui audiunt monendi potius, quam docendi sint, ut in eo quod iam sciunt agendo non torpeant, maioribus dicendi uiribus opus est. Hic enim obsecrationes & increpationes, concitationes & coercitationes, & quæcumque alia ualent ad commouēdos auditorum animos sunt necessaria. Sed cum alij hoc faciunt obtuse, deformiter, frigide; alij ornate, acute, uehementer, illum ad hoc docendi officium iam oportet accedere, qui potest disputare uel dicere sapienter, etiam si nondum potest eloquenter, ut profit audientibus, etiam si minus, quam prodesset, si & eloquenter posset dicere. Sententia quinta: Insuper affluens eloquentia tanto magis cauendus est, quanto magis ab eo in his, quæ audire est inutile, delectatur auditor, & eum, quem discrete dicere audit, etiam uere dicere existimat. Hæc autem sententia nec illos fugit, qui artem rhetoricam docendam putant. Fassi enim sunt, sapientiam sine eloquentia prodesse quidem ciuitatibus, sed parum. Eloquentiam uero sine sapientia plerumque obesse nimium, prodesse nunquam. Sententia sexta: In scripturis sacris uera est sapientia, & ideo sapienter dicit homo tanto magis uel minus, quanto magis minusue proficit

Quo et a quibus discenda rhetorica.

III. sententia de eloquentia ecclesiasticorum patrum Cap. 3.

Sententia 4. de officio doctoris ueritatis, cap. 4.

Sententia 5. de eloquentia sine sapientia, ca. 5.

Sententia 6. in scripturis sacris uera est sapientia, ca. 6.

P ij in

in eisdem scripturis bene intelligendis, diligenterq; earum sensibus indagandis. Ex quibus consequens est, quod doctorem, defensori veritatis, qui sapienter debet dicere etiam quod nondum potest eloquenter, maxime necessarium est tenere uerba sacrarum scripturarum. Quanto enim quisque se pauperiorē cernit in suis, tanto eum oportet in istis esse ditiores: ut quod dixerit suis uerbis, probet ex illis; & qui proprijs uerbis minor erat, magnorum testimonio quodammodo crescat, sapientissimorum auctorum uerba suis locis & temporibus ingerendo. Porro qui non solum sapienter, uerum etiam eloquenter uult dicere, quam profecto (inquit Augustinus) plus proderit, si utrumque potuerit, ad legendos uel audiendos doctores eloquentes, eum mitto libentius, quam magistris artis rhetoricæ uacare præcipio, si tamen hi qui leguntur & audiuntur, non solum eloquenter, sed & sapienter uel dixisse, uel dicere ueraci prædicatione laudent. Propter quod non ait scriptura: Multitudo eloquentium, sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Qui sapienter dicunt, salubriter dicunt; etiam quamuis amara sunt plerumque audientibus quæ dicuntur. Sicut autem sepe sumenda sunt amara salubria, ita semper uitanda est pernicio sa dulcedo. Sed salubri suauitate, uel suauiter salubritate quid melius? Septima sententia: Authores, qui scripturæ sacræ nobis canonem fecerunt, non solum sapientia fuerunt præditi, sed etiam sua quadam eloquentia, quæ uiros summa autoritate dignissimos, planeque diuinos decet. In quorum scripturis ipsa lex artis oratoriae ita plerumque seruat, ut tamen non ostentetur, multaque per tropologiam ita sapienter obtegunt, ut quanto magis translatis uerbis uidentur operiri, tanto magis cum fuerint aperta dulcescunt. Nam ubi eos, inquit, intelligo non solum nihil eis sapientius, uerum etiam nihil eloquentius mihi uideri potest. Vbi uero eos non intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, sed eam non dubito esse talem, qualis est ubi intelligo. Octaua sententia: Huic tali scripturarum sacrarum eloquentiæ quædam sententiarum obscuritas congrua ratione mixta est, in qua proficere noster intellectus non solum inuentione, uerum etiam exercitatione deberet. Nona sententia: Quis canonici scripturarum auctores nonnulla sub magna obscuritate dixerunt, sic obscure locuti utiliter & salubriter, ad exercendas quodammodo legentium mentes, ad rumpenda fastidia, ad acuenda ingenia uolentium discere, ad celandum & abscondendum mysteria superbis huius mundi sapientibus: non tamen earundem scripturarum expositores nobis iam humiliter credentibus ita loqui debent, tanquam ipsi exponendos se simili auctoritati proponant, sed in omnibus sermonibus suis primitus ac maxime ut intelligantur elaborent, ea quantum possunt perspicuitate dicendi, ut aut multum tardus sit qui non intelligit, aut in rerum quas explicare atque ostendere uoluit difficultate ac subtilitate non in eorum locutione sit causa, quo minus tardiusue quod dicunt possit intelligi. Decima sententia: Curare debet is qui docet, non quanta eloquentia doceat, sed quanta euidetia: non sollicitus quid bene sonet, sed quid bene indicet, atque intimet quod ostendere intendit. Ad uitandam obscuritatem & ambiguitatem consultius est interdum, minus congrue minusque latine dicere, quam orationem latinam obscuram & ambigua tradere. Sic non piguit scripturæ

VII. sententia
Cap. 6.

Sententia 7.

Sententia 9.
causas obscuritatis in sacra scriptura explicat cap. 8.Sententia 10.
quod sit clare docendum, capite 10.

inter

interpretem pluraliter de sanguinibus dicere, quod in Latina lingua tantum modo singulariter dicitur. Quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cum loquendi nulla omnino sit causa, si quod loquimur non intelligant illi, propter quos ut intelligant loquimur. Sententia undecima: Tria sunt, quæ perfecta oratione fiunt, ut doceat, ut delectet, ut animum flectat seu uincat. Alius est modus docendi, alius delectandi, alius flectendi. Docendi modus est, ita dicere, ut is qui discit intelligat. Qui docent, res ipsas multiplici uarietate dicendi uersant, ut faciant eos qui audiunt intelligere. Delectandi autem gratia dicuntur etiam ea, quæ sunt nota & intellecta, ubi non ipsa quæ dicuntur, sed modus quo dicuntur attenditur. Qui delectant, ita eloquenter suauiterque orationem ædunt, ut alluciant, & auditorum animos quadam audiendi uoluptate teneant suspensos. Modus autem flectendi est, ut ea quæ dicuntur intellecta & suauiter dicta ita dicantur, ut moueatur is qui audit ad operandum. Qui mouet seu flectit, ita orationem edit, ut affectus concutiat audientium, atque eorum animos transformet, ut uel ament quod odiebant, uel odio habeant quod amabant. Dixit ergo quidam eloquens, & uerum dixit, ita debere dicere eloquentem ut doceat, ut delectet, ut flectat. Docere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriae. Horum trium quod primo loco positum est, docendi uidelicet necessitas, in rebus quas dicimus constituta est. Reliqua duo in modo, quo dicimus. Sicut ergo est delectandus auditor, ut teneatur ad audiendum, ita est & flectendus, ut moueatur ad agendum. Et sicut delectatur, si suauiter loqueris; ita flectitur, si amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, amplectatur quod commendas, doleat quod dolendum exaggeras, gaudeat cum quid lætandum prædicas, misereatur eorum quos miserandos ante oculos dicendo constituis, effugiat quos uitandos proponis. Sanctus uir Cyprianus tam plano, suauiter & uiuaci sermone docuit sancta, iusta, & bona, ut & intelligenter, & libenter, & obedienter audiretur. Sententia duodecima: Doctor ecclesiasticus, ut sancta & iusta ualeat sic dicere, ut libenter & obedienter audiat, pietate magis orationum, quam oratorum facultate est opus, ut orando pro se ac pro illis, quos est allocutus: sit orator, anrequam dicitur. Quis enim nouit quid ad præsens tempus, uel nobis dicere, uel per nos audiri expediat, nisi qui corda omnium uidet? Et quis facit, ut quod oportet, & quemadmodum oportet, dicatur a nobis? nisi in cuius manu sumus & nos, & sermones nostri. Sententia decimatercia: Qui docere uult alios, prius oportet eum discere & nosse omnia docenda, & facultatem docendi sibi comparare, quemadmodum decet ecclesiasticum uirum. In hora uero ipsius dictionis, cogitet illud bonæ menti conuenire quod dominus ait: Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquamini, sed spiritus patris uestri est, qui loquitur in uobis. Si ergo spiritus sanctus loquitur in eis, qui persequentibus traduntur pro Christo, cur non & in eis, qui traduntur discipulis Christi? Sententia xiiii. Ecclesiasticus doctor, qui docendo nititur sua oratione sua persuadere quod bonum est, nihil horum trium spernit: scilicet ut doceat,

Sententia 11.
Cap. 12.
Differunt docere, delectare et flectereLaus Cypriani.
Sententia 12.
Cap. 11.

Sententia 13.

Matth. 10.

Sententia 14.
Cap. 16. 17.

P iij ccat,

ceat, ut delectet, ut flectat, recteque orat, apte & conuenienter agit, ut intelligenter, libenter, obedienterque audiatur. Nam & si spiritus sanctus doctores efficit, & unctio doceat audientes. Non tamen inde consequens est homines non esse admonendos uel instruendos, quid uel quemadmodum doceant: alioqui & simili argumento posset dici, quod nec orandum uobis esset, quia dominus ait: Scit pater uester coelestis quid uobis necessarium sit, prius quam petatis ab eo. Deinde, quod nec apostolus Paulus debuisset praecipere Timotheo & Tito, quid uel quemadmodum doceret alios. Timotheo praecipit: Annuncia haec & doce, formam habe uerborum sanorum, quae a me audiisti. Satis age, te ipsum probabilem operarium exhibens deo, non erubescens, uerba ueritatis recte tractantem. Praedica uerbum, in saepe opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni longanimitate & doctrina. Item ad Titum dicit, episcopum iuxta doctrinam, fidem, uerbi perseverantem esse debere, ut potens sit in doctrina sana, & contradicentes arguere. Nunquid contra seipsum sentit Apostolus, qui cum docet doctores operatione spiritus sancti fieri, ipse illis praecipit quid et quemadmodum doceant. An intelligendum est, & hominum officia ipso sancto spiritu largiente in docendis etiam ipsis doctoribus, non debere cessare, & tamen neque qui plantat aliquid esse, neque qui rigat, sed deum esse, qui incrementum dat? Sicut enim corporis medicamenta, quae ab hominibus adhibentur hominibus, non nisi eis profunt, quibus operatur salutem deus, qui & sine illis mederi potest, cum sine ipso uia non possunt, & tamen adhibentur: & hoc si officiose fiat, inter opera misericordiae & beneficentiae deputatur. Ita & adiuuamenta doctrinae tunc profunt animae adhibite per hominem, cum deus operatur ut profint, qui potuit euangelium dare homini etiam non ab hominibus, neque per hominem. Igitur in rebus etiam ecclesiasticis doctor quisque non ideo suis uiribus fidit, quod laborat sancti spiritus monita prudenter & ornate dicere. **Sententia 17. Cap. 18.** **re.** Sententia decimaquinta: Officium diserte loquentis est, nunc submisse, nunc temperate, nunc granditer dicere. Sed aliter tria haec seruantur in forensibus causis a principibus eloquentiae huius mundi. Aliter in ecclesiasticis congregationibus a sanctis patribus. Illi submisse dicunt, quia de rebus paruis, utpote pecuniarijs putant se agere. Granditer uero, quia de rebus magnis, utpote de salute & capite hominum agitur. Vbi uero nihil horum agitur, sed tantummodo ut delectetur auditor, temperate seu moderate loquuntur. Isti autem nostri siue canonici, siue ecclesiastici patres, referentes omnia quae dicunt ad hominum salutem, nec temporariam, sed aeternam, ubi etiam cauendus est aeternus interitus & ignis inextinguibilis: omnia aestimant magna, quae dicunt, etiam in rebus minimis: propter fidem, iustitiam, charitatem, pietatem, quae magna sunt, etiam in rebus quamlibet paruulis. Neque enim parua est iustitia, quam & in parua pecunia debemus custodire, dicente domino: Qui in minimo fidelis est, & magno fidelis est. Nam sicut ratio rotunditatis eadem est & in magno disco, quam & in numulo exiguo, ut a puncto medio omnes lineae in extrema ductae sint partes: Ita ubi parua iuste geruntur, non minuitur iustitiae magnitudo. De iudicijs secularibus seu pecuniarijs cum loqueretur Apostolus 1. ad Corin. vi. granditer

Matth. 6

1. ad Timo. 4. & 5.

Ad Titum 1.

Spūs san. homines per hominē docet.

1. Cor. 3.

Sententia 17. Cap. 18.

Luce 16.

1. Cor. 6.

ditur loquitur, ut uinceret & flecteret auersos illorum hominum animos. Audet (inquit) quisquam uestrum, habens negotium aduersus alterum iudicari ab iniquis, & non apud sanctos? An nescitis quia sancti mundum iudicabunt? Si in uobis iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quia angelos iudicabimus, nedum secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles, qui sunt in ecclesia hos constituite ad iudicandum. Ad reuerentiam uobis loquor. Sic non est inter uos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis uobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Sed uos iniquitatem facitis, & fraudatis, & hoc fratres. An nescitis quia iniusti regnum dei non possidebunt? Quid est quod sic indignatur Apostolus? sic corrigit? sic exprobat? sic increpat? sic minatur? Quid est, quod sui animi affectum tam crebra, tam aspera uocis mutatione testatur? Quid est postremum, quod de rebus minimis tam granditer loquitur? Tantum negotia secularia hoc meruerunt? Absit. Sed hoc facit propter iustitiam, charitatem, pietatem. Etiam calix aquae frigidae res minima est atque uilissima, non ideo tamen minimum atque uilissimum est quod dominus ait, quod eum qui dederit discipulo ipsius, non perdet mercedem suam. Quamobrem cum doctor in ecclesia facit inde sermonem, non debet existimare se paruum aliquid dicere. Et ideo sibi hoc non granditer, sed submisse esse dicendum. Nonne quando accidit, ut de hac re loqueremur (inquit Augustinus) ad populum, Deus adfuit ut non incongrue diceremus, tanquam de illa aqua frigida quaedam flamma surrexit, quae etiam hominum frigida pectora ad misericordiae opera faciendae spe coelestis mercedis accenderet. **Sententia decimasexta:** Ecclesiasticus doctor cum debeat esse doctor magnarum rerum, & earum quibus liberamur ab aeternis malis, & ad aeterna peruenimus bona, non semper tamen debet res magnas granditer dicere, sed submisse, cum aliquid docetur: temperate, cum aliquid aut uituperatur, aut laudatur. Cum uero aliquid agendum est & ad eos loquimur, qui hoc agere debent, nec tamen uolunt, tunc ea quae magna sunt, dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos congruenter: & aliquid de una & eadem magna re, & submisse dicitur, si docetur: & temperate, si praedicatur: & granditer, si aduersus inde animus, ut conuertatur, impellitur. Submissee dictionis exemplum est apud Paulum. Apud Apostolum ad Galatas: Dicite mihi sub lege uolentes esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, unum de libera, &c. Temperatae dictionis exemplum est: Seniore ne increpaueris, sed obsecra ut patrem: iuniores, ut fratres. Grandis dictionis exemplum est: Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? &c. **Sententia decimasextima:** Genus granditer dicendi, neque debet esse solum, neque prolixum, sed transire in genus submissee aut temperate dicendi. In grandi quoque genere, aut semper, aut pene semper temperata debent

Matth. 10

Sententia 16. qd' doctor ecclesiasticus non se granditer dicitur esse, cap. 19

Gala. 4

1. Timo. 1.

Rom. 1.

Sententia 17. Docendi genera alternantia, Cap. 22

P. iij esse

esse principia. Deinde & genus submisſe dicendi aliorum generum interpositione debet uariare, ut dictionis impetus, ſicut maris ætus alterner. Proinde eum, qui intelligenter uult dicere ſubmiſſo genere dicendi, etiam in reliqua duo debet intendere. Et quantum poteſt agere, ut etiam libenter & obedienter audiatur, interponendo ſingula dicendi genera certis, congruis, aut neceſſarijs locis. In poteſtate eloquentis eſt, ut dicantur nonnulla ſubmiſſe, etiam quæ poſſent granditer dici, ut ea quæ dicuntur granditer, ex illorū ſiant comparatione grandiora. Sententia decimaoctaua: Omni granditate dictionis ut obedienter audiatur, maius pondus habet uita dicentis. Nam qui ſapienter & eloquenter dicit, uiuit autem nequiter, erudit quidem dicēdi ſtudio, multisq; prodeſt; ſed longe pluribus prodeſſet faciendo quæ dicit. Plerunq; ſit, ut non obedienter audiant eum, qui ſe ipſe non audit: & dei uerbū, quod eis prædicatur, cum ipſo prædicatore contemnunt. Paulus ad Timotheum ſcribens, cum dixiſſet: Nemo adoleſcētiam tuam contemnat. ſubiecit, unde non contemneret, atq; ait: Sed forma eſto fidelium in ſermone, in conuerſatione, in dilectione, in fide, in caſtitate. Talis doctor ut obedienter audiat, non ſolum ſubmiſſe, uerum etiam granditer, non impudenter dicit, quia non contemptibiliter uiuit: qui etiam in ipſo ſermone mauult rebus placere, q̄ uerbis, nec exiſtimat dici melius, niſi quod dicitur uerius, neque ipſe ſeruit uerbis, ſed uerba facit ſeruire ſibi. Hoc enim eſt quod ait Apoſtolus: Non in ſapientia uerbi, ne euacuet̄ crux Chriſti. Ad hoc etiam ualet quod ait ad Timotheum: Noli uerbis contendere, ad nihil enim eſt utile, niſi ad ſubuerſionem audiētium. Nec enim hoc ideo dictum eſt, ut aduerſarijs ueritatem oppugnantiſ, nihil nos pro ueritate dicamus: alioqui ubi erit, quod ipſe Apoſtolus oſtendens qualis debeat eſſe epiſcopus, inter cætera ait, ut potens ſit in doctrina ſana, & contradicentes poſſit redarguere. Verbis contendere, eſt nō curare quomodo error ueritate uincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni alterius præferatur. Porro qui non uerbis contendit, ſiue ſubmiſſe, ſiue temperate, ſiue granditer dicat, id agit uerbis, ut ueritas pateat, ueritas placeat, ueritas moueat, quoniam nec ipſa charitas, quæ præcepti finis eſt, & plenitudo legis, ullo modo eſſe recta poteſt, ſi ea quæ placent & diliguntur, non uera, ſed falſa ſunt. Plurimum ergo prodeſt, & ſapienter & eloquenter dicere: ſed qui utrunq; non poteſt, dicat ſapienter potius, q̄ dicat eloquenter, quod non dicit ſapienter. Si autem ne hoc quidem poteſt, ita conuerſetur, ut non ſolum præmium ſibi comparet, ſed etiam præbeat alijs exemplum, et ſit ei quaſi copia dicendi, forma ipſa uiuendi. Sententia decimanona: Sunt qui bene pronuntiare poſſunt, quid autem pronuntient excogitare non poſſunt. Hi proſecto ſi quod dicant, ab alijs ſumant, eloquenter ſapienterq; conſcriptum, memoriarq; commendat, atq; ad populum proferant, ſi eam perſonam gerunt, non improbe faciunt. Nec deterrendi ſunt iſti uoce Hieremiæ prophete, per quem Deus arguit eos, qui ſurantur uerba eius, unusquiſq; a proximo ſuo. Qui enim ſurantur, alienum auferunt, uerbum autem Dei non eſt ab eis alienum, qui obtemperāt. Ille potius dicit aliena, qui cum bene dicat, uiuit male.

Hactenus

Sent. 18. ſi
habeat pōde
ris bonavita
doctoris.
Cap. 27

1. ad Timo. 4

1. Cor. 1.

2. Timo. 2

Sent. 19. ca. 29

Hiere. 23

Hactenus generalia quædam dogmata, omnibus ſacræ theologiæ ſtudioſis, ſcitu digniſſima. Quæ ſane ego cernens in proprijs me pauperem, uirtutibus & ornamentis eloquendi prorsus uacuum, ſumpſi atq; collegi ex quatuor libris Auguſtini, illuminatiſſimi doctoris, cupiens regulis quibusdā atq; ſententijs uiſq; compendioſis, iterum atq; iterum inculcādis iuuare pia ſtudia adoleſcētum: quibus forſitan uel neq; ſuppetit librorū copia, uel neq; adſunt ſingulis ſanctorū ſcriptorū libris legendis ac perdiscendis congrua temporū ſpatia, uel neq; eſt tanta ingenij perſpicuitas & exercitatio, ut iam ualeāt in illis legendis proficere: quibus & his noſtris ſententijs uiam quandā & manu-ductionem præparamus aſcendentibus ad altiora. Doctis autē & eruditis ui- debuntur forſitan hæc ſuperflua, habētibus iam exercitatos ſenſus tam in ſcripturis ſacris, q̄ & in eccleſiaſticorum patrum libris.

Secūdus huius libri tractatus, in quinque capita diſtributus, de obſcuritatibus propter dictionem ſiue ſermonem ſcripturæ ſacræ.

Primum caput de homonymijs, ſeu æquiuocis.



VOLVminum obſcuritas ex tribus fieri conſueuit: uel rerū magnitudine, uel authoris dictione, nō perſpicue eloquētis quod intēdit ſignificare, uel audientis ſeu diſcentis diuitia, ac tarditate nimia. Quorum primū, magnitudinem inquam & ſublilitatē rerum in eſſe ſcripturis ſacris, ex ſuperioribus eſt utrunq; manifeſtū, per ſententias in primo capitulo præcedētis tractatus recitatas ex 1. lib. Auguſtini de doctrina Chriſtiana. Specialius tñ declarandū in iij. tractatu ſubſequenti. Secundū etiam, ſermonē uidelicet obſcurū in eſſe ſcripturis ſacris, patet ex multis & qui uocationibus, amphibologijs, tropis, parabolis, & ſermonū inuerſionibus, quibus uſi ſunt ſcripturæ ſacrę authores: non quidē ex imperitia, quæ admodum pleriq; ceterarū rerum ſcriptores, ſed ex ſpūs ſancti prouidentia. Quippe qui non aliter loqui debuerunt, q̄ ſpūs ille ueritatis illis eloqui dabat: uolens multa in eiſdem ſcripturis eſſe obreſta, & ad edomandā noſtro labore ſuperbiam, & ad uelandū ethnicis ſacratiffima fidei noſtrę myſteria. Tertium, utpote deſidiam & tarditatem uincet, quiſq; ſacræ theologiæ diſcipulus, intelligēdi deſiderio, orationū auxilio, & diſcēdi ſtudio aſſiduo. Proſequentes ergo diuiſionem Auguſtini in ſuperioribus traditam, dicimus ſcripturas ſacras bifariam eſſe difficiles: uidelicet aut propter ſigna incognita, aut propter res ipſas in ſe difficiles. De utriſq; generalia quædam dogmata ad iuuandū ſtudia adoleſcentum, ſumpſimus ex libris Auguſtini, de doctrina Chriſtiana. Reliquum eſt iam ad ſpecialia quædam deſcendere. Seruantes autem ordinem in principio huius libri præſcriptum, in hoc ſecundo tractatu ſpeciales quaſdam obſcuritates & difficultates, quæ in ſcripturis contingunt propter incognita ſigna cōmonſtrabimus: & primū quaſdā dictiōes æquiuocas oſtēdemus, propter quarū inconfiderantiā ſolēt pleriq; lectores aut turbari, aut deuiare a uero ſcripturæ intellectu. Primū in ſcripturis ſacris noīa propria, aut regū, aut locorū, aut urbū, aut aliarū rerū ſolēt conturbare lectore, & magnos ingerere difficultatū ſcrupulos. Apud Egyptios Pharaō erat nonnō

Cauſe obſcuritatis in ſcripturis ſacris.

De obſcuritate propter incognita ſigna.

De æquiuocis per tropum uerborum.

propriā

De nobis re
gum ve. test.

propriū regie dignitatis, & ideo apud eos multi reges Pharaones. Apud Persas autē & Medos reges appellabant Darīj, & Xerxes, Artaxerxes, uocati ab Hebræis Assueri. Apud Babylonios multi Nabuchodonosor. Apud Syrios oēs reges Antiochi. Apud Ægyptios multi Ptolemæi. Apud Iudæos sub Babylonijs, multi Ieconia reges. Apud Iudæos sub Romano imperio, multi Herodes. Sic & dicuntur duæ esse Galilææ, duæ Bethleem, duæ Salem. Quibus sit, ut nomina æquiuoca, tum urbium, tum regionum ac prouinciarum, tum hominum, multos a uero scripturarū intellectu fecerint deuiare, q̄ existimauerunt de uno aliquo aut loco, aut rege, aut homine dici, quæ de pluribus dicta debent intelligi. Quod non solum in sacris, sed in alijs quoq̄ rerū prophanarū historijs accidit. Ex chronographia Philonis & chronographia historiæ secundū successionis seriem habemus tres Herodes, quorū primus Ascalonita alienigena, q̄ Hircano ultimo Iudæorū duce atq̄ pontifice a Parthis capto, iubente senatu Romano, inuitis Hebræis regnum eorū tyrannice occupauit: qui & (ut inquit idem Philo) collegiū sceptri de domo Dauid deleuit, Hircanum pontificē a captiuitate reuersum, & filium, filiosq̄ filie interfecit. Hic est Herodes alienigena, sub q̄ natus est Christus, qui & infantes iugulauit in Bethleem Iudæ, qui (ut inquit Eusebius) anno vi. a natiuitate Christi morbo intercutis, atq̄ scatentibus toto corpore uermibus miserabili morte periit. En uides ex testimonio Philonis Iudæi, sceptrum Iudæorū de domo Dauid seu Iudæ translātū esse in ditionem Romanorū. Habes itaq̄ argumentum robustum contra Iudæos, temporibus Christi nati impletam esse prophetiam Moysi: Non auferetur sceptrum de Iuda, neq̄ dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Secundus fuit Herodes tetrarcha, superioris filius, q̄ non rex totius Iudææ, sed quartæ partis Iudææ princeps constituitur, gubernans annis xxiiij. qui & Ioannem Baptistam decollauit. Hic etiā damnatus perpetuo exilio, grauius cruciatus interiit. Tertius fuit Herodes Agrippa, qui occidit Iacobum, fratrem Ioānis gladio, & Petrum clausit in carcere: qui & sibi diuinum honorē tribuens, confestim percussus ab angelo dñi, consumptus a uermibus expirauit, ut dicitur Actuum xij. Alius ergo Herodes de quo dicitur Matth. ij, alius Herodes, de quo dicitur Matth. xi, & de q̄ dicitur Lucæ xxij, & alius, de quo dicitur Actuum xij, unusem̄ & idem fuit Herodes, qui occidit Ioannē & Christum illustit. Item alius Nabuchodonosor magnus, de quo iij. Regum xxiiij. Hieremiæ ultimo, Danielis i. & ij. qui destruxit templū, & transtulit Iudam in Babylonē: cuius nepos succedens ei in regnum, noīe Balthasar, fuit a Dario & Cyro interfectus. Alius uero Nabuchodonosor successor Cyri, de quo Iudith primo & secūdo, qui primi Esdræ quarto uocatur Assuerus. Præterea alius est Assuerus, de quo Danielis ix. In anno primo Darīj filij Assueri, de semine Medorū. Hic Assuerus Darīj pater, fuit alio nomine uocatus Hystaspes. Alius Assuerus, de quo quarto cap. primi Esdræ. Alius uero & posterior illo est Assuerus, de quo in libro Hester, quemadmodum in lib. primo demonstrauimus. Alius Ioakim, per kim in fine, qui fuit filius Iosia, qui & Elichachim appellatur, secundi Paralipomenon

Tres Herodes in scripturis

Sceptrū Iudæis ablatū a Christi natum.

Gen. 24

Multi Nabuchodonosor.

Multi Assueri.

menon xxxvi. qui & ducitur in Babylonem cum uasis domus domini, & Daniel, Assarias, & Misael cum illo, Danielis r. Vocatus est etiam apud Mathæum Ieconias. Alius Ioachim, per chin in extrema syllaba, qui & fuit prædicti Ioakim filius. Alio nomine etiam appellatus Ieconias, ut patet Hieremig uigesimo secundo: Si fuerit Ieconias filius Ioakim regis Iudæ, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Qui itidem ducitur in Babylonem captiuus cum cæteris uasis. Et hoc quidem, ut testatur Hieronymus, cum Ezechiele & Mardocheo, in cuius locum substituitur Sedechias. Vnde Ieconias sub eodem contextu in scripturis æquiuoce capitur, ut apud Mathæum. Alius Ieconias, de quo dicitur: Iosias genuit Ieconia. Alius Ieconias, de quo postea dicitur: Post transmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salathiel. De quo tractat Hieronymus in principio Danielis, tradens apud Mathæum unam generationem deesse. Hactenus innumerabiles codices mendose scripti confusionem fecerunt studiosis, habentes duos istos reges similibus nominibus, cum tamē pater scribi debeat per kim, & filius per chin. Ioakim est, de quo dicitur Danielis r. Anno tertio regni Ioakim regis Iudæ, uenit Nabuchodonosor. Ioachim uero, superioris Ioakim filius est, de quo scribitur Ezechielis primo: In quinta mensis quinti anni transmigrationis regis Ioachim, factum est uerbum domini ad Ezechielem. Hæc nisi diligens lector obseruauerit, uidebuntur scripturæ inter se pugnare, q̄ Ioakim undecim annis regnauit, priusq̄ contra illum ueniret Nabuchodonosor, ut patet ij. Paralipomenon xxxvi. Ioachim autē filius eius tribus mensibus & decem diebus regnauit. Cumq̄ uolueretur anni circulus, uenit contra eum Nabuchodonosor, ut similiter patet ij. Paralip. xxxvi. Hæc autē si eadē utrobicq̄ intelligeret persona, non uidebunt posse stare cum eo, q̄d in principio Daniel. dicitur: Anno tertio regni Ioakim uenit Nabuchodon. & obsedit Hierusalem, & tradidit dñs in manum eius Ioakim. Nec item cum eo q̄d Hieremig xxv. dicitur, q̄ annus quartus regni Ioakim, fuerit annus primus regni Nabuchodonosor. Si autē ex secundo Paralipomenon xxxvi. consideremus utrunq̄ fuisse a Nabuchodonosor captiuum, & Ioakim patrē Ioachim fuisse sub Nabuchodonosor tribus annis regni tributarium in Hierusalem, ut dicitur quarti Regum xxiiij. facile intelligemus q̄d in Daniele dicitur: Anno tertio regni Ioakim regis Iudæ uenisse Nabuchodonosor, accipiendum esse de anno tertio regni sui tributarij. Item alius fuit Antiochus Soter, huius nominis primus, Seleuci filius, alij cæteri Antiochi quinq̄ sequentes Syriæ reges, inter quos penultimus Antiochus illustis radix peccati: q̄ postq̄ percussit & subiugauit Ægyptum ascendit Hierusalem in multitudine graui, intrans sanctuarium in superbia, accipiens omnia uasa templi, & fecit cædem magnam: qui & abiens in terram suam, post annos duos misit principem tributorum, qui intrauit ciuitatem sanctam, succendit illam, & destruxit muros, ponens illic gentem peccatricem, cogens Iudæos seruare gentilium ritus: cui & multi ex Israel consenserunt, & sacrificauerunt Idolis, primi Machabæorum primo. Insuper alius fuit Darius Medus, Cyri auunculus, uel ut alij putant, patruus, qui

Multi Ieconig.

Matth. i.

Multi Antiochi.

Multi Darīj in scripturis.

qui cum eodem Cyro Chaldæos, Babyloniosq; superauit, & Balthasarem interfecit, qui & Danielem in lacum leonum iussit mitti, & illæsum præseruatum extraxit de lacu, decernens ut in uniuerso regno paueant dominū deū Danielis. Sub cuius Darij anno primo regni facta est reuelatio de numero septem hebdomadarū, & uisio de nouissimis temporibus, & de Antichristo. Cui duobus annis regnanti super Chaldæos successit Syrus, qui dedit Iudeis in Babylone captiuis licentiā redeundi in Hierusalē, & ædificandi templum: q̄ accusatione aduersus Iudæos ab hostibus Iudeorū accepta, rursus impedit ut idem templum ædificari. De quo Dario & gestis illius habes Dani. v. & vi. & sequentibus capitulis. Et de Cyro, 1. Esdræ 1. ij. iij. & iij. capitulis. Alius uero Darius, rex Persarum, longe posterior, utpote post Cyrum secūsdus, qui cognominatur Longimanus, de quo primi Esdræ iij. v. & vi. & Aggæi 1. & ij. & Zachariæ 1. & sequentibus cap. Alij rursus fuerūt Darij successores, utpote Darius Nothus, cuius scriptura non meminit, & Darius Mnemon, qui iuxta chronogra. Philo. in libro Hester uocatur Assuerus, & 1. Esdræ vij. uocatur Artaxerxes magnus, rex regum. Postremum, alius est Darius ultimus, de quo primi Machabæorū primo dicitur, q̄ interfectus sit ab Alexandro rege Macedonū: qui sane Alexander Magnus, quia transtulit, ut inquit Metasthenes, imperium in Græcos, idcirco primi Machabæorum primo, dicitur primus regnasse in Græcia, quia illic primus regnauit ut Monarcha. Haftenus de Darijs multis. Iam de Artaxerxibus: Alius Artaxerxes, de quo primi Esdræ iij. In regno Assueri ipse est Artaxerxes, qui & Cyro successit, sub quo & historia Iudith contigit. Vnde & quemadmodum supra patuit, idem Artaxerxes in eadem historia Iudith, ipse est qui uocatur Nabuchodonosor, Alius uero Artaxerxes illius successor, qui primi Esdræ iij. & v. alio nomine uocatur Darius. Alius Artaxerxes Magnus, de quo & primi Esdræ vij. & ij. Esdræ ij. Factum est in mense Nisan anno xx. Artaxerxis regis, & uiuum erat ante eum. Iste apud Græcos uocatur Artaxerxes Darius Mnemon, sub quo constructa sunt moenia ciuitatis Hierusalem. Quod autē iste Artaxerxes fuerit alius & posterior Artaxerxe Longimano, colligi potest ex duobus. Primum, q̄ ædificatio hæc murorum Hierusalem facta sit in diebus Eliafibi pontificis, qui tametsi Eusebius et ipsius sequaces aliter sentiant, non sub Artaxerxe Longimano, sed sub Artaxerxe Mnemone pontificatum gessit. Deinde, q̄ & hoc indicant uerba ipsius sacræ scripturæ, primi Esdræ vij. in principio capituli: Post hæc uerba, inquit, in regno Artaxerxis. aperte insinuans alium fuisse Darium, de quo locutus fuerat alium Artaxerxem, de quo postea sermonem sit habiturus. Sic & in scripturis Assueri multi. Alius Assuerus, de quo dicitur Danielis ix. In anno primi Darij filij Assueri. Alius qui uocatur Assuerus, iij. Esdræ primo. Alius insuper, qui uocatur Assuerus in libro Hester, in Daniele Assuerus uocatus est Astyages auus Cyri. In primi Esdræ iij. Assuerus uocat Darij Medi filius, in regnum successor Cyri. In Hester autē Assuerus est longe posterior, Darius uidelicet Mnemon. Item, alius Nathan filius Dauid, qui & ponitur in genealogia Christi,

Lucæ

Lucæ iij. Alius Nathan propheta, quemadmodum docet Augustinus lib. ij. Retractionū, cap. xvi. Insuper alia est Salem iuxta Iordanem, pertinens ad Sychimitas in tribu Effraim, de qua Ioannis iij. dicitur: Erat Ioannes baptizans in Bimon iuxta Salem. De qua & Genesis xxxix. Venit Iacob in Salem urbem Sychomorum. Alia uero Salem, ubi nunc est Hierusalem, & utranq; Salem credimus esse sacerdotalem, & fundatam ab ipso Melchisedec, qui & proinde rex Salem appellatur. Sic nonnulli patres olim ut concordarēt euangelistas, suspicati sunt duas fuisse Marias Magdalenas, quemadmodū Ambrosius super Lucā: & ipse item Hierony. ad Hebidiam recitat quosdā contendere duas fuisse Magdalenas, de eodem uico Magdalo. Item Origenes super Cantica duas fuisse suspicatur: unam, quæ peccatrix unguentū super pedes effudit, alteram, quæ nō peccatrix super caput Iesu unguentū effudisse monstratur. Sed hanc sententiā refellit Augustinus, nec eam approbat ecclesiastica consuetudo. Huius generis sunt multa in scripturis equiuoca, quæ recensere prolixum foret. Ex supra dictis patet, q̄ non solum multi reges appellatē noīe uno, sed & unus & idē nominibus multis est appellatus. Apud Persas idem rex uocabatur Darius, Xerxes, Artaxerxes, qui & apud Hebræos uocabatur Assuerus. Vnde & aliud iam documentū est obseruandū. Quemadmodum lectorem sacræ scripturæ studiosum oportet uigilare, ne in uno nomine fallatur, in diuersis locis pro diuersis rebus accepto: Ita & oportet uigilare, ne fallatur in diuersis nominibus, eandem rem significantibus. Non modo apud Persas, uerum & apud regiones alias, unus & idem rex binominis, trinominis fuit. Vnus & idem rex, ut iam patuit, & Darius, & Xerxes, & Artaxerxes, & Assuerus dictus fuit. Sciendum est enim, huiuscemodi nomina, Xerxes, Artaxerxes, non proprie, sed communis qualitatis esse. Et quemadmodum Berosus in libro suæ chronographiæ docet, Xerxes interpretatur uictor seu triumphator: Artaxerxes, bellator & uictor maximus. Artaxerxes ab Hebræis (inquit Hierony.) appellatur Assuerus. In ij. Paralipomenon Ochosias rex fuit trinominis, uigesimalo primo capite appellat loacham, in sequenti capite appellatur Ochosias, & alibi etiam nominat Afarias. Item qui apud Matthæum appellatur Ieconias, apud Lucam iij. cap. dicitur Neri, in libris Regum & Paralipo. uocatus loachim. Et qui apud Matthæum & Lucam uocatur Zorobabel, in iij. cap. Neemiæ uocatur Barachias. Qui autem Salathiel, dicitur Mesezebeel. Is autē quem Lucas uocat Refam, secundum Paralipo. capite iij. & Neemiæ iij. dicitur Misicolla. Proinde quod illic dicitur: Misicolla filius Barachias, filij Mesezebeel, idem est ac si diceret apud Lucam, Refa filius Zorobabel, filij Salathiel. Et hæc sic sese habere patet ex chronographia Philonis Iudæi citantis septuaginta seniores. Solet dici, quod Hiebus, Salem, Syon, Moria, Hierosolyma, Hierusalem, eiusdem urbis sunt nomina. Sed sciendum est, q̄ quadriurbs potius fuit regia Hierosolyma, constans ex Salem, Syon, Hiebus & Moria. Salem erat iuxta uallem Iosaphat, Hiebus in parte superiori, quasi arx, & hæc dicitur secunda urbs, iij. Regum xxij. In qua superanda Dauid uires adhibuit, ij. Regum v. Tertia urbis pars

fuit

Multi Salē.

De duabus Magdalenis

Vt multi reges eodē nomine, ita uero pluribus appellatur nominibus. Vno noīe diuersa signifi cari in scrip.

Ochosiastrinominis.

Nota Ierusalem.

Multi I scripturis Artaxerxes.

Ædificatur muri Hierusalem.

Multi Assueri in scriptis.

Multi Nathan.

Civitas Da- fuit arx Syon, quam cepit David, & edificavit per gyrum, & uocavit eam ci-
uid. uitatem David. Quartā partem uoluit David in colle Moria edificare cum
templo, ut urbem Hierusalem faceret tetrapolim: sed prohibuit eum deus per
Nathan. Idem Iacobus Alphæi, Iacobus frater domini, Iacobus cognomen
Noia Iacobi Alphæi apo. to Iustus, qui & primus fuit Hierosolymorū episcopus. Dicitur quidem Iac-
obus Alphæi, id est, filius Alphæi, habens patrem nomine Alphæum. Frater
domini, quia filius sororis Mariæ uirginis: quā Ambrosius in commenta-
Galat. 1. rijs ad Galatas existimet, quod Ioseph Mariæ uir antea habuerit uxore, ex qua
genuerat Iacobum, & idcirco ipsum Iacobum congrua ratione appellatum
fratrem domini, propterea quod filius fuit putatiui patris Christi: quā opinionē
recitat & Hieronymus, sed eam refellit aduersus Heluidium. Possumus, in-
quit, hac æstimatione possibilitatis contendere, ipsum Ioseph plures habuisse
uxores, quemadmodum & plures habuit Abraham, plures habuit Iacob, &
de his uxoribus esse fratres domini: quod plerique non tam pia, quā audaci teme-
ritate constringunt. Ego autē mihi uendico etiam ipsum Ioseph uirginem fuisse
per Mariam, eumque custodem potius fuisse Mariæ, quā maritū: qui pater Chri-
sti meruit appellari, ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur. Eundem
igitur credimus esse fratrem domini, & Iacobum Alphæi. Vnde sciendum
est, quod in scripturis frequens est eiusdem rei seu sententiæ repetitio, nunc in di-
uersis locis, temporibus, nunc simul in eodē sententiæ contextu: & id quidē
interdū per eandem uoces, interdum per diuersas. Et idcirco nō oportet sacræ
theologiæ studiosum ubique curiosius immorari ad inueniendum sententiā no-
uas, in uocibus seu orationibus multiplicibus. Quæ in uno scripturæ loco uo-
cantur litera & spiritus, in alio uocantur lex & gratia: quemadmodū docet
Augustinus libro xv. contra Faustum, capite iij. Verum quidem est, quod in sa-
cris scripturis apex unus, aut iota unum non præteribit a lege, donec omnia
fiant, quia etiam quæ minima putantur in lege, sacramētis spiritualibus sunt
plena. Neque est quicquam in lege Moyli promissum aut proditum, quod euang-
gelium non absoluat. Omnia quæ in lege sunt sub umbris designata, etiā quæ
minima uidentur, recapitulantur in Christo. Sed non inde consequens est, di-
uersas orationes in eodem contextu sibi coherētes, semper oportere diuersas
intimare sententiā. Nam & species quædam est tropi, dicta epimone: quæ ex-
aggerat crebro sententiā eandem, tum ad significandum uehementiam, nūc
in laudem, nunc in uituperationem: tum ad excitandum lectores & auditores.
Est autē mos iste frequens in Psalmis & prophetis, in quibus plerumque nō alia,
sed eadem diuerso modo, alijs uerbis, diuersis tropis, figuris & metaphoris
repetuntur. Ideo autem frequentius, quia oportet sapius eadē celestia com-
memorari nobis, quæ mundus, caro, & diabolus cogunt nos obliuisci, conan-
tes de cordibus nostris tollere semen uerbi dei. Deinde & omnia sic multi-
pliciter dicuntur, ut uarietas locutionum fastidiū tollat. Vnde & in Psalmis
Christus multa fortitur nomina. Appellatur uerbum dei, nomen dei, saluta-
re dei, brachiū domini, dextra domini, lumen gentium. Insuper & lex dei di-
citur in scripturis uia, testimoniū, iustificatio, iudicium, mandatū, præceptū,
sermo

sermo, eloquium, testamentū. Hæc omnia sunt unius rei nomina multa, ratio-
nes autem plures: unius rei inquam, uidelicet legis dei, accipiēdo legem pro
toto sermone, quem locutus est deus per Moysen. Vnde & plerisque in locis,
ubi nos legimus iustificationes, & testimonia tua, Hieronymus habet man-
data tua, & iudicia tua. Et ubi nos habemus: Ut custodiam sermones tuos.
Hieronymus habet: Ut custodiam uerba tua. Vbi nos dicimus: Ad custodi-
endas iustificationes tuas. Hieronymus habet: Ad custodiendum præcepta tua.
Idem proinde est, si dixerimus: Lex tua meditatio mea est. & testimonia tua
meditatio mea est. & meditabor in iustificationibus tuis. Idem insuper est:
Docebit mites uias suas. & docebit mites sermones, seu iustificationes
suas. Verum hæc omnia non de lege sola literaliter intellecta sunt accipiēda,
tanquā propheta David in nuda cognitione legis ueteris, consistentis in præ-
ceptis & sacrificijs illis scriptis, tantopere fideret aut meditari desideraret: sed
sunt accipiēda de lege secundum spiritum intellecta, ex omnibus legis illius
ceremonijs & sacrificijs transiens in Christum, qui finis est legis, & forma, &
perfectio legis. Proinde non est arbitranda absurda interpretatio eorum, quæ per
uiam intelligunt ipsum Christum. Veluti cum dicitur: In uia testimoniorum
tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Et lex ipsa, ipse Christus alia
ubi intelligitur: Lex domini immaculata conuertens animas. Vnde oīa sacra-
menta & mandata legalia apud Prophetā appellantur fidelia, propterea quod ue-
raciter in Christo adimpleta, confirmata in ueritate & æquitate, cuius & cau-
sam mox secutus adiecit: Redemptionem misit dñs populo suo, mandauit in-
æternum testamentum suum, dedit escam timentibus se: dedit inquam, in
tuens calicē noui testamenti celebrandi in commemorationē mortis sue, usque
in consummationē seculi. In prophetis igitur & psalmis, sub eodem contextu
sententiæ est frequens repetitio eiusdem rei, sub nominibus multis & diuersis,
sub tropis ac figuris uarijs, tanquā sit res alia & alia, quæ tñ eadem in omni-
bus intelligitur, diuersis rationibus considerata. Sic in Psalmo lxxvij. eadē res
utpote ecclesia Christi, uocatur domus dei, & hæreditas dei, mons dei pinguis,
currus decem milibus multiplex, & columba deargentata. Hactenus de nomi-
nibus proprijs æquiuocis, pauca quædam, & ea quidem generalia, & de mul-
tis uocibus quibusdam, tam proprijs, quā communibus, ad eandē rem perti-
nentibus: ex quibus lector quod in ceteris similibus sit obseruandū, potest con-
siderare. Iam de nominibus & uerbis quibusdam communibus, uarie in scri-
ptura acceptis uideamus. Verum hic duo sunt præmittenda. In primis sciendū
est, nō ideo oportere uocabulum esse æquiuocū, quia reperitur multis
attributum, & nunc in bonam, nunc in malam partem acceptū, dum multa il-
la conueniunt in gñali aliqua ratione substantiæ, significatæ scđm nomē illud.
Neque enim tristitia est æquiuocū, propterea quod Paulus distinguit eam in tristitiā
seculi, quæ mortē operatur, & in tristitiā secundū deum, quæ poenitentiam in sa-
cris salutē stabilem operatur, quemadmodū neque dilectio aut fructio æquiuocæ
accipitur, propterea quod alia sit crassa, & carnalis, & uitiosa: alia spiritualis, bo-
na, & laudabilis. Multa sunt finium gñæ. Est finis temporis, finis operatiōis,
Q ij finis

Frequenter
eadē diuersis
in oribus in
scriptura re-
petuntur epi-
monē

Noia Christi
scriptura

Lex uarie in
scripturis nū-
cupatur.

De nomi-
bus et uerbis
communibus
uarie in scri-
ptura acce-
ptis.

Finis varie accipitur

finis motus, finis ambulationis, finis spatij. Dabo pacem in finibus uestris. Regina Saba uenit a finibus terre audire sapientiam Salomōis. In oibus huiusmodi locutionibus finis est quælibet extremitas rei. Quæ res si sit sola duratio aut motus, dum finitur perijt ac transtijt. Secundum aliam uero rationem, finis actionis aut alterius rei dicitur id, cuius gratia actio facta est, ueluti finis ambulationis est sanitas. Sic fidei finis (inquit Apłs) est salus animarum, finis legis Christi. Aliter (inquit August.) dicitur finis, quod pertinet ad consummationem seu perfectionem rei: aliter, qui pertinet ad consumptionem: aliter finitur tunica texendo, aliter urendo, sicut cibus finitur dum consumitur. Apłs cum dicit: In Christo oēs uiuificabuntur, unusquisque autem in suo ordine. Primitiæ dormientium Christi. Deinde hi, qui sunt Christi. Deinde finis, cum tradiderit regnum deo patri. Finem appellat, finem mundi, aut interitum: non regni Christi, sed mortalitatis eius, corruptionis, belli, iustitiae, & militiæ contra aduersarios. Sed non inde consequens est, finem in oibus illis rebus accipi equo. Sic solent distinguere doctores, aliam esse confessionem laudis seu gratiarum actionis, aliam uero confessionem peccatorum. Sed non ideo æquiuoce ad hæc dicitur, cum utrobique significet sponte fateri, affirmare, seu agnoscere in laudem eius, cui confitemur: siue bonum quod accepimus, agentes gratias ei qui dedit: siue malum quod fecimus, ad penitentiam nostram qui fecimus. An autem scripturæ locus intelligatur de laudis, an de poenitentis confessione, regulariter deprehenditur ex his quæ consequuntur. Ueluti cum dicitur: Confitebor aduersum me iniustitiam meam. Confitemini alterutrum peccata. ubi manifestum est confessionem esse gementis. Quum autem dicitur: Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti uerba oris mei. manifestum est confessionem esse gratiarum actionis. Sic alia est sollicitudo prohibita, de qua dicitur: Volo uos sine sollicitudine esse. Et iterum: Nolite solliciti esse quid manducetis aut bibatis. Alia uero præcepta, de qua dicitur: Sollicitudine non pigri. Et iterum: Sollicite ambulate cum domino deo uestro, omnem sollicitudinem uestram proijcientes in eum. Sed non inde consequens est, quod in huiusmodi scripturis nomen sollicitudinis sit æquiuoce acceptum: sed quod sollicitudinis multe sint species in genere moris, uidelicet bona & laudabilis, cum solliciti sumus supra id quod bonum est, aut habendum, aut seruandum, & cum curam gerimus contra pericula peccati & æternæ mortis. Alia est sollicitudo praua, insuper & mala, quæ est de rebus huius mundi fruendis & diligendis. Siue in bono, siue in malo sit sollicitudo, non est aliud, quam anxia inquietudo, seu uehemens mentis cura. Qui capit uxorem, sollicitus est de his quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Qui autem sine uxore est, sollicitus est de his quæ dei sunt, quomodo placeat deo. Sic in scripturis sacris gemine sunt hebdomadæ. Summa hebdomadæ annorum, quarum quilibet continet annos vii, quemadmodum patet Leuitici xxv. de quibus & loquitur scriptura Danielis nono. Sunt & hebdomadæ dierum, quarum quælibet continet dies septem, de quibus legitur Genesis xxix. Nec inde sequitur nomen hebdomadæ æquiuoce acceptum.

Significat

Significat enim significatione generali septenarium numerum siue dierum, siue annorum, siue etiam aliarum rerum, quemadmodum apud Aulum Gellium legitur, septuaginta librorum hebdomadas. Secundo sciendum, nos non uelle ad locum istius capituli specialiter pertinere uocabula per metaphoram dicta, qui facturi sumus de his caput tertium speciale: nam & talium infinita est sylua. Neque est ullum opus corporale, neque res ulla corporalis, siue substantia sit, siue accidens, siue animata, siue inanimata, quæ non propter similitudinem quandam, transferatur interdum in scripturis sacris ad rem mysticam, siue in anima, siue in Christo, siue in ecclesia Christi, siue in diabolo, & ministris eius. Singula corporis membra, tam interna, quam externa: ut renes, uenter, præcordia, oculi, aures, os, labia, dentes, lingua, manus & pedes. Horum insuper officia & qualitates: ut uidere, audire, gustare, calidum, frigidum, tepidum, in scripturis sacris transferuntur ad inuisibilia quædam in anima, incorporali, inuisibili, quæ suas habet partes, seu uires, sua ossa. i. potentias suas, operationes suas, qualitates, suis uestitur cibus atque alimentis. Singuli corporis morbi ad animæ uitia referuntur: leprosi, hydropici, paralytici, cæci, luscii, lippi, surdi, muti. Claudii in scripturis dicuntur non solum, qui corporibus sic sunt uitati, sed qui mentibus sunt corrupti & moribus deprauati. Quod si secundum historiam uel ad illos, uel de illis, qui tales sunt corpore loquatur scripturæ sermo, in ipsis uoluit designare & eos, qui tales sunt mente. Habet os suum anima, habet linguam, labra & dentes, habet suas nares & aures, habet uentrem, ossa & renes. Insuper & ipsa anima nunc frigida est, nunc calida seu feruida, nunc tepida, nunc cæca, surda & muta. Et hinc iam intelliguntur scripturæ prophetarum prophetantium sub Christo rege, futurum esse tempus, in quo surdi essent audituri, cæci reciperent uisum & claudii ambularent: quæ & si secundum literam sunt per Christum & apostolos in nomine eius corporales adimpleta, magis tamen magnifice spiritualiter sunt adimpleta, quotidiè adimplentur, & complebuntur usque consummationem seculi. Qui erant surdi ad percipiendum uerba salutis, quotidie audiunt, cæci quotidie lumen salutis uident. Ad episcopum ecclesiæ Laodicæ loquitur deus per seruum Ioannem in Apoca. Scio opera tua, neque calidus es neque frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere a me argentum ignitum, probatum, ut locuples fias, & uestimentis albis induaris, & non appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Ecce ego ad ostium pulso. Si quis aperuerit mihi ianuam, &c. Facile potest mens studiosi lectoris etiã mediocriter erudita ad harum scripturarum intellectum peruenire, dum ex officiis & proprietatibus corporalium rerum transit in cognitionem aut celestium, aut inuisibilium. Verbi gratia: auris, oculus, gustus in corpore sunt, quibus sentiuntur ea, quæ foris sensibus nostris obiecta, corpus nostrum uel oblectant, uel contristant. De corporis ore loquebatur Christus: Quod intrat in os non coinquinat hominem. Intus autem in anima auris, oculus, aut gustus, non est corporeum organum

Secundo promittitur.

De uocabulis metaphoricè acceptis

Officia animarum corporaliū significari.

Apo.

Quid auris, os, oculus interior

Q iij sed

In Enchirid. ca. penulti. & Psalmo 31.

Confessio in scripturis gemina.

Sollicitudo.

1. Cor. 7. Math. 6 Rom. 12

1. Cor. 7

Hebdomada.

sed uis ipsius rationalis animæ, intendentis in ea, quæ sibi ostendunt, proponuntur, suggeruntur aut immittuntur: uel consentientis in opus quoduis, aut bonum, aut malum. De ore sic accepto continuo subiicit: Quod exit de ore coinquinat hominem. En uidet in eodem sermonis contextu transitum fieri de ore corporis ad os animæ. Neq; enim uoluit Saluator dicere, quædo manducas & bibis non coinquinari: sed qñ uomis aut spuis coinquinatus efficeris. Sed significabat hominem coinquinari proprio corde, consentiente in furtum uel adulteriũ, aut aliud malũ perpetrãdum. De ore sic accepto per oẽm ferme locum scripturæ loquuntur: Os iusti meditabitur sapientiam. Dilata os tuum, & implebo illud. Tunc repletũ est gaudio os nostrum, hoc est, cor nostrum. Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorũ transiit in terra. Hyperbolice & metaphorice loquitur, tanq̃ dicat: Corda sua exaltatione superba statuerunt tanq̃ essent cœlestia numina, blasphemantes deum, & æstimãtes nõ esse ullam dei prouidentia. Et lingua eorũ. i. affectus & desideria trãseunt in terra, hoc est, in carnis & huius terræ delicias, Psalmo lxxij. Ponunt & iusti os suum in cœlum, dum sursum habent corda sua ad dominũ. Sic uidere, audire, & gustare q̃ suauis est dñs, possunt etiã hi, q̃ sunt corpore surdi, cæci, aut muti. Sic q̃q; calidum esse in aia, est feruere igne spiritu dilectionis. Esse aut frigidũ, est concuti spiritu timoris diuini iudicij. Tepidum esse, est neq; dilectione affici, neq; timore conturbari. Quibus consideratis patet su prædictæ scripturæ sensus: Vtinam calidus esses aut frigidus: sed q̃ tepidus es incipiam te, &c. In huiusmodi metaphoris debet quisq; sacrę theologie studio os occupari, aut sollicitus esse, nõ ut discat a grammaticis tales multas uocabulorũ equiuocationes aut significationes: sed ut ab eisdem grammaticis intellecta re proprie significata secundum uocabulorũ uires atq; originẽ, attendat eiusdem rei proprietates, conditiones, qualitates, & actiones. Et ex illis secundum aliquam similitudinem inuentã, quærat proposito scripturę sensum: considerans in eodẽ scripturæ loco priora, extrema, & media. Exempli causa: diues a diuo appellatur, eo q̃ diues quasi deus nihilo indigere uidetur. Hinc diuites in scripturis appellantur in malam partẽ elati, inflati, superbi, abundantes flatu suo, qui sese beatos æstimant, cum fruuntur bonis huius mundi, aut qui sibi nihil iustitiæ deesse putant: quemadmodum Pharisæus, de quo in euangelio. Et ideo neq; esuriunt neq; sitiunt iustitiã, æstimantes sese non indigere uero pane, qui est Christus, tentantes se fieri iustos suis uiribus, suisq; meritis & operibus. Econtrario pauperes spiritu appellantur, qui sibi sunt pauperculi & paruuli in oculis suis, qui non apponentes corda sua ad huius seculi bona, sibi multa deesse agnoscunt, qui suam insufficientiam, suam egestatem, captiuitatem sentientes, agnoscunt se suis uiribus non posse iustitiam apprehendere sine ipso redemptore, trepidãtes sub diuina maiestate, iuxta Augustini sententiam, sic appellati a paruitate proprii spiritus seu flatu, tanq̃ non inflati, aut nõ elati. Qui tales sunt in hac uita, sentiunt sese imperfectos, dicentes cum Paulo: Velle mihi adiacet, perficere non inuenio. Quibus consideratis facile intelliguntur scripturæ: Beati pauperes spiritu, quonia

Psalmo 117.

Psalmo 72.

Quid calidũ esse, qd frigidum, qd tepidum.

Regula ad intelligendũ uocabulæ metaphoricę accepta.

Appellatio diuitis

In ser. dñi in monte

Rom. 7. Matth. 5

niam ipsorum est regnum cœlorum. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Edent pauperes, & saturabuntur. Potest & hæc oratio: Pauperes spiritu, aliter interpretari, ut uidelicet spũs accipiatur aut pro uoluntate spirituali, aut pro spiritu: quemadmodũ Hierony. & Bernardus interpretantur beatum esse, q̃ spirituali uoluntate uiuunt, tanq̃ nõ habentes in hoc seculo ulla, quibus apponant & occupent prorsus corda sua: & tales q̃ contemunt diuitias & gloriam huius mundi, sunt humiles. De quibus legimus: Humiles spiritu saluabit. Sed recurrit interpretatio hæc in sententiã eandem. Appellatur & diuites in partẽ bonam in diuitijs salutis, quibus habitis efficiunt hoies uere diuini, hoc est, diuinitatis participes & confortes, cum uel fruuntur habito iam uero bono beatifico, uel ad ipsum tendunt ut fruatur. In hac uita dum esurimus & sitimus talem iustitiam per Christum dñm, sumus profecto spe diuites ueris diuitijs, quæ non pereunt, sed transeunt in melius. Econtrario appellantur pauperes in partẽ malam, ueræ salutis diuitijs uacui. Ceterũ ad specialia quædã uocabula, quibus in scripturis frequens est usus, descendamus. Huiusmodi sunt: lex, pctm, mors, iudiciũ, iustitia, misericordia, & ueritas, regnum cœlorũ, & id genus alia quædã. In sacris libris mors, pctm, & lex uarie inueniuntur accepta. Mors significat nũc corporalem mortẽ, qua separatur aia a corpore, ueluti cum dicit: Oes morimur, & tanq̃ aq̃ dilabimur in terram. Et hæc est usitata in scripturis oibus hominibus, etiã gentibus bene nota, tametsi causa per quam ipsa intrauit in uniuersum genus humanũ non omnibus sit cognita. Nunc spiritualem, qua separatur deus, q̃ uita est anime, secundũ suam gratiam ab illa, aut perpetuo in gehenna. Veluti cum dicitur: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum. Secundum æquiuocationem hanc acceperunt omnes Pelagiani occasionem, ut dicerent per Adam peccantem in hunc mundum non intrasse corporalem mortem, sed mortem solum spiritualem, intelligentes textum Genesis ij. In quacũq; die comederis ex illo, morte morieris: nõ de morte corporali, sed de spirituali morte tantum: existimantes hominem fuisse corporaliter moriturũ, etsi nõ peccasset. Sed de hoc in sequentibus libris. Sic & pctm in scripturis accipitur uarie, plerunq; sub eiusdem orationis contextu. Deus pater eum, qui nõ nouerat pctm, pro nobis pctm fecit, de pctõ damnauit peccatum. Sciendum ergo est, quod pctm dicitur nunc fomes, secundum quem caro prona est concupiscere aduersus spiritum, ueluti cum dicit Apostolus: Per unum pctm intrauit in hunc mundum, id est, in uniuersum genus humanum. Sic capitur in toto capite ad Romanos sexto: Non regnet peccatum in mortali corpore uestro, ut obediatis concupiscentijs eius, scilicet peccati, neq; exhibeatis membra uestra pctõ, concupiscentiæ peccati habitãtis in carne nostra, motus sunt fomitis. Peccatum uobis non dominabitur, quia nõ estis sub lege, sed sub gratia. Si obeditis pctõ, serui estis peccati ad mortem: liberati a pctõ, serui estis iustitiæ. Liberati a pctõ dicuntur, non ideo quia non habeant uitũ fomitis, neq; idcirco, qd semel regenerati sint absoluti a reatu originalis peccati: sed idcirco, quod sic regenerati in Christo Iesu, soluti sunt a

Mors uarie in scripturis accipitur

Ezech. 19

Pctm uarie in scri. capit.

Rom. 5.

Libere esse a pctõ iuxta Apostolum Rom. 6.

reātū illius, nō amplius ambulantes secundū peccatū illud, desiderijs eiusdem non consentientes, sed reluctantes. Item ad Rom. vii. Si quod nolo malū illud facio, iam non operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Ambrosius autē in postremis his testimonijs per peccatū intelligit diabolū, qui author est peccati in nobis habitans. Apostolus ex æquo ponit & peccatū & deum. Existimate (inquit) uos mortuos esse peccato, uiuentes deo. Ne exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibite uos deo. Vnde & Christus in euāgelio desideria peccati, motusq; in nobis illicitos appellat desideria diaboli. Sed siue pro fomite, ut uult August. siue pro diabolo, quem admodum uult Ambro. accipiatur, non oportet contendere. Nam & diabolus per peccatū fomitis habitat in nobis, & per motus fomitis illicitos ingreditur ad interiora nostra. Secundo modo peccatū dicitur motus fomitis, sicut aliud est timidum esse, aliud timere: ita aliud est concupiscitiū esse, aliud concupiscere. Et hoc peccatū ab Apostolo uocatur malum, cum dicit: Si quod odi malum hoc facio, iam non ego operor illud. Tertio modo peccatū est facere, dicere, uel cogitare aliquid contra legem dei: ueluti cum quis desiderijs peccati consentit: & sic idem sunt peccare, & facere peccatū. Quarto modo peccatū dicitur reatus peccati, de quo reatu dicit Christus: Si quis dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Peccata quæ transeunt actu, manēt reatu. Et huiuscemodi peccatorum reatus in oratione dominica debita appellatur. Quinto dicitur peccatū, sacrificium uel oblatio pro peccato. Sic Christus factus est pro nobis peccatū. Sic pastores peccata populi comedunt, edentes oblationes pro peccatis populi datas. Ex his consequens est, quod aliud est peccare, aliud peccatū habere. Item aliud cessare ab actu peccati, aliud surgere a peccato, seu liberari a peccato. Aliud non peccare, aliud non habere peccatū. Si nuperit uirgo non peccat, sed tamen non ob id peccatū non habet. Sic & aliud est in scripturis mori, seu mortuum esse peccatū, intellecto peccato in casu datiuo. Aliud mori seu mortuum esse peccatū, accepto peccato in casu ablatiuo. Secundum priorē modum, bonum est mori & mortuum esse ipsi peccato, hoc est, non amplius uiuere aut seruire ipsi peccato. Secundū modum autē posteriorem, malum esse mori, uel mortuum esse in peccato. Ignorantia horum in scripturis sacris fecit errare multos. Sed de his latius in sequentibus libris de natura & gratia, & de liberi arbitrij captiuitate & seruitute. Deinde nonnulla obscuritas nascitur in scripturis ex uocabulo legis, præcipue in epistolis Pauli, qui cap. viij. ad Rom. triplicē insinuat legem. Lex spiritus uitæ (inquit) liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, &c. Primum ibi significatur lex spūs, quæ est lex fidei, seu fides ipsa, uel charitas aut creata, aut increata, de qua: lex dñi immaculata conuertēs animas. Vnde sunt, qui non absurde interpretant, lex spūs sancti. i. lex quæ est ipse sanctus, sanctificās nos, de qua olim prænunciatū erat: Scribā legem meam in uisceribus eorū. Deinde de significat lex peccati, uidelicet lex in membris habitās, quæ est fomes delictus, factus in hoīe per Adæ peccatū, de qua lege præmiserat: Captiuatē me in lege peccati, quæ est in membris meis: quanquā nō erit forsitan intellectus absurdus si lex

Ambrosius.
Peccati pro
diabolo poni

Math. 7

1. Cor. 7.
Mori peccatū
varie capit.

De noīe lex
varie accep-
to.

Psalmos.

si lex peccati & mortis illic appelletur lex Moyfi. Verū magis cohæret sententia accepta pro lege, quam appellamus fomitem in membris. Lex spūs uitæ liberauit nos a lege peccati & mortis, non ut non amplius sit in nobis fomes ille, sed ut non dominet nobis, neq; secundū reatū æternæ mortis, neq; sic ut obediamus desiderijs eius: & ita liberauit nos iam in Chro renatos a iure seu dominio peccati. Tertio & illic significat lex Moyfi, cum dicit: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filiū suum fuit mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnauit: peccauit in carne sua. Lex Moyfi si complectit triplicia, uidelicet Moralia, quæ sunt decalogi præcepta: Iudicialia, & Ceremonialia. Et secundū quamlibet harum partium lex ista existit sine spiritu, occidit & iram operatur, & uirtus seu robur est peccati: non quia lex mala est, non quia efficit aut suggerit ut peccet homo, sed quia legem, quæ uetat concupiscentiā, accipiens homo uacuis spiritu dei intus adiuuante, inde occasionem peccati sumit, ardentius nitens in uetitū. Res bona etiam plerūq; est odiosa aut damnosa malis, qui ex re illa bona sumunt peccandi occasionem. Vnde lex occidit, nō quia mortem efficit, sed quia mortis occasio existit: nō quidem quod ex animabus uiuis fiant mortuæ, non quod uiuæ animæ ex lege sumant sibi occasionem peccandi: quod & si interdū lumerent, non tñ sensum illum præterdit Apostolus, sed quod occasio existit animabus iam in peccato mortuis, quod magis efficiantur mortuæ, magisq; obnoxie. Desiderium operis illiciti auget superueniens prohibitio, nisi iustitia sic diligatur, ut desiderium illius operis uincatur dilectione iustitiæ, quam facit spūs gratiæ. Maiores ergo uires accipit concupiscentia ex superueniente lege. Et ad illum sensum loquitur Apostolus: Virtus peccati lex. Non quidem peccata iubendo, neq; ad peccatū instigando: sed id, unde alij sumunt peccandi occasionem, existendo. Nam illa sine spiritu amoris iustitiæ intrante, & prohibente id quod ratio carnalis & amabat & desiderabat, est auctum carnale desiderium: quia ubi gratia nō est, auget prohibitio desiderium. Nitimur in uetitum, Deinde etiam uirtus peccati lex, propterea quod robustius, grauius, seu grandius est peccatū cum etiam contra legem sit, quā si lege sic data non prohibeatur. Maiores uires (inquit August.) habet concupiscentia crimine preuaricationis adiuncto, cum etiam contra legem facit, quā si nulla lege prohiberetur. Lex Moyfi data est, non quæ peccatū aut infereret, aut exterminaret, aut a reatu peccati animas liberaret: sed quæ peccatum ipsum demonstraret & insinuaret, atq; ita animam humanam (quæ secundum suam concupiscentiam uiuens, quasi secunda de sua innocentia sibi uiuebat) demonstratione peccati faceret ream, & ex ipsius reatus sollicitudine, simul & uiribus stimulantis concupiscentiæ doceret confugere ad gratiam liberantem. Hac ratione in scripturis lex Moyfi appellatur lex mortis, litera occidens, ministratio mortis literis deformata, id est, insculpta literis, ministratio damnationis. Quarto in epistola ad Romanos, accipitur lex pro lege naturæ intus scripta, eius reliquias non prorsus extinxit Adæ peccatū, quæ & illic possumus accipere legem mentis. Gentes, quæ legem non habent, ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Conueniunt autem significatio-

In lege Moyfi
si contenta.
Quo lex occidit.

1. Cor. 10
Virtus peccati lex.

Vide Augu.
li. 4. de ciuit.
dei, cap. 1.
Officiū legis
Moyfi.

Rom. 8.

Qualis no-
men legis.

Quatenus lex
Moyfi com-
paratur legi
euangelij.

Quo lex no-
ua dicitur
dei, &c.
2. Cor. 3.

Rom. 14
De acceptio-
ne iudicij, &
multipliciu
dicendi mō.

Ioan. 12.
Ioan. 9.

1. Cor. 11.

In oībus ser-
monibus cō-
munis q̄dam
iudicij rō.

nes legum oēs in ratione quadam communi, secundum nomen legis a legen-
do, ut inquit Cicero, appellatū, quod in ea legimus aliquid esse faciendum. Sic
generaliter accepta lex est, quae aut iubet, aut uetat, aut inclinatur ad opus aliq̄d.
Sicut lex naturae, est inclinatio naturae: ita lex carnis, est inclinatio carnis, quae
per peccatum Adae uitiata, facta est in malum prona. Vnde hic sciendum, quod
sancti, dum conferunt legem Moyfi ad legem euangelij, non conferunt legem Moyfi
foris in membrana scriptam, ad legem euangelij foris conscriptam in membra-
na: neque cognitionem illius legis, ad cognitionem huius: sed id quod legislator Moy-
ses fecit, dando legem, conferunt ad id quod legislator Christus fecit dando legem
euangelij. Ille nihil fecit, nisi foris exhibendo scripturam, & demonstrando illis
praecipua operum, quae uel facere, uel uitare debeant. Proinde ab apost. Pau-
lo ad Rom. iij. uocatur lex factorum seu operum. Legislator autem Christus tra-
dendo legem euangelij suis discipulis, intus operatus est in cordibus eorum, spi-
ritum fidei & charitatis, & liberantem a reatu & dominio peccati, & adiuuans
tem infirmitates atque imbecillitates nostras. Vnde & ab Apostolo uocatur lex
fidei, lex iustitiae dei, lex spiritus uitae in Christo Iesu, ministratio iustitiae. Hanc
differentiam nouae legis a ueteri tradit Paulus apostolus ij. ad Cor. iij. Episto-
la, inquit, estis Christi Iesu, scripta non atramento, sed spiritu dei uiuui: non in
tabulis lapideis, sed in tabulis carnis: qui & fiduciam talem habemus per Chri-
stum, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu.
Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Praeterea in scripturis sacris iudi-
candi & iudicij uocabula sunt uoces ancipites. Iudicare nunc sonat condemnare,
nunc statuere seu decernere. Ad Roma. xiiij. utroque modo reperitur accep-
tum: Qui non manducat, manducantem non iudicet, id est, non condemnet.
In eo autem quod postea dicit: Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum
fratri. Iudicate uidetur acceptum non pro condemnare, sicut antea, sed pro
statuere, decernere. Iudicium pro condemnatione plerumque ponere, & iudicare
pro condemnare, peculiare est Hebraeis. Non misit deus filium suum in mundum,
ut iudicet mundum. i. ut condemnet mundum. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit
in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Iudicium pro
condemnatione est positum. Quemadmodum 1. ad Cor. xi. Qui manducat
& bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Si quis esurit, domi mandu-
cet, ut non in iudicium conueniatis, id est, ad condemnationem uestram. Ver-
rum in omnibus sermonibus, meo quidem iudicio, conuenit communem quā-
dam rationem iudicij considerare, secundum uim & proprietatem dictio-
nis, appellatae a nomine ius, & uerbo dicere. Est enim iudicare aliquem, uel
alicui ius dicere, seu decernere quid iustum & aequum, ferendo sententiam de
illo, siue in absolutionem a calumniatore iuxta innocentiam illius, siue in con-
demnationem supplicij iuxta meritum iniustitiae illius. Sunt qui has significa-
tiones distinguunt, dicentes iudicare accusatiuo iunctum esse acceptum pro
condemnare, iunctum autem datiuo pro sententiam ferre: ueluti cum dicimus,
iudicare pupillo & uiduae. Verum haec differentia non est uniuersalis.
Nam & considerata supra dicta iudicij significatione generali in
scripturis

scripturis etiam sancti & iusti orant deum, ut ipsos iudicet, quemadmodum & im-
pii timeant ne iudicent. Reperitur igitur in sacris literis uerbum iudicare etiam ac-
cusatiuo iunctum non semper pro condemnare, sed interdum pro ius dicere, seu
sententiam pro aliquo ferre acceptum, quemadmodum apud Prophetam sanctus
orat: Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et iterum: Psalmo 17.
Iudica me deus, & discerne causam meam. Decernere quid iustum est de ali-
quo fieri, siue extra innocentiam, siue iuxta iniquitatem eius, est quidem iudicis
causam examinantis officium: hoc tamen ab unoquoque nostrum nunc licite, nunc il-
licite fieri contingit a ratione nostra intus praesidente, & occulta mentis sen-
tentia, decernente aliquem commendabilem esse, uel condemnabilem. Et de
hoc iudicio secundum speciem iudicij condemnationis accepti ait Christus:
Nolite iudicare, & non iudicabimini. pro eo quod est: nolite condemnare, & non
condemnabimini. Secundum codices nostros utrumque dixit Christus, per postea-
riorem sermonem indicans, priorem de iudicio condemnationis esse accipien-
dum. Vnde in multis scripturae locis iudicium & iustitia, misericordia & ue-
ritas simul iuncta reperimus: ita uidelicet, ut quemadmodum ueritas passim
misericordiae iuncta est, ita ut iustitiam iudicio reperimus sociatam. Vniuersae
uiae misericordia & ueritas. Misericordia & ueritas obuierunt sibi. Septi-
es in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuae. Item: Didici iudicia iusti-
tiae tuae. Quatenus ergo magis penetremus intellectum scripturarum, non est in-
utile interpretationes horum nominum, quantum ad intellectum scripturae atti-
net, hic inferere. Iudicium proprie, ut iam patuit, est actus mentis decernentis
aliquid esse iustum. Iustitia autem est rectitudo uoluntatis uiuentis conformiter
iudicio mentis. Iudicij finis, inquit Ambrosius, est iustitia. In iudicio est ueritas
tatis custodia, in iustitia fructus aequitatis. Iudicium, inquit Augustinus, est
discretio boni & mali. Iustitia autem est, prosecutio boni, & fuga mali. Faci-
mus iudicium, discernentes bonum a malo. Iustitiam autem facimus, facien-
tes bonum, & declinantes a malo. Et quia mens creata, iam post Adae pecca-
tum, uanitati subiecta, potest errare iudicando, idcirco iudicium tam in mala
partem, quam in bonam reperitur acceptum. Et quoddam dicitur iudicium bonum
& aequum, quoddam uero iniquum. In deo, qui errare non potest, iniquitas iu-
dicij reperiri non potest. Proinde in scripturis omnia illius iudicia seu decre-
ta dicuntur ueritas, aequitas, iustitia: quia discernens unumquodque secundum ue-
ritatem sibi consubstantialem, errare non potest. Sicut ergo iustitia in homi-
ne, est rectitudo uoluntatis operantis conformiter legi mentis, quae sane recti-
tudo est genus omnium uirtutum in uoluntate: ita & iustitia in deo, est rectitudo
diuinae uoluntatis operantis conformiter ueritati suae & legi suae, quae ser-
uat, siue in adimplendo promissa, siue in retribuendo unicuique secundum ipsius
opera. Et quia gratia & misericordia promissit dare in Christo saluari suo, id-
circo sancti plerumque in sacris literis postulantes iustitiam dei, non ex confi-
dentia meritorum cupiunt retributionem fieri sibi, sed desiderant gratiam & mise-
ricordiam promissam omnibus sperantibus in saluari illius, ueluti cum orat Prophe-
ta: In tua iustitia libera me, postulat uero supra se non iustitiam dei retribuētis secun-
dum

Psalmo 17.

Math. 7

Quid iudi-
cium,
Quid iusti-
tia.

Iustitia dei

dum merita, sed gratiam secundum fidem uerbi ipsius promittētis misericordiam in salutari suo. Hæc aut iustitia nō est aliud, q̄ fides in deo, quam seruat implendo promissa. Ab hac iustitia deus est iustus, quia uerax in promissis, seu fidelis in omnibus uerbis suis: quæ iustitia etiam alio nomine ueritas appellatur. Reperitur rursus quædam iustitia dei in scripturis sacris, non quæ in deo, sed quæ a deo est in nobis, qualis est iustitia fidei seu rectitudo, qua nos iustificati ab illo sumus iusti seu recti corde, quæ iustitia in nobis est dei iustitia: sicut dñi est salus, quia salus est nobis a dño. Nec te fallant nomina in multitudinis numero attributa deo, quia hæc non multos in deo actus, sed in creatis rebus multos designant effectus. Et quemadmodum opera, quæ ipse deus facit & fieri uult, dicuntur uoluntates dei: ita & iudicia dei appellant, q̄ sunt ab ipso deo iudicata, decreta, tanq̄ iusta disposita seu ordinata, siue sint martyria, siue flagella, quibus flagellat iustum & impium: siue opera, quibus saluat electos: siue rationes omnium, quæ facit secundum sapientiæ suæ consilium: quæ maxima ex parte sunt nobis occulta. Quamobrem & iudicia dei dicuntur abyssus multa, incomprehensibilia, inuestigabilia, omnia in æqua, iusta, ac rationabilia. Proinde in huiuscemodi dei iudicijs discutiendis & cognoscendis nō debet occupata esse mens nostra. Iudicia uero oris dei sunt eloquia, quæ ipse in scripturis nobis reuelauit per os prophetarum, quæ & a nobis disci & sciri uoluit, quibus promittit gratiam & misericordiam: admonēs mentes nostras sperare super misericordiam suam, & formidare sup iustitia sua: quibus & docet, quid credere, quid diligere, quid facere debeamus. In his uult mentes nostras occupari, his immorari, his delectari. De quibus & Propheta passim loquitur: In labijs meis, inquit, pronūciaui omnia iudicia oris tui. Os dei est propheta quisq̄, per quem deus locutus est nobis. Iudicia tua iucūda, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multū, dulciora super mel & fauam. Iudicia dñi appellat decreta sacro ore in scripturis nobis reuelata, quibus gratiam & misericordiam pollicetur filijs iræ, promittens salutem oibus credentibus & sperantibus in illum, & confugientibus ad illum, omnibus inuocantibus nomen eius. Hæc sunt iudicia iucūda ab angelis, a Christo, ab apostolis nobis reuelata, a prophetis expectata & pregnūciata, quæ sunt uerba æternæ uitæ, uerba regni cœlestis, uerba pacis. Sunt etiā iudicia quedā oris dei terribilia, ueluti eloquia, quibus comminatur mortem æternam oibus incredulis, omnibus adulteris, fornicarijs, periuris, superbis. Propter quæ & dixit: A iudicijs tuis formidauit cor meum. A iudicijs tuis timui. Vbiq̄ quale iudicium uelit intelligere Dauid, cautissime oportet obseruare. Alioquin uidebuntur scripturæ inter se esse contrariæ. Orat Propheta: Secundum iudicium tuum uiuifica me. Alibi aut orat: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, &c. Est iudicium quoddam, quo deus retribuit nobis secundum opera nostra, quæ a nobis sunt, de quo dictum est: Non intres in iudicium cū seruo tuo. Est rursus iudicium, quo decernit deus secundum uerbum promissionis suæ, facere sibi filios heredes regni sui ex seruis iræ. Et hoc est iudiciū seu propositum prædestinationis diuinæ. Iudicio sic accepto orat: Secundum iudicium

Iudicia Dei.

Volūtas dei.

Iudicia oris
dei.Psalmo 119.
Os dei.
Psalmo 18.

Psalmo 119.

Psalmo 143.

Quo sancti
orant a deo
iudicari.

cium tuum uiuifica me. Ac si dicat, secundum decretū misericordie tue saluū me fac. Hoc iudicio iudicari postulat, q̄ nihil de suis uiribus, nihil de suis ex se meritis præsumit: totum bonum suum tribuens diuine misericordie. Est in super iudicium seu decretum, quo retribuit secundū uniuscuiusq̄ opera bona, quæ præparauit ipse in unoquoq̄, præstant gratiam bene operandi in hac uita, & mercedem cœlestem omnibus credentibus & intocantibus nomen eius, omnibus ambulantibus in lege ipsius. De quo dixit: Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum, hoc est, miserere mei secundum decretum, quo iudicas diligentes nomen tuum, hoc est, Christum. Hactenus de significatione nominū iudicij & iustitiæ, iam de misericordia & ueritate uideamus, quæ etiam multis in locis simul iuncta reperimus in scripturis. Interdum ueritas præcedit, & subsequitur misericordia. In ueritate tua (inquit Propheta) humiliasti me. Fiat misericordia tua, ut consolet me secundum eloquium tuum seruo tuo. Interdum uero misericordia præcedit, & subsequitur ueritas. In dño speraui, inquit, non infirmabor, qm̄ misericordia tua ante oculos meos, & complacui in ueritate tua. Veritas in huiuscemodi scripturis est fides, seu (ut ita dicam) fidelitas, quam seruat deus implendo promissiones suas & comminationes. Vnde Hieronymus, quod uulgaris translatio dixit: In generatione & generatione ueritas tua, ipse secundum Hebraicam ueritatem dixit: In generatione & generatione fides tua, qua scilicet fidelis es in oibus uerbis tuis. Et huiuscemodi ueritas in geminis dei uerbis consistit. Nam & ueritas, qua deus agit conformiter uerbis suis pregnūciantibus iudicium suam super eos, qui peccauerunt, cuiusmodi est ueritas uerbi dei, ut iudicis punientis hominū genus secundum eloquiū suum, qd locutus erat: Quocumq̄ die comederis ex eo, morte morieris. De qua loquitur Propheta: In ueritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua super me, ut consolet me secundum eloquium tuū. Hic primo ueritatem posuit, qua sumus humiliati in miseriam & mortem, secundum uerbum, qd supra hominē, si peccaret, prædixerat. Deinde posuit misericordiam, qua deus subuenit miserie nostræ. Fiat (inquit) misericordia tua super me. Hæc sunt misericordia & ueritas in deo, quæ obuauerunt sibi. Secuta est aut consolatio, seruata utrinq̄ concordia, dum ueritas promittitur a cœlo in terram descendere, & misericordiam simul atq̄ iustitiam seruare pro liberando homine, quæ consolatio fuit abscondita ab hominum oculis, nisi accessisset uerbum promissionis: cuius promissionis memoriale, secundū successionis seriē, fuit super oēs patriarchas & prophetas a generatione in generationem. Et rursus: Veritas quedam, qua deus agit conformiter uerbis seu eloquijs suis, pollicentibus Christum mediatorē, auctorem gratiæ & misericordie. De hac misericordia & ueritate loquitur in domino sperans: Non infirmabor, qm̄ misericordia tua ante oculos meos, & complacui in ueritate tua. Et rursus: Confitebor nomini tuo super mīa tua & ueritate tua, quoniam magnificasti sanctum tuum. i. Christum, super omne nomen: misericordia dei super nos miseros, a nostris miserijs subleuādos, nō sit nobis, nisi per Christum salutare dñi, nobis promissum. Veniat, inquit Pro

Psalmo 119.

De mīa et ueritate.

Psalmo 119.

Psalmo 119.

Veritas dei.

Bifariā intelligit ueritas dei.

Genesis 22.

Quo mīa & ueritas sibi obuauerunt.

Psalmo 119.

Psalmo 117.

Psalmo 118.

R pheta,

pheta, super me misericordia tua domine, salutare tuum secundum eloquium tuum. & respondebo exprobrantibus mihi uerbum, quia speraui in sermone tuis. In scripturis sacris nonnulla difficultas seu obscuritas nascitur ex nomine regni caelorum, quod multifarie, & non eundem in modum uideatur accipitur, etiam plerumque in uno eodemque scripturae capitulo: ueluti cum Matthaei xiiij. regnum caelorum legitur assimilatum nunc homini, qui seminat bonum semen in agro, nunc grano sinapis, nunc sagem missam in mare, nunc thesauro abscondito in agro, nunc fermento. Item alibi decem uirginibus, quarum quinque sunt fatuae, quinque prudentes. Alibi homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Vnde Ambrosius: Regnum caelorum uim patitur. Hic regnum caelorum, inquit, non nisi Christus intelligitur, qui regnat in caelis. Hieronymus in commentarijs super caput xiiij. Matthaei: Regnum caelorum est praedicatio euangelij & notitia scripturarum, quae ducit ad uitam, de qua dicitur ad Iudaeos: Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Simile est (inquit) regnum caelorum grano sinapis. Praedicatio euangelij minima est oibus disciplinis, quae parua uidebatur in principio, creuit in arbore, dilatata per mundum uniuersum. Vnde & eadem praedicatio similis dicitur fermento, in quo iuxta euangelistae interpretationem, significatur doctrina, cum dicit: Caute a fermento pharisaeorum, Matth. xvi. Hilarius autem & Remigius, regnum caelorum appellant filium Dei, qui seipsum comparauit & homini, qui seminauit bonum semen, & grano sinapis: cuius uirtus pressuris accensa, sepulta in terris, resurgendo creuit in uniuersum mundum: & fermento, quod mulier .i. ecclesia, accipiens commiscuit farinae satis tribus, scilicet: legi, psalmis, & prophetis, dum ad Christum & ad doctrinam eius, & ad regnum illius caeleste refert omnia in his scripta. Ex Christo & euangelio eius fermentata est tota legis & prophetarum doctrina. Chrysostomus tractans: Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Regnum caelorum (inquit) praesentis temporis ecclesia dicitur, sicut & ibi: Colligent de regno eius omnia scandala. Remigius: Regnum caelorum (inquit) quatuor modis dicitur. Christus, secundum illud: Regnum dei intra uos est. Sancta scriptura, secundum illud: Auferetur a uobis regnum dei. Sancta ecclesia, secundum illud: Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Supernum solum, secundum illud: Recumbent in regno caelorum. Ex Grammatica discimus, quod regnum proprie est possessio regis. Vnde & rex dicitur in regno, ut in possessione. Sicut regnum Romanorum dicitur ipse coetus seu communitas Romanorum, qui gubernantur & diriguntur in pace & tranquillitate sub rege suo. Ita regnum caelorum dicitur coetus seu communitas caelorum, qui sic appellantur non inanimati, sed uiui ciues, qui facti sunt mentibus caelestes, de quibus & dicitur: Annunciauerunt caeli iustitiam eius. Congrua ratione sic appellati. Fulgebunt enim iusti sicut sol in regno patris sui. Sciendum est ergo, quod regnum caelorum noua uox est in primordio euangelicae praedicationis a magno illo praecuratore domini, Ioanne Baptista primu nunciata, nomine prioribus seculis inauditum, sonans magnum aliquod gloriosum, iucundum, regnum aliquod fixum, perpetuum, stabile & incorruptibile: sic appellatum ad

Regni caelorum uarietas in pr. capit.

Ambrosius.

Hierony.

Hilarius. Remigius.

Chrysost. Matth. 13

Regni caelorum secundum Remigium quatuor modis.

Psalmo 96 Matth. 13

ad differentiam regni terrarum, siue regni huius mundi, quod est regnum infernum & caducum. Vnde de hoc regno loquens rex noster Christus: Regnum meum, inquit, non est de hoc mundo. Non negat regnum suum esse in mundo isto. Nam ad quosdam loquebatur ipse: Regnum dei intra uos est. Regnum Christi est quidem hic, sed non est hinc. Quaecumque intimentur in uoce regni terrarum, tam rex ipse, quam regnum eius, & pax, & copia diuitiarum eius, sunt caeduca, uana & transitoria. Sed omnia quae significant uoce regni caelorum, tam rex ipse, quam possessio, seu regio & ciuitas, super quam regnat. Lex in super sancta, per quam regit & gubernat. Pax item & tranquillitas & securitas, sunt fixa, stabilia & perpetua. Et si quae in hac uita sunt aut imperfecta, aut diminuta, mutantur in melius, cum tradiderit regnum istud deo patri, & euacuauerit omnem principatum, potestatem, & uirtutem. Vnde & regnum caelorum in hac uita, domus Iacob appellatur, & solum, thronus, seu sedes David, domus Israel, ciuitas dei in monte sancto eius, dispersa per uniuersam terram. Iacob autem luctator, seu puginator & bellator. Quemadmodum de Christo rege nostro dicit scriptura: Regnabit in domo Iacob. In domo Iacob habitant, quotquot supplantant diabolus de cordibus suis, quotquot luctantur cum uitijs & concupiscentijs, ut non peccati ipsi dominentur: sed regnet in cordibus eorum Christus Iesus, rex pacis, nunc per fidei, spei & charitatis gratiam, donec perueniat ad uisionis gloriam, ubi erunt plena iam pace securi, hoc est, regnum caelorum .i. eorum, qui facti sunt regeneratione caelestes, ut angelorum & hominum eorum, qui exusti ueterem hominem, seu carnalem uitam ex Adam, luctantur contra libidinem, luxuriam, ambitionem. Hoc regnum caelorum, seu domus Iacob a Iudaeis repulsum, in gentes & in fines orbis terrarum creuit, in quod principes populorum congregati sunt cum deo Abraham, ubi reges conueniunt ad laudandum & glorificandum dominum deum Israel. Vnde & regnum hoc a Christo nomen accepit, & dicitur Christianorum regnum, ut sicut sunt heredes nominis, ita sint & imitatores sanctitatis. Veri regis officium est, regnum suum dirigere in iustitia, in pace, tranquillitate, in honorum copia & affluentia, perfectiones suas, utpote sapientiam, bonitatem etiam deriuare in eos, qui subiungunt ei: & non tam imperare illis, quam pascere & dirigere: ut & ipsi non coacti ab ipso, sed uoluntarij sub eo, etiam cum eo in iucunditate conregnent & imperent supra hostes. Vnde Apoc. v. Fecisti nos deo patri regnum & sacerdotes & regnabimus super terram. Qui sunt nunc reges, olim uocabantur pastores. Dominus regit me, inquit Propheta, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit. His praemissis ad intelligendum scripturas, sermonem facientes de regno caelorum, oportet considerare communem quandam rationem duorum nominum, regni uidelicet & caelorum. Et per regnum, a regno appellatum intelligere uel eum, qui regnat, uel id super quod regnat, uel ipsum dominatum & principatum, potestatem, legem, uim, seu uirtutem & directionem, quibus regnat & gubernat. Singulorum horum secundum uulgarem loquendi usum congrua ratione appellatur regnum, per reductionem ad propriam significationem uerbi regno. Vnde dicimus initium esse aut finem regni huius regis, quia est initium aut finis imperij, principatus & dominatus illius.

Matth. 27.

1. Cor. 15

Regni caelorum domus Iacob, &c.

Christianorum regnum.

Officiu ueri regis

Psalmo 22

Quid note regni intelligitur.

IOANNIS DRIEDO. DE REGVLIS ET DOGMAT.

lius. Dicimus etiam in his pagis aut oppidis esse initium aut finem alicuius regni, quia est initium aut finis regionis. Et ubi est potestas regis, illic dicimus esse & regnum eius. Dicimus etiam regnum Francorum esse in hac ciuitate, dum rex illic est. Et haec de nomine regni. Coelos autem intelligere oportet, non huius mundi elementa, non solum lunam & stellas: sed eos, qui sursum habentes corda incorruptibilem expectant uitam: qui non cordibus suis uersantur in terrenis huius mundi bonis, cito perituris. Proinde non oportet studiosum sacrae theologiae lectorem turbari in aequiuocatione uocis regni caelorum. Nam et in sermone regni caelorum diuersa quaedam intiment, ipse uidelicet Christus, & dominatus ac principatus, potestas, uirtus, operatio, protectio illius in nobis, doctrina & lex euangelij ac praedicatione. Et coeli ipsi, hoc est, sancti spiritu caelestes, sub ipso Christo regnantes & dominantes: oia tamen spectant ad unum regnum Christi, ab ipso tradendum deo patri, sic appellata secundum communem quandam significationem intellecta in uerbo regnare. Vnde cum dicit Baptista Ioannes: Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum, significauit iam instare, & appropinquasse regnum caelorum, secundum corporalem ipsius Christi praesentiam, simul & secundum principatum & dominatum illius olim promissi, & iam dudum expectati ab oibus patriarchis & prophetis. Recte proinde Origenes, Hieronymus, caeterique sacrae theologiae interpretes, dicunt in scripturis regnum caelorum appellari nunc patrem, qui propter ea quae super ecclesiam suam regnat, congrue regnum regnas appellat: nunc filium, qui illi conregnat: nunc praesentis temporis ecclesiam, super quam regnat, quae adhuc luctatur & militat: nunc futuri seculi ecclesiam, quae triumphat: nunc fidem uel scripturam sacram, aut fidei & euangelij praedicationem: nunc regnationem in suorum electorum cordibus, nunc caelestem beatitudinem, quae est uita aeterna, de qua Christus: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Coeleste regnum complectens suam regem, & regnum & legem atque directionem, secundum aliquid sui dicitur esse simile aut huic, aut illi. Vnde regnum istud caeleste secundum principale membrum suum dicitur aut deus pater, aut Christus qui regnat. Tota uis regni est in rege, ideo ipse rex regnum dicitur, quemadmodum de capite ciuitatis dicimus: hic est ciuitas rota, significantes quod in illo pendet ciuitas tota. Congruue dicimus: Similis est ciuitas haec homini regi, intelligendo hanc locutionem secundum eum, qui regit ciuitatem. Sic olim Origenes homilia xxij. super Mattheum interpretatur: Regnum caelorum, inquit, secundum eum qui regnat, simile est homini regi: secundum autem eum qui conregnat, simile est filio regis: secundum ea uero quae sunt in regno, assimilatum est seruis & inuitatis ad nuptias. Haecenus ille. Secundum hanc ergo considerationem regnum caelorum, secundum id quod regitur, utpote coetum sanctorum, consortium iustorum, in hac uita zizanij commixtum: simile est decem uirginibus, quarum quinque sunt fatuae, quinque prudentes. Simile etiam est sagenae missae in mare. Sagenae, hoc est, piscatorio reti disperso per totum mundum congreganti pisces bonos & malos. In consummatione autem seculi idem regnum constituetur ecclesia, sine macula & ruga, cum separabit Christus bonos

Quid nomen
ne caelorum.

Matth. 3.

Quo multa
sunt intelle-
cta in uoce
regni caelo-
rum.

Ioan. 17.

Origenes.

bonos a malis, quemadmodum ipse ait: Mittet angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Deinde regnum caelorum secundum aliquid sui, uidelicet secundum uirgam directionis, & uim seu uirtutem, per quam regit & gubernat, est intellectus legis & prophetarum, notitia scripturarum, doctrina seu lex euangelij, seu praedicatione eius, aut fidei, spei, & charitatis gratia. Vnde Origenes homilia 1. super Mattheum: Forsitan autem unaqueque uirtus regnum caelorum est, & omnes uirtutes simul sunt regnum caelorum, sicut ait Apostolus: Regnum dei est iustitia & pax. Ex huius consideratione, homines qui conuersantur secundum uirtutes, dicuntur esse in regno caelorum: dicitur & regnum caelorum esse in ipsis. Et secundum hunc forsitan intellectum dicitur: Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum: ut non ad tempus, sed ad actum & propositum hominis referatur: quemadmodum dicitur Matth. xv. Peruenit in uos regnum dei. Et quemadmodum dicitur Lucae x. Appropinquabit in uos regnum dei. Et Lucae xvij. Regnum dei intra uos est. Regnum dei, hic est Christi uirtus in cordibus nostris operans iustificationem, sanctificationem, remissionem, imo est ipse Christus, uirtus increata, omnium uirtutum in nobis fons & origo, mirabili quodam & ineffabili modo regnans super corda suorum electorum. Et sic regnum caelorum secundum legem dirigentem, quae est doctrina seu praedicatione euangelij, dicitur esse simile fermento, quod acceptum mulier abscondit in tribus satis seu mensuris farinae. Omnis homo doctus in regno caelorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Doctus in regno caelorum, id est in ecclesia iustorum dicitur, quisquis doctus est in lege iustorum. Thesaurus iste intelligitur euangelium Christi, in quo sunt poma uetera & noua, id est ueteris & noui testamenti inter sese consona documenta, de quibus in Cant. Omnia poma uetera & noua seruaui tibi dilecte mi. Ex his facilis potest esse intellectus scripturae loquentium de regno caelorum, aut de regno dei. Si primum intelligamus, non multa, sed unum regnum dei esse regnum caelorum appellatum, quod partim in terris militat, partim triumphat in caelis, partim nobiscum in terris uisibile spiritualiter regnas, & colluctans non in ferro & gladio, sed armis spiritualibus, utpote: fide, spe, & charitate, contra inuisibiles hostes, contra inimicos domesticos, contra carnis & seculi desideria, quae militant aduersus animam, partim remotum a nobis, fruens aeterna pace una eum angelorum consortio, uidens regem in decore suo. Vnde & in oratione dominica, regnum caelorum secundum eam partem, quae est adhuc in terris sub lucta, militia, in bello & praелиjs constitutum, orat ut fiat regnum triumphans: Adueniat, inquit, regnum tuum. Haecenus de sermone monibus nominis regni caelorum. Iam uideamus de uocabulis, zelus & aemulatio, zelare & aemulari, quorum frequens in scripturis usus, uariarum significationum nonnullos scripturae locos facit obscuros. Quod Graece zelos dicitur, Latine aemulatio dicitur: & quod Graece zelare, aut zelari deponentaliter dicitur, Latine aemulari dicitur. Et quemadmodum a nomine zelus, zelare: ita & a nomine aemulus, aemulari deriuatur. Aemulum tradunt Grammatici ab amore esse deriuatum, & praeter significationem, secundum uim nominis significantis studiosum quemque eiusdem rei

Matth. 13

Origenes,

Matth. 1

Quatenus re-
gnum comparat
fermento.

Cant. 7
Unicum est re-
gnum dei.

De zelo, ze-
lare, emula-
ri & aemula-
tione.

Aemulus

R. iij. ex amore

ex amore sectatorem, interdū per antiphrasim contrariā habere significatio-
nem, scđm quam emulus dicit inimicus seu aduersarius, quemadmodū bel-
lum dicitur qđ minime sit bonum. Proinde ubicūq; in scripturis zelus dicit,
ibi & nos æmulationē non inepte possimus dicere. Et ubicūq; zelare, illic
æmulari possimus ponere: & e contrario. Et multis Latinis nomen zelus ma-
gis, qđ nomen emulatio est cognitū. Vnde Hierony. in commētaris ad Gal. v.
Æmulatio (in gr̄) Gr̄eco sermone zilos significantius & notius appellat. Pro
eo, qđ in æditione Latina nra legimus ad Rom. x. Æmulationē quidē dei ha-
bent, alij legūt: zelum quidē dei habent. Quod Isaia ix. legimus: Zelus dñi
exercitiū hoc faciet. alij legunt: Æmulatio dei exercitiū. Et qđ ij. ad Cor. vii.
legimus: Vestra æmulationē pro me. alij habēt: Vestrū zelum pro me. Et ibi-
dem cap. ix. pro eo qđ dī: Vestra æmulatio prouocauit plurimos. alij legunt:
Vester zelus. Et qđ in ij. ad Cor. xi. cap. legimus: Æmulor em̄ uos dei æmula-
tione. Ambro. legit: Zelans enim uos dei zelo. Pro eo quod in lib. Numero.
Moyſes ad quēdam dicit: Quid æmularis pro me. alij legūt: Quid zelus aut
zellaris pro me. Item ad Gal. iij. uerbum æmulari ter positū reperimus sub eo-
dem orationis contextu: Æmulantur (inquit) uos nō bene, sed excludere uos
uolunt ut ipsos æmulemini bonum, aut æmulemini in bono. In singulis locis
istis Gr̄ca lingua originalis, in qua scriptū est testamentū nouum, habet uer-
bum zilo. Communes Grammatici facile tranſeūt in significationibus horz
uocabulorz, dicentes æmulationē & zelum noīa synonyma plura significa-
re, nunc amorē seu desiderū, nunc imitationē, nūc iram, nūc tristitiā, dolorē
seu inuidiam. Et scđm tria hæc zelare & æmulari significare uident feruenter
amare aliquid, aut desiderare, seu affectare, seu imitari, aut irasci, aut inuide-
re. Addūt & æmulari interdū acceptū esse pro irritare seu prouocare ad zes-
lum, æmulationem, seu iram. Verum hic sciendū, qđ in oībus nō satis indican-
tur horz noīm & uerborz uires. Neq; poterit sacrę scripturę lector ex solis
huiusmodi interpretationibus haurire sanctarę sententiarę medullas. Proin-
de de huiuscemodi uocabulorz uiribus differuerūt, plixius doctores antiqui,
& Gr̄ci & Latini, ut Orige. in expositione Psal. xxxvi. & Hiero. in commē-
tarijs epist. ad Gal. iij. & alijs in locis nōnullis. August. item quibusdā in lo-
cis & Suidas, & alij multi utriusq; lingue periti, qđ nō habentes Latinū uoca-
bulum, qđ uim uerbi zilo sufficiēter explicarent, ad declarandā significationē
eius, multis usi sunt uerbis, rebus etiam corporalibus atq; exēplis studuerūt
illustrare scripturas ex huiuscemodi uerbis compositas. Quatenus ergo ex
consideratis nominum & uerborum uiribus concipiamus generalem quan-
dam rationē in oībus scripturę locis, utentibus uerbis aut noībus istis: scien-
dum, qđ zelus scđm primariā significationē uidet sonare feruorē quendā, seu
uehementiā animi, ex amore sollicitē, studiosē, aut feruenter intendētis in eū,
quem amat: sollicitus ut uel possideat, uel acquirat, uel custodiat id, qđ amat
in ipso. Proinde qđ zelat & æmulatur nō solum amat, sed ex amore studiosus
& sollicitus est, aliqd etiā agens pro eo quod amat. Et qđ is, qui amat reama-
ri cupit: & id quidem plerūq; adeo, ut & interdū non patiatur consortium

in eo

in eo, quem amat. Hinc fit, ut ex tali amore plerūq; nascatur uehemens ira,
nunc contra eum, qui aduersatur, aut impedimentū prestat, ne fiat mutuus &
reciprocus amor: nunc contra eum quem amat, dum is uiolat id qđ amat in
ipso. Quemadmodū ex amore, quo quis ob castitatē amat coniugem suā, ira
nascitur si coniunx alienū amare, aut conjugalem castitatē uiolare deprehen-
ditur: hæc ira trāsit in zelum, dum corruptio castitatis impunita esse nō finit.
Nascitur & inuidia atq; odium contra oēs, qui amantur ab eo, a qđ solus ama-
ri desiderat: hæc etiam inuidia tranſit in zelum, cum incipit insectari eū, cui
inuidet. Omnis ergo ira, odium & inuidia ex amore nascitur, sed non omnis
ex amore bono. Omnis insuper zelus ex amore, ira, uel inuidia gignit, dum
affectiones illæ tranſeunt in feruorē animi, suis quibusdā studijs & operis fo-
ris exæſtuantis in id, quod amore, ira, uel inuidia prosequit. Omnis proinde
zelus, aut mediate, aut immedie ex amore trahit originem. Hæc facile pos-
sunt esse manifesta considerantibus & zelum, qđ deus dicitur zelans, zelator,
zelotes, aut erga populum suū, aut contra populum, aut pro populo: & mul-
tiplicem zelum, quo iusti dicunt zelare pro deo suo, aut pro lege atq; honore
illius, aut pro ecclesia eius. Dñs deus quis nulla suspitione, sic ut homo zelo-
typus commoueat, nulla uicissitudine affectionū tranſmutet, in & zelans, &
zelator erga populū suū in scripturis dicit, scđm metaphorā sic appellatus a
zelo maritali, qđ zelotypus maritus sollicitus est curans de castitate uxoris. Di-
ligit deus plebem suā, & toto corde ab illo uult diligi, neq; patit amorē suū
trāsferri ad amatores alienos. Ex hoc dei zelo scđm effectus uarios in plebe
sua nascit zelus iræ, qua ipse incipit prosequi suā plebem, semel sibi despon-
satam, & nō impunem dimittit illam super alienos deos fornicantē: Zelatus
ego sum (inquit) Syon & Hierusalē zelo magno. Zachariae i. Amans deus
Syon & Hierusalē, castigauit peccata eorū: qđ ex amore prodijt, quēadmo-
dum & ira, qua populum illum afflixit. Exodi xxxiij. Dominus zelotes no-
men eius, dñs emulor. Et Iosue xxxiij. Non poteris seruire dño deo tuo, ipse
enim sanctus & fortis æmulor, dñs ulciscens & æmulor. Quibus scri-
pturis significatur, qđ dñs deus est tanq̄ zelotypus amator erga nos. i. solus
uult a nobis amari, nō sustinens nos aliud amare extra ipsum, quod nō dili-
gamus propter ipsum. Ex his igitur sciendum, qđ noībus zeli & æmulatiōis
nō indicatur nudus amor, aut simplex desiderū, aut ira sola, neq; solus ani-
mi feruor ex amore commoti in desiderū, iram, uel inuidiā. Neq; em̄ omnis
qui aut amat, aut desiderat, aut irascit, aut inuidet, propter hæc zelare dicitur.
Neq; em̄ zelat, qđ non ex amore, ira, uel inuidia, sollicitē aliquid sectat pro eo,
quod amat. Non proprie ob salutē zelat me quispiam, qđ nō pro salute sollicitē
seu studiose aliquid aut conat, aut sectatur, aut nititur, ut scilicet uel ego custo-
diam aut acquiram illam, uel ipse eam habeat, me imitādo. Aut frigidus, aut
nullus est in corde tuo zelus, si nō cor tuum ex amore, ira, uel desiderio adeo
ferueat, ut prodeat in opus. Qui zelat aut emulat, is ex amore alicuius adeo
feruet, id est, adeo uehementer accenditur aut commouetur desiderio, ira, uel
inuidia, ut in opus tranſeat, pro eo quod amat. Ex suprā dictis ergo est mani-

R iij festum

Hierony.

Origenes,
Hierony.
Augustin.

Quid zelus.

Quid signifi-
cetur nomi-
ne zelus &
æmulatiōis

festum, q̄ zelus non est nudus amor, ira, uel inuidia: sed ex amore, ira, uel inuidia nascitur. Sic loquitur Augustinus: Zelus bonus de amore ueniens, nō de liuore. Secundo manifestum est, q̄ zelus & æmulatio dicuntur tam de bona re, q̄ de mala. Reperiuntur tam apud reprobos ac impios, q̄ apud iustos ac rectos, quemadmodū & amor, ira, & desiderium. Habent iudæi & pagani suos zelos suasq̄ æmulationes pro lege sua, pro idolis suis, & ceremonijs.

Nec̄ oportet hæc nomina æquiuoce accipi, propterea q̄ tam in malam, q̄ in bonam accipiuntur partem. Vnde & apud Apostolum æmulationes ab inuidijs distinctim nominatæ, & tanq̄ alię sint æmulationes, alię inuidiæ, numerantur inter opera carnis, ad Gal. iij. *Æmulationes, iræ, rixæ, & dissentiones,*

1. Cor. 7. *inuidiæ, &c. Et alibi: Cum sit inter uos, inquit, æmulatio & contentio, nonne carnales estis? Æmulationem appellat feruorem inuidię, qua alter aliquid nititur contra alterum ex amore alicuius, quod solus habere desiderat. Et alibi:*

1. Cor. 13. *Non in contentionibus & æmulationibus. In his omnibus zelus & æmulatio in malam partem accipiuntur, quemadmodum filij Iacob æmulabant Ioseph fratrem suum, Maria quoq̄ & Aaron Moysen amicum dñi. Vnde & apud eundem Apostolum, est zelus quidem dei non secundum scientiam. Malus Pauli zelus persequens ecclesiam dei, bonus autem zelus est Phinees transfodientis fornicarios, de quo & dicitur Numeri xxv. Phinees zelo meo commotus est contra eos, ut nō ipse deletem filios Israel in zelo meo. Bis zelus ponitur, semel pro uehementia amoris. Phinees zelum amoris habuit contra deū, zelum autem iræ contra peccantes. Et talis generis zelus significatur in loco secundo, ut non eos deletem in zelo meo, id est, in feruore iræ meæ. Deus irascendo & castigando peccata suorum electorū ita irascitur, ut etiam diligat, & irascendo diligit. Proinde ad quosdam iratus ait: Recessit a te zelus meus, non irascar tibi amplius. Bonus zelus Helix occidentis prophetas Baal, bonus zelus Matathie pro lege patrū suorū. In primo uersiculo Psalmi xxxvi. utrunq̄ uerbum, æmulari scilicet & zelare, ponit in additione nostra Latina:*

Rom. 10. *Noli (inquit) æmulari in malignantibus, neq̄ zelaueris, &c. Magna est interpretum ex Hebræa lingua uarietas. Aeditio nostra uulgata habet: Noli æmulari in malignantibus, neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Romana habet: Noli æmulari inter malignantes, neq̄ æmulatus fueris facientes iniquitatem. Hieronymus habet: Noli contendere cum malignis, ne æmuleris facientes iniquitatē. Alij uertit: Ne te cōmoueat in iram, uel ne irascaris in malignantibus. Sanctes Pagninus uertit: Ne misceas te cum malignis, neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Vnde sciendum, aliud uerbum Hebraicum esse positum loco illius, ne æmuleris: aliud loco illius, neq̄ zelaueris. Vbi nos habemus æmulari, Hebrei habent uerbum futuri temporis titthar, quod secundū Græcum & Chaldæum interpretem deriuatum a tachar, Latine prouocare significat, quis alij putent ipsum esse deriuatum ab charah, quod irasci significat. In secundo autem loco, ubi nos habemus: neq̄ zelaueris, originalis lingua Hebræa habet uerbum futuri temporis tekaneh, quod est synonymum cum eo, quod nos dicimus æmulari, aut zelari extensis uocibus: æmulari &*

Exch. 16. *zelari*

zelari pro eo, quod est ad æmulationem adducere. Nam & illam significationem habet etiam uerbum Hebraicū tekaneh, q̄d & apud Hebræos tam in bonam, q̄ in malam partem accipitur, quemadmodum zilo apud Græcos, & æmulari apud Latinos tam in bonum, q̄ in malum inueniuntur accepta. Quia ergo in Hebræo textu aliud uerbū Hebraicū ponit priori loco, aliud uero in loco secundo: idcirco tam Græci, q̄ Latini interpretes alia uoce sunt usi in priori parte uersiculi, alia in posteriori. Hieronymus iuxta Hebraicam ueritatem interpretans, ut iam patuit, uertit hoc pacto: Noli contendere aduersus malignantes, neq̄ æmulatus fueris facientes iniquitatē. Idem insuper uerbū prioris loco positum in duobus uersiculis sequentibus bis repetitū eadem uoce Latina est a diuo Hieronymo interpretatū: Noli (inquit) contendere aduersus eum, q̄ proficit in uia sua. Noli contendere ut malefacias. Sic & Græci interpretes uerbum Hebraicū, titthar, uerterunt per uerbum parazilo. Verbum autem secundo loco positū per uerbū zilo transfulerunt. Zilo autem uerbum simplex & parazilo compositū, non idem prorsus significant. In omni ferme scripturæ loco parazilo in malam partem accipit, significans ad zelum seu ad æmulationem adducere, aut prouocare seu irritare, seu contendere aduersus alios. Zilo autem uerbum simplex, tam in bonam partē, q̄ in malam inuenit acceptū. Vnde & hac ratione Origenes exponens præfatum uersiculum primum: Secundum simplicem (inquit) intellectum literę hoc uidetur indicare sermo diuinus, ne inter malos & pessimos homines q̄s existat æmulator malitię eorū, hoc est, author & ductor eorū, uelut formam flagitiij ceteris præbens. Æmulari uero eos, qui faciunt iniquitatem, illud est, si imitetur quis eos, & discat agere iniqua. Hoc ergo est in utroq̄ quod dicitur, ut neq̄ exemplum malitię ceteris præbeas, neq̄ ipse tu malorū aliorum sequaris exempla. At uero consideratione habita intrinsecus ad rationem sermonis, dat aliam etiā interpretationem, dicens, q̄ sermo ipse Græcus parazilo priori loco positus, significantius in Latino exprimi uidetur per uerbum, in zelum concitauerunt, seu irritauerunt me. Sed & in Apostolo (inquit) ubi scriptum est: An æmulamur dominum, nunquid fortiores illo sumus? In quibusdā exemplaribus scriptū est: An irritamus dominū? Ex quibus concludit, q̄ æmulari aliquem, interdū accipitur pro eo quod est irritare eum. Æmulari autem inter aliquos, est cū incitamenta alicuius malitię ipsis præbemus. Et secundum has nominationum significationes, etiam aliam quandam supra dicti uersiculi tradit sententiam, hanc uidelicet: Noli aduersum te prouocare zelum malignantium, neq̄ tu malitiam æmuleris alienam. Hic profecto sensus alius, ab eo quem dicimus: Noli inter malignantes esse æmulator, hoc est, prouocator ad imitandum, aut ductor seu author malitię ipsorum: utrobicq̄ est prouocare. Sed aliud est prouocare aliquem ad imitationem, aliud prouocare eum ad iram contra se, quod est irritare. Hi autem, qui uerbum Hebraicum titthar primo loco positum ab harah, quod significat irasci deriuatum putant, talem tradunt ex illius uerbi sermone sententiā. Non te conturbes, nō te in zelum aut iram prouoces, cum uideris malignos prospere uitam ducere. Noli excandescere contra dei prouidens

uidentiam, ut dicas, qd amplius iusto q̄ impio, cum in hoc seculo uideamus magis prospere succedere impijs, q̄ iustis, quid prodest iuste uiuere? Quia ergo in nonnullis scripturæ locis interpret Latinus parazilo compositū uerbum, & zilo simplex, uertit in eandem Latinā dictionē æmulor: hinc est, ut æmulor in sacris literis interdū exponendum est per irritare, prouocare seu adducere ad zelum, æmulationē, uel iram, quemadmodū ibi: An emulamur dominum? i. ad Cor. x. Et ad Roma. Illorū delicto salus est gentibus, ut illos æmulentur. Quod Deuteronomij xxxij. in nostra æditione iuxta Hebraicam ueritatem Hieronymus transtulit: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui nō erat deus, & irritauerunt in uanitatibus suis, & ego prouocabo eos in eo, qui nū est populus, & in gente stulta irritabo illos. Hęc secūdū posteritū partē, in qua uidelicet dicimus: Ego prouocabo eos, &c. Paulus ad Rom. x. citauit: Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem, in gentem insipientē, in iram uos mittam. In omnibus supra dictis locis, pro eo quod est ad æmulationem adducere, seu concitare ad iram, una uox Græca est, uidelicet parazilo: quod eruditi interpretes uerterunt per prouoco ad iram, seu zelum & æmulationem: & id quidem significantius, q̄ per emulor. Quia ergo in quibusdā scripturæ locis interpret Latinus, parazilo compositū uerbum & zilo simplex uertit in eandem dictionē Latinam æmulor: hinc factum est, ut æmulor in sacris literis interdum sit exponendum per irritare, seu in zelum iræ concitare. Eius ergo quod dicitur: In zelum me adduxerunt, &c. hoc significat quod colentes non deum, sed idola, in iram me concitauerunt. Quisquis peccat, is deum in iram seu zelum contra se prouocat. Eius uero quod dicitur: Ego uos ad æmulationē adducam in non gentem, sensus est: Ego uos in zelum, iram, seu inuidiam inducam contra non gentem, contra populum stultū, id est, cōtra populum a uobis nihili reputatū. Quę prophetia impleta est, dū in hodiernum diem Iudęi uidentes & multitudinē gentium congregari cum deo Abraham, & Christi ecclesiam crescere, suam autē synagogam diminui, æmulantur nos. i. æmulatione nos persequuntur, hoc est, incessabili odio & inuidia nobis indignari, & nos insectari nō cessant. Contra gentes autē, q̄ uel blasphemant deum Abraham, uel idola colunt, non sic (inquit Origenes) concitantur. In omnibus ergo scripturis, qualis sit zelus, qualis æmulatione, quale zelari & æmulari, ex circumstantia literæ & sententię coherencia est considerandum. Nunc enim est zelus erga quempiā, nunc contra aliquē, nunc pro aliquo, nunc zelus malus, nunc bonus. Est et forsitan, ut inquit Hieronymus, zelus quidam medijs: omnis tamen zelus qualiscuncq̄ fuerit, ex amore nascitur, & amorē coniungitur, & ex amore illo, nunc erga aliquem, nunc contra aliquem sectatur aliqd. Quibus fit, ut zelus & æmulatione dicatur tam in bonā, q̄ in malam partem, & tam apud improbos ac impios, quam apud iustos ac rectos dicuntur homines zelosi ac zelatores. Suus cuiq̄ nationi zelus, suaq̄ æmulatione pro lege sua, pro ceremonijs, pro idolis, pro filijs, & parentibus. Neq̄ oportet hæc nomina æquiuoce esse accepta, propterea quod nunc in bonam partem, nunc in malam partem reperiuntur accepta: ad Galatas iij.

Rom. 11.

Zelus Iudeorum contra Christianos

Hierony.

uerbum

uerbum æmulari ter repetitum, non ob id oportet uariam habere significationem, quod accipiatur duobus prioribus locis in malam, in postremo autem loco in bonam partem. Ex supra dictis patet magna sententiarum ambiguitas, emergens ex uerbis zelari, æmulari, zeli, & æmulationis. Sermo, quo dicitur quispiam ob aliud zelare aut æmulari alium, quas duplicem potest habere sensum. Primus est, quo significatur is uehementer illud desiderare ei, quem amat, sollicitus nitens ut ille sectetur ipsum, & acquirat uel custodiat illud. Et secundum hunc modum contingit & bene & male æmulari. Vnde ecclesiastici nono dicitur: Non zeles gloriam & opes. Et in Psalmo: Neq̄ zelaueris facientes iniquitatē. Ex bona æmulatione ait Paulus: Æmulor uos dei æmulatione, despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Quo uerbo significat Paulus, sese castitatem, quæ est in Christo Iesu, uehementer desiderare in Corinthijs, & desiderando etiam sollicitus curare & conari, ut Corinthij tales sint & permaneant. Sic ad Romanos loquitur: Ministerium meum honorificabo, si quo modo prouocem carnem meam ad æmulandum: supple, & Christum, & oēs nos in Christū credentes. Mala æmulatione æmulabantur Galatas pseudoapostoli, de quibus ad Galatas quarto: Æmulantur uos non bene. Quo uerbo significat, illos falsos apostolos uehementer desiderare Galatis cultum legis Moyli, sollicitosq̄ conari, ut Galatę imitarentur ipsos, & tales fierent quales erant ipsi, alieni scilicet a Christo, custodes legis Moyli. Sic & Paulus ante conuersionem suam, zelum dei habens, non secundum scientiam, legis Moyli, æmulabatur fratres secundum carnem, uolens illos & facere alienos ab euangelio Christi, & pertrahere ad ritum legis Moyli. Secundus sensus est, quo significatur is uehementer desiderare sibi metipso acquirere illud, quod in altero amat, sollicitus ut imitetur illum, & sit talis, qualis est ille. Sic nos, qui minores sumus, æmulamur uiros sanctos, dum ex amore uirtutum, quas spectamus in illis, desideramus tales esse, solliciti etiam imitari uestigia, ut tales uirtutes acquiramus. Secundum hanc significationem Suidas, Zilos, inquit, est boni alicuius desiderium, sine aliqua inuidia, quæ inest animę ueluti, habet aliquis fortitudinē, hunc zelo ob uirtutem, hoc est, desidero possidere & acquirere hoc bonum: non quidem inuidens possidenti, sed q̄ uelim etiam esse fortis. Sic loquitur Apostolus ad Corinthios: Æmulamini spiritualia, magis autē ut propheteris: Ac deinceps: Sic uos, quoniam æmulatores estis spiritualium ad edificationem, &c. Sic & contingit unumquemq̄ alienum a Christo male zelari & æmulari eos, qui in lege mala, aut cultu falsi dei habentur duces seu exemplares. Tertius sensus est, quo intimatur is, qui amat aliquid uel in altero, uel in semetipso uehementer irasci aut ei, quem amat, dum ille non curat habere seu custodire, quod eum habere uehementer desiderat, aut alteri, qui aduersatur aut impedit hoc quod amat. Sic deus æmulatur electos suos peccantes, dum corripit. Sic bonus pater diligens in filio suo timorem dei, obedientiam & iustitiam, bene zelat filium suum peccantem, & bene æmulatur in

Psalmo 106
1. Cor. 11

Suidas de significatione zeli.

1. Cor. 14

zelo

zelo seu feruore iræ suæ, non sinens peccatum illud permanere impunitum. Tali zelo emulatur Chrs̄s pro honorificentia domus dei, eiciens ementes & uendentes de templo. De hoc zelo ipse loquitur: Zelus domus tuæ comedit me, hoc est, feruens amor & desiderium ad honorificentiam domus tuæ & cultus tui totam animam meam in se traxit, igniuit & inflammauit, & ad ultionem concitauit aduersus eos, qui prophanat ipsam. De hoc etiam zelo dicit:

Ioan. 3

Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus sunt uerba tua inimici mei. Quæritus sensus est, quo significatur talis ex inuidia studiose niti contra eum, quæ habet, quod se potius, quam illum habere desiderat, dolens illum haberi talem, qualem non illum, sed seipsum potius haberi desiderat. Et sic zelus semper est malus, de quo dicit Apost. Charitas non æmulatur. Sic zelati sunt filij Iacob Ioseph fratrem suum, propterea quod a patre plus quam ipsi diligebat. Extra istos quatuor sensus alium quendam sensum facit uerbum æmulari, acceptum pro irritare, prouocare, seu adducere in æmulationem, zelum, seu iram & odiū: quemadmodum accipitur 1. ad Cor. x. An æmulamur dñm? Sic qui peccat, deum æmulatur. i. ad æmulationem & iram contra se prouocat. Verum hæc quinta significatio, quæ respondet uerbo Hebræo tekannah, quod apud Hebræos oēs hos quinque sensus reperitur facere: impropria tamen uidetur esse dictioni Latinæ æmulor, & Græco uerbo zilo, quæ dictioni composita parali-zo sic reperitur acceptum, quemadmodum ex superius patet.

Rom. 13
Genesis 17De necessa-
rio & impos-
sibili.

zelo & æmulatione dicta sufficiant. Amplius autem sunt in scripturis diuinis considerandi sermones significantes necessitatem quandam, aut impossibilitatem. Huiusmodi sunt: Primæ ad Cor. ix. inquit de semetipso Paulus: Si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Et 1. ad Cor. xi. Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant. Item Matthei xvij. Christus inquit: Væ mundo ab scandalis, necesse enim est ut scandala fiant. Insuper Lucæ xvij. ait ipse discipulis suis: Impossibile est ut non ueniant scandala. Et apud Ioannem de Iudæis inquit: Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcavit oculos eorum. Qui ex deo est, non potest peccare, quoniam ex deo natus est, 1. Ioan. iij. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, rursus renouari per poenitentiam. Insuper & apud Prophetam legimus, quosdam esse nobis necessitates, a quibus cupimus liberari. Pro huiusmodi ergo scripturis intelligendis sciendum, quod necesse, secundum communem nominis rationem appellatū, quasi non cedens, seu non cessans, quem admodum cælum necessario mouetur. Vnde & necessarij dicuntur inter se cognati, quod nulla sit inter eos cessatio ab officijs uinculi sanguinis. Vnde & ipsum quod impedire non possumus, necessarium dicitur. Hinc necessitas ex communi quadam nominis ratione dicitur, secundum quam res non potest

Ioan. 12.

Hebræ. 5.
Psalmo 24Multiplex
necessitas.

non esse. Est autem multiplex. Nam est necessitas naturæ seu essentiæ absoluta. Est necessitas ad aliud. Est insuper necessitas rei ex suppositione suæ causæ, aut efficientis, aut finalis. Est & necessitas quædam miseriæ, seu per uolentiã, qua premitur quis contra desiderium suum. Est necessitas legis seu præcepti. Est item necessitas causæ necessario agentis seu mouentis. Postremum est necessitas

cessitas propositionis, & necessitas consequentiæ, de quibus disputant dialectici, quæ in multis scripturæ sacræ locis designatur. Necessitas essendi absoluta est, cuius nulla est causa ut sit necessitas: quæ cum non dependeat ab ulla superiori potestate, non potest impediri ab ulla potestate. Sic solus deus est necessitas absoluta. Solus deus necessario est uiuens, immortalis, intelligens, sapiens & omnipotens, in quo oēs necessitates absolute compositionū, conuexionum, consequentiarum sunt, una immutabilis & inuariabilis necessitas. Necessitas ad aliud est, secundum quam res aliquæ dicuntur necessariae ei, quod non potest sine ipsis permanere. Et hæc insuper est gemina. Aliter enim corpus & anima sunt homini necessaria, aliter respirare & alimēta sunt eidem homini necessaria. Nam potestas quædam superior est, quæ potest facere, quod homo sine respiratione & alimentis uiuat, quemadmodum post resurrectionem homines uicturi sunt: sed nulla est potestas, quæ potest facere quod homo sine corpore & anima permaneat. Necessitas ex suppositione est, secundum quam aliquid argumentum irrefragabili sequitur ex re aliqua, uel ex sententiâ præsupposita, ueluti cum dicimus: Si sic male uixeris, necessario damnaberis. Talis necessitas est, secundum quam aliquid non potest non esse, supposita actione causæ efficientis, ad quam necessitate naturæ hoc sequitur, quemadmodum dicimus: Necessè est hunc, qui tali utitur digito, egrotare. Ad hanc necessitatē reducitur, & necessitas ex suppositione finis, secundum quam, uidelicet effectus aliquis est necessarius consecutioni alicuius finis, quemadmodum dicimus, quod bibere medicinam necessariū est homini egroto, ut sanetur: & nauigare mari necessariū est homini, ut sit in patria. Et hæc est necessitas conditionata: Si uis ad uitam ingredi, necessarium est tibi seruare mandata. Sic & in scripturis sacris multa dicuntur necessaria ad aliud, propterea quod alicui sunt necessaria, ut sanitati corporis, aut saluti animæ, aut alteri fini. Hæc necessitas ex suppositione causæ non est aliud, quam necessitas consequentiæ causalis propositionis. Necessitas miseriæ seu angustię est, quam quis per uolentiã patitur inuitus, quemadmodum dicimus, necessitas famis, necessitas carceris, necessitas mortis. Et hæc rursus est gemina: Vna, dum is qui patitur, non potest ullo pacto hæc mala impedire: quemadmodum adiudicatus morti, uelit, nolit, mortem patitur: & hæc est necessitas coactionis & uolentiæ. Altera, dum hoc malum quis potest aliquo pacto impedire, aliud aliquid aut faciendo, aut patienti do: sicut cum quis famem, aut carcerem, aut mortem impedire potest, aut furando, aut Christum negando, aut euangelizando, aut laborando. Vnde dicimus, necessitas famis, aut mortis, aut cruciatus coegit me aut euangelizare, aut laborare, audire sacra, aut furari, & adulterari: quia hæc mala, uidelicet famem aut mortem, & cruciatū aliter uitare non potui. Est rursus & legis seu præcepti, aut iustitiæ necessitas, quam quis non potest impedire, cum non possit eam tollere, secundum quam & necessarium est uiuere, si uelit seruare iustitiam, & nolit poenam luere. Necessitas causæ necessario agentis est, secundum quam sic agit causa ex ui & inclinatione sibi impressa, ut non possit cessare ab actione, quemadmodum ignis ex necessitate urit & calefacit corpus

S sibi

sibi proximum, uis in homine digestiua, aut nutritiua ex necessitate operat̄. Cuilibet necessitati sua quædam respondet impossibilitas. Si enim necesse est deum esse ueritatem, & fidelem in uerbis suis, impossibile est deum mentiri. Si necesse est hominē, qui intemperata dieta utitur, egrotare: impossibile est eum, qui tali utitur dieta non ægrotare. Si bibere medicinam necessariū est homini egrotato, ut sanetur, impossibile est hominē sanari si nō hiberit medicinam. Si necesse est ut scandala fiant, impossibile est ut scandala nō fiant. Priorem sententiam expressit Christus apud Matthæum, posteriorem apud Lucam. Si necessitate legis aut iustitiæ seruandæ, oporteat hominem legem seruare, consequens est eum non posse legē transgredi, quia nō licite nec iure potest. His consideratis aperitur uia intelligēdi scripturas, in quibus significatur aliquid necesse uel impossibile aut fieri, aut esse. In omnibus scripturis illis considerare oportet, qualis & quid sit huiusmodi necessitas. Apostolus cum ad Gal. iij. dicit: Testimonium perhibeo uobis, qm̄ si fieri potuisset oculis uestros eruissetis, & dedissetis eos mihi, significat Galatas nō potuisse se sibi eruere oculos: sed hæc erat impotentia, secundum quā non poterat eis fas esse aut licitum hoc facere. Est posse per potentiam, est & posse per iustitiam. Hoc possumus facere, quod iure possumus: quod aut̄ iniustum est, facere nō possumus. de qua impossibilitate loquitur & Paulus: Non possumus aliquid aduersus ueritatem. De necessitatibus meis erue me. Saluasti de necessitatibus animam meam. De necessitatibus eorum eripuit eos, & liberauit illos. Vbi Hieronymus uertens pro necessitatibus posuit angustias seu tribulationes, dicens: De angustijs meis eripe me. Saluasti de tribulationibus animā meam. Vnde necessitates hic appellantur oīa mala, quæ impedire non possumus, ut oēs uitæ huius miserie & persecutiones. Proinde inter has necessitates sunt motus concupiscentiæ, quos etiam pius animus plerunq; sentit inuitus, quemadmodum ignis ex necessitate inclinationis urit & calescit. Ita plerunq; & caro per peccatū in illo habitans, suos agit motus concupiscentiæ, etiam uoluntate inuita. Ab his necessitatibus liberari cupiebat Paulus: Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sunt qui dicunt Apostolum Paulum de huiusmodi necessitate famis fuisse locutū 1. ad Corin. ix. Si euangelizo, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incūbit. Væ enim mihi, si non euangelizauero. intelligētes: ego si euangelizo, sic scilicet quemadmodum pseudoapostoli propter corpus fulciendū & sustentandum, non est mihi gloria. Necessitas em̄ sustentādæ uitæ huius incūbit mihi, dum unde uiuā aliunde non habeam. Væ enim mihi si non euangelizauero, quia fame cruciabor, & unde uiuam non habeo. Si autem uolens ad lucrificandū Christo animas, & non propter sustentandā uitam corporalem euangelizo, mercedem habeo. Alij interpretantur Apostolum illic esse locutū de præcepti aut legis necessitate, scdm̄ quā oportet hominē aut operari, & secundū legem uiuere, aut poenam luere. De tali necessitate loquitur scriptura multis in locis. Oportet episcopum esse sine crimine, pudicū, sobriū, nō uiuolentum. Oportet nos semper orare, & nō deficere. Necessitas erat occidi Pascha. Oportet nos nasci denuo

Matth. 18
Lucæ 17.

1. Cor. 15.
Psalmo 14
& 39.

Hierony.

Rom. 7.

1. Cor. 9.

1. Timot. 3.

denuo. Accedentem ad deum oportet credere. Vobis oportebat primum loqui. Paulo in nocte apparuit Iesus dicens: Sicut testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet & Romę testificari. In huiusmodi scripturis per uerbum oportet, significatur non absoluta necessitas rerum aut euentuū, sed legis aut iustitiæ debitū, quo quis sic necessitate constringit, ut hæc faciat si uelit seruare iustitiā, uitare peccatū, & euadere supplicij reatū. Aut ergo de priori, aut de hac necessitate scdm̄ aliorū sententiam loquitur Apostolus in supra dicto cap. ix. 1. ad Cor. ut sit sensus: si euangelizauero, supple, uel sic ut alij pro quaestu & cibo sustentādæ uitæ, uel sub præcepto coactus timore seruilis, nō est mihi gloria, necessitas em̄ mihi incumbit, hoc est, præcepti necessitas mihi imposita est, ut merear poenam magnā, si non euangelizauero. Vnde subdit: Væ enim mihi si non euangelizauero. Si aut̄ non necessitate famis ductus, neq; timore poenę coactus, uolens & spontanee ex amore iustitiæ ad pasendum gregem Christi euangelizo, mercedem habeo. Vtraque expositio continet sententiam Paulo uiro sancto dignam. Secundum utrāq; insuper interpretationem designatur, necessitas hæc nō auferre liberam potestatem uoluntatis. Nam in eo qd̄ subiungit: Væ mihi si non euangelizauero. Si aut̄ uolens hæc ago, mercedem habeo. Aperte insinuat se habuisse liberā uoluntatē & euangelizare, & tacere. Vnde & sciendū est, qd̄ ipse Apostolus in cap. ix. primū oībus modis docet quid sibi liceat, ostendens uidelicet se habere potestatem accipiendi uitæ suę sustentationē ab his, quibus euangelizabat, iuxta ordinationem Christi, q̄ ordinauit his, qui euangelium annūciarent, licitum esse de euangelio uiuere, dicens: Dignus est operarius cibo suo. Et alibi: Dignus est operarius mercede sua. Vnde & naturalis ratio hoc habet, ut q̄s inde uiuat ubi laborat. Cibus quidem est merces debita euangelizanti, sed non est merces, propter quam quis potest euangelizare. De necessitate ex suppositione causę efficientis, quam præuidet futurā, loquitur Christus cum dicit: Necessitas est ut ueniant scandala: quemadmodū si medicus uidens hominē utentē mala digesta, dicat: necesse est hunc ægrotare. Ita stante lapsu, imbecillitate, peruersitate humani generis, Christus præuidens zizania inter electos crescere usq; in cōsummationem seculi, dicit: Necessitas est ut interdū scandala fiant. & hoc indicat sententia immediate præmissa: Væ mundo, inquit, ab scādalis, hoc est, male erit mundo ob scandala, & tunc subiungit: necesse em̄ est ut scandala fiant. aperte insinuans necessariū esse, ut in mundo fiant scandala: in mundo inquā, de quo Ioannes: Mundus totus in maligno positus est. Sed non inde consequens est, hominē prorsus inuitum & inuoluntariū scandalizare & peccare. Vnde & continuo adiiciens: Verūtamen uæ homini illi, per quem scandalū uenit. Satis docuit hanc necessitatē, neq; cogere, neq; excusare eum, qd̄ scandalizat. Loquit̄ aut̄ illis Christus de scādalo gemino, tam passiuo uidelicet, q̄ actiuo: palā insinuans hominem habere in potestate nō solum, ne sit alteri offendiculo, uerū etiā ne ruat ex alterius offendiculo. Si manus tua, inquit, aut pes tuus scandalizat te, abscinde, &c. Deinde & si necesse sit, ut stantibus naturæ inclinationibus in mundo fiant & gnationes & cōmixtiones coniugū: non tñ

AG. 29

Exponit textū, 1. Cor. 9.

Matth. 10
Lucæ 10.

Necessitas ex suppositione.

Matth. 18

1. Ioan. 5.

Necessitas scandali & peccati.

inde consequens est, quod homo quispiam interdum ex necessitate aut generet, aut suae uxori commisceat. Nam super aliud hic, super aliud illic designat necessitas. Sic alia designat necessitas cum dicitur: Necessitas est ut in mundo scandala ueniant. alia cum dicitur: Necessitas est hunc hominem scandalizare. Nam in priori propositione significat necessitas ueritatis propositionis eius, qua dicitur: In mundo scandala ueniunt. In posteriori autem designat peccare uel scandalizare necessario conuenire rei, quae subiicitur. Quis ergo necessitas est ut ueniant scandala in mundo, non tamen oportet per te scandala fieri. Nam si uis ut te non tangant scandala, exi de mundo, ut sis in societate eorum, quibus Christus dicit: Ego elegi uos de mundo. Nam etsi mille sint scandala, non tanget eum, qui non fuerit de hoc mundo, in quem intrauit peccatum per unum hominem. Deinde etiam hoc considerandum, quis homo iustus non potest diu uiuere, quin interdum peccet: tamen non inde consequens est, ullum hominem unquam, aut inuitum, aut ex necessitate peccare. Sed de his in sequentibus libris latius plano lucidoque sermone. De huiusmodi consequentiarum inualiditate tractat Origenes homilia v. super Matth. addens hanc impossibilitatem uiuendi prorsus sine peccato, & necessitatem ueniendi scandala in hoc mundo, non esse in natura aliqua a deo sic instituta, sed ortum esse ex arbitrii libertate. Amplius autem tradit ibidem, aliud esse ipsa scandala, aliud homines, per quos ueniunt scandala. Venientia scandala sunt (inquit) angeli satanae, & malignus daemonum chorus, qui hominibus de mundo scandala seu impedimenta ponere non cessant, quaerentes organa, per quos operentur, & ita scandala uenire necessitas est: sed non per illum hominem, per quem ueniunt, necessitas est uenire illa. De necessitate medijs necessarijs ad consecutionem finis loquitur scriptura: Non qui sani sunt, sed qui male habent necessitas habet medico. Si uis ad uitam ingredi, necessarium est tibi seruire mandata. In eo autem quod scriptura dicit: Propterea non poterat credere, quia Isaias dixit: Excecauit deus oculos eorum, non si significatur absoluta impossibilitas credulitatis Iudaeorum, sed impossibilitas connexionis illius credulitatis cum ueritate prophetiae, qua praesens erat illis non esse credituros: impossibile est, deum prauidere Iudaeos non esse credituros, & tamen Iudaeos esse credituros. Quemadmodum si diceremus: Propterea non potest iustus electus transgredi, quia prauidit eum deus non transgressurum, non significatur quod iustus transgredi non possit, quia contra hoc loquitur scriptura: Potuit malum facere, & non fecit. Ex quo concluditur infallibilem dei praescientiam ac prouidentiam non adimere homini potestatem & bene, & male operandi, quod adiuuante deo infra latius in lib. de concordia praedest. & liberi arbitrii argumetis sumus ostensuri. Eius quod Paulus dicit: Oportet haereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant, i. ad Cor. xi. sententia est accipienda ex sententiarum coherentia. Praemisera: Audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nam oportet & haereses esse, ut & qui probati sunt manifesti fiant. Loquitur enim non de absoluta necessitate criminis haeresis, tanquam illud futurum sit ex causa sua necessario agente, sed de necessitate ex suppositione, ex tanta uidelicet hominum de hoc mundo existetium peruersitate, & tantis malignorum daemonum, quaerentium deuorare filium Mariae in credentium cordibus, infestationibus,

quas

Quas electi prorsus impedire non possunt, & ex suppositione diuinae prouidentiae ita gubernantis hominum genus, ut etiam mala haec fieri permittat, quae cedunt in bonum electorum: quibus causis stantibus, fieri non potest quin haereses orientur. Unde & ex rebus contingentibus, quae a suis causis libere & continenter orientur, secundum successiones temporum usque in finem seculi, constituitur propositio necessaria. quemadmodum si dicam: necessitas est homines comedere, bibere, generare, seminare, plantare, & tamen nullus homo necessario comedit, bibit, plantat, & seminat: quemadmodum declarat Origenes in homilia supra dicta. Iam si dixeris: Apostolus necessitatem illam essendi haereses, significat esse propter finem, ut qui probati sunt (inquit) manifesti fiant. Videtur igitur haec necessitas declaranda ex suppositione finalis causae potius, quam efficientis, quae admodum si dicam: necessitas est medicinas esse, ut qui aegroti sunt sani fiant. Respondeo: Malitia haeresum a sua causa, non per se, sed per accidens & occasionem est ad finem talem. Neque enim haeretici hanc suam haeresim ad illum finem ordinant, neque deus haereses fieri uult propter talem finem: sed permittens haereses esse per malas hominum uoluntates, etiam illas facit esse utiles, & proficere in salutem electorum. Proinde & diligenter annotauit Chrysostomus coniunctionem, ut, in sententia illa apostolica, non finalem causam, sed euentum designare: ut sensus sit, necessitas est haereses in mundo esse, ita ut qui probati sunt manifesti fiant. Haec de necessitate & impossibili in sacris literis. Christus cum ex discipulis suis interrogasset: Quando misit uos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit uobis? Et illis respondentibus: nihil. Continuo secutus adiecit: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium. Lucae xxij. Sermo scripturae ambiguus est, tum propter uariam acceptionem uerbi tollat, quod uno modo potest intelligi acceptum, pro secum deportet, altero modo pro abijciat & uendat: tum propter incertitudinem accusatiui casus subintellecti in uerbo, non habet: ubi incertum est, an hoc pacto debeat oratio impleri, qui non habet, supple sacculum & peram: an potius hoc pacto, qui non habet, supple gladium. Geminus ergo emergit illius scripturae grammaticalis sensus. Vnus, agnosceris haec uobis nihil defuisse, sed ego dico uobis nunc, qui habet sacculum uel peram tollat. i. abijciat, uendat, ut scilicet distracto precio gladium emat: & qui non habet sacculum uel peram uendendam, uendat tunicam suam & emat gladium. Secundum hunc sensum Christus non de portando sacculo & pera, sed de solo gladio deinceps portando est locutus, ita ut uelit etiam sacculum, & peram, & tunicam, si necesse fuerit, uendari potius, quam carere gladio. Alius sensus est, nunc qui habet sacculum tollat. i. secum portet, similiter & peram: & qui non habet, supple gladium, uendat potius tunicam suam, & emat gladium. Secundum hunc sensum Christus, non solum de habendo gladio, sed & de sacculo & pera portandis locutus est. Prior sensus cuidam expositori adeo placuit, ut secum prorsus tanquam ridendum, & a Christiana philosophia alienum, abijciat. Verum si ratione iusta pensemus, uidebimus istum non esse sensum a ueritate doctrinae euangelice alienum: praesertim cum & ueteres patres, Chrysostomus, Basilium mag-

Exponit textum Lucæ 22

Tacite notat Erasmus.

nus, Beda, cæteriq; nonnulli intellexerunt posteriorem hūc sensum, Christū uidelicet, sermonem illum pronunciaſſe non ſolum de gladio, ſed & de pera & ſacculo portando: & par ratio ex cohærentia ſcripturæ uideatur eſſe de portando ſacculo & pera, & de portando gladio. Quæadmodum in portando gladio non eſt carnalis inſpicienda litera, ut uidelicet apoſtoliſ intelligat̄ Chriſtus dediſſe præceptum de uendendo corporali ueſtimēto, ad emēdum corporalem gladium, ſed conſideranda eſt locutio hyperbolica, ſeu parabolica, ſcdm ſenſum & uoluntatem Chriſti loquentis. Ita & in portando ſacculo & pera oportet uerbum Chriſti non ad crāſſam literā accipere. Relinquat̄ igitur nobis hac in re geminus ſenſus, & cum uterq; ſit pius & catholicus, ſatius eſt nobis neutrum tractare contumelioſe aut irreuerenter, præſertim cū Chriſtus huiuſcemodi uerbis, neq; præceptū ullum, neq; conſilium dare uoluerit aut de ſacculo uel portando, uel abijciendo, aut de tunica uendenda, & de gladio emendo, aut de cibis & pecunijs, & de armis deſenſorijs procurandis. Quandoquidē nec gladij multi ſufficerent apoſtoliſ nudis & inermibus contra Iudæorū & principum huius mundi tyrannidē: ſed prænunciare uoluit inſtare tempora, ſub quibus & indigerent huiuſcemodi adminiculis, & relaxatus eſſet rigor prioris legis eis datę. Lucę x. De non portādo ſacculo, pera & baculo, manifeſtum eſt & in rebus alijs, Chriſtum primitus dediſſe præcepta quędā, quę poſtea relaxauit, qui prius dixit: In uiam gentiū ne abiſeritis. poſt reſurrectionē dixit: Ite & docete oēs gentes. Non ergo iubere uoluit Chriſtus apoſtoliſ, ut deinceps in peris & ſacculis theſaurizarent, ut gladios, lanceas, clypeos, cæteraue arma ad bellandū præpararent: ſed denunciaſe uoluit illis futurorū periculorū neceſſitates, tanq̄ dicat: Haſtenus me præſente nō deſuit uobis quicq; congruū ſeruandis corporibus ueſtris, cum oīa uobis in pace affluxerint abunde: iam deinceps nō ſic uobis nihil deerit, non tali pace fruemini, ſed grauis erit uobis uita inter hoſtes, q̄ etiā alimēta neceſſaria nō adminiſtrabunt, ſed & in mortē ducēt propter nomen meum, ita ut etiam ſi uelitis ſeruare uitam, opus ſit ſacculis, peris & gladijs. Quamobrem hac in re nō eſt q̄ indigne tractent̄ expoſitores, docentes Chriſtum huiuſcemodi uerbis ſubindicaſſe laxatū eſſe prioris legis rigorē, de nō portando ſacculo & baculo, & ea quæ uſq; ad id temporis uetita fuerant apoſtoliſ, facta eſſe pro loco & tpe eis licita, propter neceſſitates: quibus occurrentibus aſtringerentur etiā legis nature uinculis ſecum interdū portare cibaria, & deſenſorium quendē gladium aut baculum: nō q̄ uelit eos de his rebus proſpiciēdis eſſe ſolicitos hoīm more, ſed ne poſt hac, ut Theophylactus exponit, toti pendant a præſidio Chriſti, q̄ haſtenus eos nō ſecus ac pueros curę habuit. Hūc ſenſum ſunt qui ſic explanent: Olim cum miſi uos ſine ſacculo & pera, nihil uobis deſuit, nō uictus, nō ueſtitus; poſt hæc duriora imminent tpa, quibus huiuſcemodi auxilijs indigebitis propter odiū noīs mei, dū ego ipſe relinquarem cum iniquis deputatus. Haſtenus nec fames, nec perſecutio propter nomen meum contigit, ſed cuncta ſatis proſpere affluxerunt uobis euntibus ſine pera & ſacculo: nūc aut̄ uobis prædicaturis nomen meū, inſtant tpa famis & perſecutio-

Chriſtū nō præcipere, ſed prædicare uoluit.

Tacite notat Erafmum.

Theophyl.

ſecutionis. Vnde & iuxta Baſilij ſententiam, Chriſtus hæc uerba nō iubendo, ſed futura prædicando locutus eſt. Sępius em̄ ſcriptura uitur imperatiua ſermonis ſpecie loco prophetię. In pluribus tñ libris nō inueniunt̄ imperatiua: accipiat, tollat, emat: ſed indicatiua, accipiet, emet, tollet. Quod ſi q̄s dixerit Chriſtū certi myſterij grā hoc de uendenda tunica, & emendo gladio dixiſſe, cur non & allegoria recipiet̄ in portādo ſacculo & pera: ut quemadmodum gladiū euangelicum intelligimus, ita & peram euangelicā, & euangelicū ſacculum. Verum propter allegoriam nō oportet contēnere literalem ſententiā, quę ex ſententiæ cohærentia uidetur deſumpta. Neq; ex illa ſequit̄, q̄ Chriſtus aut hortatus fuerit apoſtoliſ, aut iuſſerit ſeu conſuluerit eis portare perā & gladiū ad deſenſionē uel prouiſionem alimonie, aut relaxauerit præcepta euangelicę manſuetudinis de non reſiſtendo malo, aut conceſſerit apoſtoliſ uel bellare, uel parare arma ad bellandū: tameti ex eadē conſequēs ſit, Chriſtum ſatis indicaſſe, portare ſacculum pro neceſſitate alimonie, & gladium ſeu baculum pro deſenſione nature, non ſemper illicita fore. Iam de uaria ſignificatione ſpiritus in ſcripturis ſacris uideamus. Spiritus & uentus apud Hebræos (inquit Hierony.) eodē appellantur uocabulo, zaha. Et pro ſenſu loci, nunc ſpiritū, nūc uentum ſolemus accipere. Spiritū aut̄ nō pro uento acceptum, nunc angelum bonū, nunc angelū malum, nunc animā hoīs ſolemus intelligere, ut in oratione Saluatoris: In manus tuas pater cōmendo ſpiritum meum. i. animā meam. Auferes ſpiritū eorū, & deficient, & in puluerem ſuū reuertent̄. Ecce uniuersa uanitas & afflictio ſpūs. Vnde Origenes: Sicut in epiſtola ad Romanos diuerſæ ſignificant̄ leges ſub uno legis uocabulo, & diuerſę mortes ſub una mortis appellatione: ita & in eadem epiſtola diuerſos uidemus ſpiritus ſub uno nomine ſpiritus indicari. Capite viij. ad Romanos nomen ſpiritus ſupra ſexies & decies repetitum, ſemper pro ſpiritu ſancto accipitur, præterq̄ in eo loco, ubi dicitur: ſpiritu noſtro. Orationes de ſpiritu ſancto illic legimus: Lex ſpiritus uitæ. Secundum ſpiritū ambulamus. Qui ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt. Prudentia ſpūs, pax & uita. Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tñ ſpūs dei habitat in uobis. Spūs uiuit propter iuſtificationē. Viuit inquam. i. nos uiuere facit, aut uitam nobis præſtat, aut nobis uita eſt: unde in Gręcis pro uiuit, eſt uita. Sic habet Ambroſij textus. Sic & Hilarius, Athanaſius, & Auguſtinus interpretant̄. Secundum noſtrā ergo editionem exponitur: Spiritus ſanctus uiuit, ſupple in nobis. Vnde ſequitur apud Paulum: Quod ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in uobis, &c. Item: Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis. Quicunq; ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei. Non accepiftis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiftis ſpiritum adoptionis, primitias ſpūs habentes. Spūs adiuuat infirmitatem noſtram. Spiritus ingemſcit pro nobis. Spūs deſiderat & poſtulat pro nobis. His omnibus in locis ſpūs intelligitur pro ſpiritu ſancto acceptus, qui habitat in nobis ad iuuādum imbecillitates noſtras, q̄ per omniū iuſtorū labia ſonat, qui & pro uniuſcuiuſq; neceſſitatibus ipſum clamorē cordium ad deum, in ſingulis formans congrua ratione

Baſilius

De ſignificatione nominis ſpūs in ſcripturis.

Pſalmo 105. Origenes.

Rom. 8.

postulare, ingemiscere, & orare in nobis dicitur, quia ipse operat in nobis ut hæc faciamus. Proinde idem spūs sanctus, dī spūs timoris, spūs sapientiæ & intellectus, spūs fidei, charitatis & pacis. In eodem uero cap. viij. cum dicit: Ipse spūs reddit testimoniū spiritui nostro, q̄ sumus filiū dei. Manifestum est ex ipso sermone, spiritum nostrum accipi non pro spiritu sancto, sed pro nostro animo. Videtur quoq; spūs pro animo nro accipi, cū dī: Corpus mortuum est propter peccatū, spūs uero uiuit propter iustificationē. Verū huic expositioni nō conueniunt, neq; codices Græci, neq; prædictorū sanctorū interpretationes, quemadmodū iam patuit. Sic apud Apostolum ad Galat. v. dicentem: Caro concupiscit aduersus spiritū, & spūs aduersus carnem: credimus spiritū accipi pro sancto spiritu, propterea q̄ illic dicitur: Spiritu ambulare, spiritu duci, spiritu uiuere: & fructus spūs esse charitatem, gaudiū, pacem, patientiam. Spūs sanctus in nobis concupiscit aduersus carnem, dum facit spiritū nostrum aduersus carnē concupiscere. Proinde nō multū refert, si q̄s dixerit illic spiritū accipi pro spiritu humano, siue hoīs animo, q̄ per spiritum sanctū inhabitatē factus iam est spiritualis, cœlestia amplectēs, crucifigens carnem cum uitijs & concupiscentijs suis. Sic diuus Hierony. docet animam simul esse carnem & spiritū. i. carnalem & spiritalem, scdm diuersas in ipso leges, hoc est scdm legem mētis, quæ est lex dei, seu lex fidei & charitatis, & secundum legem carnis. De significatione nominis spūs in sacris literis positi, tractat August. copiose xij. de Ciuitate dei, primū tradens differentiam inter duo noīa Græca, pnoen & pneuma, dicens: Quod Græce pnoe dī, Latini aliquando flatum, aliquando spiritū, aliqñ inspirationē uel aspirationem, aliqñ etiam animū sunt interpretati: pneuma uero nunq̄, nisi spiritū: siue hoīs, de quo ait Apost. Quis em̄ hominū scit quæ sunt hoīs, nisi spūs hoīs: qui est in ipso: siue pecoris, sicut Eccl̄s iij. Si spūs pecoris descendat deorsum in terrā: siue istum corporeū, qui etiam uentus dī, ut in Psalmo: Spūs procellarum seu tempestatis: siue iam non creatum, sed creatorē, de quo dicit dñs in euangelio: Deus spūs est. His quippe oibus, alijsq; plurimis testimonijs scripturarū, quantum ad Græcos attinet, non pnoen uidemus scriptum esse, sed pneuma: quantum autē ad Latinos, nō flatum, sed spiritū. De acceptione autē noīs spūs in scripturis sacris, idem August. tradit regulā lib. ij. ad Simplicianum, quæ est. i. & alijs in locis: Vbi cūq; (inqt) spūs dñi, uel spūs dei, uel spiritus Christi, in sacris scripturis sine additamento inueniē, spūs sanctus esse a nullo sensu sano dubitat: ubi cūq; uero cum additamento, dī esse spūs dñi malus: ut in lib. Samuelis intelligit̄ diabolus, qui spūs domini propter ministerium appellatur, malus autē propter uitium. i. Regum xvi. Spiritus domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a domino. Et infra: Quando spiritus domini malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, leuiusq; habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Verum sciendū est, q̄ spiritus domini bonus, qui in prophetis loquebatur, etiam locutus est interdum in malis hominibus, ut in Balaam & in asina eius, in Saul i. Reg. xix. & in Caypha pontifice. Insuper & spūs dei

malus etiam interdum in scripturis secundum quendam prophetiæ modū prophetas facit, quemadmodū i. Reg. xvij. Post diem autē alterum spūs dei malus inuasit Saul, & prophetabat in medio domus suæ. De spiritu uero cū singulariter dicitur, & non additur uel sanctus, uel dñi, uel dei, uel Christi, uel aliud, quod ad expresse signandum spiritum sanctum pertinet. Jam olim patres in scripturis sacris exercitati, considerauerunt nomen spūs semper acceptum pro spiritu sancto. De quo Orige. libro i. per archon: Quidā sane (inquit) ex prædecessoribus nostris in nouo testamēto obseruāt, q̄ sicubi spiritus nominat sine adiectione ea, quæ assignet qualis sit spūs, de spiritu sancto debere intelligit: ut puta: Cum ceperitis spiritum, nūc carne perficimini. Item: Ductus est Iesus a spiritu in desertum. Spiritus ubi uult spirat. Quis sint in hoc postremo loco, qui dicant spiritum pro flatu accipi: de quo infra. Hanc regulam extendit illic Origenes etiam ad scripturas ueteris legis. Nos uero (inquit) etiam in ueteri testamēto putamus distinctionē istam posse seruari. Spūs sanctus, qui super aquas ferebatur, puto (inquit) q̄ non sit alius, q̄ spūs sanctus: qui etsi modo quodam peculiari foueat, ac teneat in æquitate & iustitia rationales spūs & iustorū hoīm corda: ipse tñ etiam oīa creata, tā in animata, q̄ animata, tam irrationalia, q̄ rationalia sustentat, suoq; influxu conseruat. Proinde & de spiritu sancto intelligitur uerbū Prophete: Emitte spiritum tuum, & creabunt. Auferes spiritū eorū & deficient. Sic in eo, qd dicitur Gen. viij. Adduxit dñs spiritū super terram, & imminutæ sunt aque. Spūs pro spiritu sancto accipit, quibus sint alijs, q̄ dicat ipsum pro uento seu flatu illic acceptum esse: uerū hoc nihil refert, nam spūs dei per uentum operat suū opus. Secundū hanc considerationē, in eo qd dī Gen. vi. Non pmanebit spūs meus in hoīe in æternū, q̄ caro est. Nomen spūs pro spū dei bono uidet̄ acceptū. Vnde & in quæstionibus super Genesim hoc tractans Hierony. In Hebræo (inquit) scriptū est: Non iudicabit spūs meus homines istos in sempiternum, qm̄ caro sunt. Tanq̄ dicat: Quia fragilis est humana conditio, non hoīes ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituā quod merentur. Et ita uerbū hoc non seueritatē, inquit Hierony. ut in nostris codicibus legitur, sed clementiam dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere uisitat. Verum deus ne uideretur in puniēdo esse crudelis, q̄ peccantibus locū poenitentiæ nō dedisset, adiecit: Sed erunt dies illorū centum uiginti anni. Quia uero poenitentiā agere contēperunt, noluit deus tempus expectare decretū, sed uiginti annorum spatijs amputatis induxit diluuiū, anno centesimo agēdæ poenitentię destino. Hactenus ille. Videtur itaq; sensus illius scripturæ talis esse: Non permanebit spūs meus contra homines, q̄a caro sunt. Vnde sciēdum est, q̄ spiritus dei in scripturis nō solum ad bñficiā, sed etiam ad uindictā memorat̄, & nominatur spūs irę diuinæ, spūs timoris. Exdi xv. contra Ægyptios: Flauit spūs tuus, & cooperuit eos mare. Ira spiritus boni est, de qua dicitur Psalmo xvij. Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus irę tuæ. Idem ipse spiritus, qui primum est spiritus timoris, terroris, indignationis, & iræ, incipit per Christi charitatem esse spiritus adoptionis, & paracletus, id est

Regula Origenis de spū Gal. 3

Genesis 1

Psalmo 109

Genesis 6

Hierony.

Exodi 15

Psalmo 17

consolator. Sic & Hieronymus multis in locis docet, q̄ spūs peruersus nunq̄ nisi cum additamento in scripturis sacris sit lectus. Vbi cunq̄ autē spūs in scripturis absolute, id est, sine additamento ponitur, spiritus sanctus intelligitur. Vnde in commentarijs Micheę cap. ij. Quod autē spiritus tam in nouo, inq̄t, q̄ in ueteri testamento, ubicunq̄ sine additamento ponitur, in bonam partē intelligatur, & sæpe diximus, & nunc ex parte ponemus, ne cui dubium sit. Fructus autem spiritus, charitas & gaudium, &c. Et si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Et alibi: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis. Et in ueteri testamento, dans flatum populo, qui est in terra, & spiritum his qui calcant eam. i. spiritum sanctum his, qui terrena pedibus suis subiiciunt. Et Micheę iij. Vtinam non essem uir habens spiritum, & mendacium potius loquerer. Et e contrario, malus spiritus semper cum additamento legit̄. Item Abacuc ij. tractans illud: Ecce iste coopertus est auro & argento, & omnis spūs non est in eo. Si quis opposuerit, q̄o spūs in idolis, inquit, nō esse dicitur, cum omnibus simulachris affideant immundi spiritus, disceat scripturæ sacræ consuetudinē, nunq̄ spiritum peruersum absolute, sed cum additamento aliquo spiritum nuncupari. Spiritus autem ubicunq̄ solus, & absq̄ aliquo additamento legitur, semper refertur ad bonam partem, id est, ad spiritum sanctum, ut est illud: Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam eternam. Secundum hanc considerationem in eo, quod dicitur: Pauperes spiritu, sub nomine spiritu uidetur spiritus sanctus esse significatus, ut intelligatur esse beati, qui ex spiritu sancto sunt pauperes, hoc est, pusilli & parui in oculis, & in æstimatione sua: qui nō in se, non in suis uiribus, uirtutibus, aut operibus, aut diuitijs, aut in hominibus, sed in dño deo confidunt & gloriantur: quis & hic possemus dicere, spiritum non absolute positum, sed cum additamento pauperes, quod a paruo appellatum, egestatem quandā indicat. Vnde nō erit forsitan absurda interpretatio, si intelligatur spiritu acceptum pro animo seu spiritu hominis, qui sæpe in scripturis nomine spūs appellatur, ut pauperes spiritu intelligantur, pusilles animo, siue parui, non tumore aut fastu animoso. Sic Isaie quinquagesimo septimo, pro eo quod Hierony. transtulit, pauperes spiritu, septuaginta transtulerūt pusillanimes. i. pusilles animo, non superba animositate tumidi aut inflati. Huic interpretationi congruit doctrina Augustini, homilia festiuitatis omnium sanctorū, & doctrina Bernardi, interpretantis spiritu. i. spirituali uoluntate. Verum siue sic, siue aliter interpretetur sub eo, quod dicimus, pauperes spiritu, in scripturis sacris intelliguntur humiles, secundum eam humilitatem, quæ est spiritus sancti opus, quæ & iuxta diui Bernardi sententiam est duplex: altera cognitionis, altera affectionis. Priore cognoscimus, quod nihil sumus, & hanc discimus a nobis ipsis, & ab infirmitate propria: posteriore calcamus gloriam mūdi & diuitias huius seculi. Contra uero diuites spiritu sunt, qui multitudine diuitiarū suarū gloriant̄, qui cupidi sunt honorū & diuitiarū. Fuerunt quidam philosophi uoluntarie relinquentes omnia huius mundi bona, contemnentēs etiā gloriam eius, sed tamē non pauperes spiritu, quia suis uiribus fisi, suā uoluerunt

Regula Hieron. ad sciendū pro quare spūs accipiat in scrip.

Galat. 5. & c.

Isaie 42

Gal. 6
Pauperes spiritu

Isaie 57

Augustin. Bernardus.

Duplex humilitas

runt constituere iusticiam, arbitantes suis studijs se fieri iustos & bonos a se metipsis, interim etiā sibi placentes, & sibi uiuere cupientes: proinde nō scdm spiritum pauperes. Secundū præmissam considerationē, spūs apud euangelistas, & apud Paulū apost. multis in locis absolute positus, spiritū sanctū significat, ut apud Ioannem: Quod natum est ex spiritu, spūs est. Ioan. iij. Item: Spiritus est q̄ uiuificat, caro non prodest quicq̄. Verba quæ ego locutus sum spiritus & uita sunt. Ioan. vi. tanq̄ dicat: Spiritus recte fidei de manducando carne mea, & bibendo sanguine meo, est qui uiuificat. i. uitam adfert spiritua lem, seu iustificat. Caro autē, supple, in se accepta seu sumpta sine spiritu fidei, quemadmodū uos Iudæi intelligitis, non prodest quicq̄. Caro autē cum spiritu fidei accepta, plurimum prodest. Nam panis, quem ego dabo (inquit Christus) caro mea est pro mundi uita. Verba, quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Hoc est, uerba mea non secundū carnem, sed secundū spiritū fidei intellecta, sunt uerba spiritus uiuificantis. Ceteræ supra dicta magistrorum regula de spiritu posito sine additamento, est intelligenda consideratione habita ad qualitatem scripturæ, & ad ea, quæ præmittuntur & sequuntur. Nam & quibusdam in locis spiritus absolute positus, nō spiritum sanctū, sed aut animam, seu spiritū hominis, aut flatum, seu impetum atq̄ impulsū diuini spiritus indicat. Cum dicitur Lucæ x. In hoc nolite gaudere, quia spiritus subijciuntur uobis, spiritus absolute positus ex prioribus sententijs colligitur, pro spiritu malo acceptus. Item cum dicit euangelista: Iesus emisit spiritum, nō sanctum spiritū, sed animam significauit. Facile em̄ intelligē, quod emisit spiritum suum, i. animam, quemadmodum in eo, quod Lucæ viij. de puella resuscitata dicitur: Reuersus est spiritus eius, facile accipit̄ dici de spiritu seu anima puellæ. Neq̄ enim spiritus absolute dicitur, cum dicitur spūs puellæ, aut spiritus illius, uel istius. Saluum me fecit a pusillanimitate spūs, supple mei. i. a pusillanimitate animi mei. In Psalmo lxxvij. q̄d dicitur: Spiritus uadens & non rediens, spiritus absolute positus, pro spiritu seu animo hominis accipitur, qui per se uadit, tam a carne in mortem corporis dissolutione, q̄ a semita iustitiæ in peccatum, non rediens per se ad uitam, non potens uidelicet resuscitare sese, neq̄ ad uitam corporis, neq̄ ad uitam animæ. Item cū dicit Christus: Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma: de spiritu seu animo hominis uidetur loqui, & id quidem non de cuiuslibet hominis spiritu, sed de spiritu hominis credentis, quem inhabitat spiritus sanctus, quales erant spiritus apostolorum. Omnium caro infirma, sed non omnium spiritus promptus. Christus non ad eos tunc, sed ad apostolos loquebatur, tanquam dicat: Spiritus quidem uester est promptus, sed caro est infirma. In eo, q̄d dicitur in prima Canonica Ioannis, capite quinto: Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo: pater, uerbum, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis. Manifestum est, spiritum sanctum in priori parte nominatum, pro spiritu in creato acceptum esse. In posteriori autem parte, spiritum absolute positum indicare creatum Christi spiritum, id est, animam Christi. Quemad-

Quo spūs absolute positus significat spiritum sanctum Ioan. 3. Ioan. 6.

Lucæ 10

Matth. 11

Matth. 16

Tractat textum i. Ioā. 5.

modum de diuinitate Christi testimoniū dant in coelo: pater, & filius, & spiritus sanctus. Pater quidem dicens: Hic est filius meus dilectus, &c. Filius autē de semetipso in transfiguratione alijsq; multis operibus, ostendens potētiam diuinitatis suae. Et spūs sanctus, descendens & manens super ipsum, & insuper ab illo missus uisibiliter in discipulorum corda. Ita tres sunt, qui testimoniū dant in terra super uera Christi humanitate: Spiritus, i. uera anima, quam emisit in cruce, aqua & sanguis fluens de carne eius: & hi tres unum sunt. i. consentientes testimoniū unitate & concordia. Spiritus ergo in scripturis pro locorū qualitate intelligitur, uel spūs. i. substantia incorporealis, uel donum seu operatio, uel impetus seu impulsus eius in nobis, tanq̄ flatus animo hominis inspiratus, siue per bonum, siue per malum spiritū, uel homo per spiritum dei iam factus spiritualis corde, uel anima, uel uentus accipitur. **Ventus:** In spiritu uehementi conteres naues Tharsis. Et alibi: Spiritus procellarū. **In eo quod dicit Propheta:** Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Spiritus (inquit Augustinus) appellat spirituales seu spiritu ccelestes. **In eo quod dicitur:** Spiritus ubi uult spirat. Spiritum iuxta Chrysostomi, Cyrilli, & Theophylacti sententiam, accipit Christus pro flatu huius aeris, ut ex huius efficacissimi flatus impetu cognoscas efficacia diuini spiritus. **Pro operatione, inspiratione, impetu, impulsu, seu effecto spiritus, siue boni, siue mali, multis in locis accipit spūs, ueluti cum dicit Apostolus:** Emulatores spirituum. Sic & in scripturis appellat impijs immisus spiritus uertiginis, spūs erroris, spiritus zelotypiae. Sic spiritum huius mundi Theophylactus interpretatur humanam sapientiam, secundum quam arbitrantur philosophi huius mundi, omnia esse stulta, quae probari ratione nō possunt, nolentes admittere quicq̄ per fidem & credulitatem, aestimantes sibi sufficere ad iustitiam, legem naturae per lumen rationis interne. Sic Hieronymus quaestione xij, ad Hedibiam, tractans uerba Apostoli, i. ad Thessalo. v. Spiritum nolite extinguere. Et infra: Integer spūs uester, & anima, & corpus, sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Hoc in loco (inquit) non substantiā spūs sancti, quae non potest interire, quae neq; instar flammę extincta desinit esse, sed gratias eius donationesq; accipimus, quae nostra uel uirtute, uel uicio & accenduntur in nobis, & extinguunt. Sic & Theophylactus interpretatur hoc in loco: Spiritum nolite extinguere. i. gratiam sancti spūs, ut integer spiritus uester, id est, donum, quod per spiritum sanctum iam accipitis. Neq; tamen absonus erit intellectus, accipiendo spiritum pro ipso spiritu sancto, interpretando eum extinguere, aut conseruari non in se, sed in nobis, dum repellimus, uel inuitamus illum. At uero August. in lib. ad Victorē Vincentium: Apostolus spiritum hoc in loco, nō ipsam animam, sed aliquid eius uocat, hoc est, ipsum lumen rationis interne, qua ratiocinamur, intelligimus & sapimus. Quemadmodum & illic accipi potest: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Vnde anima est tanq̄ in medio constituta inter hunc spiritum & carnem, seu carnis appetitum, quemadmodum & in medio constituitur inter spiritum sanctum suggerētem ad ea, quae dei

Psalmo 47
& 10.
Psalmo 103.

Ioan. 3.

1. Cor. 14

Hierony.

Spiritū
extinguui.

Theophyl.

Vide Augu.
lib. 8. contra
Iulianū Pelagianū.
cap. 1.

dei sunt, & carnem inuitantē ad ea, quae mundi sunt. Rursus sunt quaedā scripturę loca, in quibus ambiguit est, an pro natura spūali, an p effectibus illius, an pro uento, an in bonā, an in malam partem spūs accipiat. Quę sane loca uarie proinde a patribus interpretantur, quemadmodū recitat Hieronymus in commentarijs super Ezechielem, cap. 1. tractans illud: Et uidi, & ecce spiritus turbinis ueniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens. Spiritus, inquit, hic ab alijs in bonam, ab alijs in contrariam partem accipit. Sunt, qui dicunt in toto capite xiiij. r. ad Cor. acceptū esse spiritum pro spiritu uocali, intelligentes Apostolum illic pro eodem accipere, loqui spiritu, & loqui lingua. Ille enim spūs uocalis loquitur mysteria, & orat etiam, cum mens nostra sine fructu est, nō intelligens, quid huiusmodi spiritus seu lingua loquatur. Tali spiritu homo mysteria loquit, tali spiritu orat, tali spiritu qsq; habens scientiā linguę, seu idiomatis loquitur, utiturq; officio doni linguarum. Talis spūs subiectus est prophetis, quippe in quorū potestate est ipso uti, & non uti, tacere & loqui: secundū quem sensum expressus est illic & sermo apostolicus: Spūs prophetarū subiecti sunt prophetis. Taliū spirituum uocalium emulatores erant Corinthij, desiderantes his spiritibus loqui uarijs linguis. Qui loquitur lingua (inquit Apostolus) nō hominibus loquitur, sed deo: nemo em audit seu intelligit, sed spūs loquitur mysteria. & qualis sit ille spiritus, quibusdā interpositis indicat. Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autē mea sine fructu est. Tanq̄ dicat: Qui solum spiritu uocali seu lingua loquitur, absq; prophetia uidelicet, seu interpretatione uocum & rerum, non hominibus loquitur, quibus aut lingua, aut res est ignota: sed deo, qui scientiam habet uocum a nobis nō intellectarū. Nemo em audit. i. nemo intelligit. Audire in scripturis pro intelligere, patet ex uerbo Christi: Qui habet aures audiēdi, audiat. Sed spūs meus uocalis loquit mysteria etiā a me nō intellecta. Vnde & postea subdit: Si orem lingua, spūs meus orat, hoc est, si lingua solū orem, spiritus meus uocalis orat quidē, pia uerba sonās: sed mens mea est sine fructu spiritualis intelligentię earum rerum, quę uoce proferunt. Ex quibus consequens est, apud Apostolū idem esse, orare spiritu, & orare lingua: psallere spiritu, & psallere lingua: benedicere spiritu, & benedicere lingua. Vnde hanc posteriorē sententiam exponens Ambrosius: Si benedixeris, inquit, spiritu, hoc est, si laudem dei lingua loquaris ignota audientibus. Secundum interpretationem hanc, spūs per oēm locum huius capituli acciperetur pro uocali spiritu. i. pro spiritu, quo uox formatur, quo & quisq; per linguā loquitur. Vera quidem est hęc expositio, ueręq; sententię ex doctrina apostolica illie tradita consequentes, sed non uidentur expresse scdm uires & significationes sermonū Pauli, qui ab initio capitis xij. usq; in finem capitis xiiij. inter sese comparat dona spūs sancti, intimans nobis quęnam sint charismata spūs sancti præstantiora: qui & postq̄ in cap. xiiij. demonstrauerat inter eadē dona, charitatē summum tenere locū, deinceps in capite sequenti, donum linguarum cum dono prophetię conferens, ex aduerso statuit & proponit utriusq; doni officia, ostendēs donū prophetię longe esse præstātius, q̄ alia dona,

Hierony.

1. Cor. 14

Quid sit loqui lingua.

Ambrosius.

& præfertim quod donum linguarum. Amulemini (inquit) spiritualia, magis autem ut prophetetis, hoc est, post charitatem amulemini spiritus sancti dona: sed magis donum illud, quo ualeatis prophetare: per prophetiam intelligent interpretationem scripturarum. Sciendum est enim, quod uoces, propheta & propheta re, uarie in scripturis accipiuntur. Prophetæ nunc appellantur hi, qui futura quæ nesciuntur prædicunt: nunc, qui hymnis & canticis psallunt deo: nunc, qui prophetas aliasque sacras literas explicant, exponunt & interpretantur ad edificationem audientium. Apostolum autem accipere uerbum prophetare hoc pacto, manifestum est ex processu textus: Qui prophetat, hominibus (inquit) loquitur ad edificationem, exhortationem & consolationem. Et infra palam per uerbum, interpretatur, explicat sensum: Qui lingua (inquit) loquitur, oret ut interpretetur. Et postea etiam prophetiam appellat interpretationem, & prophetam interpretem: intelligens per interpretationem non tam actum, quam ipsum donum interpretandi. Cum conuenitis (inquit) unusquisque uestrum habet doctrinam, habet apocalypsim, habet linguam, habet interpretationem, omnia ad edificationem fiant. Prophetas (inquit) Ambrosius interpretes dicit scripturarum. Sicut enim propheta futura prædicat, quæ nesciuntur: ita dum hic scripturarum sensum (qui multis occultus est) manifestat, prophetare dicitur. Ex his consideratis uidentur nobis sententiæ apostolicæ magis coherere, si per spiritum in singulari numero accipiamus ipsum spiritum sanctum, aut spirituale donum eius. Per spiritus autem in numero plurali, ipsa dona spiritualia, nobis eodem diuino spiritu afflata, inspirata, seu indita. Sic & uos, quoniam amulatores (inquit) Apostolus) estis spirituum ad edificationem ecclesiæ, quærite ut prophetetis. Amulatores spirituum. id est donorum spiritualium, hoc pacto interpretatur Theophylactus: Si benedixeris spiritu, hoc est, si spirituali gratia per linguam laudem dixeris, &c. Item: Spiritus meus orat, hoc est, gratia quæ linguam agit. Parum autem refert, siue spiritum pro ipsa persona spiritus acceperis, siue pro dono eius. Nam & manifestum est, interdum effectus nominibus causarum appellari. Sic & Ambrosius tractans illud: Si orauero lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Spiritus (inquit) qui datur in baptismo, scit quid oret animus, dum loquitur aut perorat lingua sibi ignota: mens tamen, quæ est animus, sine fructu est. Ideo qui loquitur lingua, id est, qui donum linguarum uel habet, uel habere desiderat, oret ut interpretetur, hoc est, ut donum accipiat interpretandi, quo studium eius proficiat cæteris. Sic benedicere spiritu, est laudem per spiritum sanctum loqui lingua ignota audientibus. Secundum utranque interpretationem oportet concordare in eodem capite sententiæ, quæ inter se pugnare uidentur. Primum dicit: Qui spiritu loquitur, semetipsum ædificet. Deinde paucis interpositis dicit: Si orem lingua spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Tandem ait: Cæterum si benedixeris spiritu, idiota nescit quid dicas. Tu quidem bene gratias agis, sed alius non ædificatur. Quo ædificat semetipsum is, cuius mens sine fructu est: cuiusmodi est mens eius, qui lingua loquitur quod non intelligit. Concordat autem hæc Ambrosius hoc pacto: Apostolus (inquit) cum dicit, Ceterum si benedixeris spiritu

Propheta & prophetare uarie accipi.

Orare spiritu. Orare mente. Theophyl.

Ambrosius.

spiritu, &c. tu quidem bene gratias agis. Item: Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat. Hæc (inquit) de illo Apostolus dicit, qui cognita sibi lingua loquitur, qui sane per id, quod solus scit quod loquitur se solum ædificat. Cum autem dicit: Si orauero lingua, mens mea sine fructu est. de eo dicit, qui loquitur lingua sibi ignota, sicut assolent Latini homines Græce cantare, oblectati sono uerborum, nescientes tamen quid dicant. Hæc Ambrosius. Veruntamen mentes eorum, quæ in ecclesia Latina canunt psalteria & orant, non intelligentes uerborum sensus, non esse prorsus sine fructu, dum desiderijs & suspirijs rapiuntur in ipsarum orationum finem, hoc est, in ipsum deum, tanquam saluatorem, aut protectorem, aut propitiatorem, dicitur in alijs libris latius. Ex his ergo patet apostolum Paulum in supra dicto loco discrimen ponere intra officia doni linguarum, & doni prophetiæ, explicans utriusque doni officia: Prophetiæ quidem per hæc uerba, quæ sunt prophetare, interpretari, loqui audientibus ad edificationem, ad exhortationem, ad consolationem, mente seu in sensu loqui, orare, benedicere, gratias agere ad edificationem aliorum. Doni autem linguarum officia expressit per hæc uerba, quæ sunt loqui lingua seu spiritu, orare spiritu, orare lingua, benedicere spiritu, benedicere lingua, seu gratias agere spiritu: intelligens eum loqui lingua seu spiritu, qui absque interpretatione ex spiritu sancto loquitur uarijs linguis, aut pia & sancta uerba profert. Insuper patet quod sic loqui aut orare, aut benedicere spiritu, bifariam accidit: uno quidem modo, dum is qui loquitur, orat, aut benedicat spiritu, intelligit id quod dicit: & tum loquens lingua seipsum ædificat, sed non ædificat audientes, nisi & interpretetur, uolens uti prophetiæ dono. Altero autem modo, cum is, qui aut loquitur, aut orat spiritu, non intelligit: & tunc mens est sine fructu spiritualis reflectionis, orientis ex sensu eorum quæ proferuntur. Amplius autem sciendum est, quod non nihil est obscuritatis & difficultatis propter uerba modi imperatiui, quæ ambiguum faciunt sensum, propterea quod eadem uerba in sacris literis non semper habent significationem imperij, sed interdum significationem desiderij aut consilij, interdum neque præcepti, neque desiderij, neque consilij, sed iræ & indignationis, interdum uero prophetiæ seu uaticinij. In eodem loco dicit apostolus Paulus: Alligatus es uxori, quærere noli solutionem: solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Vbi manifestum est, harum sententiarum priorum pertinere ad præceptum, contra quod non licet facere: alteram ad consilium. Nam & de hac continuo adiecit: Si autem, acceperis uxorem, non peccasti. Si nupserit uirgo, non peccat. De priori sententia dicit ibidem: His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uirum non dimittere uxorem. Quod dicit ibidem Apostolus: Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat. quidam dicunt habere significationem imperij. His enim (inquiunt) qui sibi permitti, ruituri essent in foedum aliquod libidinis genus, imperat Apostolus ut potius ducant uxorem. Contra uero sunt, qui dicunt sermonem Apostoli esse permissiuum, non imperatorium, ut exponatur, habeat, id est, habere liceat. Nobis autem uidetur Apostolus esse locutus, non de ducenda uxore: nam paucis interpositis de non nuptis & uiduis subiungit, bonum esse si sic perma-

Oras oratione non intellecta.

De uerbis imperatiui modi.

1. Cor. 7.

T ij neant:

Thomas

neant, sed de uxore iam ducta non dimittenda. Quod si uelimus etiam de ducenda uxore applicare, quemadmodum diuus Thomas interpretatur, & ueteres multi, nō imperando loquitur Apost. sed quid liceat ad uitādam fornicationem insinuando: neq; cogitur quis necessitate præcepti ducere uxore, propterea q̄ castitas uirginalis, aut coelibatus sit dei donum. Nam & iuxta Paulum apost. ibidem, castitas coniugalis est dei donū, fides insuper, humilitas, patientia, & mansuetudo sunt dei dona: sed in huiuscemodi unusquisq; (inquit ibidem Ambro.) iuxta uotū suum dei donum habet, ut si uelit, ipsius dei nutu possibilitatē consequat. Sapiens, sciens continentia esse dei donum, adijt dñm, & precatus est illum ex totis præcordijs suis. Item qd dicit Christus: Nolite portare es in zonis uestris, exponit August. Christum nō præcipiendo, sed permittendo dixisse: ut sit sensus, Permitto uos ire sine auro & argento, quia expensæ debentur uobis a populo. Dignus est enim operarius mercede sua. Vnde Paulus hoc non seruauit. Deinde & Christus ipse loculos habuit, quibus necessaria emeret. Quod dicit Propheta: Veni ad liberandum nos domine deus uirtutum. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Osculetur me osculo oris sui. uox erat ecclesie ueteris legis, aduentū Christi in carne assidue desiderantis. Quod & in Psalmo cvij. Christus dicit: Constitue super eum peccatorē, diabolus stetit a dextris eius. Fiant nati eius, fiant contra dñm semper. & reliqua que sequunt, accipienda sunt tanq̄ dicta non execrantis, aut maledicentis affectu, sed prædicentis seu annunciantis spiritu: neq; em̄ Christus optauit malū inimicis suis. Et hæc sic se habere patet ex Hebraica ueritate, quæ loquit̄ per futurū modi indicatiui: Constitutēs (inquit) super eū peccatorē, & diabolus stabit a dextris eius.

Psalmo 79.

Sic q̄ Isaias scdm̄ ueritatem Hebraicā loquitur per uerba imperatiui modi: Auribus audite, & nolite intelligere. Excaeca cor populi huius: hoc in noua lege euangelistę recitauerunt per futurū indicatiui, dicētes: Auribus audietis & non intelligetis. Et qd apud Zachariā deus pater loquitur per uerbū imperatiui modi ad frameam seu mucronē: Framea suscitare super pastore meū. Christus apud Matth. significat scriptū esse: Percutiam pastore, & dispergentur oues. cū tñ in Zacharia, tam apud septuaginta, q̄ apud Hebręos hæc sint scripta per uerbum modi imperatiui. In Cantu. dicit: Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, abi post uestigia gregū tuorū, & pasce hedos tuos. Duo illic uerba modi imperatiui, abi & pasce, uerba sunt dei nō præcipientis, neq; suadentis bonū aliquod, sed permittētis, & quasi pœnam peccati prænuñciantis, ac comminātis, tanq̄ dicat: O pulchra inter mulieres, si ignoraueris temet ipsam conditā esse ad imaginem & similitudinē dei, ut illo solo fruaris, recede a me, a societate mea, & abi post uestigia gregum. i. iam non digna es loco pascuæ meę, sequere uestigia gregū tuorū. i. hoim carnaliter uiuentiū, & pasce iam nō agnos & oues, sed hedos a sinistris statuēdos. Item in sermonibus Prophetę: Vouere, & reddite dño deo tuo. Primū, scilicet uouete, nō ex auctoritate iubētis est (inquit August.) sed ex animo consulētis. Alterū aut̄ qd addit, reddite, iam ex auctoritate est imperātis. Et hoc aperte scriptura docuit.

Isaias 6

Matth. 31.

Zach. 13

Cant. 1

Psalmo 79

neant, sed de uxore iam ducta non dimittenda. Quod si uelimus etiam de ducenda uxore applicare, quemadmodum diuus Thomas interpretatur, & ueteres multi, nō imperando loquitur Apost. sed quid liceat ad uitādam fornicationem insinuando: neq; cogitur quis necessitate præcepti ducere uxore, propterea q̄ castitas uirginalis, aut coelibatus sit dei donum. Nam & iuxta Paulum apost. ibidem, castitas coniugalis est dei donū, fides insuper, humilitas, patientia, & mansuetudo sunt dei dona: sed in huiuscemodi unusquisq; (inquit ibidem Ambro.) iuxta uotū suum dei donum habet, ut si uelit, ipsius dei nutu possibilitatē consequat. Sapiens, sciens continentia esse dei donum, adijt dñm, & precatus est illum ex totis præcordijs suis. Item qd dicit Christus: Nolite portare es in zonis uestris, exponit August. Christum nō præcipiendo, sed permittendo dixisse: ut sit sensus, Permitto uos ire sine auro & argento, quia expensæ debentur uobis a populo. Dignus est enim operarius mercede sua. Vnde Paulus hoc non seruauit. Deinde & Christus ipse loculos habuit, quibus necessaria emeret. Quod dicit Propheta: Veni ad liberandum nos domine deus uirtutum. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Osculetur me osculo oris sui. uox erat ecclesie ueteris legis, aduentū Christi in carne assidue desiderantis. Quod & in Psalmo cvij. Christus dicit: Constitue super eum peccatorē, diabolus stetit a dextris eius. Fiant nati eius, fiant contra dñm semper. & reliqua que sequunt, accipienda sunt tanq̄ dicta non execrantis, aut maledicentis affectu, sed prædicentis seu annunciantis spiritu: neq; em̄ Christus optauit malū inimicis suis. Et hæc sic se habere patet ex Hebraica ueritate, quæ loquit̄ per futurū modi indicatiui: Constitutēs (inquit) super eū peccatorē, & diabolus stabit a dextris eius.

Psalmo 79

Si uotum uoueris dño deo tuo, nō tardes reddere. Indicās uouere esse libertaris, reddere aut̄ necessitatis. Iam de uiribus præpositionū: in, a, ab, de, ex per, & similibus dictionū obiter pauca uideamus pro intellectu scripturarum. Propter ignorantia uirium ac modorū significandi harum dictionū multi errauerunt a uero scripturarū intellectu. In multis scripturæ locis diuinitis, sermo uidetur discrimen ponere inter præpositiones: ex, per, & in. Ad Rom. xi. Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt oia, ipsi gloria in secula seculorū. Item 1. ad Cor. viij. præpositiones: ex, per, & in, diuersas designantur habere significationes: Nobis (inquit Paulus) unus est deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Nobis unus est Christus Iesus, per quē omnia, & nos per ipsum. Insuper præpositionem ex, aliam habere uim significandi, quam præpositionem a, uel de, ex Grammatica est manifestum. Siquidem aliud significamus, dicētes: Audiui aut locutus sum hoc de te, aliud uero dicentes: Audiui uel locutus sum hoc ex te, aut a te. Nam priori oratione significo te esse, de quo mihi aliquis locutus est, de quo uel audiui aliquid ab alio dici aut recitari. In posteriori aut̄ sermone significo te esse principium & causam, ex qua, uel a qua, aut locutus sum, aut audiui quicq;. Sic & Hieronymus discrimen ponit inter orationes: Dominus deus locutus est ad Osee prophetam, & dñs deus locutus est in Osee propheta. In commentarijs super caput 1. Osee. Amplius aut̄ manifestum est præpositionē in, non in omnibus scripturæ locis eandē habere uim, neq; item præpositionem per, neq; præpositionē ex, neq; præpositionem de, neq; præpositionē a, uel ab. Aliud significat in, cum dicit scriptura: In sanguine Christi salui sumus ab ira dei. Aliud cum dicit: Donec formetur Christus in uobis. Aliud cum dicit: Omnia in gloria dei facite. Aliud: Oia in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Item aliud significat ex, cum dicit Auferte malum ex uobis ipsis. Aliud cum dicit: Unus est deus, ex quo omnia. Vnde & occasione harum dictionū diuersimode consignantū, hauserūt hæretici occasionē quarundā suarū heresum, definientes in diuinitis personis naturarū diuersitatem, sumētes suorū errorum seminaria a rebus externis, & a philosophis huius mundi. Proinde etsi hoc in loco nō contendimus docere artem Grammatices, non tñ existimare debemus esse absurdum, istarū dictionum uarias proprietates, ac distinctiones quasdam ex transcurso catenus tradere, quatenus ad intelligēdas sacras literas attinēt. Nam & id fecerunt sancti patres: Basilus, Hieronymus, Augustinus, nonnullorū uocabulorū uires docentes, etiam in libris res diuinas tractantibus. Basilus in libro de spiritu sancto, de præpositionibus: ex, in, per, cum, nonnulla differuit. Augustinus in libro de natura boni aduersus Manichæos, inter esse ex deo, & esse de deo ponit differētiam. Magna ex parte scripturarū difficultates oriunt̄ ex uocabulorum & orationū ambiguarū ignorantia. Insuper & aliarū scientiarū authores suis in libris passim dictionū & orationū significatiōes sunt interpretati extra Grammaticā artem, etiā in sciētis rerū: quemadmodū patet considerāti physica & metaphysica Aristotelis. De præpositione in, Aristot. in iij. Physicorū, uolens ostendere quonam modo res sint in loco, & in tempore, octo

De uiribus
præpositio-
num.De præposi-
tionibus, ex,
per, in, &c.

Hierony.

Basilus
Augustinus,De præposi-
tione, in.

Ephes. 1.

tradit modos, quibus aliud dicitur esse in altero. Considerauit quidem ille diuersas significationes illius præpositionis in, subseruientis uerbo esse, sed & alijs quibusdã uerbis iuncta præpositio illa, alias forsitan etiam habet significandi uires. Vnde frequens est in scripturis sacris huius præpositionis usus.

Ad Ephes. 1. sub eodẽ sententiã contextu præpositio hæc supra sexies aut decies repetita, non eandem habet ubiq; significationẽ: Benedixit nos (inquit) in omni benedictione, in celestibus, in Christo, sicut elegit nos in Christo ante mundi constitutionẽ, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate, qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum in ipsum, secundum propositũ uoluntatis suæ, in laudẽ gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionẽ peccatorum. En uides, in, præpositionẽ toties repetitam. In omni benedictione, in celestibus, in Christo, in ipso, in conspectu, in charitate, in adoptionem, in ipsum, in qua, in dilecto filio, in quo, in remissionẽ peccatorum. Aliter accipitur in, cum dicitur: in omni benedictione. aliter cum dicitur: in Christo. aliter cum dicitur: in conspectu eius. aliter cum dicitur: in adoptionem filiorũ, & in ipsum. Significationes, secundum quas res aliqua dicitur esse in altero, aut sicut in toto suo est pars, aut sicut aliquid est in multitudine aliqua, id est, sicut aliquid inter multa, uel ex multis est, aut sicut in subiecto suo est accidens, aut sicut in loco, uel tempore, ex se sunt uulgares & manifesta.

Matth. 26.

Interdum in, designat casum, cui subseruit esse instrumentum, ueluti cum dicit scriptura: Domine si percutimus in gladio. Circumcidit in cultris petrinis filios suos. Interdum uero designat formam, seu finem operationis, quemadmodũ dicimus: Præuenit nos deus in donis suis. Et secundum utrũq; modum, præpositione illa sublata non mutatur sententia. Vnde Augustinus

Augustinus.

homilia de uerbis domini: Præpositio in, interdũ adijcitur iuxta idioma Hebraici sermonis: quæ prætermissa si fuerit, nihil refert ad sensum. Quemadmodum dicit Apostolus: Benedixit nos deus in omni benedictione spiritali, hoc est, omni uirtute spiritali benedixit nos. Interdum autẽ, esse in, designat mirabilem quendam ineffendi modum, secundum quẽ loquitur Christus Ioannis xiii. Ego in patre, & pater in me est. Pater in filio, quia totum id quod est pater, uidelicet diuina essentia seu natura est in filio, imo est & ipse filius. Sic & ipse filius in patre & in spiritu sancto, propter naturæ unitatem. Neq; aliam habet præpositio significationẽ, cum dicitur pater esse in filio, & cum filius dicitur esse in patre, aut spūs sanctus in patre & in filio; quia non aliud significatur, q̃ tres illas personas inter se discretas, esse sibi consubstantiales. Et iste est singularis quidam ineffendi modus, in creaturis non reperibilis, quem non cognouit ullus huius mundi philosophus. Interdum uero significat casum, cui subseruit, esse causam aut primam, aut mediam: & non ineptærit interpretatio facta per præpositionẽ, per, quemadmodum in loco supra dicto. Apostolus cum dixisset: Benedixit in omni benedictione spiritali, continuo secutus adiecit: in Christo, hoc est, per Christum. Et postea sequitur: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ. In ipso, i. per ipsum, tanq̃ dicitur.

In, pro per.

Interdum in, designat casum, cui subseruit esse instrumentum, ueluti cum dicit scriptura: Domine si percutimus in gladio. Circumcidit in cultris petrinis filios suos. Interdum uero designat formam, seu finem operationis, quemadmodũ dicimus: Præuenit nos deus in donis suis. Et secundum utrũq; modum, præpositione illa sublata non mutatur sententia. Vnde Augustinus homilia de uerbis domini: Præpositio in, interdũ adijcitur iuxta idioma Hebraici sermonis: quæ prætermissa si fuerit, nihil refert ad sensum. Quemadmodum dicit Apostolus: Benedixit nos deus in omni benedictione spiritali, hoc est, omni uirtute spiritali benedixit nos. Interdum autẽ, esse in, designat mirabilem quendam ineffendi modum, secundum quẽ loquitur Christus Ioannis xiii. Ego in patre, & pater in me est. Pater in filio, quia totum id quod est pater, uidelicet diuina essentia seu natura est in filio, imo est & ipse filius. Sic & ipse filius in patre & in spiritu sancto, propter naturæ unitatem. Neq; aliam habet præpositio significationẽ, cum dicitur pater esse in filio, & cum filius dicitur esse in patre, aut spūs sanctus in patre & in filio; quia non aliud significatur, q̃ tres illas personas inter se discretas, esse sibi consubstantiales. Et iste est singularis quidam ineffendi modus, in creaturis non reperibilis, quem non cognouit ullus huius mundi philosophus. Interdum uero significat casum, cui subseruit, esse causam aut primam, aut mediam: & non ineptærit interpretatio facta per præpositionẽ, per, quemadmodum in loco supra dicto. Apostolus cum dixisset: Benedixit in omni benedictione spiritali, continuo secutus adiecit: in Christo, hoc est, per Christum. Et postea sequitur: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ. In ipso, i. per ipsum, tanq̃ dicitur.

cat.

eat: Sicut benedixit nos. i. benefecit nobis per Christum, ita & elegit nos per Christum, ut essemus sancti in conspectu eius. i. coram conspectu ipsius. Gratificauit nos deus pater in dilecto filio suo, hoc est, nos sibi gratos fecit per dilectum filium suũ. Nouissime locutus est nobis in filio, i. per filium. Olim locutus est deus patribus in prophetis, id est, per prophetas. In semine tuo benedicentur omnes gentes. i. per semen tuum. Verum hic ne fallamur in sermone, quo dicimus deum elegisse nos per Christum, tanq̃ per mediam causam: sciendum est, in eo quod dixit Apostolus: Elegit nos ante mundi constitutionem in ipso, id est, per ipsum, scilicet Christum, ut essemus sancti & immaculati coram ipso. Sermo ille per ipsum Christum, determinat uerbum elegit, ratione temporalis effectus inclusi, quem deus statuit dare nobis per Christum dominum. Vnde eligere designat sempiternũ actum diuinæ uoluntatis, proponentis seu statuentis unumquẽq; electum, ex Adam in ira dei ac massa perditionis nasciturũ, suo tempore ex huiusmodi perditionis massa segregare, & id quidẽ per Christum præuisum & præparatũ humano generi mediatorẽ, id est, propter præuisum ipsius meritũ: quemadmodũ & ipse ab æterno uoluit unicuiq; electo dare gratiã primam propter Christi meritum. Eius ergo segregationis, qua quisq; iræ filius suo tempore segregatur a massa perditionis, & transfertur in regnũ charitatis Christi, est quidem meritũ nõ liberii arbitrii illius, qui segregatur, sed ipsius Christi, per quem unicuiq; electo a patre cœlesti gratia & remissio peccatorũ datur. Eius autẽ quod est gratiam & remissionem peccatorũ dari nobis per Iesum, seu per ipsius Iesu meritum, nulla est alia causa media, nullum est aliud meritum: sed hoc fit secundũ beneplacitum diuinæ uoluntatis, talem mediatorẽ Iesum humano generi præparantis. Quod & Apostolus illic intimaui, cum continuo subsecutus adiecit: Qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum Christũ in ipsum, secundum propositũ uoluntatis suæ. En uides deũ prædestinasse nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, & id quidem nõ per aliam causam, sed secundum propositũ uoluntatis suæ. Et ne quis arbitretur hoc propositũ dei sic uolentis, propter Christi meritum unumquẽq; electum segregare a reliquis, in massa perditionis derelictis, nõ esse rationabile, mox adiecit: In laudem gloriæ gratiæ suæ. Vnde secundum beneplacitũ uoluntatis diuinæ, in laudem gloriæ gr̃e suæ est, q̃ ipse deus suis electis ita reuelet euangeliũ huius salutis, & ita notum faciat sacramentũ Christi incarnati, ut ipsi credant, & credentes salui fiant, dimissis ceteris. Quemadmodũ in sequentibus sententijs eiusdem capitis docet Apost. Vt nobis (inquit) notũ faceret sacramentũ uoluntatis suę scdm beneplacitũ eius, qd proposuit. Et infra: Prædestinati secundũ propositum eius, q̃ operatur oĩa secundum consilium uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius. Eo tendit Apostoli doctrina, ut nos, qui eramus filij iræ sicut & ceteri, sciamus præter diuinã misericordiã non esse inuestigandas rationes, propter quas nos, qui eramus mortui peccatis sicut & ceteri, sumus per Christi meritũ uiuificati. Declarant autẽ hæc in sequentibus libris, de gratia & prædestinatione diuina latius. Hactenus de præpositione in, pro per accepta.

Hebrae. 1.
Gene. 11. &
Gal. 3.

Quo deus per
Christum ele-
git saluandos

Ephes. 1.
Ephes. 1.

In denotat finem.

Interdum uero, in, significat finem, ut in eo quod sequitur: In adoptionem filiorum, in ipsum, in laudem gloriae suae. Vnde praepositio in, finem designans, nunc accusatio casui iungitur, nunc ablatiuo, secundum diuersitatem appositio uerbi, quo intimatur nunc motus quidem animi tendentis in finem, nunc quies in fine. Ad Romanos xi. Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso, tanquam ex creatore. Per ipsum, tanquam per suam sapientiam, non indigentem ulla causa media. Et in ipso, tanquam in fine. Quo pacto autem deus est finis omnium, tractatur in libro de diuina prouidentia. Ex superioribus patet, quod haec oratio: Sancti & fideles in Christo Iesu, geminum habet sensum: unum ut praepositio in, designet causam, per quam: alium, ut designet finem, in quo. Insuper aliud est, in gloriam Iesu facere, aliud facere in nomine Iesu. Nam in eo quod dicimus, in gloriam Iesu facere, praepositio in, finem designat, ut facere in gloriam Iesu, sit facere propter gloriam Iesu, ut uidelicet Christus ex eo quod facimus glorificetur, quemadmodum ipse ait: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum. In eo autem quod dicimus, facere in nomine Iesu, praepositio in, causam designat efficientem: quemadmodum apostoli, cum dicebant se in nomine Iesu daemonia eijcere, languores curare, baptizare, & peccata remittere, significabant nomen Iesu, seu uerbum dei patris esse, ex cuius uirtute & potestate nominata, inuocata, seu professi eijcebantur daemonia, & commissione seu legatione remittebantur peccata. Verum hic sciendum, quod in sermone, quo dicor aliquid facere in nomine Iesu, plus est enargiae, efficaciae & uirtutis, quam in eo, quo dicor aliquid facere in uirtute seu potestate Iesu. Nam in uoce illa, quae est, in nomine Iesu, praeter potestatem & commissionem a Iesu acceptam, significatur seu intimatur & confessio huius potestatis, uirtutis, seu commissionis acceptae ab ipso Iesu. Tunc enim proprie in nomine Iesu agimus aliquid, cum intus & in corde agnoscimus seu profiteamur Iesum esse authorem boni operis, quod facimus. Proinde Apostolus cum iussisset omnia fieri in nomine Iesu, continuo adiecit: gratias agentes. Gratias autem agimus alicui super his, quae agimus, cum non nosmetipsos ex nobis, sed alium profiteamur authorem eorum, quae agimus, & nos ab illo accepisse uirtutem ut agamus. Vnde Theophylactus tractans uerbum illud Apostoli ad Collossenses iij. Omnia quae facitis, in nomine domini nostri Iesu Christi facite, hoc est, illum (inquit) ut adsit inuoca, & ut opem ferat illum precare. Sic dicit Paulus: Ego si quid donauit, in persona Christi donauit, hoc est, uelut Christi uicem gerens, eoque iubente donauit. Ambrosius: In persona Christi, id est, pro uice Christi. Quod apud Ioannem ipse Christus: Ego ueni in nomine patris mei, & opera quae ego facio, ipse faciet. Hoc significat: Ego ueni nominatus, missus legatus, & potestatem habens a patre meo, qui per me operatur, quaecumque ego operor. Alius ueniet in nomine suo, hoc est, tanquam a seipso nominatus, aut potestatem habens a semetipso, & non ab alio missus. Vnde Actuum quarto Iudaei interrogauerunt apostolos: In qua uirtute, aut in quo nomine fecistis hoc uos? Et infra: Denunciauerunt, ne omnino loquerentur, aut docerent in nomine Iesu.

In nomine Iesu facere. In gloriam Iesu facere.

Matth. 5.

Theophyl.

1. Cor. 1.

Ioan. 1.

Verum

Verum hic sciendum est, quod in scripturis, nomen domini, non est aut uox aut sermo transiens, sed interdum est fama aut noticia domini dei, interdum (& id quidem communiter) est ipse Iesus Mariae filius, unus cum patre & spiritu sancto deus, homo factus pro homine, ut mediator inter deum & hominem esset, cuius meritis & intercessione, & pretij exolutione, homo assequeret remissionem peccatorum, uitam eternam. Proinde in nomine Iesu habere gratiam & remissionem peccatorum, aliquid plus designat, quam a Iesu esse gratiam & remissionem peccatorum. Est gratia & remissio peccatorum a patre, est a filio, est a spiritu sancto: sed per Iesum hominem tanquam mediator, cuius solius meritis, operibus, & passionibus gestis in carne ipsius pro nobis, deus pater ipsius & spiritus sanctus dant nobis gratiam & peccatorum remissionem. Proinde ipse Christus unicus intermedius reconciliator est, in quo omnis creatura nisi sperauerit, peribit. Proinde & ipse pater remittit nobis peccata in nomine Iesu. Rursus ipse Iesus remittit nobis peccata in nomine patris sui. Sed sunt considerandi huiusmodi sermones, secundum regulam fidei de locutionibus reciprocis, datam in capite sequenti. Augustinus super Ioannem tractans uerbum Christi dicentis: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Vt modo non petistis quicquam in nomine meo. In illo die petetis in nomine meo. Sic Christus non literarum (inquit) sonum, sed quod sonus ipse significat, & quod in eo sono recte ac ueraciter intelligitur, accipiendus est dicere. In nomine enim illius petimus, quem cogitamus cum petimus, de quo & taliter sentimus, qualiter sentiendum est. Haec ille. Multa igitur simul includit ille sermo, quo dicimus quaequam petere a patre aliquid in nomine Iesu. Significat enim illum ex cogitatione, seu intentione secundum rectam fidem in Iesu petere, & insuper sibi id donari a patre per eundem dominum Iesum, hoc est, ex ipsius dignitate ac merito. Vnde in sermone illo: Si quid petieritis patrem meum in nomine meo: uox illa, in nomine meo, potest referri ad uerbum petieritis, ut scilicet significetur, si quid ex fide, seu ex uirtute secundum nomen meum petere inceperitis. Potest & referri ad accusatiuum quid uel aliquid, seu potius ad uerbum subintellectum, dari, seu donari. Vnde fiet sensus illustrior, si suppleat hoc pacto: Si petieritis patrem dare uobis aliquid in nomine meo, hoc est, si petieritis ut pater det uobis aliquid in nomine meo, seu per nomen meum. Ad explicandam uim sermonis Christi dicentis: Si quid petieritis patrem in nomine meo, satis est nobis sic intelligere, ut uox illa, in nomine meo, intelligatur ad utrumque esse relata. Nam & uere in nomine Iesu a patre aliquid petimus, dum ex Iesu intus in corde nostro nominato, seu recta fide cogitato petere incipimus, desiderantes id quod postulamus per eundem dominum nostrum Iesum, tanquam mediatorum seu uirtutem & meritum ipsius donari nobis. Vnde Augustinus super Ioannem: Quod dicit Christus, Vt modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus (inquit) modis, in, est intelligendum: uel quia non in nomine meo petistis, quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis, uel non quicquam in nomine meo dignum dari uobis. Ego ueni ut per me pater det uobis, non huius mundi bona, sed salutem, remissionem peccatorum, & uitam aeternam. Hoc significat per omnem locum scripturae. Deus in nomine tuo saluum me fac. Adiutorium

In scripturis nomen domini quid.

In nomine Iesu habere gratiam quid.

Aug. Ioan. 16. Petere in nomine Iesu quid.

Aug. Ioan. 16.

nos

nostrum in noīe domini. Turris fortissima nomē domini, ad eam confugiet iustus. In nomine dñi saluus esse cupit, quisquis id cupit ex fide in Christum, qua credit q̄ nomen sit illi Iesus. i. qua credit ipsum esse redemptorem ac mediatorem, per quem a deo accipimus, quicquid boni ad salutem pertinēs accipimus. Amplius autē & sermo ille, quē dicimus in noīe alicuius, alias quasdam habet significationes, nō uno sermone facile explicabiles. Veluti cum dicit Chr̄s: Qui recipit prophetā in noīe prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Matthēi x. Hic nō est sensus: Qui recipit prophetam, tanq̄ nominatus, legatus, deputatus, aut uirtutem ac potestatem habens uel a propheta, uel a iusto: sed significatur, qui recipit prophetam aut iustum, ut prophetā aut iustum, hoc est, q̄a propheta aut iustus est, nō quia cognatus aut affinis est. Deinde Christus cū dicit post resurrectionem: Euntes docete oēs gentes, baptizantes eas in noīe patris, & filij, & spūs sancti. Præcepit quidē apostolis, ut baptizarēt in nomine patris, & filij, & spūs sancti: sed in ex uerbis illis scdm̄ rigorem forsità sermōnis nō sequitur hęc, qua utitur ecclesia, esse baptismi formā. Vnde & Christus (ut inquit Thomas Aquinas in iij, Sentētiarum) non principaliter intendebat dare baptismi formam, sed præcipere ipsis uoluit actum baptizandi in professione patris, & filij, & spūs sancti, scdm̄ formam prius datam. Quē admodum em̄ ex eo quod præcipitur nobis, ut in noīe Iesu comedamus & bibamus, non est consequens, ut comedentes & bibentes foris exprimamus & uerbum comedēdi, aut bibēdi, & uocem illam, in noīe Iesu. Neq̄ em̄ est opus ut dicamus: ego comedo & bibo in noīe Iesu, sed satis est, q̄ ex Iesu nominato seu a nobis inuocato, tanq̄ oīs boni operis authore incipiamus comedere & bibere. Ita ex eo quod Christus apostolis præcepit, ut baptizarēt gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, nō ex necessitate sequitur præceptum fuisse apostolis, ut baptizantes exprimerent & uerbum baptizandi, & sermōnem illum: in noīe patris, & filij, & spūs sancti: sed satis uidetur fuisse, q̄ ex inuocatione patris, & filij, & spūs sancti baptizarēt, seu foris a qua tingerent. Aliud significatur cum dico: Docete oēs gentes, baptizantes eas in nomine patris, & c. Aliud uero cum dico: Docete omnes gentes, & baptizantes dicite: Ego uos baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Christus tamen illam formam docuisse, actum uidelicet baptizandi foris debere fieri sub expressione tam uerbi significantis actum baptizandi, q̄ orationis significantis hunc actum fieri in nomine patris, & filij, & c. hauserunt patres ab ecclesia apostolorum. Et ab inīto doctores: Irenæus, Tertullianus & Origenes sic tradiderunt. Vnde Origenes in primo libro Peri archon: Salutare baptismum non aliter, nisi excellentissimæ Trinitatis autoritate, id est, patris, & filij, & spiritus cognominatione completur: ut ingenito Deo, & unigenito eius filio, nomen quoq̄ spiritus sancti copuletur his. Ex his nota interpretatio nem eius, quod dicitur: in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, id est, auctoritate, seu cognominatione harum trium personarum. Actus baptizandi in se nullam habet uim seu efficaciam in diluenda peccata, nisi accedat uerbum

De sermone
in noīe alicuius.

Matth. 28.
Baptizate in
noīe patris, &
filij, & spūs sancti.

Thomas
Forma baptismi
nō haberi
Matth. 28.

Origenes.

Quare oportet in baptismi actū baptizandi exprimere.

būm dei ad elemētum ex uirtute Christi, hoc totum instituentis, tanq̄ gratiæ suæ sacramentum: & idcirco in ministerio sacramenti est opus expressione uerbi. Alij autem actus, quibus iuuatur uniuscuiusq̄ operantis natura, uel proximus, ut docere, comedere, bibere, habēt efficaciam & utilitatem ex ipso exercitio actus. Et ideo non est opus, ut in nomine Iesu docētes aut comedentes, uerba exprimamus: sed satis est q̄ actus illos incipiamus facere, intus in corde inuocantes Iesum, ut ipse nobis adsit, quatenus ad salutem nostram illa oportet faciamus. Possumus quidem in nomine Iesu balneare, forisq̄ lauare, aut tingere corpus non exprimendo foris illa uerba: sed non erit illa locutio sacramentum a Christo institutū. Dicitur autem de his latius in libro, ubi tractamus de ecclesiæ sacramentis. Præpositio, per, solet designare interdum causam mediam, aut instrumentū, quemadmodum rex operatur per præfectum, anima loquitur per linguam. Interdum uero causam primam seu principalem, ueluti cum dicimus præfectum operari per regem, & linguā loqui per animā: quia præfectus a rege, & lingua ab anima accipiunt operandi uim seu potestatem. In diuinis ergo personis, quis non sit una alterius causa: quippe cum tres personæ sint una simplicissima substantia, oīm causa: quia tamen inter eas una est ab alia, accipiens ab illa & substantiam & potentiam operandi, ideo inter eas sunt reciproq̄ locutiones, & dicimus q̄ pater per filium operatur, filius autē per patrem est sapiens & potens. Verum cum dicimus: Pater operatur per filium, de quo & Apostolus dicit: Per quem fecit & secula. & in Symbolo: Per quem omnia facta sunt. præpositio per, neq̄ causam, neq̄ instrumentum notat, sed personā, quæ uirtutem accepit operandi a patre, quē admodum dicitur Ioannis v. Non potest filius a se facere quicquid, nisi quod uiderit patrem facientem. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse fecit. Neq̄ tamen inde consequens est, filium esse patre minorem. Nam eandem potestatem, uirtutem, substantiam accepit filius, quam habet & pater. Vnde quemadmodū dicimus, regem per præfectum operari, & e contrario, præfectum operari per regem, præpositione, per, diuersimode accepta: ita apud sanctos inuenimus patrem operari per filium, & filium item operari per patrem, seu per uoluntatem patris. Rursus dicimus filium agere per se, id est, per suam propriam naturam, propriamq̄ potentiam, quam habet eandem cum patre. Et quia accepit hanc a patre, ideo secundum sensum quemdam dicitur agere per patrem, id est, per acceptam a patre potestatem. Vnde quamuis falsum est patrem esse per filium, uerum tamen est patrem operari per filium. Sic Hilarius nono de Trinitate: Filius per se (inquit) agit, sed non agit a se. Insuper, quamuis admittimus patrem operari per filium, nequaquam tamen admittere possumus, patrem esse sapientem & potentem per filium: tamen si dicimus, filium esse sapientem & potentem per patrem. Vnde solent sacræ theologiæ magistri talem tradere regulam: Præpositio, per, cū uerba absoluto designat accusatiuum, cui seruit, esse principiū a quo. Veluti cum dicimus: Iste est bonus, sapiēs, diues aut potens per illū. Et idcirco nō concedimus patrem esse sapientem per filiū, tamen si filis sit sapiens: a patris:

De præpositione, per.

Quatenus pater per filium operatur, & e contrario.

Ioan. 7.

Hila. de præpositione per.

non

Deo. Non enim hæc iustitia nascitur perinde atq; apud philosophos moralis uirtus, quæ nascitur ex assuetudine operum naturalis aut ciuilibus legis: sed iustitia hæc fit gratis, per spiritum fidei gratis nobis datum: gratis inquam, hoc est, absq; meritis nostris. Secundum hunc sensum in utraq; parte orationis, qua dicimus: Non ex operibus, sed ex spiritu fidei sumus iustificati. Præpositio ex, causam notat efficientem. Augustinus in libro de natura boni aduersus Manichæos, capite xxvi. & sequenti, considerans huiusmodi præpositiones, ex, & de, quatenus designetur principium, a quo aliquid est, ponit inter illas differentiam: Deus (inquit) de se non fecit ea, quæ condidit: sed de his, quæ omnino non erant. Sunt quidem omnia ex deo, sed non de deo, dicente scriptura: Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quod dicit, ex ipso, non hoc significat quod de ipso. Ex ipso coelum & terra, quia ipse fecit illa: non aut de ipso, quia non de substantia sua: quemadmodum homo si gignat filium, & faciat domum, dicimus filium ex ipso esse, dicimus & domum ex ipso esse: sed filium de ipso, domum aut non de ipso, sed de terra & ligno. Vbi aperte insinuat August. ablatiuum, cui subseruit præpositio ex, generaliter indicare omne principium, a quo aliquid est, siue fuerit ex consortio substantiæ ipsius, siue de substantia alterius. De, autem indicare principium, a quo aliquid est particeps substantiæ eius. Sic dicimus filium dei esse de deo patre, & spiritum sanctum esse de utroq;. Et secundum hanc considerationem præpositio ex, est communior seu amplior, quam præpositio de: quemadmodum pater genuit filium de sua substantia. Ita & ipse in Psalmo ad eundem filium loquens, ait: Ex utero ante luciferum genui te. Verum hæc differentia non per omnem locum seruat in sacris literis. Nam & Matth. i. legitur: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Item in symbolo: Qui conceptus est de spiritu sancto. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria uirgine. Quod in Maria natum seu conceptum est secundum carnem, non est conceptum, natum, seu incarnatum de spiritu sancti substantia: sed a spiritu sancto, tanquam ab auctore natiuitatis illius secundum carnem, non tanquam a causa de substantia sua id generante, sed tanquam a conditore, de castissima carne uirginis Mariæ id formante. Proinde & spiritus sanctus, qui formauerit corpus Iesu in sacratissimo uirginis utero, non tamen pater Iesu congrua ratione potest appellari, quia ipsa uirgo non de spiritu sancti substantia semen paruum accepit, tamen si de sua purissima carne substantiam, spiritui sancto in se operanti, ministrauerit. Præpositiones a uel ab, multifariam accipiuntur. Nunc causam designant, per quam, uel propter quam, ut: Vt mundo a scâdalis. Quæ oratio similis huic est: Mors mihi est a peccato meo. Nunc significat rem aliquam præsidere rei per ablatiuum significatæ, ut Iosaphat erat a commentarijs, id est, præerat commentarijs, quemadmodum dicimus: est mihi a secretis. Quâdoque significat comparationem, ueluti cum Paulus dicit: Nihil minus feci a magnis apostolis, hoc est, nihil minus, quam apostoli magni. In eo quod Lucae xvij. dicitur: Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, scilicet pharisæo. Præpositio ab, non efficientem causam designat, sed respectum & comparisonem denotat, significans idem cum præpositione præ, ut sit sensus: Descendit iustificatus ab illo,

Differentia ponit August. inter ex et de

Psalmo 109.

De præpositionibus a, uel ab.

1. Cor. ii

illo, hoc est, descendit iustificatus præ illo, hoc est, iustificatus plus quam ille, quem admodum diuus interpretatur Hieronymus. Præpositio propter, multifariam in scripturis reperitur accepta. Nunc causam designat, siue efficientem, siue meritoriam, per quam aliquid est factum: & conuenienter exponitur per præpositionem, per, ueluti cum dicit Apostolus: Propter peccatum corpus est mortuum. Propter peccatum mors intrauit in hunc mundum, id est, per peccatum. Ad Philippens. i. inquit Paulus: Quidam propter inuidiam & contentionem, quidam autem propter bonam uoluntatem Christum prædicant, hoc est, per inuidiam, contentionem, seu bonam uoluntatem, id est, ex inuidia aut contentione, aut ex bona uoluntate prædicant. Frequenter etiam propter, nota est finalis causæ. Vnde ægrotus ambulat propter consilium medici, ambulat & propter sanitatem, intellecta præpositione diuerso modo: ambulat ex consilio medici, & id quidem eo fine, ut sanitatem assequatur. Omnia propter semetipsum operatus est deus, quia ipse est omnium finis, & efficiens causa. Vnde cum ipse ait Ezechielis xxxvi. Non propter uos ego faciam, sed propter nomen meum sanctum, quod polluistis in gentibus, siue inter gentes, hoc est, non ex operibus seu meritis uestris, dabo uobis cor nouum, sed ex misericordia & clementia mea, & hoc propter nomen meum, id est, Christum Iesum, propter cuius merita parcam uobis. Propter uos tamen hæc faciam, id est, propter salutem animarum uestrarum, ut finem eorum operum, quæ faciam. Vnde & ipse omnia, quæ in mundo sunt operatus est propter nos, id est, propter utilitatem & salutem nostram, ut nos intelligamur esse finis, non ipsius dei operantis, sed eorum quæ operatus est deus. Deus autem finis noster, in quo quiescamus. Interdum hæc præpositio propter, ualet pro. Christus est passus propter nos, & propter peccata nostra. i. pro nobis, & pro peccatis nostris passus est, & poenitentiam egit, & mortem suscepit. Potest & in illis locutionibus finis designari passionis Christi, aliquid subaudiendo, Christus passus est propter nos, supple liberandos aut redimendos. Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, supple tollendas. Isaie liij. A peccato liberari, finis est passionis Christi. Frequens est huius præpositionis usus, designantis causam finalem, non rem per accusatum significatam, sed aliud in re illa subintellectum, quemadmodum cum ait Apostolus 1. Corinth. vij. Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat, suppletur, propter fornicationem, supple uitandam: ita propter peccata nostra, supple tollenda, Christus est mortuus. Neque enim quisque debet habere uxorem suam propter fornicationem, perinde atque seruare debet dietam in cibo & potu propter sanitatem. Vnde honorari debet medicus propter morbos pellendos, & propter sanitates conseruandas. Interdum etiam propter, non causam designat, neque finalem, neque meritoriam, neque efficientem, sed euentum, seu consecutionem, ueluti ad Roma. xi. Paulus ad gentes iam conuersas loquitur: Nunc autem uos misericordiam consecuti estis propter incredulitatem eorum, scilicet Iudeorum. Hic propter non causam designat, sed euentum, seu consecutionem, hoc est, per incredulitatem eorum secutum est, ut assecuti sitis misericordiam. Amplius autem sciendum, quod coniunctio

Hierony. De præpositione, propter.

Rom. 8.

Propter de.

Quo Christus dicit passus propter peccata nostra.

De coniunctio-
nibus causa-
libus in scri-
pturis.De coniu-
ctione, vt.
Math. 6.

Math. 1.

Math. 26.

Rom. 9.
1. Cor. 11

Athanasius.

nes causales: quia, quoniam, ut, & id genus aliarum, non semper in scripturis sacris designant efficiendi causam, hoc est, non semper notant unam rem esse alterius causam, aut efficientem, aut finalem, aut meritoriam: sed plerumque ordinem unius sententiae, ex altera, uel dependentiam, habitudinem seu consecutionem aut rerum, aut sententiarum. Et primum de coniunctione, ut, uideamus. Cum dicit in scripturis Christus: Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Coniunctio ut, causam finalem designat: prohibet enim Christus ne hoc sine faciamus iustitiae opera, cupientes ab hominibus laudem, tanquam mercedem nostrorum operum. Quum autem dicit scriptura: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. Haec autem facta sunt, ut impleretur scripturae prophetarum. Cum crucifixissent eum diuiserunt sibi uestimenta, mittentes sortem, ut impleretur quod dictum est per Prophetam: Diuiserunt sibi uestimenta mea. Item: Lex subintrauit ut abundaret delictum. Oportet hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant. Malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis. In huiusmodi locutionibus coniunctio ut, non causam finalem, sed consecutionem, aut euentum, seu sequelam designat: quemadmodum dicimus, Ita euenit, ut putauit. Neque enim deus homo est, ut agat poenitentiam. Venerunt dies eius, ut moreretur. Post haec factum est ut moreretur. Praedictarum locutionum sensus est: Haec sic facta sunt, ut implerentur scripturae. Lex ita subintrauit, ut abundaret, seu augmentum sumeret delictum, hoc est, ex lege subintrante delictum abundauit. Malum coram te feci, ita ut iustificeris. i. iustus & uerax appareas in sermonibus tuis. Sic quod dicitur Isaie ix. de puero Iesu: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum: significat non quod puer comedet butyrum & mel eo fine, ut sciat reprobare malum: sed quia puer ita comedet butyrum & mel, ut etiam in comedendo sciat reprobare bonum, & eligere malum. Vnde Athanasius tractans illud: Ut implerentur scripturae prophetarum, Multi cum audiret (inquit) id quod scriptum est: Ut implerentur scripturae, existimabant ea quae fiebant in Christo passio, non ob aliud fieri, quam ut implerentur ea, quae scripta erant: ob id arbitrantur eos, qui haec faciebant non solum in culpa non esse, uerum etiam potius laude dignos: quippe qui his quae scripta erant subseruirent. Nam prophetarum uerba non futura fuissent uera, nisi illi haec egissent. Deinde si, ut Isaiae sermo impleretur, non crediderunt Iudaei, non ipsi accusandi propter incredulitatem, sed is potius, qui haec praedixit, propter quem completa sunt. Verum huiusmodi obiectio multum (inquit Athanasius) abest a ueritate. Neque enim Propheta his causam praebuit, sed prauidens quae futura fuerant annunciauit: neque ipsi Iudaei tanquam subseruientes propheticis sermonibus, facinus perpetrarunt: sed propria sponte fecerunt, ut ipsi magis fuerint in causa, propter quam haec de illis mala loqueretur Propheta. Dominus noster Iesus Christus passus est non propter seipsum, nec propter hoc ut impleretur sermo Prophetae, sed propter nos liberandos, pro peccatis nostris induit carnem nostram, in qua pateretur pro nobis, & sanguinem seque ipsum offerret deo patri. Et hoc prophetae futurum praedixerunt, figurantes haec omnia in ceremonijs et sacrificijs suis.

Quem

Quemadmodum in agnis, arietibus, uittulis, columbis, ceterisque ueteris legis sacrificijs omnia erant plena sanguinis: ita & in agni nostri, qui est dominus Iesus, immolatione omnia erant plena sanguinis. Clauis in manibus ac pedibus, in capite spinarum aculei, in corde cruenta lancea, a planta pedis usque in uertice uulnera, & guttae decurrentis sanguinis. Omnia quidem sponte a domino Iesu suscepta, sed crudeliter a Iudaeis illata. Neque ergo causa incredulitatis Iudaeorum reijcienda est in sermonem Prophetarum, sed in malam eorum uoluntatem: neque causa, propter quam passus est Christus, est sermo Prophetarum, sed totius humani generis salus. Neque propter hoc solum haec omnia facta sunt in domino Iesu, ut sermo Prophetarum uerus esset, sed ut homo saluus fieret. Et dum haec omnia in Christo sunt adimpleta, simul euenit ut & Prophetarum sermo uerus esset. Sic & lege subintrante secuta est delicti abundantia, non lege operante, sed mala hominis uoluntate per legem peccandi grauius occasione accipiente. Iam de coniunctionibus, quia & quoniam uideamus. Quoniam & quia, in scripturis sacris non semper causales sunt coniunctiones, sed plerumque pro quod accipiuntur. ueluti quod in Matthaeo legitur: Videns Herodes quoniam illudus esset a magis. Interdum sunt solius affirmantis indicia. Quamobrem & congrue interdum possunt praetermitti, permanente sententia salua, quemadmodum in uerbo Christi ad mulierem Samaritanam: Bene dixisti, quoniam uirum non habeo. Interdum etiam neque causam designant, neque pro, quod, accipiuntur, neque sunt solius affirmationis indicia, sed consecutionem notant cum prioritate quadam secundum nostrum modum concipiendi, intelligendi, seu cognoscendi: quemadmodum dicimus, hoc quia fugit de loco in locum, animal est. Manifestum est multis in locis coniunctiones istas ueram causam designare, ueluti cum dicitur: Confidite, quia ego uobiscum sum. Ne timeatis, quia ego tecum sum. Noli timere, quia redemi te. Christus oblatum, quia ipse uoluit. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Vigilate, quia nescitis horam. Euge serue bone, quia super pauca fuisti fidelis. Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti uerba oris mei. Frequenter tamen scripturae sermo utitur coniunctionibus huiusmodi non sic, ut causam designent, sed pro coniunctione quod: ueluti cum significat id quod sequitur, esse uel dictum uel auditum, uel scitum, cognitum ac cogitatum, aut scriptum. Per prophetas dictum est, quoniam Nazareus uocabitur. Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis uocabitur. Tunc confitebor illis, quoniam nunquam noui uos. Creditis quia haec possum facere uobis? Scitis quia pharisaei audito hoc uerbo scandalizati sunt. Scitis quia prope est aestas. Dicite quia dominus his opus habet. Magister, scimus quia uerax es. Scitis quia post biduum Pascha fiet. Dixi uobis quia ego sum. Tu dixisti quia ego sum. Putatis quia ego accusaturus sum uos apud patrem? Tu scis domine, quia amo te. Multi ueniunt in nomine meo, dicentes quia ego sum. Confitebor tibi domine pater caeli & terrae, quoniam abscondisti haec a sapientibus & prudentibus. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Scimus quia bona est lux. Et nunc scio fratres, quia per ignorantiam fecistis. Nunc scio uere, quia misit dominus angelum suum. Quia nemo est in cognatione uestra, qui uocetur hoc nomine. Scientes quoniam hora est iam nos

De coniu-
ctionibus
quod & quoniam,
Math. 1.

Ioan. 4.

de somno surgere. Scientes quoniā qui suscitauit Iesum a mortuis, & nos cum Iesu suscitabit. In omnibus huiuscemodi locutionibus, coniunctiones hę, quia & quoniam, nō causam designant, sed notant id quod sequitur ipsas, esse dictum, scriptum, aut scitum, secundū significationē personę, & uerbi antecedentis. Et poterunt huiuscemodi scripturę sermones interpretari per coniunctionem, q̄, mutatis uerborū sequentiū modis, secundum eiusdē coniunctionis exigentiam, etiam mutata interdū uerbi persona. Quemadmodum sermo Christi ad mulierem Samaritanam: Bene dixisti, quia uirum nō habeo. interpretandum est, bene dixisti q̄ uirum nō habeas, mutato nō solum uerbi modo, sed & persona uerbi mutata. Interpretatur sermo Christi ad Pilatum: Tu dixisti, q̄a rex sum ego. hoc est, dixisti q̄ rex sim ego, seu dixisti me regē esse. Pilatus enim non se, sed Christum dixit regem esse. Mulier autē non Christū, sed se dixit non habere uirum. Talis autē sermonis usus non solum in lege noua, sed & in ueteri est frequens. In Exodo legimus: Scient Aegyptij, quia ego sum dominus. hoc est, scient q̄ ego sum dñs. Nunc cognoui, quia magnus dominus noster. In Iob legimus: Saltem nunc intelligite, quia deus nō æquo iudicio afflixerit me. Quod autē supradictę coniunctiones, interdū neq̄ causam designent, neq̄ pro, q̄, accipiantur: sed necessitatem quandam notent consequentię cum prioritate quadā, secundū nostrum modū concipiendī, cognoscendī, seu intelligendī patet. Quia plerunq̄ ex effectibus uenimus in cognitionem causę, & inde prouenit, ut propter effectum cognoscamus causam esse; ueluti cum uidemus aliquid moueri a se, dicimus hoc esse animal, quia mouetur. Sic in uerbo Christi: Propterea credere nō poterant, quia Isaias dixit. coniunctio quia, nō causam designat. Nam incredulitatis Iudæorū causa fuit, nō Isaię prophetia, sed mala uolūtas eorū. Proinde coniunctio quia, sic large accepta, utriusq̄ sermonem reperimus apud sanctos. Iudæi nō crediderunt, quia Isaias prędixerat eos nō credituros. Isaias prędixerat Iudæos nō credituros, quia Iudæi nō erant credituri. Solent autē sacrę theologię magistri inuestigare, Vtrum deum pręscire aliquid aut uelle, aut uoluisse aliquid, possit esse consequens propositionis causalis uerę. Verbi gratia, utrum sit sententia uera: Pharaon, quia uoluit permanere in peccato usq̄ ad mortem, ideo uoluit deus damnare illum. Et difficultas hinc oritur, q̄a deo nihil potest esse causa, ut aut sciāt, aut uelit alia quid: sed de his in sequentibus libris latius. Nūc autem quantum ad uires coniunctionum causalium attinet, sufficiat scire, q̄ etsi nihil possit esse deo causa, ex qua incipiat aut scire, aut uelle aliquid: quippe qui unico, simplicissimo, & incomprehensibili nobis actu ab æterno sciuit & uoluit, quicquid nunc scit & uult: ipse tamē illo actu sempiterno in creaturis suis, uult unā rem alterius esse causam. Proinde uere dicimus, deum uelle unum esse propter aliud, & deum uelle damnare Antichristum, quia ipse in peccato est moriturus. Quis neq̄ Antichristi peccatum, neq̄ pręsciētia illius in deo, fuerit ipsi deo causa, ex qua incepit uoluntas illa, qua uoluit damnare ipsum. Antichristi pētm erit quidē causa damnatiōis suę, nō tñ erit causa uoluntatis diuinę, quippe quę æterna est atq̄ intransmutabilis: tñ uoluntas illa non

non modo nō est irrationabilis, uerum est & rationabilissima, quia illam damnationem uult ipsi Antichristo in pœnam sui peccati: neq̄ eam uoluisse, si nō ipsum in peccato moriturę pręuidisset. Et idcirco sententię sanctorū super huiuscemodi rebus, ex huiuscemodi coniunctionibus causalibus cōstitutę, conceduntur habita consideratione non ad diuinam uoluntatē increatā, ut illi aliquid significetur esse causa: sed ad res ipsas, quarū unam uult deus esse propter aliam, hoc est, uult unam esse alterius causam. Q̄ si ad diuinā uoluntatem habeat consideratio, coniunctiones illę nō causam, sed consecutionem quandā designant secundū modum cognoscendī nostrum. Quemadmodum dicimus, quia deus uult huic dare uitā æternā, ideo uult ei dare gratiā finalē. Et e contrario, quia deus uult ei gratiā finalē dare, ideo uult ei dare uitā æternam: nō q̄ una uoluntas in deo, sit alterius in eo causa, quęadmodum in nobis: sed q̄ ex eo, quo ipse uere significat aliquid uelle, necessario sequit̄ & ipm uelle aliud. In quibusdā scripturę locis sermo est ambiguus, neq̄ multū refert siue causaliter, siue pro, q̄, dixeris coniunctionē, qm̄ aut q̄a esse acceptā. Ueluti cum dicitur: Confitemini dño qm̄ bonus, qm̄ in seculū misericordia eius. Psalmo 117. tamen si particula sequens, qua dicitur: Dicat nunc Israel, qm̄ bonus. magis in dicitur coniunctionem quoniā, pro q̄ esse intellectā. Tales sunt in scripturis loci multi. Hactenus de prępositionum & coniunctionū causalium uiribus ac significationibus dicta sufficiant. Sunt & alię uoces ac dictiones in scripturis multę æquiuoce & multiphariā acceptę in diuersis scripturę locis, quas uni uersas operosum foret nominare: sed ex harum consideratione poterimus attendere, qd̄ in cæteris q̄q̄ sit faciendum. Ceterum in oibus uocibus ambiguis uarięq̄ acceptis in diuersis scripturę locis obseruanda est regula, ut in sermone diuino ex huiuscemodi uocibus ambiguis & incertis, consideratione habita ad ea, quę pręmittuntur & sequuntur, talem studeamus trahere sententiā, quę regulis fidei sententię sue datis in alijs scripturę locis non repugnet.

Caput secundum, de locutionibus in scriptura sacra ambiguis.

IAM de orationibus ambiguis uideamus. In oibus q̄ maxime potest, interpretis scripturę sacrę, uitare debet sermonē ambiguum, incertū, & incipitem: quem tamen euangelistę atq̄ prophete in scripturis a se æditis nō semper uitauerūt: qd̄ certe credit̄ factum esse spiritu sancto id ipsum prouidēte, ad exercitiū aut utilitatē nostrā. Interpretis tñ cauere debet, ne interpretando scripturas, reddat nobis obscuriores. Non satis igitur consideratē interpretis Latinus uertit, dum quosdā scripturę locos fecit obscuros & ambiguos, q̄ in suo fonte suarq̄ origine scripti omni carēt amphibologia, nisi forte id egerit mouēte spū sancto ad occultandū mysteria, quęadmodum patuit in Ixx. interpretibus. Sed de hoc in superioribus libris. Amphibologia in sacris scripturis, quęadmodū & in alijs sciētis, multis fit modis. Primū propter incertitudinē, aut casū, aut numeros, aut temporē, aut modorū, aut suppositorum, uel incertū est ad qd̄ antecedēs, aut ad quā rem demonstratā sit relata dicitio, aut qualis sit, a q̄ uerbo aut noīe cadat. Frequenter em̄ cōtingit diuersos casus & numeros, diuersas dictiones eisdē syllabis scribi & lris. Et ex horū

Psalmo 117.

Quo dicitur deus uelle unum propter aliud.

Amphibologiam diuersis modis cōtingere.

omnium occasione in scripturis interpretandis error contingit, cum intelligitur casus pro casu, genus pro genere, tempus pro tempore, numerus pro numero, relatio ad antecedens aliquod pro antecedente, signum pro signo, &c. Deinde in scripturis contingit obscuritas amphibologiae, dum incertum & dubium est, quoniam pacto oporteat orationem distinguere, hoc est, diuidere distinctiones atque sententias. Tertio, distinctione certa intellecta, interdum etiam diuersis pronunciandi modis facit errare lectorem: ueluti cum assertiue pronunciat, quod uel interrogando, uel percontando dictum intelligit, aut simpliciter & nude accipitur, quod tamen per ironiam, aut hyperbolen, aut per emphasim, aut alium quouis loquendi tropum est intelligendum. Casus in scripturis multis est ambiguus. Et quia prolixum foret omnia huiusmodi ambigua ex scripturis recensere, sufficiat ex multis pauca colligere: ut ex illis quid in alijs sit faciendum, ualeat studiosus sacrae theologiae lector considerare. In Psalmo ix. cum dicitur: Inimici defecerunt framee in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Ambiguus est sensus, dum uidetur nomen inimici esse nominatiuus pluralis numeri suppositus uerbo defecerunt, & antecedens esse relationis eorum; sed id non sic esse constat ex originali lingua, qua significantur frameae. i. arma, seu uires, seu potentiae ipsius inimici nostri defecisse. Item in Psalmo cxxvij. Ecce haereditas domini filij merces fructus uentris. Nomina illa, filij & merces, intelliguntur esse nominatiui pluralis numeri, ut sensus sit: Ecce haereditas domini sunt filij, quae sunt merces Iesu, fructus uentris Mariae. i. merces, quas filius uentris Mariae suo sanguine mercatus est, quibus & secundum Hebraicam ueritatem possit legi mercis in genitiuo pro eadem sententia. Quod si merces intelligatur nominatiuus singularis mercedem significans, stabit etiam sensus catholicae fidei consonus. Haereditas domini sunt filij & merces eorum est fructus uentris, scilicet Iesu Mariae filius. Quemadmodum & ipse ad Abrahamam ait: Ego merces tua magna nimis. Verbum Prophetarum: Propterea unxit te deus, deus tuus oleo laetitiae. Primum nomen deus, secundum Hieronymum ad Principiam in uocatiuo casu est accipiendum, ut sic dicatur: Propterea o deus, te unxit deus tuus oleo laetitiae. Et in hoc Psalmo sunt loci peculiare, quibus contra Iudaeos demonstratur Messias esse uerus deus. Primus in quo loquitur Propheta in spiritu ad Christum dominum, dicens: Sedes tua deus in seculum seculi. Secundus, in quo loquitur ad eundem: Propterea o deus, unxit te deus tuus. Tertius, in quo loquitur ad ecclesiam: Audi filia, & uide, &c. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est rex dominus deus tuus. Sic quod dicit Apostolus ij. ad Thessaloni. iij. Propterea consolati sumus fratres in uobis. Dubium est an, o fratres, an hoc fratres sit intelligendum; sed Graeca lingua hoc casus pares non habet, & ideo illa inspecta soluitur ambiguitas, renunciatumque uocatiuus o fratres. Item ij. ad Timoth. iij. Erit tempus cum sana doctrina non sustinebunt, sed secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. Ambiguus est sensus, in eo quod prurientes potest esse casus aut nominatiui, aut accusatiui; sed inspecta originali lingua, uidebitur nominatiuus esse pluralis, non accusatiuus, quemadmodum & ex diuina Ambrosij interpretatione

Amphibologia propter incertitudinem casuum.

Psalmo 9.

Psalmo 44. ex quo conuincitur Messias esse uerus deus.

pretatione est manifestum. Et ita significatur, quod ipsi sanam doctrinam non sustinentes, sed prurientes auribus coaceruabunt sibi magistros. Item quod apud Paulum dicitur: Verbum consummans & abbrevians in aequitate. ambiguum Rom. 1. habet sensum propter incertitudinem casuum; sed diligenter inspecta Graeca lingua uidebitur uox illa, uerbum, esse casus accusatiui, consummans autem & abbrevians nominatiui masculini generis, ut sensus sit: deus consummans est, & abbrevians uerbum suum, scilicet Christum, uel doctrinam suam. Unde subditur: Quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram. Sic quod dicit Apostolus. i. ad Cor. 1. Quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum dei 1. Cor. 1. est, fortius est hominibus: incertum est, an hoibus sit datiuus, an ablatiuus casus, sicut dicimus: hoc est quid sapientius mihi, & hoc est quid sapientius me. Et huiusmodi amphibologia uitari poterat, si uertisset interpres: Quod stultum est dei, sapientius est quam homines: & quod infirmum est dei, fortius est quam homines. Ac si dicat: Stultitia ac imbecillitas dei, utpote praedicatio crucis Christi, quae stulta & imbecillis uidetur impijs, fortior & sapientior est, quam homines huius mundi, dum ipsa etiam homines fortes, reges & sapientes huius mundi transfert in obedientiam Christi. Sic et in cantico Mariae quod dicit: Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae. nomen Israel non intelligit esse nominatiuus suppositus uerbo suscepit, tanquam significaret populus Israel suscepisse puerum suum Iesum, quia illa sententia sequenti non coheret, qua dicitur: recordatus misericordiae suae, sed intelligit esse accusatiuus, ut sit sensus: Dominus deus, qui in superioribus uersibus legit respexisse humilitatem ancillae suae, & fecisse magna, & exaltasse humiles, & diuites dimisisse inanes, suscepit Israel puerum suum, seu populum Israel, recordatus misericordiae suae olim promissae. Sic quod dicit: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. intelligitur Abraham esse datiuus casus, non genitiuus, ut sensus sit: potens est deus ipsi Abraham suscitare filios de istis lapidibus. Sic & Israel intelligitur datiuus casus in illa Apostoli interrogatione, qua dicitur: Si in tempore hoc restitues regnum Israel: hoc est, ipsi Israel, seu populo Israelitico. Item in Hieremia quod Christus loquitur: Foderunt foueam animae meae. datiuus casus, non genitiuus intelligitur, quod dicitur animae meae, ac si dicat: Parauerunt animae meae tollendam foueam mortis. Et quod in Actis apostolorum dicitur: Apparuerunt apostolis dispartitae linguae tanquam ignis. genitiuus casus intelligitur esse ignis, non nominatiuus. Quod dicit in Psalmo cxvij. Praeueni immaturitate & clamaui. non distincta praepositione legendum est, sed una uoce, immaturitate, a nomine immaturitas, tanquam dicat: praegreui tempore immaturo, seu intempesta nocte. In Psalmo lxxix. legitur: Incensa igni & suffossa ab increpatione uultus tui peribunt. Secundum Psalterium uetus & secundum Hieronymum, aliosque habet recursum ad originale linguam, noia illa, incensa & suffossa intelliguntur femini generis, casus nominatiui, quibus substantiuum est uinea, ut intelligatur uinea esse succensa igni, & suffossa, & incensores significantur perituri ab increpatione uultus. Verum Augustinus, Cassiodorus innixi translationi uulgari, intellexerunt ea esse pluralis numeri, supposita uerbo peribunt. Caeterum quemadmodum incerta & ambigua sit sententia, dum una dictio

Amphibolo dictio in diuersis casibus, aut temporibus, aut numeris parē habet sonum, literas ac syllabas: Ita fit sensus ambiguus seu obscurus, dum diuersae dictio- nes in aliquo casu, uel tempore, aut numero parē habent sonū, parē literarū aut syllabarū ordinē. Aliud nomen est os ossis, aliud os oris: aliud uerbū que- ritur a deponēti uerbo queror, aliud uerbū quæritur passiuum a uerbo acti- uo quæro. Aliud uerbum uenit passiue significationis a uenio, qd significat uenundari, aliud uerbū uenit neutralis significationis a uenio. Item alia sunt noīa: iustum, bonū, malum, neutraliter & substantiue accepta, pro iustitia, bo- nitate, & malitia seu pctō: alia uero adiectiue accepta pro iusta, bona, & mala persona. Sic & in alijs multis, quorū occasione potest in scripturis exponēdis error contingere. Veluti cum dicit Propheta in persona Christi loquētis ad patrem: Non est a te absconditū os meum, quod fecisti in occulto. Incertū est an os ossis intelligatur, an os oris: sed hæc ambiguitas soluit ex perspecta ori- ginali lingua, quæ nō oris, sed ossis significationem habet. Proinde Hierony- hanc incertitudinē sustulit, transferens pluraliter: Non sunt operata a te ossa mea, quibus factus sum in abscondito. Loquitur filius de ossibus formę hu- manæ, formatae spūs sancti operatione in occultis Marię castis & uirgineis uisceribus. Sic quod dicit Apostolus ad Rom. ix. Dicis itaq; mihi, qd adhuc queritur, ambiguum est, dum incertū relinquitur, an uerbū illud querit, a uer- bo deponēti queror, an potius passiuū sit a uerbo actiuo querere: sed hęc am- phibologiam sustulerunt probati interpretes, transferētes: Dicis itaq; mihi, qd adhuc conqueritur: ac si dicat: Si deus cuius uult miseret, & quē uult in- durat, quid adhuc querimonia contra hoīem peccantē: Cur accusat, culpa- tur, reprehendit peccator, qui nō potest resistere diuinæ uoluntati: Cum dicit Apostolus 1. ad Cor. iij. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, uerbum querit passiuum est a quero, ut sensus sit: Hic iam querit .i. requiritur, exigitur. Sic & in uerbo Apostoli 1. ad Cor. x. Omne quod in macello uenit manducate, significat omne qd in macello uenundat mandu- cate. Sic & orationes, quibus dicitur: Auferte malum a uobismetipsis, 1. ad Corinθ. v. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucē tenebras, & tenebras lucem, Isaia v. Noli uinci a malo, sed uince in bono ma- lum, ad Rom. xij. Vix pro iusto quis morit, nam pro bono forsitan qs audeat mori. Rom. v. Libera nos a malo, similesq; locutiōes sunt ambigæ, dum in- certum relinquitur lectori, an hæc oīa: iustum, bonū, & malum substantiue in- telligantur accepta pro rebus ipsis, pro iustitia inquam, bonitate, & malitia, seu peccato: an potius adiectiue, pro ipsis personis bonis aut malis. Vnde & Augustinus huius occasione primū deceptus in uerbo Apost. 1. ad Cor. v. di- centis: Auferte a uobismetipsis malum, interpretas malum acceptū esse pro malitia seu pctō: sententiā retractauit, docēs malū adiectiue illic esse acceptū, ut sensus sit: auferte eum, q. malus est a uobismetipsis. & ille est sensus, quem Apost. ex superioribus cōcludit ibidē de hoibus fornicarijs, adulteris, alijsq; criminosis extra cōmunionem ecclesie eijciēdis. Quod apud Isaia legimus: Væ qui dicitis malū bonū, & bonū malum: utrolibet modo potest intelligi, quis

quamuis significatius, si Hieronymo credimus, hoc interpretatus sit Aquila: Væ, qui dicunt malo bonus, & bono malus es. Contra uero Augustinus in Enchiridio, non de hōe, sed de re ipsa docet intelligendū esse. Voce enim prophetica arguitur (inquit) nō qui hominē malum, utpote adulterū, quē pu- tat castum, dicit bonum: sed qui adulteriū ipsum dicit bonum esse. Verum in scripturarū uersionibus seu interpretationibus magis ualet Hieronymi, q̄ Augustini autoritas. Neq; tñ falsam dedit August. sententiam, sed uerā, licet apostolico sensui impertinentē. Alius est modus dicendi, malo bonus es, qui prohibet: alius modus, quem docet August. nō esse arguendū. Sic diuus Hierony. ad Algasia, quæstione vij. in uerbo Apostoli ad Rom. v. Vix pro iusto quis morit. Nam pro bono forsitan qs audeat mori. iustum & bonū nō masculinē, pro persona iusta aut bona, sed in neutro substantiue, pro ipsa bo- nitate & iustitia docet esse accepta. Origenes aut utroq; modo differit, & pro iusto uidelicet & bono uiro, & pro iusta & bona causa. Ambrosius iusti uo- cabulum retulit ad personam. Pro intellectu aut sermonis illius apostolici, sciendum sermonem Apostoli in eodē capite præmissum: Vt quid em̄ Chris- tus cum adhuc infirmi essemus, secundū tempus, pro impijs mortuus est. ha- bere amphibologiam, in eo quod particula hæc, secundum tempus, potest res- ferri aut ad id, quod præcessit, ut dicatur: Vt quid cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, nondū scilicet confortati uirtute euangelij ad aliqd bene operadum, Christus pro nobis impijs mortuus est: aut ad id quod sequitur, ut dicatur: secundum tempus pro impijs mortuus est, quo significatur, Chris- tus ad tempus solum breue fuisse mortuus, quippe qui die tertio resurrexit. Vterq; sensus est apostolicus, suosq; probatos habet authores. Voluit enim textus significare Christū pro hoibus adhuc impijs mortuū esse, ut spes nos non confunderet, & ipse suā eximiam erga nos charitatē declararet, quam ob- rem subiunxit: Vix em̄ pro iusto qs moritur. tanq̄ dicat: rarus est inter hoies, qui pro iusto seruado uelit subire mortē, nam pro bono forsitan quis audeat mori. tanq̄ dicat: nam demus, q̄ pro bono forsitan quis audeat mori, sed Chri- stus tñ charitatem suam magis, q̄ ille erga nos commendat, sua sponte ample- ctens mortem pro nobis malis & impijs. Neq; oportet hic sollicitū esse lecto- rem, ad inueniendū discrimen inter bonum & iustū, tamen si differant in ratio- nibus secundū nomina sua. Secundum Tertullianū & Chryostomū, malum in oratione dominica accipitur masculinē, pro maligno seu diabolo. Alij ue- ro contendunt illic malū accipi pro re mala, seu malitia huius mundi, seu ma- lo quod habitat in carne nostra. In uerbo Apost. ad Rom. xij. Noli uinci a ma- lo, sed uince malum in bono. bonum pro ipso beneficio, malum uero pro in- iniuria esse accipiendū, patet ex serie textus. Vnde præmisit: Nulli malū pro malo reddentes, sed prouidentes bona, &c. Mihi uindictam, & ego retribuā. Si esurierit inimicus, ciba illum, & sic uince malū. i. iniuriā eius, & malitiā uo- luntatis ipsius in bono seu beneficio tuo, hoc est, per tuū beneficium illi ex- hibendum. Item, hic, pronomen. i. iste, & hic, aduerbium, id est, in hoc loco, in scripturis sacris interdum fecerunt errare expositores. In uerbis Christi: Ecce plusquam

Vix pro iusto quis moritur.
Rom. 5.

Tertullianus.
Chryost.

Lucæ 11. Hierony. 1. Cor. 13. Rom. 7. De nomine virtus Amphibologia propter incertitudinem antecedentis & suppositi. Abacuc 3. Ibidem.

plusq̄ Salomon hic. Ecce plusq̄ Ionas hic, maior tēplo dei hic, annotauit Hieronymus, in omnibus istis locutionibus. hic, esse aduerbiū, non pronome, ut significetur in hoc loco persona esse dignior & maior, q̄ fuerunt Salomon & Ionas. Item ambiguus est sermo Apostoli ij. ad Cor. xij. dicētis: Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus sathanæ, qui me colaphizet: propter q̄d ter dñm rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi: Sufficit tibi Paule gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficit̄. Libēter igit̄ gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chr̄i. Multiplex hic est amphibologia. Primum propter nomē, stimulus carnis, q̄ scdm̄ interpretationē doctorū ueterū intelligit̄, aut aduersa corporis ualuetudo, ut capitis dolor, quē admodum sentiunt Hierony. & Theophylactus, aut pressura aduersariorū, quemadmodū sentit Ambrosius. Uterq̄ sensus consonus est sentētijs consequētibus. Secundū quosdam aut̄ intelligit̄, stimulus esse motus libidinis, q̄ est ex lege membrorū, seu ex pctō fomitis in carne, ad illicita stimulans. De qua dicit ad Rom. Inuenio legem in membris meis repugnātem legi mentis meę. Sed huic sentētię nō sic cohærēt ea, quæ sequunt̄ & premittuntur, quibus significat se gloriari in infirmitatibus, & placere in contumelijs, persecutionibus, & angustijs pro Christo. Deinde obscuritas est in eo quod dicitur: Nam uirtus in infirmitate pficitur. Hoc em̄ accipi potest tanq̄ dictum Pauli, quod alij uere & recte sentiūt accipiēdum esse nō tanq̄ sit uerbum Pauli, reddētis causam responsionis Christi, sed tanq̄ pars eius, q̄d Christus ipse Paulo respondit, dicēs totum hoc: Sufficit tibi Paule gratia mea, nā uirtus in infirmitate perficitur. Tertio est obscuritas in noīe uirtus, q̄d ex originali lingua discimus acceptū esse nō pro uirtute contraria uitio, sed pro uirtute contraria infirmitati. i. pro potētia, robore, seu fortitudine, & nō pro uirtute Pauli, sed pro fortitudine Christi, ut sensus responsionis Christi sit talis: Sufficit tibi Paule gratia mea, nam in infirmitate tua, seu imbecillitate ac impotentia tua, uirtus seu potētia mea perficitur, hoc est, pfectior, probatior fit in te, illustriorq̄ tibi uideē. Et huic sententię cohærere uidetur conclusio Pauli ex responsione sibi a Christo data concludētis: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Verum q̄a uirtus seu robur Christi inhabitans nos, est qua nos sumus potentes, fortes, alacres. Idcirco nihil detrahit̄ sensui scripturæ, si dicatur uirtus etiam accipi pro uirtute, quæ in nobis a Christo est, qua & nos fortes sumus. Vnde subdit: Quādo em̄ infirmior, tūc fortior & potens sum. Amplius & hic sciendū: Quemadmodū ambiguus seu obscurus sermo contingit in scripturis propter incertitudinē casuum aut dictionum: sic & multi sunt in scripturis sermones ambigui propter incertitudinem antecedētis, & propter incertitudinē rei suppositæ uerbo. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamenta eius usq̄ ad collū. ambigue dicitur, eo q̄ incertū relinquitur, ad quodnā antecedens pertineat relatiuum eius, an uidelicet ad domum cuius sunt fundamenta, an ad caput, uel ad impiū cuius est collum. Similiter q̄d dī: Egredietur diabolus, ante pedes stetit eius, & mensus est terram. Incertū est q̄s steterit, an uidelicet diabolus,

lus, de quo immediatus erat sermo antecedens, an potius ad deum mediate antecedentē: sed hęc obscuritas absoluetur infra, in expositione cantici Abacuc. Quod Ioan. viij. dī: Diabolus cum ex proprijs loquit̄, mendaciū loquit̄, quia mendax est & pater eius. sermo ambiguus est etiam in originali lingua Græca, cum incertū est, an eius referat̄ ad diabolum, an potius ad mendaciū. Sed ecclesiastici patres: Chrysostrōmus, Hierony. Augustin. & cæteri ad mendacium retulerūt: ut diabolus esse non mendax solum, sed & mendaci pater esse significaret̄. Manichei aut̄ stulte æstimantes diabolum habere patrē, qui est omniū malorū principium, retulerunt ad diabolum. Sic in eo q̄d dicit Apostolus 1. ad Cor. ij. Animalis homo nō percipit ea, quæ sunt spūs dei. Stultitia enim est illi, & nō potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Obscuritas contingit, per quam & fallunt̄ pleriq̄ lectores, non accipiētes uerum suppositum uerbi examināt: q̄d sane uerbū pertinet nō ad hoīem carnalē seu animalē (ut ille homo animalis intimetur spiritualiter examinari) sed ad id, q̄d est stultitia homini animali, hoc est, ad id, q̄d est spūs sancti mysterium, seu beneficium nobis collatū per Iesum Christum, ut uidelicet hęc mysteria & beneficia per spiritū fidei in Iesum exhibita nobis, intimentur ab apostolo Paulo examinari seu dijudicari spiritualiter. i. per spiritum, q̄ cognoscimus ea, quæ a deo per Christum crucifixū donata sunt nobis. Vnde & coniūctio, q̄a, in uerbo illo Apostoli, nō causaliter, sed pro q̄, uidetur accepta: animalis homo existimāns mysteriū fidei nr̄æ esse stultitiā, nō potest intelligere seu cognoscere, q̄ hoc spiritualiter examinēt̄ seu dijudicetur. Proinde & interpretes quidam tollētes hanc obscuritatē, reddiderunt sensum Apostoli apertiorē hoc pacto: Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spūs dei, stultitia em̄ sunt illi: & nō potest intelligere, q̄ illa spiritualiter examinent̄ seu dijudicent̄. Si tñ placeat cuiq̄ coniūctionem q̄a, causaliter accipere, nō erit absotus sensus, modo tñ uerbum examināt, non intelligatur appositū esse homini animali, sed ei, q̄d est homini animali stultitia, quale est id, quod spiritu fidei in Iesum crucifixū credimus. Animalem hominē (inquit Theophylactus) appellat Apostolus hominem naturalem, q̄ suo sensu fertur, qui nolens admittere quicq̄ per fidem & credulitatem, existimans omnia naturali quodā cursu fieri, arbitratur oīa esse stulta, quæ naturali ratione probari nō possunt. Sic quod dicit Apostolus ad Rom. vij. Lex in hoīe dominatur quanto tpe uiuit. ambiguū habet sensum, propterea q̄ incertū potest esse, utrū accipiendum sit, q̄ diu ipsa lex uiuit, an potius q̄ diu ipse homo uiuit. Verum considerantibus ea, quæ sequuntur, uidebitur sensus esse, q̄ diu uiuit ipsa lex: nam Paulus posuit legem loco uiri, & hominem uice uxoris. Quemadmodū enim mortuo uiro, liberat̄ uxor a debito uiri: ita mortua lege Moyfi, liberatus est homo a lege illa. Viuit autē lex illa, q̄ diu statum & uigorē habet: mortua aut̄ dicitur, q̄n̄ desijt habere uigorem: & secundū hunc sensum interpretatur glossa marginalis, simul & interliniaris, & Theophylactus, qui sic loquitur: Lex ipsa uiro similis potest uideri, uos uero similes fœminæ. Proinde ut ita prosequeretur Paulus, exigebat oratio: Itaq̄ fratres nihil amplius uobis lex dominat̄, q̄ mortua sit. Sustinuit

tamen huiuscemodi dicere, ne Iudæos offenderet, sed sensum illum tacite expressit dicens: Itaq; fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut scitis alterius, scilicet Christi, qui ex mortuis resurrexit. debuit dicere: mortua est lex uobis per Christi incorporationē. Sed ne Iudæos offenderet, maluit dicere: Mortificati estis legi per Christi corpus, hoc est, per corpus Christi pro uobis in mortē traditum, liberati estis a dominio legis. Moritur uxor uiro suo, qm̄ uir suus moriē, q̄a tunc a dominio uiri liberat. Et secundū sensum quēdam dī utrūq; Vir mortuus est uxori, & uxor item mortua est uiro. Ita utrūq; dicimus: Lex uobis mortua est, & uos mortui estis legi. Amplius autē sciendum est, Quemadmodū apud Latinos plerūq; diuersę dictiones eisdē scribuntur literis, ita & tale quid reperitur etiam apud Hebræos, quemadmodum testatur Hieronymus ad Damasum, quæsti. ij. Omnis (inquit) Iudæa conclamat, & synagogarū subsellia consonant uniuersa, eundē sermonē Hebraicis literis scriptū, diuersas apud eos & uoces & intelligentias habere. Ex quibus exempli causa unum ponimus, ut quod dicimus perspicuum fiat, duo nomina Hebraica, quorū unum significat pastores, aliud uero amatores, eisdem literis apud Hebræos scribuntur: sed pastores roin, amatores uero reim, & leguntur, & proferuntur. Vnde & sacrę theologię magistri plerūq; falluntur in suis commentarijs, non recte affecti sensum authoris, & id quidem interdum ob ignorantia uocabuli, interdū ob uitium interpretis, interdum ob deprauationem codicis. In uocabulo melotes, quo significantur pelles ouille, dum intellexit diuus Thomas camelorū pelles, fallitur quidē, sed nō perniciosē fallitur. Pręterea & interdū est in eodē scripturę loco incertitudo diuersarū sententiarū, propter diuersitatem interpretū, & codicū diuersis patribus etiā orthodoxis & catholicis eundem scripturę locum diuersimode interpretantibus, propterea q̄ diuersis usi sunt codicibus, diuersis interpretibus: quemadmodum in superiori libro declarauimus. Primg ad Cor. xv. Græcorū codices inter se discrepant, & contrarios habent inter se sermones. Quidam habent: Ecce mysteriū uobis dico, oēs q̄dem dormiemus, sed nō oēs immutabimur. Hic sensus nō est cōtrarius sensui uulgatę æditionis nřę. Neq; em̄ repugnant sermones, oēs quidē resurgemus, oēs q̄dem dormiemus. Alij uero hñt contrariū sermonē: Ecce mysteriū uobis dico, nō oēs q̄dem dormiemus, oēs tñ immutabimur. Et hūc sensum secuti sunt ueteres: Tertullianus, Chrysof. & Theophyla. Vnde & hęc Græcorū codicū uarietate fuisse etiam ante mille annos sub Hierony. seculo patet ex epistola eiusdē ad Minerū & Alexandrū ostendentis præfatū Apost. locū sic bifariā legi apud Græcos, præferētis quēdē hęc, qua nūc utitur ecclesia, nō damnātis tñ alterā tanq̄ hæresim, aut contrariam fidei orthodoxę. Ex recentioribus diuus Thomas utrūq; cōmemorans, neutrā reijcit ut hæreticā. Deinde & August. de Ciuita. dei, hoc in loco tradit etiā Latina exēplaria esse uaria, & in quibusdā esse: Omnes quidem resurgemus. In alijs autē: Omnes quidem dormiemus. Sed ne propter hęc uarietatem q̄s arbitret fidei articulos fuisse ambiguos apud antiq̄s p̄res catholicos: & alios quēdē sic, alios autē aliter ea q̄ in resurrectionis articulo sunt fidei, docuisse. Sciendum

Hierony.

Latinorū & Græcorū codices uarios esse.

1. Corint. 15. Oēs quidem resurgemus.

Sciendum est, q̄ neq; in hac, neq; in priore lectione est quicq̄, propter q̄d aut conturbetur Christiana fides, aut negetur mortuorū resurrectio, cum utraq; lectio suam habeat sensum catholicū, aut pium saltē, & orthodoxis patribus nondū damnatū. Prior: Oēs, tam reprobis scilicet, q̄ electis, resurgemus ad uitam corporalem, incorrupta quidem integritate membrorū, sed non omnes immunes a dolore poenarum: quia nō omnes immutabimur in melius, seu in immortalitatis gloriam. Posterior autē lectio sensum habet hunc: Non omnes dormiemus in puluere, ueluti qui in aduētū domini reperiemur uiui, omnes tamen immutabimur in melius: intelligendo omnes, non absolute, sed eos omnes, de quibus illic loquitur sermo apostolicus: qui uidelicet sunt Christiani fratres, seu per Christum facti cœlestes, de quibus & præmiserat: In Christo omnes uiuificabuntur. De quibus & subiungit: Canet tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, hoc est, mortui in puluere resurgent incorrupti, & nos qui reperiemur uiui in aduētū domini, immutabimur in statum felicitis immortalitatis absq; dormitione in puluere. Vtrum autē hi, qui in aduētū domini reperiuntur uiui, sunt subito morituri, & in momento reuicturi, in quætionem uertitur apud patres, quibusdam dicentibus, q̄ sic, propter scripturas: Statutum est omnibus semel mori. In Adam omnes moriuntur. Item: Quod seminas nō uiuificatur, nisi prius moriatur. In omnes homines mors pertransiit. Alijs autē contrarium asserētibus propter hunc sermonem Apostoli, secundum Græcorū codices intellectum. Et propter uerba eiusdem in 1. ad Thessalonicenses: Hoc uobis dicimus in uerbo domini, q̄ nos, qui uiuimus, qui residui sumus in aduētū domini, nō præueniemus eos, qui dormierunt: sed mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos, qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo. Ex quibus arbitrantur Apostolū asseruisse eos, qui in aduētū domini reperiuntur uiui, non morituros. Cui sententię conuenire uidetur, quod in regula fidei confitemur Christum uenturū esse, & iudicaturum uiuos & mortuos. Qui & scripturas loquentes de omnibus semel morituris, interpretantur esse accipiendas secundum legem communem, id est, secundū debitum naturę ex Adam propagatę: quemadmodū beata Maria si fuerit sibi dimissa, hoc est, per dei gratiam in præuiso merito filij sui non præuēta aut præseruata, utiq; fuit concepta sub originali culpa: Ita & qui in aduētū dñi reperiuntur uiui, utiq; morientur, si dimitterentur suę naturę, secundū cursum, seu periodum suę naturę debitū, & non præuenirentur bonitate dei rapientis & præuenientis. Vtriusq; sententię meminit Hieronymus, meminit Augustinus, meminit & Ambrosius in commentarijs 1. epistolę ad Corinthios, capite xv. neutram damnans. In iij. tamen capite primæ ad Thessalonicenses, docens eos in ipso raptu morituros: quam sententiā etiam præferunt Hieronymus & Augustinus. Vnde neq; oportet de hac re facere rixas & contentiones, aut pertinaciter unam aut alteram sententiā defendere, donec pia hæc magistrorū dissensio ex scripturis orta, per iudiciū ecclesię aut per scripturas fuerit definita. Dñs in euangelio dicit: Hora ueniet, in qua oēs, q̄ in monumentis

An oēs hofes sint morituri.

eis sunt, audient uocem filij, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectione uitae: qui uero male egerunt, in resurrectionem iudicij. Ioannis v. Ex quo uerbo discimus, quod oēs qui in monumentis sunt, & iusti, & iniusti sunt resurrecturi, cap. v. Item capite vi. Omnis qui uidet filium & credit in eū, habet uitā eternā, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Qui manducat meā carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die, ut omne quod dedit mihi pater, nō perdam ex eo, sed resuscitē illud in nouissimo die. Ex his uerbis consequēs uidetur, omnes iustos esse in nouissimo die resuscitandos, & ita omnes morituros. Quam sententiam uideretur & approbare uerbum Apostoli: Inspiciens tu qd seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Verum possent huiuscemodi scripturae limitationem recipere secundū sensus supradictos. Similis interpretū & codicum uarietas est in eo quod legitur ad Roma. v. Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem prauaricationis Adg. Vbi Origenes, Ambrosius, & Augustinus magis probant, quod in alijs codicibus Latinis legitur absq; negatione, hoc pacto: Ab Adam usq; ad Moysen etiam in eos, qui peccauerunt in similitudine prauaricationis Adg. Sed de hoc in alijs. Nunc sufficiat obiter indicasse, ne turbetur studiosi, qui legunt uel Ambrosij, uel Origenis, uel Augustini commentarios. Talis fuit quibusdam in locis inter sanctos doctores diuersitas ob codicū uarietate, cum pace tamen & unitate catholice fidei: scientes ex alijs scripturae locis, deum conclusisse omnia sub peccato, & oēs peccasse, & egere gloria dei: & neminem, neq; infantē unius diei, posse saluū fieri absq; sanguine Christi. Et idcirco apostolum Paulum hic nō dixisse, ullos homines nō habuisse unq; peccatum, aut nō peccasse: sed qd non peccauerint ad illius similitudinē, hoc est, qd nō grauer, neq; accepto mandato, cuius transgressio proprie prauaricatio dicitur. Item quod nostri codices apud Marcum habent: Surgens autē Iesus, mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem demonia. Hoc Hieronymus questione iij. ad Hedibiam, dicit a plerisq; non recipi, propterea quod in raris fertur euangelijs, omnibus pene Grecis libris hoc capitulum in fine non habentibus, praesertim cum diuersa atq; contraria euangelistis cæteris narrare uideatur. Sed de hoc in tractatu sequenti, in capitulo, de apparentibus scripturarū contrarietatibus. Sic quod nostri codices communes ij. ad Corinth. iij. habent: Et non quemadmodum Moyses, ponebat uelamen super faciem suā, ut non possent intendere filij Israel in faciem eius, quod euacuatur. Veteres codices Latini habent finem pro faciē, ut non possent intendere filij Israel in finem eius, quod euacuatur. Sic legit Ambrosius & Chrysostomus, & Theophylactus. Sic uniuersi interpretes ex originali docent uertendum esse. Relatiuum autem, quod, refert non accusatiuum finem, sed genitiuum eius, scilicet testamenti. Christus est finis eius, scilicet ueteris testamenti, quod tanquam umbra seu figura perit, Christo uera luce in fine legis illius apparente. In hodiernum usq; diem non potest carnalis Iudæorum populus intelligere, quod uetus lex finē habeat in Christo. Vnde ambiguus

tas interdum soluitur ex inspecta originali lingua. Interdum autem etiam ex illa lingua solui non potest, ueluti quod dicit Apostolus r. ad Corinthios vi. Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite, seu ut alij habent, constituitis ad iudicandū. In lingua Graeca, secundum quam factus est ab apostolo Paulo scripturae sermo, anceps est sententia, propterea quod uerbum illud constituitis, potest uerti aut per imperatiuum, ut dicatur constituite, aut per indicatiuū, ut dicatur cōstituitis. Et hinc iam prodeunt diuersae ecclesiasticorum patrum sententiae. Ambrosius intelligens uerbum esse praesentis temporis, interpretatur Apostolum non iubentis aut consulentis, sed obiurgantis animo locutum esse: secundū quam interpretationem pronuntiabitur oratio, sono Corinthios obiurgantis, quod negotijs iudicandi praesicerent quaslibet etiam uiles personas. Augustinus uero, Theophylactus, cæteriq; intelligentes uerbum esse imperatiui modi, exponunt Apostolum imperare Corinthijs, etiam contemptos Christianos huic negotio potius esse praeficiendos, q̄ ad infideles seu ethnicos iudices ire. Sunt & aliae orationes innumeræ in scripturis sacris, secundum sensum grammatices ambiguae, quarū ueras sententias prudens quisq; lector ex alijs scripturae locis, & ex circumstantia literæ, facile poterit deprehendere, habita consideratione ad fidei regulas, ueluti in eo, quod dicit Euangelista de apostolis: Dedit eis Christus potestatem spirituum immundorū. non intelligitur potestas, quam habent spiritus immundi, sed potestas, ius, seu autoritas aduersus spiritus immundos. Quemadmodū Lucas plano sermone expressit: Dedit eis potestatem super omnia daemonia. Frequens est in scripturis usus orationis huius secundū sensum talem, ut potestas uitæ & mortis, id est, potestas super uitam & mortem: dedit ei, scilicet Christo, potestatem omnis carnis, hoc est, supra omnē carnem: dedit ei potestatem eorū, id est, supra ea, quæ sunt super terram. Secundū alium uero sensum accipiuntur orationes, quibus dicit: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Item: Ut inhabitet in me uirtus, aut potestas, seu fortitudo Christi. Neq; em̄ hic potestas, aut uirtus, aut fortitudo altissimi, aut Christi, intelligitur potestas aut uirtus aduersus Christum, aut supra Christum: sed ea potestas & uirtus, quæ est a Christo. Item eius quod dicit Apostolus: Virtus peccati lex. non est sensus, quod uirtus aduersus peccatum supra peccatum impediendum ac destruendum sit lex, neq; qd lex sit uirtus a peccato: sed quod lex sit uirtus quodammodo effectiua peccati, hoc est, robur seu potestas ad peccatum, ut genitiuus peccati, intelligatur magis esse rectus ex ui causæ efficientis, secundū eum modum causæ, per quem aliquid est causa per occasionem, perinde atq; salutaris correctio, seu admonitio, est homini contumaci causa peccandi. Causam dico per occasionem. Causa uero peccati proprie dicta, est peccatū habitans in carne nostra, nos ad peccatū stimulans. Vnde considerādi sunt sermones Apostoli ad Roma. vij. non dixit: mandatū occidit aut seduxit me, aut operatū est in me omnē concupiscentiā, sed hæc omnia tribuit peccato. Peccatū (inquit) per mandatū operatū est in me oēm concupiscentiā. Et infra declarans & interpretans, quō per mandatū

Codices Gregos aliqui eā ambiguos.

Math. 10.

Lucæ 10.

Ioan. 17.

Lucæ 1.

1. Cor. 13.

Causa peccati.

Dñi ē salus.

Charitas dei
bifariā intel-
ligitur.
1. Ioan. 4.

Rom. 5.

Iustitia dei
bifariamun-
telligitur.

Rom. 10.

Psalmo 118.

Causat ob-
scuritātē, q̄
Græci p̄ ab-
laciō, q̄ ca-
rent, v̄ritur
datiō
Mortuum
p̄tō quid.

p̄t̄m. Peccatū (inquit) occasiōe accepta per mandatū seduxit me, & per illud occidit. Vnde & huius consideratione lex iram operatur. Sic in eo qd̄ dicit: Domini est salus. significatur uno modo salus, quæ in deo, imo quæ est ipse deus, qui salus nostra: alio modo salus, quæ est nobis a deo, quemadmodū dicit Propheta: Domini est salus, hoc est, a domino est nobis salus. Similiter charitas dei bifariam: Vno modo increata, quæ est in deo, qua scilicet ipse nos diligit, quæ est ipse deus, quemadmodū ait apostolus Ioannes: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet. Sunt qui hoc pacto accipiunt, qd̄ dicitur in fine viij. capitis ad Rom. Quis nos separabit a charitate, quæ est in Christo Iesu domino nostro? Alio modo charitas dei intelligitur ea, quæ est a deo in nobis creata, qua nos diligimus illum, de qua loquitur Apost. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis: tametsi & illic iuxta unam Augustini expositionē posset intelligi increata charitas, deus spūs sanctus, a deo missus ad inhabitandū corda nostra. Item iustitia dei bifariam accipitur: Vno modo in deo iustitia est, qua ipse iustus est, & non modo iustus, sed & ipsa iustitia. Alio modo iustitia dei est, quæ a deo est in nobis, qua uidelicet nos sumus iusti, de qua & Apostolus loquitur: Ignorantes dei iustitiam, & suam uolētes constituere, iustitiæ dei nō sunt subiecti, hoc est, ignorantes iustitiam, quæ a deo est per fidem in Iesum, & uolētes constituere iustitiam suam. i. iustitiā a semetipsis fieri a suis liberi arbitrij uiribus, per opera legis, hi non sunt subiecti iustitiæ dei. Iustitiæ etiam dicuntur opera legis, ad Roma. ij. Si præputiū iustitias legis custodiat, i. opera legis. Iusti seruant quidem iustitias legis decalogi, sed facti sunt ex impijs iusti per fidem in Iesum, non per opera legis decalogi. Vnde iudicium & iustitia interdū accipiuntur pro ipsiis uirtutibus, quas deus operatur in nobis sine nobis: interdū pro harum uirtutum operibus, ueluti in eo quod dicit Propheta: Feci iudicium & iustitiam, hoc est, feci iudicij & iustitiæ opera, nō ipsas uirtutes ego feci, quemadmodū declarat ibidē Augustinus. Diximus autē de iudicio & iustitia in superioribus. Insuper & hic sciendum, q̄ Græci carentes ablatiuo casu, pro illo utuntē datiuo: & idcirco sunt apud eos orationes nonnullę ambigę, propterea q̄ datiuus nunc significat instrumentū, nunc commodum uel incommodum. Mortuum esse p̄tō, ambiguū habet sensum: propterea q̄ incertum est, an p̄tō sit casus datiuus an ablatiuus. Si sit casus datiuus, significat mortuum esse ipsi p̄tō, hoc est, non uiuere secundum peccatū, seu desideria peccati, & hoc pacto accipitur ad Rom. vi. Qui enim mortui sumus p̄tō, quomodo adhuc uiuimus in illo? Qui em̄ mortuus est, supple p̄tō, iustificatus est a p̄tō. Et infra de Ch̄o legitur: Quod enim mortuus est p̄tō, mortuus est semel: quod autē uiuit, uiuit deo. Quæ oratio secundū Theophylactū distinguitur hoc pacto, ut primum dicatur: Quod em̄ mortuus est, supple Ch̄s, ac deinde subsequitur, p̄tō mortuus est semel. tanq̄ dicat: Quod Christus mortuus est corporaliter, semel solū mortuus est p̄tō, supple n̄o tollendo, & nō amplius moritur, ut nos semel in baptismo commortui Ch̄o, nō amplius moriamur per p̄t̄m: nihil in ad sensum apostolicū refert, si distinguat scdm̄ cō-

munem

munem intellectum & dicatur: Quod Christus mortuus est peccato, mortuus est semel. Secundum hunc sensum loquitur Ap̄s ad Gal. ij. Ego per legem legi mortuus sum, ut deo uiuam, hoc est, ego per legem Ch̄i, quæ est gratiæ & euangelij lex, sum mortuus legi Moyli: non amplius uiuo secundū præcepta legis illius, quæ finem habet in Ch̄o. Sic & ad Rom. vij. Itaq̄ fratres & uos mortui estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius. Sicut tibi mortuus sum, dum non amplius uiuo in corde tuo, aut in æstimatione tua, aut secundū desideria tua: Sic scriptura loquitur, mortuum esse huic mundo, quēadmodum & Paulus ait: Mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo: hoc est, in corde meo mundus nihil æstimatur, aut contemnit, & despicitur quēadmodum & ego crucifixus sum, seu mortuus sum mūdo. i. in æstimatione hominum, hunc mundū diligentīū nihil sum reputatus: sed contemptus potius & abiectus, æstimatus tanq̄ ouis occisionis. Si autē p̄tō sit casus ablatiuus, significat sermo ille mortuum esse propter p̄t̄m, aut per peccatū, quemadmodum ait Ap̄s ad Ephesi. ij. Cum essetis mortui peccatis. i. in p̄t̄is n̄is, seu per aut propter peccata. Vnde uicissim dicimus peccatū esse mortuum nobis, & nos esse mortuos ipsi p̄tō: & legem Moyli mortuam esse nobis, & nos item esse mortuos legi: quemadmodum loquitur Ap̄s ad Rom. vij. Occasione prædictorum, hic iam considerandę sunt locutiones, in scripturis sacris reciproca per omnes casus. Dicimus enim q̄ deus est sedes n̄ra, est & locus ac templum nostrum: & nos itidem sumus sedes & templum dei. Insuper dicimus, pax dei, & deus pacis. Dilectus meus mihi, & ego illi. Nos benedicimus deum, & benedicat nos deus. Deus habitat in nobis, & nos habitamus in deo. Pater in filio, et filius in patre. Vnde effectus regit causam in genitiuo, & e contrario causa regit in genitiuo effectum: hinc amphibologia exoritur. In quibusdā autē locutionibus huiuscemodi ambiguitas nō facile est dissolubilis, nec facile ab intellectu deprehēdit, ueluti qd̄ dicit Ap̄s: Stimulus mortis, p̄t̄m: uirtus peccati, lex. nominatiuus utrobicq̄ intelligit tanq̄ efficiens causa, genitiuus autē tanq̄ effectus: p̄t̄m est stimulus faciens mortē, hoc est, stimulus quo facta est mors: lex autē est uirtus seu robur, faciens augmentū seu incrementū p̄t̄i, hōmine prauo occasionem peccandi accipiente per legem. In quibusdā locutionibus facile est ambiguitas dissolubilis, ueluti cum d̄r: salus dei, pax dei, gr̄a dei, iustitia dei, & salutare dei. Posset quidē lector falli, & accipere sermones illos, tanq̄ illis significetur salus in deo, iustitiā, pax, & uirtus in eo: sed in plerisq̄ scripturæ locis non hoc significari indicat sententię series, & declarāt sancti, intelligentes q̄ salus sit nobis a deo, gratia, pax, iustitia & uirtus a deo, qui nos facit saluos, iustos, gratos & studiosos. Vnde & e contrario dicimus, q̄ ipse est deus salutis & uirtutis n̄rę, & gratiæ, & pacis, & iustitię, & fidei, spei & charitatis, quia ipse est oim̄ horum author, ipse seminator casti consilij, a quo & sancta sunt desideria. Deus patientiæ & solatiij (inq̄t Ap̄s) det uobis id ipsum sapere in alterutrū secundū Iesum, ut uno animo & uno ore honorificetis deum. Deus spei repleat uos omni gaudio, hoc est, deus a q̄ uobis in passiōibus est tolerantia, solatiū, spes, largiat uobis ut unū sapiatis i alterutrū.

Mortuū esse
mundo quid,
Gal. e

De locutiōi-
bus recipro-
cis amphibolo-
gicis.

Cor. ij

Rom. ij.

1. Cor. 4.

Item secūda ad Cor. iij. Habemus (inquit Apōst.) thesaurū istum in uasis ficti-
libus, ut sit sublimitas uirtutis dei, & non ex nobis. genitiuus uirtutis, causam
designat efficiētē, ut significetur sublimitas nostrae uirtutis esse a deo, & nō
ex nobis. Vnde redditur sermo manifestior, si genitiuus dei, cōstruatur post
uerbum sit, hoc pacto: ut sublimitas uirtutis, supple nostrae, sit dei, hoc est, a
deo esse cognoscatur. Dicimus ergo q̄ nostra uirtus, sit uirtus dei: & eon-
trario deus ipse, est deus uirtutis nostrae. Tales sermones reciprocos reper-
imus & in casibus ceteris. In Canticis inquit sponsa: Dilectus meus mihi, sup-
ple intendit, & ego illi. Ego dilecto meo, supple intendo, & ille mihi. Sermo
iste, dubium non est, mutuum flagrat amorē. Iesus noster sponsus amat spon-
sam, & sponsus amatur ab ipsa. Sic r. ad Corinth. v. reciproce loquit̄ Apo-
stolus: Esca uentri, & uenter escis: deus autem & hanc & hunc destruet. Cor-
pus autē non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. ubiq̄ subaudiū
uerbum deputatur, ut dicatur: esca deputatur uentri, & uenter escis, corpus
autē deputatur domino ad obsequium, nō fornicationi aut meretrici, & dñs
corpori, suscitando & remunerando. Item tenemus nos deū, & ipse rursus te-
net nos. Nos benedicimus, glorificamus, magnificamus & sanctificamus de-
um, & ipse itidem bñdicat, glorificat, magnificat & sanctificat nos. Pascit nos
deus, & nos uicissim pascimus ipsum: quippe q̄ pascitur inter lilia. Nos habi-
tamus, manemus, delectamur & quiescimus in deo: habitat, manet, & quies-
cit deus in nobis. Sed in omnibus locutionibus istis, alius est intendendi, pa-
scendi, benedicendi, diligēdi, manēdi, habitandi modus, secundū quē deus in-
tendit nobis, pascit, benedicat, tenet, & diligit nos, aut habitat, manet & dele-
ctatur in nobis: alius secundū quē iustus quisq̄ & intendit deo, pascit, benedi-
cit, tenet & diligit illum, habitat, manet & delectat̄ in ipso. Nos sumus prae-
dium, haereditas, & agri dei, non quibus ipse fruatur, non a quibus ipse fru-
ctum, commodum aut emolumentum accipiat, qui honorum nostrorum nō
eget: sed in quibus ipse non propter suam, sed nostram utilitatē plantat uirtu-
tes & bonorū operum semina, quibus fruamur ipso, & delectemur in ipso.

Aliter deus
nos bñdicat,
aliter nos il-
lū bñdicimus

Quo deus in
noīa habitat.

Nos sumus sedes, domus, habitacula, & templa dei: nō quibus ipse contineat̄
tur, & ab ullo incommodo protegatur, sed quos ipse possideat, contineat, ser-
uet & tueatur. Ipse qui nusq̄ abest pro sua misericordia dignatur per suā gra-
tiam habitare in nobis, tanq̄ medicus sanans, & lucerna illuminans tenebras
cordium nostrorū, tanquam rex liberans nos, custodiens & dirigēs. Ipse nos
benedicit, dum suae gratiae dona nobis impartitur. Ipse nos magnificat, glori-
ficat & sanctificat, dum nos magnos, sanctos & iustos facit. Nos autē benedi-
cimus deum, dum illum dicimus & praedicamus esse bonum: nos illum ma-
gnificamus, glorificamus & sanctificamus, dum illum extollimus praeco-
nijs: magnum & sanctum esse praedicamus, ut ab omnibus magnus, sanctus,
& super omnia dignus gloria ac laude habeatur. Sic nomen Iesu colit, magni-
ficat & sanctificat, qui odorem bonae famae Iesu, & notitiā ac fidem eius ame-
pliat, dilatat, & spargere desiderat in omnem gentem ac locum, ut omnis qui
glorietur non in uiribus suis, tanquam ipse absq̄ dei miserentis gratia ualeat
quicquam

Colere no-
mē Iesu qd.

quicquam boni agere, sed in domino gloriatur. In domino inquam, cuius mi-
sericordia a progenie in progenies: qui & potentiam .i. robur seu fortitudinē
fecit nobis in brachio suo, id est, per brachium suum Christum, uincens for-
tem armatum, principem huius mundi diabolus. Deus dilectis suis ita inten-
dit, ita illos pascit, ita illos tenet ac diligit, ut ipsi prorsus nō possint subsiste-
re, erigere se, & stare ac permanere in iustitia, nisi ipse pro sua misericordia
praeueniens illos erexisset, & iam erectos quotidianis suis auxilijs adiuuaret
sanctis inspirationibus, cogitationibus, meditationibus, & desiderijs pasce-
ret. Nos intendimus deo, & tenemus ipsum, & habitamus in illo, dum inni-
tentes illi, solliciti sumus per fidem & amorem manere in ipso, hoc est, adhæ-
rere illi, quiescere & delectari in illo, tanq̄ in sine nostro beatifico: sed ut hæc
faceremus ipse prior intendit nobis, excitans nos & praeueniens nos in donis
suis. Hactenus de locutionibus reciprocis. Caeterum aut fallitur plerunq̄ le-
ctor, aut non peruenit ad scripturę sensum, dum nō satis attendit quemadmo-
dum distinguere, diuidere, aut pronuciare oporteat dictiones & orationes,
Nimium aut fastidium afferret lectori de hac re omnes scripturę locos affer-
re. Ex multis tamen paucos ponemus. Exempli causa, Hieronymus quęstio-
ne iij. ad Hedibiam, uerbum Marci euangelistę: Surgens Iesus mane prima
sabbati, apparuit primo Marię Magdalene, de qua eiecerat septē demonia,
docet hunc in modū distinguendū esse & pronuciandū, ut mane prima sab-
bati construatur, nō cum participio surgens, sed cum uerbo apparuit, ut hoc
pacto pronuciet̄ oratio: Surgens Iesus, & deinde pronuciet̄: Mane prima
sabbati apparuit primo Marię Magdalene. De hac sententiā latius in tertio
tractatu de apparentibus scripturę contrarietatibus. Sic in epistola ad Sun-
niam, in eo quod dicitur in Psalmo cxxxvij. Confitebor nomini tuo super mi-
sericordia tua & ueritate tua, quoniā magnificasti super omne nomen tuum.
Distinctionis nota facienda est, ut sanctum tuum substantiue intelligatur esse
accusatiuus rectus a uerbo magnificasti, ut sic dicatur: Magnificasti sanctum
tuum, scilicet Christum, super omne nomen, iuxta illud Apostoli: Dedit illi
deus nomen, quod est super omne nomē. Sic quod dicitur in Psalmo ciiij. Qui
facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem, secundum gemi-
num potest accipi sensum. Vnus est: Qui facis angelos tuos, id est, nūcios uer-
bi tui, esse spiritus, id est, spirituales & spiritu feruentes. Alius sensus est: Qui
facis spiritus, id est, eos qui spirituales sunt, & spiritu feruent, esse angelos
tuos, id est, esse nuncios tuos. Angelus enim nomen officij est, non naturę. In
Canticis sermo sponse dicentis: Indica mihi quem diligit anima mea. ambi-
guus est sensus. Vnus est: Indica mihi eum, quem diligit anima mea: & huic
nō esse intellectum per scripturam illam demonstrat sermo qui sequitur: ubi
pascas, ubi cubes in meridie. Ordinanda est igitur sic constructio: O dilecte,
quem diligit anima mea, indica mihi ubi tu pascas, seu pastum des, & ubi cu-
bile quietis habes in meridie, id est, sub ardore solis meridiani, & æstu mundi
huius. Quod dicit Apostolus primæ ad Corinthios nono: Non sum apo-
stolus: Non sum liber: interrogatiue legendum est, secundum eam interroga-
tio

Amphibolo-
gicis oratio-
nibus, ppter
uarietate di-
stinctionum
& pronucia-
tionum.
Marci vii.

Psalmo 117.

Phillip. 1.

Cant. 1.

tionis speciem, quæ uehementius confirmet contrarium eius quod interrogatur, tanq̄ dicat: Nonne ego sum apostolus, sicut & cæteri? Nonne ego sum liber, neminem habēs qui me uinctum capere, & uiuere de lacte gregis, quem pasco, prohibeat? Sic & in eo, quod in eodem capite dicit: Quæ est ergo merces mea? interrogantis sono legendū est. Quod autē mox sequitur: Vt euangeliū prædicans, sine sumptu ponam euangeliū. respondentis uocē pronuntiādum est. Item quod primæ ad Corinth. xi. dicitur: Laudo uos, in hoc non laudo. secundum Theophylactū, totum pronuntiatiue dicitur, intellecta tamen particula, in hoc, cum uerbo sequenti, sic distinguēdo orationem: Laudo uos? tunc sequitur: In hoc non laudo. sub hoc sensu: In cæteris collaudo uestrum officiū, in hoc uos non laudo. Scdm̄ alios, prior huius orationis particula interrogatiue est pronuntianda, & sequens est responsiua: ut in interrogatio præmissa uehementiorē faciat sensum, hoc pacto: An laudo uos? in hoc certe non laudo. Item in eo, quod dicit Apostolus ij. ad Cor. i. Quot quot enim promissiones dei sunt, in illo est. uerbum sunt, non cum his, quæ præmittuntur, sed cum his, quæ sequuntur est pronuntiādū, supplēdo aliud uerbum sunt, ut dicatur hoc pacto: Quot quot enim sunt promissiones Dei, sunt in illo est, hoc est, sunt esse seu ueritas in illo. Sic in eo quod dicit Apostolus ad Galatas iij. Quid ergo lex? Propter transgressionē posita, donec ueniret semen, cui promissum est. Irenæus docet interrogationē illic fieri: Quid ergo lex? id autē quod sequitur: Propter transgressionē posita est, utque ueniret semen, esse responsionem. Hæc autē responsio bifariam potest intelligi, Vno modo, q̄ lex sit posita propter transgressionē cohibendam, dum lex ipsa punit transgressores; Altero modo, propter transgressionem occasionē inde accepta promouendā, quia uirtus peccati lex, & lex subintravit, ut abun- daret delictum: non ut hoc sine lex sit data, sed quia lege data secuta est delicti abundantia ex praua hominū concupiscētia. Permittit autē deus ex lege datā sequi illam delicti abundantiam propter finem bonū, ut uidelicet homines superbi absq̄ ullo timore peccantes, fierent proprię infirmitatis conscij, uidētes se legem nō seruare; & inde magis humiliati, discerēt confugere ad gratiā sanantis & erigētis medici. Alia sunt id genus multa in scripturis, quæ plerūq̄ potest studiosus lector considerare. Verum hic nō prætereamus locum unū difficilem, de gratia & libero arbitrio, qui propter uarias interpretantiū sententias turbauit plurimos. Ea quæ dicit Apostolus ad Rom. ix. Igitur non est uolentis neq̄ currentis, sed dei miserētis. Dicit em̄ scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendā in te uirtutem meam, & annuncietur nomen meum in uniuersa terra: ergo cuius uult miseretur, & quæ uult indurat. Hæc omnia secūdam diuum Augustinum, Gregoriū, & Thomam, & cæteros plerosq̄ expositores, enunciatiue seu assertiue sunt dicta, quibus scripturis & ipsi contra Pelagianos utuntur ad demonstrandū, q̄ deus nō ex operibus seu meritis hominū, sed secūdam propositū misericordie suæ, quorum uult miseretur, quos uult indurat. Indurat quidem, id est, deserit, & in massa perditionis derelinquit: quorū uult miserēt. i. ex massa perditū humani generis alios

1. Cor. ii

2. Cor. i.

Gal. i.
Quatenus lex propter transgressionē posita dicatur.

Nō est uolentis, & cetera ad Rom. ix. uariè legitur.

Indurare q̄ d.

alios eligit & prædestinat, nō propter ulla opa seu merita in ipsis præuisa. At uero scdm̄ Chrysostrōmū, homilia xliij. ad populum, & diuum insuper Hieronymum in quæst. i. ad Hedibianā, supradicta Apostoli uerba interrogantis & contradicētis, ac redarguētis potius, q̄ enunciātis uoce sunt pronuntiāda usq̄ ad eum locū: O homo, tu qs es. ut ibi primū intelligat responsio. Nam si nō est (inquiunt) uolētis neq̄ currentis, quare ergo ipse Paulus eu currit? dicens: Cursum consummaui. Cur & alios, ut currant, hortatur? Sic currite (inquit) ut comprehendatis. Non tollit ergo (inquiunt) hoc in loco, q̄ in propria uoluntate habemus, qui superius dixerat: Ignoras qm̄ benignitas dei ad penitentiam te adducit? Qui & ad Timotheū scribit, in magna domo esse uasa in contumeliā, sed si quis sese emūdauerit ab illis, erit uas in honorē. Apostolus ergo hæc dicens: Non est uolentis neq̄ currentis, &c. personā (inquit Hieronymus) de contrario ueniētis assumit, ac si dicat: Si hoc recepimus, ut deus faciat quæcūq̄ uoluerit, & absq̄ merito & opibus uel eligat, uel condēnet: nō est ergo uolētis & currentis, sed dei miserētis, maxie cū hoc idē loquat deus ad Pharaonē: In hoc ipsum excitauit te. Ergo deus miseret & indurat pro sua uoluntate. Hæc si ita se habent, quid de hominibus adhuc conquerit deus, cuius uolūtati nemo potest resistere? Sed has aduersariorū obiectiones scripturarū ratione contextas, breui (inquit Hieronymus) sermone dissoluit Apost. dicens: O homo, tu quis es, qui respondeas deo? Et sensus (inquit) est: Ex eo qd̄ respondes deo, & calumniā facis, & de scripturis tanta perquiris, ostendis te liberi esse arbitrij, & facere qd̄ uis, uel tacere uel loqui. Si enim in similitudine uasis fictilis tu te a deo creatū putas, & illius nō posse resistere uoluntati, hoc confidera, q̄ uas fictile nō dicit figulo: quare me sic fecisti? Figulus em̄ habet potestatem de eodem luto aut eadem massa, aliud uas in honorē facere, aliud in contumeliā. Deus autē æquali cunctos sorte generauit, & dedit arbitrij libertatem, ut faciat unusquisq̄ qd̄ uult, siue bonū, siue malum. En uides præclarissima ecclesie luminaria: Hieronymū, Chrysostrōmū, & Augustinū in scripturis exponēdis diuersas habuisse sententias. Sed ne hic aut offendatur infirmus, aut turbet mens studiosi lectoris, sciendū est, q̄ diuersæ eorū sententiæ in unitatē fidei conspirant, modo Chrysostrōmi & Hieronymi sententiæ recte intelligantur, quemadmodū & ipsi intelligunt multis in locis dei gratiā commendantes, ut & in cursu bono, & in uoluntate bona dei gratia nō habeatur exclusa: sed intellecta scdm̄ ea, quæ docet idem uenerabilis Hierony. in libris a se æditis contra Pelagianos. Vnde nostrū est incipere, nostrū est uelle, nostrum est quærere, pulsare, & orare, quia in scripturis hæc deus a nobis exigit: dei autem est perficere, & manifestare sese, & aperire pulsantibus, & dare postulata, quia hæc deus in eisdem scripturis uolentibus, petentibus, pulsantibus & orantibus sese daturū pollicetur. Sed q̄ ex mala uoluntate ita mutemur, ut incipiamus bene uelle, seu habere bonam uoluntatē, qua oramus, pulsamus, & petimus, deus operatur in nobis sine nobis, suo tractu uoluntatem nostram præueniēs. Et horum consideratione utrunq̄ est uerū. Nostrum est uelle & currere, non est uolentis neq̄ currentis, sed dei miserētis. Quibus

Chrysostr. Hierony.

1. Cor. 9.

Rom. 2.
2. Timot. 2.

In iij bonæ uolūtatis nobis a deo incipit.

fit.

fit, ut supradicta Hieronymi & Chrysostomi interpretatio non repugnet interpretationi Augustini & ceterorum, dicentium hunc sermonem Apostoli: Non est uolentis, neque currentis, esse pronuntiatum assertiue seu enunciatiue, quia ipsi nos praeuenire non possumus, sed deus, qui neminem (ut inquit Bernardus) bonum inuenit: neminem saluat, quem non praeuenit. Sed de his in sequentibus libris, de gratia & libero arbitrio latius.

Tertium caput de locutionibus uniuersalibus, & de his, quae secundum certum numerum sunt expressae, & de hyperbolicis locutionibus, ironicis, & inabsolutis, & de ordine praepostero.

Locutio uniuersalis in scriptura sacra plerumque accipitur non simpliciter, pro singulis rebus termini uniuersaliter accepti: sed pro singulis lex una parte aliqua, seu multitudine eiusdem generis, uel moris, uel qualitatibus. Huiusmodi locutiones sunt: Qui de caelo uenit, quod uidit & audiuit testificatur, & testimonium eius nemo accipit. Deinde sequitur: Qui autem accipit testimonium eius, signauit quod uerax est deus, Ioan. iij. Apud Hieremiam legimus: Tunc omnes insurrexerunt in prophetam, uolentes occidere eum. Deinde sequitur: Omnis autem populus non permisit. Apud Prophetam in Psalmo legimus: Non est intelligens quisquam, non est requirens deum. Omnes inuitiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Et tandem in eodem Psalmo deus dicit quandam esse plebem suam, & quandam iustorum generationem. Apud Paulum legimus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, 1. ad Cor. v. Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi, ad Philippen. ij. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, 1. Corint. xv. Quomodo nemo accipit testimonium eius, si aliquis accipit? Quo non est intelligens quisquam, qui faciat bonum, si est aliqua plebs dei, & iustorum generatio? Quo omnia licuerint Apostolo, cum manifestum sit ex scripturis sacris multa esse illicita? Quo omnes quae sua sunt quaerunt, cum Apostolus in eodem loco dicat: Itaque charissimi sicut semper obedistis, non in praesentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea cum metu & tremore uestram salutem operamini: Si in Christo omnes uiuificabuntur, qua ratione dicit Apostolus ibidem: Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur, supple ad uitam immortalem ad Christum, utpote hi, qui Christum noluerunt recipere? In huiusmodi ergo locutionibus interpretandis considerare oportet duo hominum genera, et easdem scripturas secundum unam partem intelligere de omnibus seu singulis unius generis: secundum alteram autem partem, de alio hominum genere, siue de hominibus alterius generis, seu moris. Sic quod dicit Christus: Testimonium eius nemo accipit, intelligitur neminem, qui adhuc de terra est, terrena loquens, nondum factus per Christum coelestis. Nam & de illis generis hominibus praemiserat ibidem. De alio autem genere hominum subdit: Qui autem acceperit testimonium eius, scilicet Christi, qui de caelo uenit, signauit, supple in corde suo, quod deus est uerax, & quod uera sunt uerba illius, qui de caelo missus super omnes est. Nam is, scilicet filius, quem misit deus, uerba dei loquitur. Neque enim ad certam mensuram dat illi deus spiritum, id est uirtutes & actiones spiritus sui, sed omnia dedit in manu eius. Sic quod apud Hieremiam legimus: Omnes in eum

surrexerunt

nera, omnes scilicet hostes prophetae, & omnis populus, id est totus populus prophetae amicus. Sic & in Psalmo: Non est intelligens quisquam, supple inter eos, qui manent filii hominum, quales fuerat ex Adam nati, & per Christum nondum uiuificati. Item quod dicit Christus: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, omnes intelliguntur extra societatem seu ecclesiam eorum, ad quos loquebatur. Sic eius quod dicit euangelista Ioannes: Erat lux uera, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Facilis est interpretatio, omnem hominem recipientem illum, aut aperientem oculos suos, ut illuminetur ab ipso: quod uis aperire oculos ac recipere illum nemo possit, nisi coelitus a patre coelesti inuitatus: sed multi inuitantur, uocationem contemnentes, & idcirco merentur non illuminari. Vnde de his, qui non illuminantur per illum subditur: Sui eum non receperunt. Pari forma intelligitur: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, ut sensus sit: Sicut per Adam moriuntur quodque moriuntur, ita per Christum uiuificabuntur, quotquot uiuificabuntur: quemadmodum communis sermone dicimus, per hanc ianuam omnes homines intrant in domum istam, significatur non quod omnes homines intrant domum hanc per hanc ianuam, sed quod omnes qui intrant domum istam, per hanc ianuam intrant in ipsam. Sic quod dicit Christus: Venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam. Intelligendum est, nihil inuenit, subaudi eorum quae sunt operis aut uestigij. Vnde per Salomonem dicitur, quod serpens iste inuenit peccatum, sui operis uestigium. Sic in eo quod dicit apostolus Ioan. in 1. sua Cano. ij. capite: Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitae, quae non est a patre. Non significatur aliquid horum trium esse quicquid in uisibili mundo cernimus, sed significatur omne quod in homine est, quatenus mundum diligit, utpote concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam uitae non esse in eodem homine insitum a deo patre, humanum genus instituente. Sic apud Apostolum: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia munda mundis. Omnes quae sua sunt quaerunt, suos habent sensus uniuersales, secundum res illas, de quibus est apostolicus sermo. Apostolus cum dicit: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. discrimen uult ponere inter licita & expedienda, in eo quod licita sunt illa, quae per iustitiam quidem, quae coram deo est, sunt permissa seu concessa, sed propter offensionem hominum sunt uitanda. Intelliguntur ergo ad mentem Pauli omnia esse licita, quae in se considerata nullo precepto domini perhibentur, siue sint cibi & potus, siue repetere sua in iudicio, de quibus praemiserat, siue sumptus accipere ab his, quibus praedicabat. Haec enim sunt tria in se licita, super quibus Paulus praecipue admonere & docere uoluit Corinthios in hac epistola. Quibusdam uidetur Apostolus dixisse: Omnia mihi licent propter arbitrij libertatem, tanquam uoluerit intinere omnia praedicta peccata, de quibus fuerat locutus, esse in sua potestate. Vnde & e Greco in Latinum quidam uertunt secundam partem, dicentes: Omnium mihi potestas est. Probat hanc suam expositionem. Praemiserat enim (inquiunt) Apostolus: No-

Y lite

De locutionibus uniuersalibus non uniuersaliter intelligendis.

Psalmo ij

Duo hominum genera consideranda.

Math. 10.

Ioan. 1.

1. Cor. 15.

Ioan. 14.

Prover. 30.

Ora mihi licent, &c. qd. 1. Cor. 6.

lite errare fratres, neq; fornicari, neq; idolis seruietes, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum dei possidebunt. Et tandem paucis interpositis sequit: Oia mihi licent, sed non oia expediunt. Videtur ergo Aposto. uoluisse dicere, oia haec mala esse in sua potestate, no aut expedire, propterea q; contraria sunt salutis suae. Et illum sensum obiter tangit Ambrosius ij. Officior; cap. ix. Veru hanc expositione ipse idem Ambrosius in commetarijs r. ad Cor. vi. coarguit, propterea quod modus talis loquedi de hoc, quod mala licerent aut licita essent, alienus est a scriptura sacra. Interpretatur ergo Ambrosius Apostolu significare, q; oia sibi liceant, ea scilicet, quae coapostolis eius licuerunt, de cis bis scilicet, seu sumptibus sumedis a Corinthijs, qbus praedicabat euangeliu. Et huic expositioni conuenit quod subdit: Sed ego sub nullius redigar potestate. Theophyl. Theophylactus aut interpretat Apostolum uoluisse dicere, omnia ciborum gna in se licita esse. Alij exponit de rebus suis repetedis in iudicio, quae admodum insinuante interlineales & marginales glossae. Nos autem credimus Apostolum generaliter esse locutu, no de oibus absolute, sed de omnibus in se no malis, sed permissis & concessis. Vult em differentia ponere inter licita seu concessa in se, & expedientia. Quod habet Apostolus ad Titum r. Oia munda mundis, de escis dicit Moyse lege prohibitis, contra haereticos arbitantes quaedam esse in se immunda, & no condita a deo bono, de quibus & praemiserat in superioribus sententijs. Quod dicit ad Philip. ij. Omnes quae sua sunt quaerunt, non de omnibus absolute loquit: nam & Timotheu ibidem uult exemptum esse. Hoc igitur excepto de omnibus alijs loquitur, quos tunc secum ad manu habens poterat ad Philippenses mittere. Vnde praemisit: Spero aut in dno Iesu Timotheu ad uos mittere in breui. Neminem enim habeo tam unanimem, qui syncera sollicitudinem erga uos gerat. Vnde omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi. Probatione aut eius, scilicet Timothei nostis. Similiter quod dicit r. ad Theffal. v. Omnia probate, quod bonu est tenere, non de omnibus rebus absolute, sed de omnibus quibusdam superioribus illis dicitis accipiendu est. Praemiserat Apostolus: Prophetias nolite spernere, i. reuelationes & interpretationes scripturae propheticae nolite passim contemnere, sed nec omnes illas ab omnibus passim datas nolite acceptare: sed omnia huiusmodi dicta probate, i. examine, hoc est, uera & falsa examinando decernite, quod bonum est tenere, hoc est, quod bene & recte dictu inueneritis admittite. Quaecumq; em congruit doctrinis apostoloru & ipsius Iesu, tanq; bene dicta habeda sunt. Solent aut spiritus immundi bona quaedam per imitationem ex scripturis dicere, & inter haec superinducere praua, ut per haec, quae bona sunt fallantur incauti. Nolite proinde omni spiritui, inquit Ioannes credere, sed probate spiritus, qui ex deo sunt. Item quod dicit scriptura: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Conclusit deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur, ad Roma. xi. Haec & id genus alia in scripturis testimonia non ideo sunt dicta, quod deus omnium tandem miserebitur, & neminem in perpetuum sit damnaturus, quemadmodum cre-

Ambrosius.

Theophyl.

Oia pbate,
r. Theff. v. qd.

s. Ioan. 4

dit Origenes ex scripturis male intellectis: sed omnes intelligit omnis generis homines uniuersae etatis, uniuersi ordinis, gradus, & professionis, tam ex gentibus, q; ex Iudeis. Scripturae cum interdum generaliter dicunt, omnem terram, omnem populum, omnes habitationes terrae, omnes tribus terrae, & id genus alia, quantum ad historiam attinet, intelliguntur de omni terra, & de omnibus habitatoribus terrae, de quibus in superioribus eadem scripturae locuta fuerant: ut omnem terram Iudeor;, omnem terram Babylonior;: quod considerare poteris ex Isaia xiiij. & Sophia r. capite. Nihilominus tamen & hoc sciendu, q; ubi sermo propheticus ab aliqua particulari terra, aut ab aliqua prouincia ad totam terram, aut totu orbem, illic & citra hyperbolem explicante historicum sensum, simul intendit & generalem indicare totius mundi deuastationem futuram in diebus nouissimis sub Antichristo, per quem diabolus totis uiribus est sequitur in particulari desolatione Babyloniorum, Aegyptiorum, aut Iudeor; designatam, habita consideratione ad proprietates locutionum, quibus populus ille appellatur aut terra, aut habitator terrae, qui terrena huius mundi bona diligens, hunc mundu, habitationem ac patriam & sine sibi constituit: secundu quae sensum terra in oratione dominica (ut Cyprianus docet) accipitur, cum dicit: Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Et in euangelio cum dicitur: In die illa (scilicet iudicii) planget omnes tribus terrae. Vbi terra uel tribus terrae appellantur non omnes hoies, sed hoies qui hic uiuunt, tanq; terrae habitatores: qui neglectis caelestibus uere bonis, mansionem faciunt in huius mundi bonis caducis & fallacibus. Caeterum hic sciendu est: Quem admodum in scriptura multa dicuntur aut uniuersaliter, aut indeterminate, seu in genere, quae non sic uniuersaliter, sed secundum speciem & certam multitudinis partem intelliguntur: Ita in eisdem scripturis multa sunt, quae aut secundum speciem, aut certam quantitatem temporis, seu numeror; exprimitur: quae tamen non sic secundum certam quantitatem, sed generaliter & indeterminate sunt accipienda. Veluti quod in Psalmo dicitur: Memor fuit in seculum testameti uerbi sui, quod mandauit in mille generationibus. Numerus millenarius indeterminate accipitur, ut significet generationes multas sibi in finem usq; succedentes. Item: Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei, numerus certus pro incerto in nobis est intelligendus. Sic Apocalypsis xx. totum tempus a primo aduentu Christi, usq; ad tempus secundi aduentus, mille annor; numero appellatur, qbus diabolus est ligatus, ut non permittatur sauire, quantum sequitur est per Antichristum & satelites eius. Item Christus cum in parabolis utitur numeris certis & distinctis, utpote de fructu centesimo, sexagesimo, & trigesimo, de talentis decem, quinq; & uno. Distinctionem illor; assumit docendi, & exempli gratia, ad insinuandum distinctionem graduum, siue in gratis & meritis, siue in premijs. Et idcirco ubi ipse non est interpretatus, no oportet nimiu sollicitate inquirere, qd in centesimo, quid in sexagesimo, & trigesimo, quid in decem, qd in quinq;, qd in uno talento significetur. Sufficiat intelligere in maiori numero plura operanda dona accipere, aut plura merita, aut praemia plura. Vnde numerus septena

Error Originis.

Uniuersaliter accipi, & particulariter dicuntur.

Psalmo 104

Daniel. 7.

Math. 12. 25

Septenariū nārius apud Hebræos est numerus consummationis, q̄a septimo die consum-
 mauerat deus uniuersa. Sic quod dicitur Leuitici xxvi. Addam correptiones
 uestras septuplum propter peccata uestra. Illic per septenariū nō illa determi-
 nata, sed multiplex & consummata punitio intelligitur. Septies in die cadit
 iustus, & resurget. hoc est, quotidie cadit & resurgit, manens tñ in die, exor-
 bitans quidem in uia, non extra uiam. Donec sumus in carne positi, ad liqui-
 dum puri esse nō possumus, nisi octauus uenerit dies. i. futuri seculi requies.
 Septies in die laudem dixi tibi. i. tempore toto uitæ meæ, quod alibi alio (inqt
 Psalmo 73 Augusti.) modo dictum est: Semper laus eius in ore meo. Redde uicinis no-
 stris septuplum in sinum eorum, Psalmo lxxviij. hoc est, integra & consum-
 mata ultione retribuens pœnam illis. Argentum igne examinatū, probatum,
 terræ purgatum septuplum, Psalmo xi. Et septenariū numero intelligunt do-
 na gratiarum spiritus sancti, quo requiescimus in deo. Vnde Hieronymus in
 commētarijs super Amos capite v. septenariū numerū esse sanctum, etiam sab-
 batum probat, in quo requieuit deus ab oibus operibus suis, iubens etiam ne
 qd operis seruilis in eo fiat, ut mens deo uacet. Mulier, quæ in solitudine die
 sabbati ligna collegerat, quæ arsura sunt, sentētia domini condemnat. Septem
 quoq; hebdomadę complent hebdomadā sanctę Pentecostes, in quo spiritus
 est datus. Et Iubileus remissionis annus, hoc numero textitur. Et Hebræus cū
 sex annis seruerit, anno septimo liberatur. Nouit & hoc secularis philosophia
 & medicorum libri, quorum Galenus disertissimus atq; doctissimus scripsit
 tres libros, in quibus ipse septenarij numeri potentiam ostendēs, ardentissi-
 mas febres septimo dieit solui die, aut si tanta humoris noxij & pituitæ fuerit
 magnitudo, ut primæ hebdomadis nequaquā feruore consumpta sit, scđæ he-
 bdomadis ultimus dies expectat, i. quartus decimus. Qz si hūc (ut iuxta Hip-
 pocratem loquar) hi nos uicerit, transeunt ad xxi. diem, hoc est, ad finē ter-
 tiæ hebdomadis. Deniq; Chaldæi climateras appellant pericula uitę fortuna-
 rumq; hominū, quæ fieri grauissima in septenarijs annis dicuntur, existimātes
 septimum quemq; annum periculofum esse, & in septimo quolibet anno pe-
 riculum aut uincere, aut uinci. Et inter hos annum maxime sexagesimum ter-
 tium. Vnde Augustinus ad Caium Nepotem: Nam ut uides climatera com-
 munem seniorę oīm, tertium & sexagesimū annum euasimus. Vnde in non-
 nullis scripturę locis septenarius numerus in mysterio tempus uitæ præsen-
 tis significare uidetur. In septenario etenim dierum consummatus est mūdus.
 Quod Gen. iij. Dixit deus ad Cain: Ois qui occiderit Cain, septuplū puniet.
 In septupla punitione, pœna per totam hanc uitam intelligitur. Qui occiderit
 Cain, septuplū puniet. i. insolubili pœna, seu in eternū punietur. Subauditur,
 nisi poenitentia egerit. Et ibidem Lamech bigamus, q primus legit duas ha-
 buisse uxores, ad easdē suas uxores dixit: Qm occidi uirū in uulnus meū, &
 adulescentulū in liuorē meū, septuplū ultio dabit de Cain, de Lamech uero se-
 ptuagies septies. In punitione, quæ fit septuagies septies, significatur punitio
 illa debita pctō Lamech, esse grauior: utrobicq; tñ septupla est, æterna & insol-
 ubilis, subaudiēdo semp: nisi precedēs poenitentia in hac uita fecerit ipsam pœ-
 nam

Septenariū
 esse pfectum
 & sacratū nu-
 merum.
 Prou. 24.

Psalmo 115.

Psalmo 73

Hierony.

Galenus

Climater.

Quid est: ois
 q occiderit
 Cain septu-
 plum puniet
 Gen. 4

Chryso.

nam esse solubilem & temporalem. Proinde pœna Cain, iuxta diui Chryso-
 stomi sententiam mansit insolubilis & æterna. Lamech uero pœna tempora-
 lis est facta, q̄a Lamech hic poenitentia egerit: Cain uero non egerit poenitentia.
 Verum hic sciendū, q̄ diuersi interpretes hūc locū aliter, & aliter ex Hebræo
 in Græcum & in Latinū transtulerunt, q̄bus factum est, ut ipse locus scđm ua-
 rias translationes uarijs sententijs sit expositus a patribus. Vnde attenda ua-
 rietate interpretum & expositorū uideretur nobis iste esse unus de obscuris &
 difficilibus scripturæ locis, propterea q̄ ambiguus sensus uarijsq; intelle-
 ctus etiam ex originali lingua dissolui nō potest. Et credimus hanc & similes
 difficultates factas diuini spūs inspiratione ad exercitium studiorū, quemad-
 modum supra diximus, & in libro de æditionibus scripturæ in aliā linguā
 declarauimus, spiritu sancto non solum præuidente, sed & prouidente factū
 esse, ut unus & idem scripturæ locus sit focūdus sensibus multis, non modo
 subordinatis, uerum etiam nō subordinatis. Locus iste scđm septuaginta
 interpretum & Theodotionis æditionē sic habet: Omnis q̄ occiderit Cain,
 septem uindictas exoluet. Quod exponit, nō q̄ ipse, q̄ occiderit Cain, sit subi-
 ciendus septem uindictis seu ultionibus: sed q̄ ipse interfecto illas septē uin-
 dictas eousq; currētes super Cain dissoluet, quasi beneficiū prestās ipsi Cain,
 dum liberat ipsum ab huius uitę cruciatibus, quibus pro peccatis suis afflige-
 batur. Scđm hūc intellectum deus significauit, ipsum Cain illis septē uin-
 dictis esse subiectum, quemadmodū postea testatur uerba Lamech. Sic expo-
 nentes putāt peccatum Cain esse sua ipsius morte deletū, & in hac uita esse pu-
 nitum septem uindictis. i. consummate & sufficienter: sed huic sententiæ con-
 tradicit scriptura scđm æditionē nostram, cum de illo iam interfecto di-
 cat ipse Lamech: Septuplum ultio dabitur de Cain. quis & illic habeāt quod
 dicant, aliter textum ex Hebraico in Latinum transferētes. Hanc sententiā una
 cū reliquis quibusdā alijs magistrorū expositionibus recitat Hieron. quęst. r.
 ad Damasum papam. Nos aut inuitētes æditioni nostrę uulgari, scđm com-
 munem doctorū expositionem, intelligimus sermonē dei ad Cain significare,
 q̄ omnis qui occiderit Cain, septuplum puniet. Sermonē autem Lamech ad
 uxores suas significasse, quod septupla ultio dabitur de ipso Cain interfecto-
 re. De Lamech autem interfectore dabitur ultio septuagies septies. Sic inters-
 pretantur Chrysostomus & Ambrosius, intelligētes tam in punitione septu-
 pla, q̄ in punitione, quæ fit septuagies septies, punitionem consummatam, &
 eam quidē grauiorem in ea, quæ significatur in punitione, quę fit septuagies
 septies, subaudiendo tamen utrobicq; punitionem toto quo sempiternam, nisi
 precedens poenitentia fecerit eam temporālē. Tres hoies fuerāt: Abel, Cain,
 & Lamech: unus iustus, alius peccator & impoenitēs: tertius peccator qdē,
 sed confitens. Quibus diuisionibus ex tunc usq; hodie uniuersi homines dis-
 tincti sunt. Vnde Chrysof. super Genesim: Ipse Lamech in idem & grauius
 pctm lapsus, nullo accusante uel arguente, semetipsum manifestum fecit sui ac-
 culator, sic confessus est uulnus suū & liuorē animæ suæ, & conferēs ea, quę
 a se facta erant cum his, quæ a Cain, pœnā sibi, definit grauiorem: Qm occidi

Chryso.

(inquit) uirum in uulnus meum, & adulescentulum in liuorem meum, septu-
plum ultio dabit de Cain, de Lamech uero septuagies septies. hoc est, de me,
qui occidi uirum & adulescentulum, q̄ ante oculos habens ipsius Cain pœ-
nam, nō sum factus emendatior & cautior, propterea licet septuagies septies
magis q̄ Cain puniret, attamē neq̄ sic dignā poenam luerem. Proinde ex uer-
bis Lamech poenitentis, nō oportet consequens esse suum peccatū fuisse se-
ptuagies septies grauius peccato Cain. Nam illa est consuetudo hominis ue-
re & humiliter poenitentis, & in seipso, & in peccato suo attendere, circūstan-
tiās quasdam, secundū quas peccatū suum est longe grauius, q̄ sint peccata
aliorū; & ita ratione illarū agnoscere se esse reum poenę longe grauioris. Gra-
uitas peccati Cain patet ex his, quæ solent sancti patres adducere, dicētes Ca-
in iusta ratione septuplum puniri, quia septuplum peccauit. Primum inuidet
alteri, q̄ nullam sibi iniuriam irrogauerat. Deinde peccatū aggravat, q̄ fratri
inuidet, & id quidem in re sancta; propterea uidelicet, q̄ frater plus q̄ ipse
diuina gratia potiebat. Tertio peccatū aggravat, q̄ dolos contexit, & in cam-
pos traxit ex uolūate occidendi. Quarto, q̄ occiderit ipsum. Quinto, q̄ oc-
ciderit non alienū solum, sed fratrem. Sexto, q̄ deo omnium rerum conscio ad
poenitentia uocanti, & interrogati: Vbi est Abel frater tuus? procaciter men-
tiri sit ausus, dicens: Nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego? Septimo,
q̄ desperauit & impoentens manere uoluit, dicens: Maior est iniquitas mea,
q̄ ut ueniam consequar. Ex horum respectu Cain grauius peccauit. Ex alio-
rum aut̄ consideratione, Lamech grauius. Vnde Ambrosius: In Lamech se-
ptuagies septies uindicatur, q̄ grauior culpa est eius, qui nec se post damna-
tionem correxit alterius, Cain impetu quodā improuido ante peccauerat, La-
mech uero, quod in altero reprehensum & punitū aduerterat, cauere debue-
rat, neq̄ debuit occidere eum, q̄ usq̄ ad naturalem terminū mortis suæ habes-
bat agendæ poenitentię spatium, in quo & dñs signum posuerat, ne interfice-
retur. Chryostomus dicit, q̄ Lamech interfecerat duos, uirū scilicet & adu-
lescentulum ductorē eius. Alij dicūt eundē nominatum esse uirum & adu-
lescentulū. Sunt qui dicunt, q̄ Lamech neq̄ interfecerat Cain, neq̄ aliū hoīem.
Sed de hac uarietate non est curiosius inuestigandū, manētibus nobis in edi-
tione nostra uulgata. Haftenus de locutionibus uniuersalibus, a calijs certo
numero expressis. Iam de locutionibus hyperbolicis & imperfectis, seu inab-
solutis uidēdum est. Frequēs est in unoquoq̄ idiomate usus hyperbole, qd̄
interpretatur eminentia seu excessus. Et est figura, secundū quā dictio uel ora-
tio excedēs fidē, ponitur uel augēdi, uel minuēdi gratia. Augēdi, ut niue can-
didior. i. multū candidus. Minuēdi, ut uolātis folij te sonitus terret. Huiusce-
modi locutiones hyperbolicæ sunt in scripturis frequētes, ueluti qd̄ dicit Ge-
nesis viij. Rupti sunt omnes fontes & abyssi magnæ, & cataraetæ cœli apertæ
sunt. Per hyperbolen est accipiēdum, & sic dictum est ob insinuatā inunda-
tionis magnitudinē: quæ tanta fuit, ut fundamētum cœli uideretur secundum
uulgare opinionē dissipatū. Cataractę cœli, sunt fenestræ aut uisæ occultæ,
per quas de cœlo aereo, scđm opinionē plebis, pluuia uenit; q̄bus scđm stultā
rerum

Gratitas
pcti Cain.

Ambrosi. de
peccato La-
mech.

De locutio-
nibus hyper-
bolicis.

rerum opinionē apertis, deorsum funditur aqua, quæ clausis eisdem sursum
continetur. Item Deuteronomij ix. Ut possideas ciuitates ingentes, & in cœ-
lum usq̄ muratas. Item Numeri xij. Vidimus ciuitates pertingētes usq̄ ad
cœlos, uidimus uiros, & eramus sicut locustæ coram eis. Item in Psalmo: Psalmo 106.
Ascendunt usq̄ ad cœlos, & descendunt usq̄ ad abyssos. ubi uehementem in-
undationem intelligi uoluit Propheta. Sic em̄ absq̄ mendacio profertur ora-
tio, ut uehementior sit atq̄ ardentior. Facilius est camelum intrare per foramē
acus, q̄ diuitem in regnum cœlorum. nihil aliud intelligi uoluit, q̄ esse diffici-
le, ut diues obtemperet euangelicę doctrinæ. Vbi Christus prohibet aposto-
lis, ne quem saluent in uia, hortari uult, ut nihil committant, quod ob huma-
nos affectus euangelicū negocium ullis dispēdij remoretur. Vbi iubet pre-
beri alteram maxillam, uult tantam in illatis iniurijs haberi tolerantia, ut pro
illa custodiēda etiā pro tempore & loco altera maxilla sit offerenda, & nun-
quam retaliandam esse iniuriam. Sic, si Cyrillo & Chryostomo credimus,
per hyperbolen Ioannis ultimo dicitur: Multa quidē alia fecit Iesus, quæ si
scribantur per singula, ipsium arbitror mundum non posse capere eos, q̄ scri-
bendi sunt, libros. Huius generis sunt locutiones: Multiplicabitur semē tuū
sicut arena in litore maris. Et item ea, quæ dicuntur Isaiæ xij. & xij. Et Iohe-
lis ij. & Sophonix i. Quibus in locis historicus sensus, quem intēdit spiritus
sanctus, est de captiuitatibus, desolationibus, & deuastationibus regnorū &
prouinciarum. Et quia figuratę locutiones & tropi, quibus huiuscemodi de-
structiones intīmantur, duriora atq̄ eminentiora uidentur significare, q̄ fue-
runt ea, quæ tunc contigerunt, ideo pro illis rebus propheticus sermo ad lite-
ram dictus, per hyperbolen est accipiendus: ita tamē, ut & in illis destructio-
nibus ac desolationibus temporalium regnorū, spūs sanctus etiā uoluerit du-
riorem quandā indicare desolationē futurā sub Antichristo, aut in fine seculi
super omnē terram. Isaiæ xij. dicit: A facie eius (scilicet exercitus Babylois)
cōremuit terra. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorē
suū. quæ sane oīa accipiunt tanq̄ hyperbolice dicta. Neq̄ em̄ tāta fuit Babylo-
norum uis, ut possent mouere cœlos, & terram concutere: sed aduersa patiē-
tibus præ terroris magnitudine tam dies erunt tristes, q̄ noctes. Vnde sol &
luna obtenebratur secundū eum locutionis tropum, q̄ dicimus tempora ali-
cui esse obscura, nubila, & tenebrosa: & dicunt similia augēdi gratia, præfer-
rim ad significandam magnitudinē tribulationū, quæ in illis temporibus sunt
figurata. Oīa enim mala, quæ in ueteribus sacre scripturę historijs, aut inun-
datione maris, aut pestilētia, morbis, & fame aut uastitate hostium leguntur
alicui particulari genti aut prouincię accidisse, nō possunt his supplicijs cōpa-
rari, q̄ futura sunt super hoīes in aduētū Antichristi, & sup̄ impios in die dñi
magno, cū uenturus est iudicare. Vnde & hic sciendū est, q̄ mos scripturę sa-
cræ est, ruinas uirosq̄ illustrium, qui in hoc mundo æstīmantur tanq̄ lumina-
ria magna, appellare casum stellarum. Hoc manifeste patet ex Isaiā deci-
mo quarto capite, secundū historicū sensum, per casum Luciferi de cœlo, in-
telligit mortē regis Babylonis: Quomodo cecidisti lucifer de cœlo, qui mane

oriebaris, corruisti in terram qui uulnerabas gentes. Quasi dicat: Qui in hoc mundo eras potestate illustris, honore & gloria splendidus, similis Lucifero in caelo, quō cecidisti de caelo .i. de sublimitate & altitudine tua deiectus in terrae puluerem: Et hic quidem literalis est sensus hyperbolice designatus, sub quo & mysticā uoluit designare ruinam Luciferi angeli. Sic Apocal. vi. & Matth. xxiii. legimus stellas de caelo cadere in terrā: quod accipiendū est, nō quod caelestia sidera sint lapsura de caelo: quippe cuius magnitudini unius ex eis non sufficiat terra tota, sed intelligendū est, quod aut uidebuntur igneae impressio nes tanquam stellae cadentens, aut ipsae stellae nō dabunt lumen suum, deo impedi ente. Bisariam enim possumus accipere lunam, solem, & stellas obtenebrari, aut cadere: uel ut in illis intelligant homines in hoc mundo illustres, qui cadere & obscurare dicuntur, dum tribulationibus & angustiis & morte perit gloria eorum in hoc mundo, Antichristo & eius satellitibus supra modum contra ecclesiam saeuientibus. Hoies etiam illustres deficient a pristina sua claritate: uel ut in illis intelligantur corpora illa caelestia, quae obscurabuntur non in se, sed quia hominibus nō fulgebunt ad ullam consolationem. Si quis percusserit te in maxillam tuā, prebe ei alterā. Hyperbolica locutio, in precepto patientiae propter nomen Christi, quemadmodum iam patuit. Vnde hyperbole figura, qua explicatur historicus sensus, plerumque adeo est alta, tamque magnificis tropis & metaphoris expressa, ut cuius planum esse possit, spiritum sanctum sublimiorem atque grandiore, quam historiam intendisse sententiam. Veluti cum ex phrasi orationis, aut onerosius aliquid, aut laetius praeueniri uidetur, sensusque intima tus excedere uidetur modum & ordinem rei gestae, aut gerendae, ueluti dum in captiuitatibus seu deuastationibus, super quas cadit literalis seu historicus sensus, non sic prorsus contigerunt singula, nō sic funditus euersa sunt omnia, quem admodum indicare uidetur locutio ipsa. Et ut huius regulae clarior fiat ueritas ex superioribus, uideamus textum Isaie xiiij. & xliij. ubi historicus sensus, quem intendit spiritus sanctus, est super destructionem Babyloniorum per Medos, nam & sic exposuit seipsum Propheta, in corpore eiusdem capituli. Figuratae tamen locutiones & tropi, quibus huiusmodi destructio futura intimabatur, uidentur eminentiora & duriora, quam quae tunc contigerunt per Medorum regem exprime re, ueluti cum dicit: Dominus exercituum praecipit militiae belli, ueniētibus de terra procul a summitate caeli dominus, & uasa furoris, ut disperdat omnem terram: ululate, quia prope est dies domini, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabes ciet, quasi parturientes dolebunt, facies combustae uultus eorum. Quia ecce dies ueniet crudelis, & indignationis plenus, ad ponendam terram in solitudinem, & ad peccatores conterendos, die ea, quam stellae caeli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu suo. Et Babylon illa gloriosa, in regnis inclita, erit subuersa, sicut subuertit dominus Zodomam & Gomorram, & non habitabitur usque in finem. Haec omnia uidentur excedere modum, seu conditiones desolationis Babyloniorum per Medos olim factae. Neque enim Babylon tunc prorsus perijt, neque deuastata fuit in sempiternum, neque facta est prorsus inhabitabilis. Nam & postea legitur habitata esse multis an-

Quid sit solem & stellas obtenebrari, &c.

Matth. s.

Quid sibi uel sensus historicus hyperbolice expressus.

nis

nis, etiam post Alexandrum rursus desolata. Et quis sententiae per figuram hyperboles accommodari possint eidem captiuitati, in qua & stellae caeli & splendor earum, non extenderunt lumen suum super Babylonios, propterea quod nulla stella fulserit illis ad consolationem, sed eis fuerint aduersa omnia: tamē huiusmodi locutionibus duriora insinuauit, & non ita uoluit nobis spiritus sanctus illam historiam per hyperbolen dictam intimare, quin & in illa altior rem uoluerit indicare desolationem totius mundi. Et idcirco hyperbolicis uisur sermonibus. i. sententijs duriora & terribiliora significantibus, ut studiosus lector illam Babyloniorum captiuitatem intelligat esse umbram & figuram durioris sequentis in fine mundi. Proinde & in capite xliij. finiens Babyloniorum onus, generaliter loquitur: Hoc consilium (inquit) quod cogitauit super omnem terram, & haec est manus extensa super uniuersas gentes. Proinde & idem Isaias post omnem particularium prouinciarum onera, tandem capite xliij. generale describit onus futurum super omnem terram, uolens indicare non esse futurum, ut prophetia sua sit omnino completa, nisi in fine mundi facta desolatione totius terrae. Sic & Saluator Matthaei xliij. destructionem Hierusalem per Romanos, quae fuit umbra, simul iungit cum desolatione totius terrae futura in die iudicii, de qua Petrus: Terra, & quae in ea sunt, exurentur. Ad haec uideamus & textum Iohannis ij. ubi sic legimus: Canite tuba in Syon, ululate in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terrae, quia uenit dies domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. Quasi mane expansum super montes, populus multus & fortis, ante faciem eius ignis uorans, & post eum exurens flamma. Et infra: A facie eius contremuit terra, moti sunt caeli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellae retraxerunt splendorem suum, & dominus dedit uocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia uerbum eius. Magnus enim dies domini, & terribilis ualde. ubi Propheta secundum historiam & literam loquitur de desolatione terrae Iudaeae, & de captiuitate Iudaeae & Hierusalem per Babylonios, a quorum facie contremuit Iudaeorum terra, moti sunt caeli, sol & luna obtenebrati sunt, &c. quae (ut inquit Hieronymus) hyperbolice dicta sunt. Neque enim Chaldaeorum seu Babyloniorum tanta uis erat, ut possint mouere caelos, & terram concutere: sed significatur quod omnia haec elementa corporum caelestia non poterunt consolari illos praeter tribulationum magnitudine, nisi uelimus terram, caelos, solem, lunam, & stellas per metaphoram accipere, pro ordinibus seu gradibus populi, ut terra intelligatur esse populus, ut caeli intelligantur sacerdotes, stellae prophetae, sol rex, ut significet populus timore concutendus, sacerdotum conturbandum, maiestas regia peritura, & cultus iustitiae in templo & terra Iudaea defectura. Sic & per hyperbolen Christus in passione loquitur: Ego sum uermis, & non homo. ad insinuandam abundantiam contemptus sui & opprobrii. Haec tamen de hyperbole, nunc de ironia, cuius est in scripturis frequens usus. Cum sancta Trinitas dicit Adae post peccatum: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. per ironiam loquitur, cum reuera post peccatum Adam potius sit comparatus iumentis insipientibus. Augustinus libro i. contra

Petr. s. Iohel. s.

Hierony.

Psalmo 117.

De ironia.

Gen. s.

aduersa

Iob. 2. aduersarium legis & prophetarum, admonet hoc uerbum ij. ad Corinth. xij. Donate mihi hanc iniuriam. non simpliciter dictum a Paulo, sed ironia potius exprobrantis. Cur enim rogaret sibi ignosci, qui profuerit officio. Talem locutionem illic dicit esse & illam in Genesi iam dictam; Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Ironice locuta est ad Iob uxor sua: Benedic deo, & morere. De precio triginta argenteorum, quibus uenditus est Christus, grauius est ironia: Decorum (inquit) precium, quo appreciatus sum ab eis. Tanquam dicat: Quod uilissimo precio populus meus me uendendum & emendum iudicauit. Tertium Regum xxvij. Helias irridens prophetas Baal, ironice loquitur: Clamate uoce maiore. Sic in parabola Christi, quod uirgines sapientes dixerunt ad stultas: Ite potius ad uendentes, & emite uobis, non sunt putandę consilium de disse, sed crimen earum ex obliquo commemorasse, & per ironiam quandam dixisse: Ite nunc ad adulatores, quos uos beatificant. Theophylactus in Marcum docet uerbum Christi ad apostolos dicentis: Dormite iam & requiescite. esse per ironiam pronunciatum. Sic enim congruit quod sequitur: Surgite, ecce appropinquat. Hactenus de ironia. Amplius autem sunt in scripturis plerisque diuinis interdum orationes in absolute, quibus oportet sermonem quendam supplere aut intelligere, ut sententia perficiatur. Quod Paulus ad Romanos dicit: Abraham si ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam: sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Non est absolutus sensus, nisi intelligatur haec particula esse interposita, aut similis: sed Abraham habet gloriam apud deum, ut sic dicatur: Abraham si ex operibus legis iustificatus habet gloriam, sed non apud deum; sed Abraham habet gloriam apud deum, dicit enim scriptura: Credidit Abraham deo, &c. Sic quod dicitur ad Galatas. ij. Si ex lege haereditas, iam non ex promissione. Abraham enim per repromissionem donauit deus. Post hoc quod dicitur: iam non ex promissione, supplendum est haec oratio: hoc autem falsum, aut haec: sed ex promissione est haereditas, & tunc sequitur: Abraham enim per repromissionem donauit deus. Verum in omnibus locutionibus istis, si non esset coniunctio causalis enim, sed coniunctio autem, quemadmodum multi codices habent, lector facile deprehenderet sententiarum seriem. Item ad Romanos. v. dicens: Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes homines peccauerunt. non absoluit sermonis ordinem, non adiciens (inquit Origenes) partem eam, quae respondet ad uerbum sicut, ut sensus habeatur: propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. iam supplendum est: Ita & per unum hominem iustitia intrauit in hunc mundum, & per iustitiam uita. Sunt qui facilius hic se absoluunt, dicentes coniunctionem, & in hac oratione: & ita in omnes homines, &c. superfluum esse, & ita primum aduerbium sicut, cum sua oratione habere respondentem sententiam: Ita in omnes homines mors pertransiit. Rursus imperfecte sunt ibidem orationes: Sed non sicut delictum, ita & donum. Et infra: Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. In huiusmodi orationibus

nibus oportet quaedam supplere, ut habeatur sermo absolutus & debita sententiarum coheretia, hoc pacto: Non sicut fuit delictum Adae, ita fuit donum Christi. ac si dicat: non eiusdem sunt efficaciae. Siquidem donum Christi potentius est ad saluandum alios, quam peccatum Adae ad perdendum multos. Item non sicut per unum peccatum siue peccatum mors transiit in alios, ita donum uitae per unum transiit in alios, per unum saluatorem. Nam iudicium ex peccato uno in condemnationem, donum autem ex multis delictis in iustificationem. Tanquam dicat: ad condemnationem sufficit unum originale peccatum, quod in omnes homines pertransiit: gratia uero non solum illud unum soluit quod originaliter trahitur, sed etiam caetera, quae in unoquoque homine motu propriae uoluntatis adduntur. Sunt qui haec interpretantur de peccato per imitationem, sed ad magis illuminandam Christi gratiam super uniuersum genus humanum, etiam erga paruulos, uidentur nobis expositiones uenerabilis Augustini in hoc capitulo ad Romanos. magis seruantes doctrinam Pauli, qui in epistola tota ad Romanos. peculiariter intendit Christi gratiam declarare. Item quod dicit Apostolus ad Romanos. viij. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne sua. Imperfecta est oratio. Perficeretur autem, si loco participij mittens, poneretur uerbum praeteriti temporis, misit. Nunc autem perficienda est oratio, subaudiendo uerbum fuit, ut sic ordinetur: Deus fuit mittens filium suum in similitudinem carnis peccatricis, & de peccato. i. de filio suo, quem pro nobis peccatum, seu sacrificium pro peccatis fecit, condemnauit peccatum nostrum: quod scilicet damnare aut tollere impossibile erat legi, quae ad hoc erat inualida, impotens & infirma. Item quod dicitur ad Romanos. ix. Non autem quod exciderit uerbum dei, imperfectus est sermo, & supplere oportet, quod facile intelligitur hoc pacto: Supradicta de fratribus meis alienis a Christo, non ita dico, quod uerbum dei, seu promissio dei facta Israelitis & filijs Abraham, de benedictione obtinenda, exciderit seu irrita fuerit. Nam uiri Israelitae non omnes sunt, qui ex circumcisione sunt, neque omnes sunt filij Abraham, quod secundum carnem sunt filij eius: sed qui sunt sicut Isaac, qui fuit imitator fidei Abraham, sicut in Genesi ad Abraham loquitur deus: In Isaac uocabitur tibi semen. Quod uerbum exponens Apostolus: Hoc est (inquit) non qui filij carnis sunt, hi sunt filij dei: sed qui filij promissionis aestimantur in semine. Promissionis enim uerbum hoc est, secundum hoc tempus ueniens: Et erit Sarae filius. Deinde imperfectus est sermo qui sequitur: Non solum illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri, cum enim nondum nati fuissent. Hoc in loco erit oratio imperfecta, nisi suppleas quae facile intelliguntur, ut talis intelligatur ordo: Non solum illa, scilicet Sara, habuit promissionis filium, sed & Rebecca ex uno concubitu Isaac patris nostri habens, subaudi geminos filios, quorum unus erat secundum carnem solus, alter promissionis. Sunt qui ex originali lingua, concubitum in accusatiuo ponunt, intelligentes ex uno Isaac patre nostro concubitum habens. Nos autem interpretamur innitentes editioni nostrae uulgatae, subaudientes ea, quae glossa & interlinialis & marginalis olim adicienda notauerunt. Rursus in eodem capite: Quod si deus uolens ostendere potentiam suam

sustinuit

sustinuit in multa patiētia uasa irę, apta in interitū, ut ostenderet diuitias glorię in uasa misericordię, quę apparuit in gloriam. Imperfecta est oratio, & subaudi debet, quod intendebat probare: uidelicet nihil ergo habes o homo quod contra respondeas deo, qui potestatem habet ex eadem uili massa facere unum uas in honorē, aliud in contumeliā. Sic olim annotauit Origenes. Rursum imperfecta est & obscura oratio ad Rom. x. Moyses em̄ scripsit, qm̄ iustitiā, quę est ex lege, qui fecerit homo uiuet in ea. Quę aut̄ ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendit in cœlum, id est, Christū deducere: aut quis descendet in abyssum, hoc est, Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est, uerbum fidei quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & corde credideris q̄ deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris. Sensus apud nos est obscurus, ob id, q̄ Apostolus magnifico suo spiritu ex lege Moyse geminam intellexit uitam, & geminā iustitiā: Vnam, quę legis est per obseruationē operum legis: alteram, quę ex fide est, quę Christus est, quę & sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo, quis ascēdit in cœlum, &c. De priori ergo citat testimoniū Leuitici xviij. De posteriori aut̄ citat scripturā Deuteronomij xxx. Ne dixeris in corde tuo. i. ne cogitaueris apud te ipsum: q̄ ascendit in cœlum, ad deferēdum iustitiam ad nos, hoc est Christū ex alto deducere, subaudiendū est. Nam hoc, scilicet in corde cogitare: quis ascendit in cœlum ad portandum nobis iustitiam, est deducere Christū ex alto. i. detrahere Christum e cœlo in terrā, ac dicere eum nondū e cœlo ad nos iustificandos in carnē uenisse. Aut ne dixeris in corde tuo: Quis descendit in abyssum, hoc est Christum ex mortuis reuocare. Tanq̄ dicat: Cogitare in corde, q̄ descendit in abyssum ad afferendū uerbum iustitię, est rursus uocare Christū ex mortuis: utrunq̄ est errare in iustitia, quę ex fide est. Nam Christus uera iustitia & uerum salutis uerbum, iam olim de cœlo descendens in carnē mortalem, & ex mortuis resurgēs, operatus est salutē in medio terrę, & sic factus est prope, ut ad hanc iustitiam assequendam nō sit opus laboribus, operibus, aut meritis nostris: sed prope est uerbum hoc salutis & iustitię, ut si credamus & ore confiteamur ipsum propter nos homines, & propter nostram salutem uenisse in carnē, & resurrexisse a mortuis, salui erimus ab ira per ipsum. Vnde lex uetus diuinitus erat illi populo data, ut populus illam accipiens fieret iustus, non quidē per legem. i. non per legis opera: sed ut ex lege illa tanq̄ ex pædagogo, duceretur in Christum totius legis finem. Vnde præmiserat: Finis legis Christus, ad iustitiam omni cędenti. Ex huiuscemodi ergo declarationibus locus Pauli obscurus, factus est clarus. Sic ad Rom. xv. Christus nō sibi placuit, sed sicut scriptum est: impropria, &c. oratio est imperfecta, nisi suppleueris contrariā partem, ut sic dicas: Christus non sibi placuit, sed displicuit sibi. Sicut scriptum est in Psalmo, ubi loquitur ad patrem: Impropria impropertantiū tibi ceciderūt super me. Quod dicitur 1. ad Cor. vñ: De q̄bus aut̄ scripsistis mihi, bonum est homini mulierē non tangere. imperfectus est sermo, & facile subauditur uerbum respondeo, ut sit sensus: De q̄bus scripsistis

Rom. 10

Rom. 15

1. Cor. 7

stis mihi, respondeo, quia bonum est homini mulierē non tangere. Quod dicitur 1. ad Corin. xiiij. Sed in ecclesia uolo quinq̄ uerba sensu meo loqui, ut & alios instruam, q̄ decem milia uerborū in lingua. supplenda est dicitio, potius, hoc pacto: Sed in ecclesia uolo quinq̄ uerba potius sensu meo loqui, ut & alios instruā, q̄ decem milia uerborū in lingua. Tanq̄ dicat: Volo potius pauca uerba per mentem meam loqui, ita ut intelligam & intelligar, q̄ multa uerba sub miraculo doni linguarum, ab alijs non intellecta. Item ij. ad Thessa. ij. Paulus de tempore aduentus Antichristi loquens, orationē non absoluit, sed reliquit sensum imperfectum, cum dicit: Quoniam nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, q̄ aduersatur & ex tollitur supra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanq̄ sit deus. Hic iam interijciendū est, nō ueniet dies dñi. Sic q̄d dicit Apost. ij. Cor. ij. Et nō sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut nō intenderēt filij Israel in finem eius, quod euacuat, &c. nō est sensus perfectus nisi suppleas aliquid, & dicas hoc, uel simili modo: Et non, supple ponit spūs Christi uelamen nobis in sua lege euangelij, quemadmodū Moyses ponebat uelamen suum super faciem suā, sic ut nō possent intēdere filij Israel in finem eius, q̄d euacuatur. Tanq̄ dicat: Non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ita ut nō intenderent in eum, ita Christi spiritus ponit uelamen, seu umbras & figuras in euangelio, ut non possimus penetrare gloriam spiritalis intelligentię: Vnde coniunctio, ut, hic non finem designat, sed consecutionem potius. Ideo ponebat Moyses uelamen, quoniā splendorem uultus eius (inquit Ambrosius) filij Israel ferre nō poterāt causa peccati, q̄ sublato potestas datur uidendi gloriam dei. Item ij. ad Cor. v. Siue mente excedimus deo, siue sobrii sumus uobis. sunt orationes imperfectę, nisi intelligantur uerba esse repetita hoc pacto: Siue excedimus mente, deo excedimus: siue sobrii sumus, uobis sobrii sumus. hoc est, si elate & superbe, seu iactanter, aut per excessum quendam mentis putamur locuti, deo hoc remittendum est, tanq̄ iudici, qui nouit abscondita cordium. Si aut̄ sobrie & sapienter locuti sumus uobis. i. ad utilitatem uestram locuti sumus. Sic ad Galat. ij. Ab his qui uidebantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hoīs non accipit. Orationem inceptam Paulus non absoluit. Videtur enim adijciendum esse, ab his, qui uidebantur aliquid esse, supple nihil adiutus sum: nihil dedi, nihil accepi. Hactenus de locutionibus uniuersaliter, aut secundum certum numerum dictis, & de sermonibus, scripturis imperfectis, seu inabsolutis: iam de ordine in scripturis præpostero & recapitulatione. Sciendū est primum, q̄ prophete & euangeliste suis in historijs non seruauerunt rerum gestarum ordinem: sed plerunq̄ quod prius est factum, posterius narrant: & quod posterius factum est, prius recitant. Beatus Petrus in itineratione Clementis, magnificentia prophetię in hoc maxime comprobatur, q̄ prophete non secundum consequentiam rerum de futuris dixerunt, ne uiderentur potius ex sapientia humana dictasse, q̄ prophetasse. Ordo præposterus cū sit in prophetis usitatissimus, in euāgelicis tñ literis

1. Cor. 14

2. Cor. 3.

Alias, in faciem.

2. Cor. 5.

Gal. 2.

De præpostero ordine seu recapitulatione.

est manifestissimus. Lucas ante sermonē dñi in monte narrat multa, uidelicet paralyticū sanatū. Mattheum publicanū uocatū. Discipulos sabbato uellere spicas. Sanatā hoīs manum aridā. Leprosū mundatū, cui praeceperat Iesus, ne cui diceret. & alia quēdā, quae sane uniuersa. Mattheus post sermonē illum dñi in monte recitauit. Sed in omnibus his regula est obseruanda. Quae unus aut alter euangelista narrat sine ulla temporis consequētis differentia, ea intel liguntur facta secundum ordinē, quem trahere possumus ex alio euangelista. Quae si apud omnes euangelistas recitentur facta, non intimata temporis cō sequentis differentia, pro certo credantur facta: quia factarum rerum series sit nobis incerta. Quo ordine uocati sunt duodecim apostoli non apparet (in quit Augustinus) in euangelistarum narrationibus: quandoquidem non or do solum uocationis, sed nec ipsa singulorum uocatio est commemorata, sed tantum Philippi, & Petri, & Andree, & filiorum Zebedaei, & Matthei. Sup radicta, quae Lucas recitat ante sermonem domini in monte, ea sine tempor is differentia narrat. Factum est, inquit, cum esset Iesus in una ciuitate, ecce uir plenus lepra uidens Iesum, dixit: Si uis, potes me mundare. Et infra: Factum est, inquit, in una dierum, ecce uiri portantes in lecto hominē, qui erat paraly ticus. Et post hęc uidit publicanū nomine Leui. Et tandē ueniens ad sermonē domini: Factum est (inquit) in diebus illis, Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos suos, &c. & descendēs cum illis de monte, stetit in loco campestri. En uides, quae prouide Lucas narrat facta & gesta Christi sine temporis differentia. Sciamus ergo nia hil deperire ueritati, si quod prius praetermittit, postea recitetur. Et haec iam regula diligenter est in scripturis prophetiis & euangelicis obseruanda con tra haereticos & Iudaeos, caeterosq; euangelio Christi inimicos, qui curiosius contentiosiusq; perscrutantes euangelicos libros, sese inconuenientia, repugnā tia, & contraria in illis existimant deprehendisse, dum eadē Christi gesta & facta, neq; eodem ordine, neq; eisdē sententijs considerant recitata: non intel ligentes nihil esse contrarium ueritati, si quod prius est praetermissum, & etiā prius factum, postea legatur expressum esse quod sit factū, sed non quod sit postea factū. Credendū est Matthaeū fuisse uocatū ante sermonē dñi in mon te. Nam in monte Lucas commemorat omnes duodecim electos, quos apo stolos nominat. Item inter tentationes tres, quibus Christus tentatus est in de seruo, eam quā Mattheus recitat loco secundo, Lucas recitat loco tertio: sed nō est cōtrarietas, dum alter nō asserit unam post alterā posterius factam, sed gesta recitant sine tps differentia. Quod Marcus cap. iij. recitat Iesum ascen disse in montē, & imposuisse Simonī nomē Petrus, nō tunc, sed prius factum erat: & idcirco illud quasi recapitulādo Marcus cōmemorat. Sic & qd Mat theus narrat dñm dixisse: Tu es Petrus, & super hanc petrā, &c. non intelli gendū est Petrum hoc nomē tunc accepisse, sed tūc potius, cum alius euan gelista commemorat ei dictum esse, uocaberis Cephas, quod interpretatur Pe trus. Tunc enim ei nomē impositum est, cum antea uocaretur Simon. Vnde & apud Matthaeū nō ait illi Christus: Tu uocaberis Petrus, sed tu es Petrus.

Marcus

Marcus pluribus in locis non seruat rerum gestarum ordinē, neq; com me morat sermonem domini in monte, neq; aliquid eius simile dixit, nisi qualdā sententias sermonis illius, non contextim, sed sparsim, & ferme absq; ordine, ut solet praetermissa recordari, uel posterius facta praecipuari, sicuti diuini tus suggereretur memoriae. Item apud Mattheum capite xxvj. Iesus dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradet. Matth. 26. & consequenter paucis interpositis commemorat: Cum autē esset Iesus in Be thania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Tali ordine nar rat & Marcus. Mattheus ergo & Marcus postq; dixerunt Pascha futurum post biduum, deinde commemorauerūt: Cum esset Iesus in Bethania, ubi de unguento illo precioso dicit. Ioannes autē dicit Iesum ante sex dies Paschae ue nisse in Bethaniam, de unguento illo precioso eadē narrans. Sed ubi Matthe us & Marcus dicunt unguento illo perfusum esse caput Iesu, ipse Ioannes di cit Mariam unxisse pedes Iesu, & extersisse eos capillis suis, & domum im pletam esse ex odore. Sed in his nihil est cōtrarium alteri. Ex hac regula & ex alijs manifestum est considerantibus utrūq; esse factum, & mulierē uidelicet perfudisse nō solum caput, sed & pedes Iesu, Matthaeū insuper & Marcū de hac muliere dixisse, quasi recapitulātes ea, quae fuerāt prius facta. Mattheus em̄ & Marcus dicunt: Cum esset Iesus in Bethania, nō dixerūt: Postea uit Ie sus ad Bethaniā, aut cum tunc Iesus esset in Bethania, sed absolute dixerūt. De inde & hoc recolendū, Mariam bis unxisse pedes Iesu, semel cum remitteren tur ei peccata in domo pharisaei, cuius nomen erat Simon, sicut recitat Lucas cap. vii. alia uice in domo Simonis leprosi ante sex dies Paschae. Et utrūq; fa ctum recitat euangelista Ioānes: unum cap. xi. alterū uero cap. xij. cuius memi nit Mattheus & Marcus. Item Lucas cap. xxij. de calice dato discipulis bis cō memorat, semel anteq; discipulis panem daret, & anteq; acciperet panem, & gratias ageret. Ex hoc (inquit August.) intelligendū, Christū bis sumpsisse ca licem: Primū nō consecratū, ut finiret ueteris Pasche calicem: postea autē, nos ue Pasche calicē instituēdo. Amplius Hierony. ad Marcellam: Quod eadem mulier diuersis in euangelijs post resurrectionē Iesu, tenuisse pedes Iesu, & nō tetigisse referat, facilis est solutio, cum primum nondū credēs Iesum resurre xisse potuerit corrigi, & tanq; incredula rejci: postea uero nō repelli. Quod & de latronibus intelligi potest, cū unus euangelista latrones blasphemasse nar ret, alius alterz latronē esse confessum. Sed de his, quae post resurrectionē con trarietate habere uident, infra latius. Hic iam si roges, cur spūs diuidēs singu lis ut uult, mentesq; sanctorz euangelistarz sine dubio gubernās, & propter li bros in tanto authoritatis culmine collocādos, in recolēdo quae scriberēt diri gens, aliū euangelistā sic, aliū autē sic narrationē suā ordinare permiserit. Cur nō ita direxit illorū scribentū mētes, ut rerū gestarū seruarent ordinē, & unā quamq; sententiā suo loco accommodarēt? Respondeo: Satis probabile est, quod unusquisq; euangelistarū, eo se ordine credit debuisse narrare, q̄ uoluit spūs sanctus ea ipsa, quae narrabant, eius recordationi suggerere, ut non ex

Z ij arte

Regula diri
gendu ito
riam euange
licam.

Matth. 4.
Luc. 4.

Matth. 16

Ioan. 1

Christi & bis
calicē incor
na sumpsisse
Hierony.

Quare euan
gelistae rerū
gestarū ordi
nem nō ser
uauerunt.

arte, non ex communicatione humani spiritus, sed sicut suggerebatur diuinitus euangelia sancta haberentur scripta. Proinde, quod euangelistae suas sententias continuantes dicunt, in illo tempore, aut in illis diebus, aut tunc, aut postea, aut simile quid, indicant quidē ea, quae narrant consequēter gesta, sed non semper indicant ea esse post continuo gesta. Secundum praeposteram locutionis seriem intelligitur, quod in cap. x. libri Sapientiae de Adam est scriptum. Haec uidelicet sapientia, illum qui primus creatus est, pater orbis terrarum, cum solus esset, custodiuit & eduxit illum a delicto suo, & dedit illi uirtutem continendi omnia. Haec non tali ordine, quo recitant facta sunt. Nam Sapientia primum ipsi Adae iam creato, dedit uirtutē continendi omnia. Eundem Adam postea peccantem eduxit a delicto, promittens sapiētiam de caelis, qui in carne sua placaret deum patrē, exoluēs stipendiū commissi delicti. Vnde & hunc ordinem diligenter obseruauit interlinialis glossa ibidem, quo fit, ut Rubertus Tuiciē. iij. libro in Genesin, nō iusta ratione fuit motus, asserens scripturam illam libri Sapientie non esse de canone. Et hoc quod dictū est: Dedit ei uirtutem continendi omnia, nullum certum sensum praesentare, cum nullus homo, praeter unicum Christum, habuerit uirtutē continendi oia. Sed de his in alijs. Sufficiat autē in praesentiarum scire, quod scriptura cum explicat aliquid factum, & non exprimit post quid, uel ante quid sit factum, nō est necesse, ut factum esse intelligatur post quod, aut ante quod in scripturis recitatur. Quod cap. x. libri Gen. dicit de filijs Noe: Ab his diuisa sunt insulae gentium in regionibus suis, unusquisque secundū linguam suam. Item: Hi sunt filij Cham in cognominibus suis, & linguis, & generationibus. Sequenti autē capite legitur: Terra autē erat labij unius, & sermonum eorundē. Ex quo consequens est, ea quae in superiori capite premissa sunt de diuersitate linguarum, esse per anticipationē intelligenda. Huius generis multae sunt in scripturis locutiones, sic per prolepsim praecupationibus seu anticipationibus dicitur. Sic scripture sermo loca Bersabeae & Bethel, & Galgala nominauit inter res gestas ante tempus, quo ita sunt appellatae, Gen. xij. Sic multis in locis oues dei, siue filij Israel, aut filij Abraham, secundum spiritū appellantur pro tempore, quo nondū tales erant, sed futuri tales erant, & in praedestinatione diuina semper fuerūt tales, quemadmodū ait Christus: Alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili. loquēs de gētibus tunc nondū credētibus. Et his iam superioribus adijciendū est aliud documentum, diuersis modis recitandi sub diuersisq; uerbis, & sub uerborū ordine diuerso plerūq; eandem intimari sententiam, ueluti de uoce, quae in baptismo Christi de caelo facta est, euangelistae locutionem uariant. Matthaeus narrat de caelo fuisse uocem auditam: Hic est filius meus dilectus, ut pater intelligat astantibus locutus esse de filio suo. Alij duo narrant factam de caelo uocem dicentē: Tu es filius meus dilectus, ut pater intelligatur locutus ipsi filio. Item alius dicit uocem factā: In te mihi complacui. Alius dicit: In te mihi complacuit. In huiusmodi sententijs euangelistae nō uoluerūt significare uocem de caelo esse factā aut auditā, nūc per tertiam personā, nūc per secundā. i. de filio suo ad filium: sed uoluerunt narrare factam

Ioan. 10.

Matth.
Marci 1.
Lucae 1.
Ioan. 1.

factam, utpote de caelo auditam uocem esse a patre intonante, & testimonium his, qui aderant ferente, Christum esse filium suum dilectum, quē ipsi pro salute sua debeant audire, per quem & deus gerere constituerit, quod sibi placitū esset. Locutio illa siue facta sit ad Christū, Tu es filius meus dilectus: siue ad populum. Hic est filius meus dilectus, testimonium est dei patris testificatis de filio suo. Neque enim propter Christum facta est uox illa, sed propter eos, qui aderant, & propter nos, qui his qui aderant fueramus credituri. Item de uerbis, quae Ioannes Baptista respondit turbis, cogitantibus in cordibus suis, an ipse esset Christus, euangelistae uariant. Nam Mattheus recitat Ioannem de Iesu dixisse: Qui post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Lucas recitat eum dixisse: Venit fortior me, cuius non sum dignus corrigiam soluere calciamentorum eius. Ibi nō in uerbis solum, neque in uerborū ordine solum, sed & in sententijs ipsis uidetur esse dissonantia. Aliud enim est calciamenta portare, aliud corrigiam calciamentorum soluere. Interrogantibus ergo, quae uerba potius Ioannes dixerit, utrum quae Mattheus recitat, an quae Lucas, an quae Marcus? Respondemus euangelistas recitare nobis, non quae uerba & nomina uel Christus, uel apostoli, uel Iudaei locuti sunt, sed quas res atque sententias enunciauerint. Euangelistarū officium fuit, recitare nō nomina aut uerba, ordinemque uerborū uel a Christo, uel ab alijs prolata, sed res ipsas. Quis igitur oporteat omnem falsitatem ab euangelistis procul abesse, nō solum eam, quae mentiendo promittitur, sed eam etiam, quae obliuiscendo asserit. Non inde tamen consequens est, eosdem euangelistas non potuisse absque mendacio dicere aliquid aliter, quā ille dixerit, de quo aliquid narrant. Qui diuerso narrat modo, diuerso uerborū ordine, & numero, non aberrat a uoluntate sententiae illius, de quo narrat. Quamobrem Ioannes Baptista, si aliud intellexerit in eo, quod dicitur, calciamenta portare: aliud autē in eo, quod dicitur, corrigiam soluere, quid aliud existimandū est, quā Ioannē utrumque dixisse, siue diuersis temporibus, siue cōtextim. Potuit nempe sic dicere: Cuius nō sum dignus corrigiam calciamentorum soluere, nec calciamenta portare. Si autē ipse Ioannes de calciamentis Christi diceret, nihil aliud intendebat, nisi & excellentiam illius, & propriam suam humilitatem indicare, quodlibet horū, siue de soluenda corrigia calciamentorum, siue de portandis calciamentis dixerit, eandem sane sententiam tenuerunt euangelistae, per calciamentorum commemorationem metaphorica locutione exprimentes propriae indignitatis significationem, & Christi Iesu excellentiam. Hunc in modum Euangelista cum recitat uocem patris e caelis auditam: Hic est filius meus, &c. res ipsas uoluit nobis intimare, scilicet uocem e caelis lapsam, qua significat Christus esse filius dilectus, quem audire debemus: & Ioannē dixisse uocem, qua suam agnoscentes indignitatem, Christi quoque excellentiam ingenuè professus est: adeo, ut nec dignus esset calciamenta, aut corrigiam eius attingere. Constat eos qui nō eisdem idiomatis locutione, nec eodem genere, aut ordine, aut numero uerborū utuntur plerūque in rebus & sententijs non discrepare. Quemadmodū & in oratione dominica Christus docuit nos, nō uoces aut uerba, quibus orare debeamus, sed res ipsas, quas debemus

Euangelistas
non debuisse
nomina dicta,
sed res gestas
narrare.Christi oratione
dominica docuit
nō uerba, sed
res petendas

ab ipso petere & desiderare, utpote sanctificationem nominis sui, & aduentū regni sui, & res cæteras in illa dñi oratione recitatas; & has quidē nobis intimaui sermone oris sui, quo sibi placuit uti. Proinde neq; oportet nos orātes talis lingue uel idiomatis genus exprimere, quale Christus orare nos docens expressit, sed res ipsas debemus petere, quas docuit. Vnde cum ait: Sic autem orabitur, Pater noster, q̄ es in cœlis; non hic iussit, certum uerborū & genus, & ordinē explicare, sed ut quibus uelimus uerbis aut linguis peteremus res ipsas. hoc est, sanctificationē nominis eius, aduentū regni eius, impletionem uoluntatis eius in terra sicut in celo, largitionem panis quotidiani, remissionem peccatorum, cæteraq; in oratione hac designata. Secundum huius in super dogmatis considerationem dissoluunt quæstiones difficiles, Cur uide licet euangelistę plerunq; citant quædam testimonia ex lege, Psalmis, aut ex prophetis, quæ tñ non sic reperiuntur apud ipsos conscripta? In huiuscemodi quæstionibus dissoluendis, sciendū est canonicos scriptores eandem rem plerunq; inuersis, imo pene diuersis uerbis atq; præposteris explicare, prouidente spiritu sancto, cui (ut inquit Hieronymus) curæ fuit, non uerba aut syllabas aucupari, sed sententias dogmatū ponere. Sic quod apud Matthæum Christus dicit scriptum esse: Percutiam pastore, & dispergenſ oues gregis. nō uoluit Matthæus asserere, id scriptum esse sub tali uerborū ordine ac forma, sed intimare uoluit sententiā, qua significaret q̄ deus pater percussurus esset filiū suū. Vnde pro documento tenendū est, In scripturis sacris & pronūciari & significari, quicquid ex necessitate consequens est ex scripturis eisdē. In eo igitur, q̄ deus pater apud Prophetā alloquēs gladium suum, dixit: Percute pastorem, satis intelligitur scriptum esse, deum patrem percussurū esse filiū. Vere igitur dixit Matthæus scriptū esse: Percutiam pastore. uolēs hoc in scriptura esse significatū.

Sequitur caput quartū, de tropologicis locutionibus in sacris literis.

IN superiori capite de quibusdam speciebus tropicæ locutionis differuimus, utpote de hyperbole & ironia; iam super est gñaliter de uocibus & orationibus tropologicis, seu translate acceptis considerare. Scripturæ sacræ plerisq; in locis sunt difficiles, ambigūe & obscuræ, eo q̄ in eis est magna copia locutionū secundum tropos. Nam ex superioribus (iuxta Augustini sententiā) manifestum est, prophetas, Christum, & apostolos fuisse ufos omnibus loquendi modis, quos Grammatici Græco nomine tropos uocant. Et cum unaquęq; lingua suis utatur tropis, super omnes tamē sermo scripturæ sacræ magis est ex huiuscemodi tropis contextus: quo fit, ut magna pars intelligentię scripturæ in tropis, in similitudinibus, in parabolis sit sita. Ego dominus deus tuus (inquit) locutus sum super prophetas, & ego uisionē multiplicauit eis, & in manu pphetarū assimilatus. Locutionū modos Græci (inquit August.) tropos uocant, eoq; uocabulo Græco etiam nos (inquit) utimur pro Latino. Sicut enim schemata uisitatius dicimus, q̄ figuras; ita uisitatius dicimus tropos, q̄ modos. Singulorū aut troporū noīa, ut singula singulis referantur, difficillimū est & insolentissimū Latine enunciare. Vnde quidam interpretes

interpretes nostri, quod ad Galatas ait Apostolus: Quæ sunt in allegoria, uolentes Græcum uerbum ponere, circumloquendo interpretati sunt, dicētes: Quæ sunt aliud ex alio significantia. Hæc Augustinus xix. de Trinitate, capite nono. Tropus autē iuxta Quintilianī descriptionē, est uerbi uel sermōnis a propria significatione ad aliam cum uirtute mutatio, a uertendo appellatus: eo q̄ dictio a propria significatione uertitur in aliam nō propriam, aut decoris, aut necessitatis, aut cultus, aut emphasios gratia. Iuxta Augustinum autē, Tropus est modus locutionis, aliud ex alio significātis. Cuius plures (inquit) sunt species, in quibus sunt: ironia, hyperbole, enigma, & id genus alia. Enigma est obscura allegoria, sicut est Prouerb. xxx. Sanguis uicæ duæ sunt filia, dicentes semper: Affer, affer. quod Hierony. interpretat, Diaboli duæ sunt filia: insatiabiles, luxuria uidelicet & auaritia. Pro rebus his latius intelligendis est sciendum, q̄ in scripturis sacris non solum uoces, sed & res ipsæ significant & figurant plerūq; res alias, ita ut in eis excellentior & multiplicior sit rerum, q̄ uocum significatio: q̄ significatio uocum est ex placito hominum, quā Xusus et hominū approbatio instituit. Significatio rerum est ex uoluntate dei, per spiritū suum res quasdā per alias significatis. Et id quidē bifariam: uno modo secundum tropologiam, seu per translationē, dum nō de rebus, quas proprijs uerbis significamus, uolumus dicere; sed earū rerum nomina ad aliud significandū ulurpamus, secundū aliquas earundem rerum similitudines: ueluti dum sub nomine aquarū aut arborum nō res illas, sed homines significamus. Secūdo modo contingit in scripturis res ipsas aliud significare, dum author de rebus, quas proprijs uerbis intelligit uult aliqd dicere, & per illas rursum alias res mysticas intimare. Et hinc iā oritur geminus scripturæ sensus: alius literalis, alter mysticus, per literalem sensum designatus. Vnde Augustinus xv. de Ciuit. dei: In scripturis allegoria interdū reperit in uerbis seu uocabulis translate acceptis, interdū aut in facto: ueluti cum Ap̄s e duobus filijs Abrahæ, uno de ancilla, & altero de libera (qd nō solum dictū, sed etiam factum fuit) duo testamēta intelligenda monstrauit. Huius generis facta sunt, oblatio Abel pastoris ouium, offerētis de primogenitis gregis, & occisio ipsius per Cain fratrem eius agricolam. Arca Neo. Sacrificium Melchisedec, offerētis panem & uinū. Sacrificiū Abrahæ. Natiuitates, pugnae quoq; seu luctæ Esau & Iacob. Ingressus filiorū Israel in Ægyptū. Liberatio & miraculosus egressus eorundē ex Ægypto. Transitus maris rubri. Lex data supra montē Syon in tabulis lapideis. Protectio eorū in deserto, per columnam ignis in nocte, & per columnā nubis in die. Manna pluens de celo omne delectamentū habens. Petra percussa scaturiens aquis. Sacrificia Iudæorū in agnis, uittulis, hircis, ceterisq; animalibus. Bella & prelia cōtra gentes. Exaltatio serpētis in deserto. Promissio terrę fluentis lac & mel. Hæc & id genus alia, nō uoluntas aut interpretatio humana, sed Ch̄s per se & suos apostolos docuit scdm allegorias & figurā mysticarū rerū esse dicta, gesta & facta: ad inuimandū uidelicet mysteria redēptionis gñis humani ab Ægyptiaca p̄t̄i teruitate, q̄ erat sub infernali Pharaōe, quē suo sanguine uicit Ch̄s, factus agnus

Quintilianus

Species tropi.

In scripturis uoces, sed & res significant.

Origo gemini sensus.

Aug. de allegoria duplici.

Gesta uere, rest. esse allegorica.

Quare euan gelistę citat scripturas, q̄ habent in uet. testa.

Matth. 16

Nota regulā uilem.

Scripturā sacrā tropicis locutionibus abundare.

Osee 11.

Augustinus. Quid tropo.

pro nobis sacrificium & uictima. In eo, q̄ Moyſes Æthiopiſſam ducit uxorem, ſignificatur q̄ lex dei, & uerus eius intellectus tranſeat ad gentes, ſuper quo murmurat Aaron, Iudeoꝝ ſacerdotiũ, & ſoror eius Maria. i. ſynagoga: quemadmodũ & ſaluator in eo, q̄ regina Auſtri uenit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, docuit ſignificari eccleſiam, de gentibus a finibus terræ uenientem ad audiendã ſapientiam ueri Salomonis. Vt roq̄ gñe tropi ſpiritus ſanctus in ſcripturis ſacris dignatus eſt uti ad utilitatẽ noſtram, q̄ ex rebus ſenſibilibus, tanq̄ ex ſpeculis quibusdã, figuris ſeu picturis citius ad inuſibilia dirigimur, & in ipſo tranſitu delectatione rapimur ardentiore. Ea quæ figurate nobis inſinuantur plus mouent, plus admirantur, magis accendunt amorem, q̄ ſi nude (inquit Hierony.) proprijsq̄ uerbis, ſine ullis ſacramentorum ſimilitudinibus dicerent. Vnde & in utroq̄ genere tropi mos eſt ſcripturæ, locutionibus ſecundũ tropum ſignificantibus miſcere plerũq̄ & adijcere locutiones proprias, ut intentio ſtudioſi lectoris ſobria, cum quodã utili & ſalubri labore perueniat ad intellectũ ſpiritualem. De priori tropi genere laſtius in tractatu ſequenti dicitur, cum tractatur de tranſitu literę ad ſpiritũ. De uocibus autẽ translate acceptis nunc dicendum. Poſſe autẽ dictio aut oratio a propria ſignificatione ad tot ſignificationes aliarũ rerum accommodari, quot conditiones & proprietates proprium illius dictionis ſignificatũ habet cæteris rebus apte & congrue accommodabiles. Quamobrem in ſcripturis ſacris eadem dictio reperitur ad diuerſas res, etiam cõtrarias uſurpata. Veluti cum in leone, propter eximiam fortitudinẽ, nunc Chriſtus ſignificatur, q̄ ſua ſapientia diabolus uicit, dicente ſcriptura: Vicit leo de tribu Iuda. nũc uero diabolus, propter iram & furorẽ ſuum. Circuit (inquit Apoſtolus) tanq̄ leo rugiens, &c. Ignis, uulnus, & gladius, inter dũ accipiunt in re bona. Nam ignem ſe mittere in terram Chriſtus dixit. Sermonẽ dei, ſcriptura dixit gladium bis acutũ, propter duorũ teſtamentorũ aciem. Et in Canticis ſe dicit eccleſia uulneratam charitate, uelut amoris impetu ſagittatã. Vbi autẽ hæc in malam partem accipiuntur, facile eſt conſiderare ex ſententiarũ ordine. In fermẽto interdum intelligitur, nunc omne prauum bono commixtũ, ut pote peruerſa interpretatio, aut falſitas ſcripturis bonis intermixta, ut: Cancte a fermẽto phariſeorum, aut prauus & contagioſus homo in eccleſia, ut: Expurgate uetus fermentum. i. ad Corin. v. Interdum autẽ in fermẽto intelligitur res bona, notitia uidelicet & intelligentia ſcripturarum, ut apud Matth. Simile eſt regnũ celorum fermento, q̄d acceptũ mulier abſcondit in tribus farinae menſuris, donec fermentaretur totum. Sic in montibus intelliguntur, nunc ſuperbi, tumidi: nũc humiles, ſedula deuotione habitãtes in cœleſtibus, qui terrena didicerũt contemnere, & ea quæ ſurſum ſunt querere, & ſaper. Item in calice nunc uoluntarium amaritudinis poculum, ut paſſionis maris, nunc inuoluntarium ſupplicii diuinæ ultionis, nũc poculũ dulce, nunc lacrificantis intelligit. In quibusdam uero ſcriptura ita eſt obſcura, ut non facile queas diſcernere in quam rem intelligat uocabulũ eſſe tranſlatũ, ueluti cum dicitur: Sicut calix in manu domini uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, uerũtamen fex eius

Emphatic tropic locutionis.

Hierony.

Utilis regula.

Fermẽtu q̄d ſignificet.

Math. 13.

Quid note calicis.

Pſalmo 74.

eius non eſt exinanita, bibent omnes pctõres terræ. de quo uerbo iam in ſuperioribus Auguſtini ſententias recitauimus. Et in huiusmodi tunc obſeruanda eſt hæc regula: Quando ex eiſdẽ ſcripturę uerbis, non unum aliqd, ſed duo uel plura ſentiuntur, etiam ſi lateat quid ſenſerit ille, qui ſcripſit, ſi quodlibet congruũ ueritati ex alijs ſcripturæ locis doceri poſſe, nihil eſt periculi ſeruantibus & conantibus, ut ad ueritatẽ & intentionem perueniãt authoris, per quem locutus eſt ſpiritus dei. Spiritus em̄ ſanctus, q̄ & ſpiritus eſt ueritatis, ſic obſcure in noſtram exercitationem & humiliationẽ locutus eſt. Etiam pręuidit aliam ſententiã occuſuram eſſe pio lectori, imo ut occurreret præuidit & operatur. Et hæc eſt laudanda ſcripturę ſacrę fecunditas, ut ſub eiſdẽ uerbis plures ſalutares plerũq̄ intelligantur ſententię, quę ſingule ita ceteris ſententijs coherent, ut neſcias quam præferre debeas. Studioſus igitur ſcripturę ſacrę lector hoc obſeruare debet, ut uocabula a propria ſignificatione ad aliã rem ſignificandam uſurpata, pro cauſis & rebus, de quibus agitur, aptare & accommodare diſcat. Vnde multi propter ignorantiam uirium & proprietatum rerum, ueluti dum neſciunt quas uires habeant uel aquile uel aſpides, nõ intelligunt omnino, cur dictum ſit: Renouatur ut aquila iuuentus tua. Sicut aſpidis ſurdę obturantis aures ſuas. In omnibus locutionibus figuratis uigilare debet mens ſtudioſi lectoris, & cauere ne figuratam locutionẽ ad literam accipiat, & ne rurfus locutionẽ non figuratam accipiat ſolum ut figuratam, excludens ueram literalem ſententiã. Sed hic in primis oportet oſtẽdere uiam quandam, qua cognoscitur aliquis ſcripturæ ſacrę ſenſus eſſe figuratus, aut metaphorice accipiendus, ſecundum doctrinã ſuperius traditam. Deprehenditur locutio eſſe figurata, ſeu metaphorice dicta tali conſideratione: In ſcripturis ſacris omnis locutio, quæ ad literã accepta, uidetur aut malum aliqd, ſeu crudele, aut molle, ſeu carnale aliquod iubere, aut bonum aliquod, uel beneficium proximo impendendum uetare ac prohibere, accipienda eſt tanq̄ figurata & metaphorica. Ex hac iam regula duæ ſunt conſiderandæ ſententię: Vna, In ſcripturis ſacris quicquid aſperũ, aut ſæuum, & crudele ſonat, & commendatur a ſanctis factum, aut iubet ut faciãt, hoc nõ ad literã, ſed ad cupiditatis regnũ, & ad uincendũ aĩæ hoſtes intelligit eſſe ſcriptũ. Veluti q̄d Chriſtus dicit de odio patris & matris, & proprię animę, ſeu uitę corporalis. Alia regula: Quicquid in ſcripturis molle & carnale ſonans commendat a ſanctis factum, aut iubetur ut faciãt, hoc non ad literam, ſed ad charitatis & amoris Chriſtiani regnum promouendum intelligitur ſcriptum. Huius generis ſunt ipſius ſponſę oscula, tactus, amplexus, accubitus ſponſi inter ubera in ſcripturis commendata, & præſertim in Canticis canticorũ, quæ non carnaliter, ſed ſpiritaliter ſunt accipienda de charitatis amplexibus, quibus aĩa prorsus exuta amore carnali, adherẽs Chriſto ſuo ſponſo, ueris fundata uirtutibus, efficitur ſancta & caſta. Huiusmodi caſti amoris officia, quãto magis translatis uerbis operiri uident, tanto magis cũ fuerint aperta dulce ſcũt animis nr̄is iam eccleſia ſuſpirantibus. De eo, q̄d iuſſum eſt Abraham, ut immolaret filiũ ſuũ. Et de eo, q̄d Oſeã præcipit, ut acciperet ſibi uxore fornicariam, alia eſt ratio: quia

Peculiaris ſcripturari fecunditas.

Elegãs regula diſmoſcendi figuratas locutiones.

Gen. 28
Oſeã 1

Math. 7

Math. 10.

Lucæ 14

Quid sit odi
re patrē, &c.

Math. 23.

quia hæc & id genus alia, quædam in scripturis sacramenta, significandi gratia sunt facta. Ex huiusmodi ergo regulis patet, quod sermo Christi dicentis: Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te, ad literam acceptus, malum uidet præcipere: idcirco metaphorice est accipiendus, non ut corporis nostri membra præscindamus, sed ut usus eorum peruersos atque præposterios abscindamus. Insuper considerata illic sententiarum coheretia, per manum & pedem possemus intelligere amicos & propinquos, quorum auxilio quotidianum opus habemus; tales si nos scandalizant, id est ruinam in causa animæ faciunt, excludendi sunt a societate nostra: melius enim est nos debiles & claudos, id est solatio, adiutorio, & communione talium cognatorum destitutos ire in ruinam, quam illis iunctos ire in gehennam. Hac enim ratione dicit ibidem Christus: Non ueni pacem mittere in terram, sed gladium: ueni enim filium separare aduersus patrem & filiam aduersus matrem, & inimici hominis domestici eius: quantum & hoc a quibusdam interpretetur esse dictum a Christo pronunciantis animo, non hortantis aut iubentis lege, sed recurrit in priorem sensum, etiam quis intelligat esse pronuntiatum. Quod dicit Christus: Qui uenit ad me, & non odit patrem & matrem, &c. non est me dignus, non iubet ut maleuoli simus, aut sæuiamus in parentes aut cognatos, neque ut odiamus illos, aut fugiamus ab illis, quatenus nobis sunt sanguine iuncti: nam contrarium huius præcipit nobis, ut uidelicet patrem & matrem honoremus. Unde & sub innocentie statu etiam fuissent (inquit Augustinus) naturalia iura cognatorum societatesque necessitudinis, communio nis, uenerationis, & amicitie erga parentes: sed uoluit Christus, ut odiamus & in illis, & in nobis, quicquid amoris Christi aut extinguit, aut minuit: hoc est, odire & blandimenta, & affectiones, quibus obsistunt nobis in uia Christi, ab amore illius nos auocantes. Non iussit Christus, ut aut carnem, aut membra corporis nostri audiamus, sed ut membrorum usum, & erga carnem nostram affectiones, quas hactenus habuimus peruersas ac præposteratas, mortificemus: destruentes in nobis regnum diaboli, id est cupiditates, concupiscentias, quibus diabolus in nobis regnare desiderat, qui semper molitur rationalem mentem auertere & alienam facere a deo uero suo. Sic enim ait apostolus Paulus: Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs suis. Ad eundem sensum commendat Christus eunuchos, qui semetipsum castrauerunt propter regnum caelorum, non quod corporis membrum sibi præsciderint, (nam & de illis in alia parte sic loquitur: Sunt eunuchi sic facti ab hominibus) sed quod usum illius membri prorsus propter sequelam Christi abiecerint, ut celibes in carne & animo seruiant deo. Sic quod in Psalmo centesimo, Christus ad patrem loquitur: In matutino interficiam omnes peccatores terræ, ut disperderent de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. accipiendum est non de corporali occisione, sed de spirituali, quæ non ferreo gladio, sed spirituali perficitur, de quo ait: Posuit os meum quasi gladium acutum. Neque enim Dauid, neque Christus per Dauid figuratus, legitur peccatores secundum corpus interfecisse, & perdidisse de ciuitate domini, sed Christus fecit peccatores esse mortuos peccato & mundo, ut uiuerent deo in ciuitate domini, quæ est ecclesia.

Deinde

Deinde ut & uniuersalis locutio demonstret uera esse, sciendum est, quod Christus de ciuitate sua, id est de qualibet anima, & de ecclesia sua disperdit omnes operantes iniquitatem, aut in primo suo aduentu ex sua misericordia faciens, ut peccatores de cordibus suis hostes suos internos pellant, crucifigant, mortificentque carnem cum uitijs suis, prauisque desiderijs: aut in secundo aduentu ex sua iustitia ab electis suis segregans peccatores incorrigibiles, & impoenitentes in mortem gehennæ ignis. De regno suo tollet Christus omnia scadala, quæ in hoc mundo prorsus tolli non possunt. Sic de occisione spirituali accipitur, quod in Isaia de Christo dicitur: Spiritu oris sui interficiet impium, hoc est, spiritu uerbi sui destruet ipsam impietatem. Dauid iniquos homines odio habuit, odians in eis, non quod homines erant, non naturam, quam deus dedit, sed iniquitatem & impietatem in eis. Sic iustus quisque iniquos odit, dum admonitionibus & correptionibus adhibitis studet erigere illos, ut ex impijs iusti fiant. Scripturis igitur, quibus legitur deus contere omnes gentes, euertere impios, humiliare omnes colles, confundere scelestos & peccatores, indicant interdum dei misericordiam, lenitatem & elementiam super impios & peccatores, ueluti dum pro sua bonitate conuertit corda eorum ad fidem & charitatem, dum etiam in hac uita flagellat omnem filium, quem recipit. Interdum uero indicant dei iustitiam, ultionem, & uindictam, ueluti dum eis poenam peccatis dignam reddens tollit de medio. Sic quod apud Zachariam dicit: In die illa quæram contere omnes gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem. Exponit Hieronymus contere non in perditionem, sed ad emendationem, ut aduersus Hierusalem, id est sanctam ecclesiam militare desistant, & incipiant esse ciues Hierusalem, qui fuerant aduersus eam. Alij uero interpretantur de contritione in perditionem. Et utraq; expositio est sancta & catholica. Nam & temporibus Antichristi futuri, quæret dominus omnes nationes gentium trahere ad fidem, quæret & perdere omnes, qui conuerti non uerunt. Unde in xxi. de Ciuitate dei Augustinus: Euertuntur (inquit) peccatores duobus modis, aut sicut Sodomites, ut prorsus pereant pro peccatis: aut sicut Niniuite, ut ipsa impietas euertatur & destruat poenitendo. Secundum hunc sensum uerificata est sententia Ionæ dicentis: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertet. Verte impios (inquit Salomon) & non erunt, euersa enim est ciuitas, quæ mala erat, & facta est ciuitas bona: quæ mala erat euersa est in perditis moribus. Sic plane dicit scriptura: Spiritu oris sui interficiet impium, significans hoc non de corporali morte, sed de destructione impietatis. Deinde & in huiusmodi locutionibus, quibus comminantur supplicia certo hominum generi in peccatis ambulantium, tacite intelligitur conditio: si tales manserint, quales nunc sunt. Ex his itaque perspicuum est: conturbari, confundi, & erubescere in scripturis bifariam accipi. Nam alij conturbant ad salutem & poenitentiam, alij ad mortem & confusionem sempiternam. Ex horum consideratione soluit Augustinus quæstionem, cur electi a deo martyres occisi propter uerbum dei, Apocalypsis vi. se uindicari deprecant, clamantes uoce magna, & dicentes: Usque quo domine sanctus & uerus non iudicas, & non uindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra. Cur hæc, inquam, rogant & desiderant, cum apertissime

Isaia 11

Psalmo 118.

Augustinus,
Bifariam
peccatores per-
runt.
Ionæ 3

Isaia 11.

moneta

moneamur, ut pro inimicis nostris & prosequutoribus oremus. Intelligendū est (inquit) iustorum esse uindictā, ut oēs mali pereant. Pereunt autē duobus modis, aut conuersione ad iustitiā, aut amissione potestatis nocendi, qua nūc aduersus bonos grassant. Sic Christus conuassauit & conuassat quotidie inimicorum suorum seu superbiorum capita. Ex his diligenter consideratis, ostenduntur uerissimę esse locutiones uniuersales, olim de regno Christi tūc futuri prænunciantes, quod omnis uallis exaltabitur, quod omnis mons & omnis collis humiliabitur, & uidebit omnis caro pariter, quod os dñi locutū est. Quibus significatur, quod omnis qui uallis est. i. qui se humiliat, exaltabitur: & omnis qui mons est, hoc est, tumidi & alti cordis. i. qui se exaltat, humiliabitur humilitatione quadam, uel in hac uita uoluntarie ex superbia in salutarē poenitentiam, uel in die iudicij coactus in gehennam. Sic omnis caro uidebit Christū, communem salutis authorē, & in die iudicij iustum iudicem secundum humanam formam. Omnes erūt Christo subiecti. i. sub eius dominio. Nam omnes homines, tam reprobj, q̄ electi, uidebunt Christum esse dominum, uel coacti in poenis, uel uoluntarij in sempiternis gaudijs. Hac ratione implentur scripturę prophetarū, de Christo rege dicentiū, quod ipse in fortitudine ueniet, & quod brachium eius omnibus dominabitur. Huius generis scripturę sacrę regni carnalibus Iudæis in laqueum & in scandalum, dum ea, quę de Christo sunt, & illius regno, & de monte Syon, & Hierusalem, & de domo Iacob, ac de folio Dauid sunt a prophetis prænunciata, accipiūt scđm literam, terrenū regnum quoddam in terrena Hierusalem futurū, concipiētes ex huiuscemodi scripturis: quę tñ sunt accipiēda neq̄ de illa terrena Hierusalem, quę est in Iudæa, quod illa sit futura caput oīm regnorū huius mundi; neq̄ de ullo temporali regno, sed de spirituali regno, quod est ecclesia iustorū, in omni loco & gente collocanda: futura quidē atq̄ habitura initium in terrena Iudæa, & in terrena Hierusalem, in qua Christus scđm dispensationem uisibilis apparuit, nō aureum atq̄ gemmatū huius mundi regnū exercēs, sed mysticum in animabus hominum, uincens tyrannū peccati, efficiens principem huius mundi foras, extra corda filiorū Adæ, ut non amplius uiuant diabolo, qui humano generi inimicus, quærit a deo conditore, uero rege pacis ac uitę auertere, & indefinenter trahere illos ad æternę mortis interitum nō cessat, suggerēs semper ut ea quę carnis sunt sapiamus, & ambulemus secundū desideria seculi huius, ut teneamus in hoc seculo mentes nostras auersas & alienas a creatore, redemptore, & beatificatore nostro. Ob hoc regnum diaboli in cordibus nostris destruendum, & ad reconciliandū nos deo patri, qui eramus filij irę, uenit Christus in carnem mortalem, ut essemus mortui peccato & desiderijs huius seculi, & uiueremus deo, & per spiritum fidei, amoris, & charitatis illi iugiter studeremus adherere, gerentes luctam, bellumq̄ assiduū contra inuilibiles hostes animarum nostrarum, & contra inimicos nostros domesticos, qui habitāt in carne nostra. Proinde in regno Christi qui militant, ea quę carnis sunt odiūt, mortificant, destruunt, ut solo fruantur deo. In regno autē diaboli, gentes, carnalesq̄ Iudæi, ea quę carnis sunt sapiunt, cupiunt, desiderant, & futura per regem

Error Iudæorum de terreno regno Messie

Quale sit regnum Christi.

Regnū diaboli.

gem suum Messiam expectant, & quę sub tropis & metaphoris in sacris literis de regno Messie intumantur, carnaliter intelligunt: quærunt dominatorē urbium, terreni imperij sceptrū, sperant futurum auri & argenti largitorem Christum ducem, qui per mille annorū secula satisfaturus sit eorum carnalibus desiderijs & luxurijs: & ita aberrantes a uero scripturarū intellectu, quo magis ea quę carnis sunt expectant, quo magis hæc diligunt, eisq̄ frui desiderant, eo magis elongant suas mentes a uero Christi regno, qui in prophetis eorū scripturis prænunciatur uenturus pauper & humilis, abiectus tanq̄ leprosus, & oīm hominū nouissimus, talisq̄ futurus, qui hunc carnalem amorem, desideriaq̄ huius mundi docet contemnere, & uiuere in humilitate, mansuetudine, sobrietate, castitate, & iustitia, ut mens hominis soli deo uacare, illūq̄ diligere ex totis uiribus discat. Omnia prophetarū & uota & uaticinia tendebant in Christum, qui iuxta Paulum apostolū, est dei uirtus & sapientia. Proinde quod Christum nesciunt, quod uolunt sese in Moyse, in lege, & prophetis, sapientes, exercitatos & doctos putent: uerā dei sapentiā, scripturarūq̄ scientiā non habent, quę admodum ad Iudæos ipse ait: Erratis, nescientes scripturas, neq̄ uirtutem dei. Quę in lege, in psalmis & prophetis de Messia. i. Christo rege legunt, quod multiplicabit eis imperium, & quod pacis eius non erit finis, super solium Dauid sedebit, & super regnum eius, ut confirmet & corroboret illud, amodo usq̄ in sempiternum, & quod eleuabitur ut mons super omnes colles, & quod ad eum fluent oēs gentes, & quod in diebus eius erit abundantia pacis super terram tantā, ut homines sint cōflaturi arma bellica in uasa pacis, utpote gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces, & quod nō leuabit ultra gens gladium contra gentem. Item quod dominabitur a mari usq̄ ad mare, & a flumine usq̄ ad terminos orbis terrarū: & quod oēs gentes uenient & adorabunt eum, & quod ædificabit Hierusalem ciuitatē, & conuertet captiuitatē Syon, & quod Hierusalem dispersum in oēm terram colliget, & diliget portas Syon super oia tabernacula Iacob. Hęc & id genus alia Iudæi in hodiernum usq̄ diem carnaliter sapientes, uidentes non esse carnaliter impleta sub temporibus illis, quibus dñs noster Iesus in carne uisibilis apparuit in Hierusalē, aliū expectant Christum, qui corporaliter sit in hoc mundo regnaturus in Hierusalem terrena, tanq̄ rex regum & dñs dominantū, quę oēs reges gentium sint adoraturi, corporaliter residentē in terrena Iudæa, in monte Syon, in gaudio, pace & tranquillitate omnibus gentibus uoluntarie sibi subiectis imperantem. Quatenus igitur ualeamus propheticas scripturas de uero rege Christo, & de regno illius uaticinātes, intelligere: opere precii est uoces quasdam & locutiones tropologicas translate acceptas aperire, & id quidē ex scripturę locis apertissimis. In tota ferme scriptura docet spiritus res corporales ad res mysticas accommodare, ubiq̄ sumptis similitudinibus & parabolis a rebus communissimis, & apud commune uulgus manifestissimis: quemadmodū saluator semē iactum in terrā, piscatores iacentes retia in mare, uitem & palmites abscessos arefcentes, morbos corporis, & id genus alia, quę uisibilis hic mundus offerre bat corporis Iudæorū oculis, transferebat ad res ipsas animarū, & ad regnū a illius.

Christus est scopus oīm prophetarū & legis.

Marcia

Res corporales ad mysticas transferri.

illius: Nunc autem operosum foret de singulis uocibus a scripturis translate & uarie acceptis differere. Quandoquidem & huiuscemodi metaphoris tota scriptura testamenti ueteris est plena. Neque est ulla ferme res, quæ non translate accommodatur ad aliud ex alio, propter similitudinē aliquam significandam. Quæ in uno aut altero scripturæ loco, ad literam secundum propriam significationem intelliguntur accepta, in alijs scripturæ locis non proprie, sed translate a propria significatione usurpantur, metaphoricè intellecta. Et hoc quidem diligenter est obseruandum, non modo in omnium rerum generibus, sed & in operationum, motuum, passionum, & affectionum qualitibus, in cœlestibus & terrestribus elementis, & in corporibus, tam a natura, quàm ab artifice confectis. Item in cœlo, sole, luna, & stellis. In terra, in fluminibus, in mari, in Iordano, in insulis maris, in diluuijs, in desertis, in uento, pluuiâ, in grandine, in montibus, campis & uallibus: in arboribus, in cedro, cupressu, libano, in ficu, in uinea, in uite, in palmite, in palma: in rebus aromaticis, ut in unguentis, in thure, in myrrha, in cynamomo, balsamo, cypresso: in cibo, in potu, in pane, in uino, in calice. Item in nationū, regnō, locorū, ciuitatū diuersitatibus, in Babylone, in Ægypto, in Moas, in Æthiopia, in Iudæa, in Hierusalem, in monte Syon. Item in rebus propriorū nominū, ut in Abel, in Iosue, in Abraham, in Isaac, in Iacob, in Moyse, in Dauid, in Salomone, in Sorobabel, in Cyro, in Pharaone. Item in pecorū & armentorū & uolatilium generibus, ut in boue, in hinnulo, asino, in agno, lupo, leone, ceruo, cane, in aquila, in passere, gallina, gallo, in pellicano. Item in uasis seu armis, aut nominibus rerum bellicarū, ut in arcu, sagittis, iaculis, hastis, gladio, lorica, galea: in tentorijs, tabernaculis & acie castrorū, in cornibus, uexillis, tubis. Item in generibus indumentorū & ornamentorū humani corporis: in uestitu, in stola, in barba, in corona, in fimbrijs aureis, in ora uestimenti, in calceis, in bysso, in purpura. Item in membris & organis humani corporis: ut in capite, in ore, in oculis, in genis, in dentibus, in auribus, in labijs, in lingua, manibus, uberibus, uisceribus: in corde, in uentre, in renibus, lumbis & pedibus. Item in oīm operationū tam inanimatorū, quàm animatorū gñibus: ut in gressu, cursu, uolatu, uisu, locutione, urere, dormire, uigilare, esurire, sitire, manducare, bibere, uiuificare, inebriari, occidere, mori. Oīa hæc & alia multa in scripturis sacris propter aliquā similitudinē aut proprietatē transferunt ad rem mysticā, siue in Ch̄o & membris corporis eius, quod est ecclesia: siue in diabolo & ministris eius. Vnde in scripturis sacris duo leguntur reges, duo principes inter se contrarij, Christus & diabolus: qui & in eisdē scripturis reperiuntur appellari uariarū rerum noibus translate acceptis. Insuper & uterq; suam legiū habere ecclesiam, suum corpus, uariaq; in corpore suo membra, sua officia, suū cibū & potū, suas ciuitates, suas domos & habitacula, suā possessionē, suū semen & filios: sua castra, suas turres & propugnacula, sua uasa & arma bellica, suas sagittas, sua iacula, suos equites & quadrigas, sua fulgura, tonitrua & coruscationes, suam terrā, suas aquas, sua fulmina, suū ignē, suos campos, suaq; diuersorum generū animalia. Harum oīm rerum noīa, tam in specie, quàm in genere reperiuntur.

Duo leguntur reges sibi inuicem contrarij, & duo populi.

reperiuntur in scripturis sacris translate accepta, tam in bonā partē in regno Christi, quàm in malam in regno diaboli: & eadē pleraq; nūc in bonā, nūc in malam rem inueniunt accepta. Christus est agnus, propter innocentia: leo, propter potentia & fortitudinē: aquila propter sublimitatē: capra, quæ in summis pascitur, propter contemplationē: petra, propter stabilitatē: cornu, propter fortitudinem & uim insuperabilem: mons, propter eminentiam & excellentiam. Id genus alia sunt innumera, quibus in scripturis reperiuntur Ch̄s assimilatus. Diabolus est leo, propter ferocitatē: mons, propter tumore & superbia: serpens & coluber, propter insidias: princeps mundi huius, propter dominium in corda eorū, quæ diligunt mundū: rex Ægypti & rex Babylonis, propter potestatem, quā habet in hoīes tenebrarū & confusionis. Sic & horū duorū regū seu principum regna sub uarijs tropis intiment. Quemadmodū fideles Christo adherētes sunt unus populus, unū mysticū corpus Ch̄i: sic impij & infideles sunt unū mysticū corpus diaboli. De utroq; populo loquitur scriptura, tanquā uterq; populus esset una quædā persona, hñs caput, cor, & pedes. Isaie r. Omne caput languidū, & omne cor mœrens, a planta pedis usq; ad uerticē, nō est in eo sanitas. Illic per caput princeps quæ in Iudæorū populo: per cor aut, doctor quisq; & sacerdos, cuius est alios docere: per pedes aut, plebs intelligit. ubi spūs sanctus ex ore Isaie per metaphorā asserit, quæ a principibus usq; ad extremā plebem, a doctoribus usq; ad imperiū uulgus nulla sit sanitas, sed oēs pari ardore in impietate consentiunt. Ad facilius aut intelligendū huiuscemodi locutiones translate in scripturis significates, sciendū est, quæ regnum Christi, quod est in ecclesia, in scripturis sacris, quæadmodū latius declaratur in sequenti capite, intiment ut res una, & id quidē uarijs nominibus translate acceptis: & nunc quidem intimentur ut corpus unum, ueluti sponsa, uirgo, & mater, uel regina, uel mulier, aut columba, aut turtur: nunc ut ciuitas una, uel ædificatio, seu domus una ædificata: nunc ut castra seu exercitus militantium, nunc ut hortus conclusus seu ager plenus fructibus, cui benedixit dominus: nunc ut uinea, nunc ut terra manans lac & mel, nunc currus dei decem milibus multiplex, nunc arca. Ecclesia corpus dicitur propter fidelium unionem, in uinculo unius fidei, spei & charitatis. Sponsa, propter fidē Christo in baptisate datam. Amica, propter mutuū amorē. Columba, propter simplicitatem, & gemitū & luctum in hac peregrinatione. Turtur propter castitatē suspiriumq; ac desiderium cœlestis patriæ. Ciuitas, qualis est ciuiū multitudo, propter uinculum societatis in unum sub uno rege Christo, & sub una lege euangelij. Ciuitas etiā qualis est urbs, hoc est, ipsa moenia & ædificia propter structuram ordine debito factam uiuis ex lapidibus. Castra seu exercitus propter militiam eorū, qui in præcinctu semper debent uigilare, & stare parati ad prælium contra inuisibiles animarum hostes. Ortus ab oriente propter arbores herbasq; uiuas, quotidie nouas in eadem orientes. Uinea propter rationales palmites fide adherentes Christo uiti, proferentes uuas, id est, opera cœlestis uitæ. Singulis rebus sic, ad significandū ecclesiam, translatis, respondent & sua quæq; propria, quibus intimentur eiusdem ecclesiæ partes, aut

Appellationes Christi.

Appellationes diaboli.

Appellationes regni Christi, seu ecclesiæ.

membra, aut officia, aut uestimenta seu ornamenta, seu tempora & ætates & incrementa. Ecclesia cum assimulat corpori sua habet membra: suum caput, suos capillos, suam faciem, genas, oculos, aures, labia, dentes, guttur, linguam, uentrem. Huiusmodi nominibus etiam translate acceptis, ecclesiam eiusque membra in scripturis sacris appellari patet ex libro Canticorum, in quo Christus ut sponsus & dilectus loquitur ad ecclesiam suam, tanquam ad sponsam atque dilectam, pulchram, quam habeat genas, oculos, dentes, labia, nasum, quibus significantur diuersa eiusdem ecclesie membra, secundum diuersa gratiarum dona propter aliquam similitudinem sic appellata. Eadem ecclesia dum appellatur ciuitas aut domus dei edificata, suum legitur habere fundamentum, suos lapides, suas turrets & propugnacula, suos parietes, sua signa, suum cubile regium, suam uinariam cellam, suum lectulum. Huiusmodi nominibus translate acceptis, ecclesiam eiusque membra, ornamenta & officia appellari patet ex eodem libro Cant. & libro Psalm. & ex prophetis. Vnde & Isaie liiij. ad ecclesiam dicitur: Pauperula ciuitas & tempestate conuulsa, absque ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo in te saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Harum diuersarum rerum nominibus significantur lapides in ecclesia uiui, hoc est, ecclesie membra diuersis gratiarum donis preedita, de quibus dicitur: Urbem beatam Hierusalem, dictam pacis uisio, constructam uiuis ex lapidibus. Eadem ecclesia dum dicitur esse exercitus seu castrorum acies, suum legitur habere equitatum, suos currus, suas quadrigas, suos duces & principes, sua tabernacula, sua tentoria, suaque bella & praelia, suum apparatus bellicum: enses, gladios, scuta. Vnde in Cant. de ecclesia dicitur: Terribilis ut castrorum acies ordinata. Ad ecclesiam Isaie liiij. dicitur: Dilata locum tentorii tui, tabernaculorum tuorum pelles extende, longos fac funiculos tuos. Eadem ecclesia cum intimatur esse hortus seu mons pinguis, mons coagulatus, suas legitur habere arbores, suaque diuersi generis germina, suaque pascua, suosque fontes aquarum, suos fructus, suasque aromatatum species. In Psalmo dicitur: Mons dei, mons pinguis, mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Eadem ecclesia cum dicitur esse uinea, suam habet uitam suamque radicem, suosque palmites & propagines, suam sepem & maceriem, suaque turrim & torcular. Isaie v. Secundum diuersas huiusmodi metaphoras ecclesia nuncupata, diuersis etiam nominibus translate acceptis appellatur ipse Christus eiusdem ecclesie dominus. Cum ecclesia dicitur sponsa aut uirgo, ipse Christus congrua ratione appellatur sponsus aut uir illius. Cum uero eadem ecclesia dicitur corpus, ipse appellatur eiusdem corporis caput. Cum dicitur eadem ecclesia edificatio, seu domus aut ciuitas, ipse appellatur eiusdem domus fundamentum aut angularis lapis. Cum autem exercitus ecclesia appellatur, ipse dicitur rex, dominus & princeps. Cum dicitur uinea, ipse uitis appellatur. Et quia huiusmodi locutionum translate significantium in scripturis immensa est syllaba, prolixum esset de singulis in specie dicere. Ex multis pauca recitabimus, ut ex illis quid in cæteris quoque sit faciendum uideamus. Ecclesia ergo dum corpori assimulat propter unionem in una fide, in una spe uocationis, quam oportet esse inter ecclesie membra in uinculo pacis: caput eius est Christus, a quo deferuntur

Isaie 14

In xta appellationes ecclesie fortitur Christus appellaciones.

deferuntur spiritus celestis uita in cætera membra. Capilli, populi dicuntur sumetes a Christo incrementum, aucti in numerum magnum, qui sunt tanquam ecclesie coma, seu caesaries, seu corona. Vnde ait: Capilli tui sicut greges caprarum, quae ascendunt de monte Galaat. Facies ecclesie est fides, qua a deo cognoscimur, & ipsa eius uita & conuersatio membrorum eius. Vox tua dulcis (inquit sponsus) & facies decora. Genae dicuntur partes uultus, in quibus honestas & uirginalis pudor cognoscitur, per quas sine dubio (inquit Origenes) illi in membris ecclesie significantur, qui castitatis & pudicitiae excolunt honestatem. Vnde ait sponsus Christus ad sponsam: Genae tuae sicut genae turturis, & sicut fragmen mali punici. Ecclesie oculi sunt pastores, doctores, caeterique prestantiores, qui in ecclesia caeteris prebent scientiae & intelligentiae lucem, de quibus saluator: Vos estis lux mundi. Sunt ecclesie oculi duo: unus superior, in quo significantur in ecclesia contemplatiui, qui celestia meditantur; alius inferior, in quo significantur, qui in ecclesia proximorum necessitatibus inuigilant. Vnde sponsus in Cant. ad sponsam: Vulnerasti me in uno oculo. Labia in ecclesia sunt hi, per quos locutus est deus, utpote, apostoli, euangelistae, & doctores, qui & collum in ecclesia esse dicuntur, similes turri Dauid cum propugnaculis. Vbert ecclesie, sunt dilectio dei & proximi, aut ueteris, aut noui testamenti scripturae, ex quibus ecclesie filij sugunt lac seu dulcedinem eterne salutis. Ita in reliquis quoque corporalibus membris consideranda est metaphora secundum circumstantiam literae aut scripturae. Ecclesia dum domus aut edificium aut ciuitas appellatur, Christus illius fundamentum dicitur, tanquam sustinens totum illius ne ruat aedificium; & lapis angularis, iungens in unitatem fidei & charitatis utrumque, uidelicet & ueteris & noui testamenti populum. Christus insuper in hoc ecclesie aedificio, non solum fundamentum aut lapis angularis dicitur, sed & fundator & custos, protector, turris fortitudinis, arx, porta & ostium, dies, & lumen illuminans tenebras eius, Christus in hac sua domo est, in imo est & in summo. Ipse est qui ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, egredietur & ingredietur, & pascua inueniet. Ipse est, quem propheta appellat lapidem, dicens: Lapidem, quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. Quem sane lapidem idem propheta continuo secutus appellat diem, & dominum deum, qui illuxit nobis: Haec (inquit) est dies, quem fecit dominus, exultemus & laetemur in ea. Ipse est, qui iuxta prophetam fundauit hanc ecclesiam suam, & simul natus est in ea. Ipse est sapientia, de qua in Prouerbijs: Sapientia aedificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit uictimas, miscuit unum, proposuit mensam, misit ancillas. Haec sapientia dei & patris est dominus noster Christus, qui aedificauit sibi domum, aut humanam uidelicet carnem diuinitate plenam, aut ecclesiam uiuis ex lapidibus, excidit columnas septem, apostolos uidelicet & doctores, septiformi spiritu illustratos, secularibus desiderijs excisos ad portandum eiusdem ecclesie fabricam: immolauit uictimas, carnem uidelicet suam & sanguinem, seque ipsum totum, & proposuit scripturae sacrae mensam. Eadem domus ista, quae est ecclesia, secundum aliquam sui etatem considerata, apud Ioannem uocatur mulier amicta sole,

Can. 4.

Ibidem.

Marth. 5.
Geminie ecclesie oculi

Ioan. 10

Psalmo 117.

Psalmo 86.

Prouer. 9

Apoca. 12

Apoca. 11. Apocalypsis xij. Signum magnū apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarū duodecim: & in utero habens clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Et uisum est aliud signum in cœlo, & ecce draco rufus & magnus, habens capita septē, cornua decem, & in capitibus eius septē diademata, & cauda eius trahebat tertiam partē stellarum cœli, & misit eas in terrā, & stetit ante mulierē, quę erat paritura, ut cū peperisset filium eius deuoraret: & peperit filium masculum, q̄ recturus erat oēs gentes in uirga ferrea: & raptus est filius eius ad deum & ad thronū eius, & mulier fugit in solitudinē, ibi habebat locum a deo paratum, ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Hęc mulier est ecclesia, dum adhuc erat paruula, nondū habens ubera. i. utriusq̄ testamenti scripturas, q̄bus lactaret gentes, quę in principio amicta sole iustitię Christo, habens in capite coronā stellarū duodecim. i. ornata fide apostolorū duodecim, designatorū in duodecim patriarchis, seu tribubus filiorū Israel, subiiciens lunam, i. oēm huius mūdi mutabilitatē sub pedibus suis, dum adhuc sterilis erat in partu gentiū, desiderabat parere deo filios spirituales ex earundem gentiū nationibus, quę & per gloriosam dominā Mariam uirginē peperit filium, q̄ recturus erat oēs gentes in uirga ferrea. Sed draco magnus diabolus, & rufus, hoc est, sitiens sanguinem martyrum, habens capita septem. i. oēs huius mundi principes, & cornua decem, hoc est, omnia earundem principū regna, cupiuit huius gloriosę uirginis filium deuorare, ut non conciperetur in cordibus gentium per spiritum fidei. Has & id genus alias locutiones tropicas, poterit studiosus quisq̄ scripturę sacrę lector ex his, quę præmittuntur & sequuntur, intelligere, & formare sibi sententias ad ædificandum regnū charitatis Christi, destruendū regnum cupiditatis diaboli. Huiuscemodi tropis liber Apocalypsis est plenus, qui (ut inquit Hieronymus ad Paulinū) tot habet sacramenta, quot uerba, quę & uarie a uarijs inueniuntur exposita. In scripturis sacris multa sub umbris & figuris metaphoris inuoluta Christum sonant, quę & de Christo intelligunt ecclesiastici patres, quę tñ sicut & aliter recte possunt intelligi, ita fuerunt ab alijs sanctis patribus etiā aliter intellecta, sed cum cæterorū pace & unitate catholica. Quod ex scripturis declarat Augustinus lib. xvi. contra Faustum, cap. xxij. dicens uerbum hoc Deuteronomij xxvij. Videbis uiam tuam pendente, & nō credes uitę tuę, aliter q̄ de Christo posse intelligi, de Christo autē nō posse intelligi, nec ipse Faustus ausus est dicere. Cæterū & hic sciendū est, q̄ ecclesia cum appellat exercitus seu castra, suū habere legit equitatu, suos currus, suā aciem, suū ordinē, suos principes, suum apparatus bellicum. Sponsus ad sponsam seu ecclesiam in Cant. ait: Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, non dicit: Curribus Pharaonis assimilaui te, sed equitatu meo in curribus. i. exercitui meo inter currus Pharaonis. Ac si dicat: Assimilaui te equitatu meo, populo uidelicet Israelitico, assumpto ex curribus Pharaonis dimersis in profundū maris. Sunt equi in hoc mundo, quos ascendit Christus: sunt equi, quos ascendit Pharo, aut rex Babylonis. Equi & quadrigę Pharaonis sunt, quos aduersarius noster diabolus

Laus Apocalypsis.

Ecclesia appellat exercitus.

Cant.

holus trahit, & ducit ad persequendum ecclesię membra. Equi in ecclesia, sunt per quibus æquitat rex noster Christus, sunt fideles anime, quę frenum ipsius & iugum suauitatis sua sponte suscipiunt, qui non scdm sua ipsorū desideria præcipientes currunt, sed uinculo charitatis dei sua agunt ministeria, secundū Christi spiritū aguntur, de q̄bus in Abacuc: Qui ascendis super equos, & quadrigę tuę saluatio. Preuidit quidem Abacuc propheta suo tpe, q̄ deus ascenderet per principes Cyrum & Darium, q̄bus ceu equis. i. ministris uterē ad perdendū Babylonios, qui captiui detinebant populum Iudæorū. Præuidit etiam, q̄ ipse deus ascenderet super equos irracionales in multitudine exercitus, quos ad diuidendum fluuios inanimatos, quos exercitus transiret ad deuastandū eosdem Babylonios, & temporaliter liberandū Iudęos. Verum non solum ob huiuscemodi carnalem historiā, liberationēq̄ temporalem conuenit Abacuc prophetiā istam, quam usq̄ in finem seculi uoluit dei spiritus posteris legēdam relinquere, uolens in illa intimare, q̄ deus ascensurus esset super equos rationales. i. apostolicos uiros, qui quadrigas. i. ecclesias in uita & moribus quatuor euangelistarum fide ducerent. De huiuscemodi generis equitatu etiam legitur iij. Regum vi. ubi Helisæus loquitur ad puerum suum: Ne timeas, quia plures nobiscum, q̄ cum illis sunt. Et orauit Helisæus: Domine aperi oculos pueri huius, ut uideat. Et aperuit dominus oculos eius & uidit. Et ecce mons plenus equitibus erat, & currus igneus in circuitu Helisæi. Vbi in equis & igneis curribus intelliguntur angelici spiritus, cœlitus missi ad protectionem populi dei. Vnde & ipsa ecclesia currus est Christi, quippe quę regitur & dirigitur eiusdem Christi gubernaculis. Nec oportet hic studiosum sacrę theologię turbari, si in ecclesia, quę unus est exercitus, unus est currus, una domus, una uinea, legat multos esse currus, multas domos & tineas multas. Nam ecclesia quatenus est exercitus, multos habet currus: quatenus est ciuitas, multas habet domos: quatenus est regnum, multas habet ciuitates: quatenus est oliua, multos habet ramos: quatenus est uitis, multos habet palmites: quatenus est hortus, multas habet uineas & uarij generis arbores: sed omnes in ecclesia currus, omnes domos, omnes ciuitates, omnes rami, omnes palmites, omnes uineę sunt unus dei currus, una dei domus, una dei ciuitas: omnes rami, oēs palmites, una oliua in una uite, propter unitatem fidei & baptismi in una fide uocationis scdm unū spiritū dei in uinculo pacis. Vnde & in huiuscemodi tropis considerandę sunt locutiones reciproca. Sunt enim iustorū anime equi ipsius Christi, ut equitis & sessoris, quas uidelicet ipse Christus tanq̄ sessor ducit, dirigit & gubernat. Sunt & Christi equites tanq̄ fortissimi equi, portant ipsū. Portant iustorū animę Christum, portat & Christus iustorū animas. Sedet super corda nostra Christus, sedemus & nos in Christo, tanq̄ in sede quietis & conseruationis nostrę. Ecclesia proinde ratione congrua, sedes, solium, lectulus Christi ueri Salomonis appellatur: & ipse item Chrs est ecclesię lectulus, locus, & deliciarū paradus. Sic in Cant. Sexaginta fortissimi ambiūt lectulū Salomonis, & uniuscuiusq̄

Abacuc

Cant.

tes lectulum Salomonis, intelliguntur uel angelici spiritus missi ad ecclesiae custodia, uel martyres & uigiles praedicatores fidei, tenentes gladium uerbi dei in praecinctu, semper parati occurrere aduersarijs. In huiusmodi ergo locutionibus translate significatibus, conari debet sacrae theologiae studiosus, ut derpehēdat sacrae scripturae sensus, consideratis similitudinibus sumptis ex rebus ipsis corporalibus. Neq; turbari debet mens studiosi lectoris, si per domum Israel aut per uineā interdum plebs Iudaica intelligat, ueluti cum dicitur: Quid ultra debui facere uineae meae, & non feci. Et infra: Auferam ab ea sepem, & c. Et in Canti. inquit ecclesia apostolorum iam segregata ex synagoga Iudaeorum: Vineam meam non custodiui. Tanq; dicat: Ego ecclesia Christi ex apostolis congregata, non custodiui uineam meam synagogam Iudaeorum: quippe quae custodiri aspernabatur a me, expellens me euangelizantē ipsi regnum dei. Vnde & praemiserat: Filij matris meae. i. Iudei filij matris meae synagoga pugnauerunt contra me, posuerunt me custodē in uineis, hoc est, eiciētes me a se, fecerunt me custodem in uineis Christo collectis & colligēdis ex gentibus. Caeterum & hic sciendū est, q; quēadmodū sermo diuinus sub una uoce metaphorice accepta, non unum & idem in omnibus scripturae locis significat: sed nunc unum, nunc aliud: nunc in bonā partē, nunc in malam pro locorum & personarum qualitate designat: Ita & plerunq; significat una & eadem res sub diuersarum rerum uerbis translate acceptis, secundū diuersas rerum similitudines. Et idcirco non debet quispiā absurdū arbitrari, si diuersa corporis membra ad eosdem homines in ecclesia diuersis considerationibus transferant, ut uidelicet in ecclesia praedicatores seu apostolici uiri dicantur nunc oculi, nunc dentes, nunc labia & genae, os, cor ecclesiae. Oculi quidem, quia per illos ecclesia uidet. Os quidem, quia per illos cibum spiritualem conterit & loquitur. Dentes, quia per illos duritiam peccatorum moribus praedicationum conterit. Amplius autē sciendum, q; nominibus metaphorice acceptis designantur interdum ecclesiae membra, interdum eius ornamenta, aut uestimenta, aut decor, aut pulchritudo. Interdum eiusdem ecclesiae & membrorum eius officia. Vestimenta ecclesiae, sunt opera iustitiae. Ornamenta uero diuersarumque unguenta, sunt uaria gratiarum & uirtutum dona: ut fides, charitas, humilitas, mansuetudo, & id genus alia. Tota ecclesia secundū successionis seriem suas habet gratias, sua incrementa, suam noctem, suam auroram, suum mane seu diluculum, suum diem. Parua erat ecclesia, quando in Iudaea solum erat deus notus, quando Iudeorum synagoga nondum pariebat deo gentes. Vnde in Cantico: Soror nostra paruula nondum habet ubera. Vera Christi ecclesia nondum habebat, quando in solis apostolis erat ecclesia, quando sedens in ciuitate Hierusalem nondum induta uirtute ex alto, nondum lacte praedicationis filios nutrebat. Sub nocte ecclesia erat, nam & nox intrauit in uniuersum genus humanum per Adae peccatum, quo facta est nox una & continua, incipiens ab Adā & a filio eius Cain, & ab imitatoribus illius super omnes gentes, donec irradiauerit & illuxerit in cordibus eorum Christus, uerus sol iustitiae & fidei lumen, iuxta Isaiae uaticinium: Populus gentium, qui ambulabat in tenebris uidit lucem

Isaiae 5.

Can. 1

Vna res uarijs uerbis per metaphorā significat

Ecclesiae gratias & incrementa.

Isaiae 9.

lucem magnam. Habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Quae admodum autē in uisibili mundo dies est praesente sole, in cuius lumine uideamus uiam, qua sit corporali gressu ambulandū. Nox uero est absente sole, cum non possimus progredi absq; offendiculo. Ita & in uniuersiusq; hominis anima dies est, orto iam in ipsius corde spirituali lumine, quod ualeat uidere & ambulare uerae salutis uiam. Hoc lumen est fides in Christum Iesum, qui est uia, ueritas & uita. Absq; hoc lumine habet quidē rationalis animus naturale lumen rationis internae, per quod discernit quandam naturalis legis iustitiam. Sed per hanc absq; spiritu fidei non poterit unq; assequi remissionem peccatorum, & peruenire ad uitam aeternā. Fuit quidē ecclesia iustorum ab initio illustrata lumine eiusdem fidei in Christum saluatorem etiam sub lege Moysi: sed fides illa adhuc sub umbris & figuris erat latens, nondum etiam uerbis apertis declarata. Insuper & de Christo in carnē uenturo erat, qua uidelicet credebatur promissioni dei, pollicētis se daturum & missurum Christum dñm, qui paradysum caelestem aperiret, caeteraq; implet, quae lex promittebat. Fides autē nostra est de saluatore iam dato, & iam toti mundo uerbis & eloquijs apertis manifestato. Ad hunc sensum inquit Apostolus de synagoga sua Iudeorum: Priusquam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae reuelanda erat. Nam lex paedagogus noster fuit in Christo. i. ad Christum nos ducebat. Idcirco ecclesia ante Christum dicitur mansisse in nocte quadā sub lege Moysi, donec umbrarum & figurarum transfirent in ueram lucem, in Christum scilicet uisibiliter apparentem in carne, in omnibus gentium nationibus manifestandū: quia ad inferos descendens, suosq; captiuos redimens, & a mortuis resurgens pandit & aperuit caeli ostium. Et hinc iam perijt nox ecclesiae, & incepit aurora sub Christo iam nato praedicante, & gloriam suam manifestate. Dies autē est a resurrectione Christi, usq; ad consummationē seculi. Sic olim pollicitus est per Isaiae prophetā: Prope est salus mea ut ueniat, & iustitia mea ut reuelet. Vnde Apostolus: Nox (inquit) praecessit, dies autē appropinquat. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Isaiae temporibus iam quidem uenerat salus secundū fidei spiritum in iustis, reuelataq; erat in credentium cordibus iustitia fidei: sed non sic uenerat, non sic reuelata, non sic data fuerat, quemadmodū in lege & prophetis promissa fuerat. Deinde & hoc sciendū, q; totū tempus mortalitatis & afflictionis huius uitae, plerunq; in scripturis nox appellat, quia nox in aduersitate ponitur, dies in prosperitate. Proinde & ecclesia etiam sub Christo iam nato, quae diu in hac ualle lacrymarum uarijs aduersitatibus & pressuris concutit, lamētatur sese esse in nocte & in captiuitate, in carcere, in uinculis, in periculis, in fluminibus maris. Caeterum in scripturis sacris secundū metaphorā accipiendus est sensus, cum sermo sit ad elementa, uel ad corpora inanimata seu ad bestias terrae. Aut dū illis attribuuntur ea, quae sunt rationalis creaturae officia. Vnde interdū officiorum seu operationum uoces proprie accipiunt, sed ipsorum elementorum nomina metaphorice usurpantur pro hominibus, aut contētis in illis, aut intellectis, secundū similitudinē quamdam repertā in illis. Veluti cum dicit: Audi caelum, & auribus percipe terram.

Gal. 3.

Isaiae 56
1. Cor. 5.

Nox in scripturis quid.

Item

Item: Audite coeli quæ loquar, & audiat terra uerba oris mei. Item: Iubilare deo omnis terra. Dominus regnauit, exultet terra. Facile quisq; sacræ theologiæ studiosus intelligit in huiusmodi locutionibus, cœlum & terrā nō proprie, sed metaphoricè accipi: ut uidelicet uel hæc accipiant tanq̄ per hyperbolen dicta, ad magis commouendos auditores, dum oīs creatura dei ad audiendum conuocat. Vel ut in noīe cœli & terræ intelligent oēs rationales creaturæ, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra contineant. Vel ut in nomine terræ accipiant hoīes, q̄ (ut inq̄t Paulus) terrena sapiunt, quorū deus uenter est, nō dum per spiritū facti cœlestes. In nomine cœli aut̄ intelligent hoīes, quorum conuersatio in cœlis est, q̄ sursum habentes corda terrenis desiderijs sic sunt exuti, ut nō obediant illis, iam renati in cœlestem uitam. Sic uenerabilis Cyprianus interpretat cœlum & terrā in oratione dominica: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Interdum uero ipsa elementorū noīa proprie accipiuntur, sed officia illis attributa translate usurpantur: ueluti cum de his, quæ acciderunt in exitu Israel de Ægypto dicit: Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum, montes exultauerunt ut arietes, colles sicut agni ouiu. A facie dñi mota est terra, a facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarū, & rupē in fontes aquarū. Verum & hic scire cōuenit, Dauid huiusce modi gesta tunc præterita suo populo nō sic narrasse, quin & illis rebus sic gestis, simul uoluerit futura quædam intimare. Egressus em̄ ille Israelitici populi ex Ægypto per ducem Moysem, prophetia fuit liberationis humani generis exeuntis de tenebris pctōrū per Christū regem. Ægyptus figura erat regni diaboli. Domus Iacob, designat genus humanū: Moyse, Christum: uirga Moyse, crucem Christi: mare rubrum, baptismū in sanguine eius. Vnde & super hac liberatione ex Ægypto pctōrū, peculiariter agere gratias intendebat, subdens: Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Super misericordia & ueritate tua, ne qñ dicāt gētes, ubi est deus eorū. Item q̄ in prophetis Christus prænunciat̄ regnurus super oēm terrā, & super insulas maris, & dominium habiturus a mari usq; ad mare: hic etsi non carnale regnum huius mūdi, nō temporale dominiū sit, sed spirituale sit accipiendū, nō aliam tñ terram, non aliud mare, non alias insulas, q̄ has corporales oportet intelligere. Voluit em̄ Propheta intimare spirituale regnū Christi, q̄ regnat per fidem & charitatē in cordibus hominū esse futurū super omnem terram usque ad insulas maris. Ex superioribus possumus colligere sententias. Prima est: In scripturis sacris omnis locutio rebus corporalibus dicta de magnificētia regis Messie, de pugnis, de prælijs, & de uictoria ipsius contra hostes, de specie & pulchritudine eius, intelligenda est ut sit figurata quædam locutio: ueluti cum dicitur q̄ eleuabit̄ mons domus dñi super oēs colles, & sedebit super solium Dauid & super regnum eius, & q̄ deus posuerit super caput eius coronam de lapide precioso, & q̄ accinctus fuerit gladio super femur suum, & q̄ fuerit myrrha & gutta & casia a uestimētis eius in domibus eburneis, & q̄ contriuerit arcum, confregerit arma, & q̄ scuta comburet igni, & q̄ tunc exultabunt omnia ligna syluarū a facie eius, & q̄ lætabunt̄ cœli, & exultabit terra,

Chrysost.

Egressum
Israel ex Ægypto
fuisse
propheticiū.

Psalmo 117.

Figurate
intelligenda,
q̄
Messie
regnum
extol
lunt.

terra, & gaudebunt campi, & q̄ nubes & caligo erunt in circuitu eius, & q̄ alluxerunt fulgura eius orbi terræ. Vnde Christus est mons, domus domini, eminens super oēs colles. i. præsidens super omnes reges & principes, q̄a dedit illi pater nomen, quod est super omne nomen, in cuius noīe tandem omne genu flectatur, dum uel uoluntarie uel coacte oīa subiecta erunt sub illius iustitia uel misericordia: ita eadē ecclesia est solium Dauid & regnū eius, & corona de lapide precioso in capite eius, de gētibus aucta & multiplicata, de qua canit ecclesia: Filia Hierusalem uenite, & uidete martyre, scilicet Christū cū corona, qua coronauit eum dñs. Possimus etiam per coronā auream, aut coronam de lapide precioso intelligere honorē & gratiam eius, & summā puritatem, simplicitatē, fortitudinē ipsius: quemadmodū & ipsa scriptura coronam in alio loco interpretat: Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis, gloriæ & honoris, & opus fortitudinis. Vnde in oībus locutionibus translate significantibus non oportet neq; curiosius inquirere oēs eiusdē locutionis particulas, neq; in singulis exactam & specialem inuestigare significationem: sed poterit quisq; sacræ theologiæ studiosus corporales res mysticis rebus accommodare, cum fuerit intellectum q̄ tota locutio sit metaphoricè pronunciata, nō de carnalibus aut corporalibus, sed mysticis ac spiritualibus rebus: aut in hominū mentibus, aut in dotibus corporis post resurrectionem mortuorum, cum uniuscuiusq; iusti & anima & caro exultabunt in deū unum, & satiabuntur ab ubertate gloriæ eius. Proinde, quemadmodū & sæpe iam diximus, non debet turbari mens studiosi lectoris, cum uiderit in huiusmodi tropis uarias sanctorum patrū interpretantium sentētiās, cum singulæ commemorent uel regnum charitatis, & gloriæ Christi, uel regnū cupiditatis & afflictionis diaboli, q̄r utruq; suas habet sagittas, sua iacula, quibus uulneret hominū corda. Sagittæ & iacula Christi, sunt uerba ipsius ignita & inspirationes sanctæ. Insuper & apostolici uiri ab ipso missi atq; destinati, nō quibus interimant animæ, sed quibus extinguant cupiditates, & fiant hominum corda uulnerata charitate, & amore flammantia, de quibus sagittis & iaculis bonis est sermo in multis scripturis: Sagittæ acutæ in corda inimicorum regis, quibus iactis populi sub te cadent, hoc est, tuę te subicient legi. Sicut sagittæ in manu potētis, ita filij excussorū. Diaboli aut̄ sagittæ, sunt consilia & uerba pessima impiorū hoīm, inspirationes & machinationes eius, quibus conatur instillare in mentes hoīm omnē huius mundi cupiditatē & ambitionem, donec miseras animas ad æternū trahat interitū. Sic & de armis & gladijs est accipiendus metaphoricus sermo. Sunt arma, quibus munimur: sunt arma, quibus percutimus inimicos: bona uoluntas, scutū est bonū, bona item lorica est fides. Verbum dei bonus est gladius, penetrans audientiu corda, quibus & interficimus hostes nostros. Sic & sua habet diabolus arma, de quibus dicitur: In Israel magnū nomen eius, ibi confregit potentias, arcum, gladiū et bellum, id est, Christus destruxit uires, potestates, & insultationes & cupiditates ac concupiscentias huius mundi, comburens omnia hæc in suis electis igni charitatis. Secūda sentētia: Oīs scripturæ sacrę sermo, sub corporalibus rebus

Sagittæ Christi

Sagittæ diaboli.

Psalmo 77.

Translate rebus dictis de uictu & uestitu iustorum in hac uita, & de semine & partu filiorum, aut de gloria beatorum, ueluti de pane, de cibo & potu, & de uestimentis, coronis aureis & ornamentis, & de sessione super duodecim sedes, metaphorice est accipiendus. Christus est uestis candida, quam iusti induunt, exuentes ueterem hominem. Ipse item est panis, de quo inquit deus ad filios Israel: Pones super mensam meam panes in conspectu meo semper. Nam & ille panis erat panis huius typus, qui olim ludæorum scelere pollutus est, dicente domino apud Malachiam: Offeretis super altare meum panem pollutum, at deinceps de manu uestra non suscipiam. Ab ortu enim solis magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offerunt nomini meo oblatio munda. Tanquam dicat: Desijt a uobis panis ille typicus, & transijt ad gentes uerus panis in illo designatus. Ille panis est Christus, ecclesie gentium datus, qui offerunt in omni loco ecclesie. Comedere aut bibere ad animam translaturus est per spiritum fidei in uerbo dei meditari deum ipsum & Iesum eius filium, & spiritum de supermissum, uiuum deum in uentrem anime transire, ipsum mente sobria & casta diligere, esurire & sitire iustitiam, eamque iugiter petere per Christum dominum donari sibi, & proximo desiderare ipsum, & sperare in ipso, delectari, gaudere tanquam in summo & beatifico honore: hoc est operari cibum, qui non perit. Panis ergo uerus, qui de caelo descendit, est ipse Christus, quem manducamus, dum per fidem illi a deo incorporamur, ut & manducemur ab ipso, transformati in amorem eius: quem nisi per fidem manducauerit anima, manet in morte. Rursum, ipse est aqua, calor & gustum uoluptatis mundi huius restinguens. Ipse est uinum letificans cor, inebrians, plenum spiritualis iucunditatis, & inebrians animam amore charitatis. Tertia sententia: Omnis scripturae sacre sermo metaphorice est accipiendus, qui deo tribuit carnalia quaedam, seu corporalia uel membra, uel officia, uel passiones, uel affectiones. Vbique scriptura de deo sermonem faciens, umbris, parabolis, tropis & figuris est plena: & idcirco quae in scripturis de deo carnaliter dici uidentur, translate, & tanquam digna deo debemus intelligere, ueluti cum ipse legitur aut dormire, aut uigilare, aut exurgere, aut sedere, aut stare, aut deambulare, aut uolare, aut irasci, commoueri, conturbari. Nec mirum, si deo in scripturis huiusmodi opera tribuantur, cum & ipse secundum tropologiae leges, omnia humani corporis membra habere dicatur. Idcirco autem scriptura huiusmodi metaphoris, de deo loquens, utitur: ut imbecillitati intellectus humani consulat, ut ipsa in commune omnibus proposita omnibus profit. Varios effectus in nobis operatur deus, non secundum uarias in se affectiones aut uoluntates, sed propter uaria merita nostra, aut propter suam bonitatem & misericordiam. Proinde in huiusmodi sermonibus translate de deo acceptis oportet intelligere scripturae sensus secundum effectus, quos ipse immota, tranquilla, & immutabili sua uoluntate in nobis operatur: irascitur, dum nos punit: miseretur dum nobis parcit, dum peccata nobis remittit: dormit, dum nos relinquit, dum nos dimittit ire secundum consilia nostra: exurgit, tanquam a somno excitatus, aut a uino crapulatus, dum iudicio uel misericordiae suae, uel iustitiae erga nos incipit operari.

Translate locutiones de deo.

operari. Eadem insuperabilis & omnipotens dei uirtus attingens a fine usque in finem fortiter, & disponens omnia suauiter dicitur, auris eius omnia percipiens, oculus eius omnia uidens, os eius, lingua eius, cor eius, manus eius, digiti eius, uterus eius, quia nihil absconditum est a cognitione eius, nihil alienum est a potestate eius. Item quod ipse in libro Genesis dixerit: Fiat lux, & appellauerit lucem diem, & tenebras noctem, & quod ambulauerat post meridiem in paradiso, & quod Adae & Euae nondum eiectis de paradiso legit fecisse tunicas pelliceas. Haec & id genus alia non sunt accipienda, tanquam palato, plectro linguae & dentibus formauerit uoces, aut transferit de loco in locum: sed intelligendus est dixisse uerbo suo aeterno, quando aeterna sua uoluntate meridie toto dormiuisset dicitur, non quidem sibi, sed primis nostris parentibus, quando scilicet illo permittente ipsi sunt dimissi in manu consilij sui. Quamobrem non est culpandus deus, quod ipso sic dormiente lupus tulerit oues, quando quidem culpa tota fuit in ipsis, qui deum suum custodem dormire permiserunt, qui ipsum deum ne dormiret ipsis excitare debuerant, quemadmodum & per Prophetam dicit spiritus sanctus: Qui reminiscimini deum ne taceatis, neque detis silentium illi. non quod deus possit ab hominibus pati ullum quietis suae impedimentum, sed quod ipse rogari uult ab hominibus, uult queri & amari, non propter se, sed propter hominum utilitatem. Quod fecit primis parentibus pelliceas tunicas, intelligendum est secundum modum quendam, non quem rident praui & increduli homines, sed quem flere debent ipsi tunicati. Deus etenim non tanquam furor aut pellifex, impensa artis opera, detractis animantium mortuorum pellicibus tunicas fecit pelliceas, fecit tamen dum uindicans ipsorum peccatum, faciendi necessitate illis imposuit, uolens tam misera esse illorum corpora, quae sine tunicis durare non possent, quibus non solum tegi propter turpitudinem, sed etiam calefieri opus esset propter infirmitatem. Stultis igitur interrogantibus, qualiter uel quomodo operante pelles ab animalibus detracti sunt, respondendum est, qui ex nihilo omnia condidit, quomodo & qualiter sibi placuit hoc fecit. Sicut Adam praeter necessitates animae in geminam lapsus est miseriam corporalem, in necessitate scilicet quaerendi uictum, & in necessitate quaerendi uestitum: ita & deus illis duo praeguidit solatia, docens quaerere panem in sudore, colendo terram, & uestitum mentis opera. Deinde non solum ipsa diuina locutio & indignatio, ira, & deambulatio translate sunt accipienda, sed & nomina rerum, quibus ipse significatur aut loqui, aut irasci, aut indignari, sunt translate intelligenda. Veluti cum ipse dicitur loqui, irasci montibus, collibus, fluminibus, aquis, aut contere aut conturbare illos, non rebus ipsis inanimatis, sed hominibus designatis per nomina translate accepta, aut loqui aut irasci intelligitur. Quod Abacuc propheta semel interrogauit: Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in mari indignatio tua? hoc in caeteris quoque similibus interrogari potest. Nunquid in leopardis, aut ursis, aut in montibus, aut collibus, aut arboribus irasceris domine? Nunquid de illis cura est tibi? Quemadmodum Paulus interpretans uerbum legis, per bouem intelligit uerbi dei predicatorum: Nunquid de bobus inquit cura est deo? Quemadmodum autem membra corporis humani, & eorum officia

Gen. 1.

Isa. 65.

Abacuc 5.

1. Cor. 9.

Translatio
cutiones de
aia rōnali.

Gemina aīe
cēcitas.

Ioan. 9.

Psalmo 130.
Tropicæ lo-
cutiones de
Hierusalem.

Psalmo 86.

cia translate attribuuntur deo: Ita & translate attribuuntur rationali animæ, que intus suas legitur habere aures, oculos, labia, nares, linguā, uentrē & ossa: que & preter actus, qui foris sunt, legitur etiā habere intus oīm membrorū officia & priuationes: ut esse surdū, cecū & mutū. Christus cum dicit: Si oculus tuus fuerit simplex, aut: Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem aut in oculo tuo nō uides: Non de corporali oculo, sed de oculo aīe locutus est. Tanq̄ dicat, ut qd iudicas aut consideras festucam esse maculam in intentione fratris tui operantis, trabem autē seu grande pctm̄ nō consideras in oculo aīe tue. Preter cēcitatē & surditatē eam, q̄ foris est in corpore, est & cēcitas ac surditas quædā animæ: & hæc quidē oīa interdum in bonā, interdū in malā partem reperiunt accepta. Cēcitas animæ bona est, que priuat uisum in aīa superbum. Cēcitas mala est, quæ priuat uisum bonū & humilem. Visus superbus erat, q̄ Iudæi arrogabant se recte uidere & sapere, & habere lumen ueræ scientiæ legis & prophetarū. Bona est cēcitas, que superbum talem priuat in anima uisum. Visus animæ bonus & humilis, est rectā cognitio sui, qua quis uidet tenebras pctōrū suorū, propriam miseriam & captiuitatē. De bona quadam cēcitate inquit Christus ad Iudæos: Si cēci essetis, peccatum nō haberetis. Nunc autē quia dicitis, uidemus, pctm̄ uestrum manet. Ego (inquit) in iudicium ueni in hunc mundum, ut q̄ non uident uideant, & q̄ uident cæci fiant. Vnde superbia inflati Iudæi dicebant: Nunquid & nos cēci sumus? Quibus Christus dixit: Si cēci essetis, &c. Tanq̄ dicat: Si essetis cēci cēcitate opposita uisioni uestre superbe, pctm̄ non haberetis, q̄ cognosceretis infirmitatē, captiuitatem, & miseriam uestram, quæreretis animarū uestrarū medicum. Nunc autē quia dicitis uos habere ueræ salutis uestre lumen, pctm̄ uestrum manet. Sic & in ceteris sensibus bene intus surdi sunt, q̄ non præbent mentē ad audiendum suasiones diaboli. Bene muti, q̄ non dant mentē suam ad loquendū uerba malicie. Vnde orat Propheta: Muta fiant labia dolosa. Quarta sententia: Omnis scripturæ sermo metaphorice est accipiendus, qui uaticinat in corporalibus rebus, de magnificentiā terrenæ Hierusalem, quidelicet ipsa sit instauranda & ædificanda in delicijs, saphyris, & futura tanq̄ omnium regnorū & gentium domina, ad quam sint ascensuri omnium gentium populi, ueluti qd dicit Propheta: Diligit dñs portas Syon super oīa tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Super oēs ciuitates Iacob seu Iudæ diligit dñs portas Syon. non illas terrenas, quas uidemus corruisse, sed portas Syon, apostolos uidelicet & eorū doctrinas euangelicas, quibus patet ingressus in spiritualem Syon. i. in ecclesiam fidelium seu credentium. Legamus Apocalypsim Ioan. cap. xxi. & Isaiam cap. Ixij. Vbi edificatur ciuitas Hierusalem. Et duodecim portæ eius dicuntur esse de lapidibus preciosis constructæ, & ipsa ciuitas de cælo descendit. Et dicuntur muri eius aurei, & dicuntur plateæ strætæ smaragdo. Nunquid dñs deus uoluit nos carnaliter hæc aut diligere aut desiderare: q̄ prohibet nos ab omni auaritia, ut ipsum solum diligamus, illum speremus & desideremus tanq̄ premiū nostrū. Diligit ergo dñs portas illius Syon, que est ecclesia, super montē Christū fundata, in qua q̄s ingredit per xij, apostolorum doctrin

doctrinas euangelicas, quas doctrinas diligit dñs super omnia ueteris testamenti umbras & figuras. Vnde Syon & Hierusalem quatuor modis inquit Hierony. accipi. Vno iuxta Iudæos, quam plangit Christus, dicens: Hierusalem, Hierusalem, que occidis prophetas. Et alibi: Cum uideris ab exercitu circundari Hierusalem. Hæc iam facta est habitaculum infidelium, cubile draconum, Sodomæ & Aegyptus, plena sanguine Christi & prophetarū: quemadmodum olim de illa prædixerūt prophetæ. Secundo uocat congregatio sanctorum, q̄ in uirtutū specula sunt constituti, de qua dī: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dñs portas Syon. Fundamenta eius, scilicet spūalis ciuitatis Syon, sunt patriarchæ, prophete, & apostoli, fundati super lapides preciosos: patrem, filium, & spiritū sanctū. Tertio appellat Hierusalem triūphans ecclesia, que sursum est Hierusalē, mater oīm. Quarto appellat Hierusalem conficta, quā Iudæi carnaliter expectant futurā, quæ nullū est, nec erit unq̄. Proinde in lege, in psalmis, & in prophetis, cum prænunciānt gentes ab extremis terræ ascendere, accedere, properare, aduolare, currere, aut uenire ad montē sanctum Syon, aut ad Hierusalem, aut ad domū dei, hæc nō sunt accipienda neq̄ de Hierusalem terrena, aut de monte aliquo in Iudæa, aut de domo, templo, ciuitate corporali, neq̄ de cursu, fluxu, aut etiā corporali motu ad unū aliquē locū scdm̄ præsentiam corporis, sed de cursu seu fluxu spirituali, q̄ fit mutatione cordiū in unam sanctę ecclīę societate, in Hierusalē & monte Syon designatā: in quam cum intrat gentium multitudo, adorat de loco suo Christū uerum deum Iudæorū, in spiritu, in ueritate, nō in monte Syon terreno, non in Hierusalem terrena, sed in ciuitate Hierusalem. i. in unione ciuium ecclestis Hierusalem, & in societate fidelium, posita in omni gente & loco, quæ admodum & ipse deus promisit olim: Ponam (inquit) Hierusalem in omnibus gentibus, & adorabūt eum unusquisq̄ de loco suo oēs insule gentium. Vnde cū inquit: Quis dabit ex Syon salutare Israël? significanter ait: Ex Syon, ut ostēdat nō aliud illis aut ullis hominibus dandū esse salutare, nisi Iesum ex Syon uisibilem, apparentē in carne, nō aliam legem, nisi eam, que in Syon data, in omnes gentes promulgata. Secundū hanc regulam interpretādę sunt scripturæ multe. Ad Hierusalem dicitur: Ad te oēs gentes uenient, hoc est, oēs gētes de loco suo credent, & adiuent cum deo Abraham & cum ecclesia tua, quæ significatur in Hierusalem. Super oēm terram erit gloria tua. Notū fecit dñs salutare suum. In conspectu gentium reuelauit iustitiā suam. Viderūt oēs fines terræ salutare dei nostri. Isaiæ xlix. Ecce ego leuabo manus meas ad gentes, & ad populos exaltabo signū meum, scilicet Christum crucifixū. Et afferet filios tuos ulnis, & filias tuas super humeros portabunt. Dicitis: Augustus est locus meus, & consolabitur dñs Syon, & consolabit oēs ruinas eius. Quem admodum aut ascensiones, gressus, seu accessus ad deum, intelligunt nō carnaliter, non secundū literā, sed spiritualiter: sic & pedes, & pennæ, & alæ, ac scalæ, quibus propinquamus deo, nō corporaliter, sed scdm̄ spirituale quendam sensum sunt accipiendā. Verum in corporalibus rebus aliud sunt pedes, aliud scalæ, aliud pennæ. Intus autē non oportet sic pedes & pennas & scalas

Hierusalē accipi quatuor modis iuxta Hierony.

Sopho. 2
Psalmo 130

Isaiæ 49.

Aīe pedes,
pennæ, scalæ,
&c.

myfticas diftinguere. Sufficiat fcire & pedes, & pennas, & fcalas iftas eſſe af-
fectus, aut bona defideria & uirtutes deſuper acceptas, quibus alacres ſumus
& aſcendimus, & ambulamus, tranſeuntes non locorum ſpatia, ſed carnis &
mundi blandimenta ſeu defideria. Et quemadmodum aſcenſum ipſum, & ea
quibus aſcendimus oportet ſpiritualiter intelligere: Ita oportet & ea quibus
aſcendimus, & illa inſuper per quæ aſcendimus, & ad quæ aſcendimus, non
carnaliter, ſed ſpiritualiter accipere. Tanto plus aſcendis, quanto plus conte-
mnens terrena deum amaueris. Sic & diuerſi generis uehicula non carnaliter,
ſed myſtice ſunt accipienda, de quibus Iſaię ultimo dicitur de legatis ad gentes
tunc mittendis, qui de cunctis gentibus fratres adducent donum domino in
equis & in quadrigis, & in lecticis, in mulis, in carrucis ad montem ſanctum
Hieruſalem: hæc enim uehicula ſunt diuerſa apoſtolorum diſcipulorumque Chriſti
minifteria. Quinta ſententia: In doctrinis prophetarum, ſemen Abraham, aut Iſra-
el, aut filij Iſrael & filij Iacob, non ſecundum carnalem generationem ſunt accipienda.
Neque item loca Syon, Hieruſalem, domus Iſrael, ſunt intelligenda in ſola Iu-
dæa, tanquam ſoli ex illis patribus propagati designarentur in ſemine & in filios,
& tanquam hi ſoli aut habitantes, aut habitaturi in terrena Hieruſalem, aut eſſent
ſubiectionis & ſubijciendi filijs Iſrael illic habitantibus, aut eſſent accepturi pro-
miſſum Chriſti regnum: ſed accipienda ſunt omnia ſpiritualiter, ut intelligantur
eſſe filij Abraham, filij Iſrael, qui fidem habent qualem in Chriſtum habuit Abraham,
cui deus ait: Faciam ſemen tuum ſicut puluerem in littore maris. Sic Paulus
ad Rom. iij. interpretatur ſemen, citans ex libro Gen. ſcripturam hoc ipſum te-
ſtificatam, ubi deus ad illum loquitur: Patrem multarum gentium poſui te ante deum,
cui credidiſti. De huiusmodi filijs eſt Iſaię uaticiniū: Filij tui de longe uenient,
& filia tua de latere ſurgent. Ex apoſtolicis ſcripturis maniſeſtiſſimum
eſt, filios Iſrael & ſemen Abraham eſſe, qui fidem Abraham & Iacob habent, & il-
lorum opera ex fide imitantur. Veruntamen & ex circumſtantia ſcripturæ eſt
huiusmodi ſeminiſ & filiorum acceptio conſideranda. Nam & plerique in lo-
cis ſcripturæ, etiã ubi de regno Chriſti ſit ſermo, ſemen Abraham aut filij Iſrael,
uel Dauid, non ſic myſtice, ſed & proprie pro filijs ſecundum carnem ſunt ac-
cipienda. Ipſi enim Abraham, ipſique Iſraeli, & ipſi Dauid promiſſum eſt re-
gnum Chriſti futurum eſſe ex ſemine illorum ſecundum carnem: gentibus autem
hoc regnum non ſic promiſſum eſt, tametsi de illis ſit prænunciatum, idipſum
regnum ad ipſos eſſe deriuandum ex dei miſericordia, quemadmodum ait apoſ-
tulus Paulus: Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter ueritatem
dei, ad confirmandas promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia hono-
rare deum. ad Rom. xv. Veritas olim Iudæis promiſſa de Chriſto dâdo, iam eſt
exoluta, & prophetia de regno Chriſti in gentes tranſituro eſt adimpleta: quod
licet olim fuerit de gentibus prænunciatum, non ſic tamen fuit gentibus iureiurando
promiſſum: utriusque tamen ratio ad gentium, quam Iudæorum populo regnum Chriſti miſericordi-
ter datur, quia ipſis Iudæis & idipſum regnum ex miſericordia promittitur, & fides
qua participes efficiant regni illius, gratis exhibet. Et hæc eſt miſericordia &
ueritas in ſcripturis ſacris deo attributa, de quibus ſupra latius. Sic & do-

Qui dicitur
verum ſemē
Abrahæ, &
veri Iſraeli-
tæ.

Gen. 22
Rom. 4.

Iſaię 60.

Chriſti regnum
ſolis Iudæis
eſt promiſſum.

Rom. 15

mus

mus dei in ſcripturis prophetarum interdum localiter aut materialiter eſt accipi-
enda, pro templo in Hieruſalem: interdum pro eccleſia, quam olim prænunciabat di-
latanda eſſe in omni gente, de qua locutus eſt Iſaias propheta: Domus mea,
domus orationis uocabitur in omnibus populis, aperte ſignificans domum hanc non
in Iudæa ſolum, ſed in omnibus gentibus eſſe prænunciatam: quæ domus dei eſt eccle-
ſia ſancta catholica. i. ſocietas Chriſtianorum, uinculo fidei & charitatis in uni-
uerſo mundo unita, quam non peribit unquam: ſed ex hac uita commigrans mutabitur in
melius, in cœleſte Syon & Hieruſalem, de qua Iobelis ultimo: Iudæa in æternum
habitabit, & Hieruſalem in generatione & generationem. Vnde & Iſaias cap. lx. Ab
Hieruſalem ſancta, quam militat in terris, ſermonem incipit, finiens illum in Hieruſa-
lem ſanctam, quæ militat in cœlis. Neque potest ulla eſſe excuſatio carnali Iudæorum
populo, ſcripturas legis & prophetarum in huiusmodi locutionibus tropicis
carnaliter interpretanti. Nam & huiusmodi locutiones non carnaliter, ſed
ſecundum hunc ſenſum myſticum eſſe accipiendas, demonſtrari potest ex innumeris
locis ſcripturæ ueteris legis. Vnde Iſaię xi. Spiritus ſanctus ex ore prophete tra-
dens ortum Meſſie tunc futuri, natiuitatem, conuerſationem, & conditionem re-
gni eius in hoc mundo uaticinatus eſt, quod ipſe naſceretur ex radice Ieſſe, & quod ſu-
per eum requieſceret ſpiritus domini ſeptiformis, & quod argueret populum in equitate,
& eſſet percuffurus terram uirga oris ſui, & interfectorus impios ſpiritu labio-
rum ſuorum, & quod lupus habitaret cum agno, & pardus cum hœdo, & quod uittus
lus, leo, & ouis ſimul morarentur, & quod puer paruulus minaret eos, & quod neque
nocerent, neque occiderent in uniuerſo monte. Deinde & quod terra foret repleta
ſcientia domini, & quod gentes in die illa eſſent deprecaturi illum, quod progenitus ex ra-
dice Ieſſe ſtaret in ſignum populorum, & quod ſepulchrum eius eſſet glorioſum, & quod
in illa die dominus ſecundo adijceret manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi
ſui, quod relictum eſſet ab Aſſyrijs, & ab Aegypto, & ab Phetro, ab Aethio-
pia, & quod leuaret ſignum iſtud in nationes, & quod congregaret profugos Iſrael,
& quod diſperſos Iſrael colligeret a quatuor plagis terræ. Quod autem non de con-
gregatione ulla futura ex hac diſperſione, in qua ſunt nunc Iudæi, ſtulte ex-
pectantes futuram congregationem in terrena Hieruſalem, propheta loquat, ma-
niſeſtum eſt ex diuerſis ſcripturæ locis, quibus intimatur hæc diſperſio & capti-
uitas ſeu electio extra Iudæam eſſe æterna, & uſque in ſeculi conſummationem
duratura, multis prophetis idipſum ſignificantibus, & domino noſtro Ieſu ante
xl. annos priuſquam fieret, idipſum prædicente ipſis. Maniſeſte ſunt de hoc pro-
phetarum ſcripturæ, docentes ſepem a uinea. i. a Iudæorum ſynagoga auferenda
dam, & populum illum nolentem recipere Chriſtum eſſe execrandum, propterea quod
abiicerent legem domini, & quod eloquium ſancti Iſrael blaſphemarent. In his omnibus
ſcripturæ locis, ipſe ſententiarum contextus plane intimat, quod ipſe Chriſtus non
cruentis gladijs aut haſtis, ſed uirga oris ſui, hoc eſt, uerbo euangelico ab ore
ſuo tradito interficeret impios, & quod tota terra repleta eſſet ſcientia domini: adeo,
ut etiam ipſe gentes deprecarentur ipſum, unusquisque de loco ſuo: & quod lupi atque
que leones. i. feroces & crudeles, ſanguinarij perſecutores manueſcent, ag-
gregantes ſe omnibus ſeu filijs dei Abraham in unitatem fidelium, ſperantes benedi-

Carnalis Iu-
dæorum error
de Chriſto in-
excusable.

b iij cione

tionem per semen Abrahę promissum, in q̄ benedicerent oēs gentes, & q̄ in die illo, postq̄ scilicet sepulchrū eius esset gloriosum, dñs rursus apponeret manū auxiliij sui ad possidendū filios Israel ex diuersis captiuitatibus dispo-
 in nationes multas, & q̄ ad hoc perficiendū leuaret signū illud in nationes, & q̄ ex filijs Israel credentes uolarēt in humeros Philistinim per mare, celeri cursu oēm terrā pambulantes, & q̄ prædarent. i. ex faucibus diaboli eriperent filios orientis, ac eos facerent esse sub Ch̄o, spolia sancta & libera: & q̄ in die illa ecclesia caneret: Confitebor tibi dñe, qm̄ mihi, q̄ iram merui, cōuersus est furor tuus in misericordiā, & consolatus es me. Ecce deus saluator meus. & q̄ in die illa diceret ecclesie: Haurietis nūc aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Cantate dño, qm̄ magnifica fecit: annūciate hoc in uniuersa terra. In eo q̄ de radice Iesse, q̄ stat in signū populo, quā & gentes deprecabuntur, dī: Et erit sepulchrū eius gloriosum. plane intimat tam mors illius, q̄ regnum eius post mortē: & q̄ ex tunc, cū uidelicet factū fuerit sepulchrū eius gloriosum, hoc est, post resurrectionē suā dñs leuabit signū illud, hoc est, ipsum Christū crucifixū in nationes. Eleuatio signi est prædicatio Ch̄i crucifixi, q̄ iam olim posita est procul in oibus nationibus. Ex his ergo consideratis iam aperta est uia ad intelligendū scripturas de ecclesia sermonē faciētes, aut de monte Syon, aut de Hierusalem, & de domo dñi ædificanda nunq̄ interitura, ad quam gentes conuolarent, de qua pronunciatū fuerat, q̄ in illa grandis futura esset gloria, & de Dauid rege suscitando ut pastore uero, & de regno illius futuro, & de folio illius sempiterno, & de seruo dei Iacob, & de semine Abrahę aut Israel. Sub his etem̄ noibus scriptura sacra designat ecclesiā, q̄ primū de semine Abrahę & de populo Iudaico congregata, & multis annis sterilis in pariendo gentes permanens, tandē creuit in gentē magnā, transmittēs fidei lumē per aplos in oēm terrā. Proinde & deus in eisdē scripturis loquēs ad populū suum sub his uocibus Syon aut Hierusalem: Seruus meus Iacob, aut seruus meus Abrahā, aut filij Israel, aut semen Abrahę, intelligit nō unā quandā rem aut ciuitatē, nō unam personā, sed ipsam congregationē, hoc est, ipsam ecclesiā ueluti cum, dī Isaie xli. Et te serue meus, quē elegi, semen Abrahę amici mei, ne timeas, qm̄ ego tecū sum: ecce confundent & erubescēt oēs, q̄ pugnant adus te: peribunt oēs, q̄ contradicūt tibi. Et Isaie xliiij. Audi Iacob serue meus, & Israel, quē elegi, noli timere: Effundam spiritū meum super semen tuū, & bñdicam stirpem tuā. Et Isaie xlv. Israel saluatus est in dño salute sempiterna. Non dixi semini Iacob frustra: Quærite me, in dño iustificabit & laudabitur omne semen Israel, consolabit dñs Syon, & consolabit oēs ruinas eius. Et Isaie lx. Surge illuminare Hierusalē, q̄a uenit lumen tuū. Ecce tenebrę opperiet terram, & caligo populos, super te aut̄ orietur dñs. Filij tui de longe uenient, tūc uidebis & afflues, & dices: Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & sicut columbę ad fenestras suas: tunc aperient̄ portę, &c. Hęc carnales Iudæi in hodiernum usq̄ diem arbitrantur ad se dicta & sibi promissa, & suo tempore adimplenda, seq̄ ex hac dispersione, in qua nunc sunt, liberādos tandē in terrenam Hierusalē, auxeam, atq̄ gemmatā: non aduertentes mysticā ciuitatē Syon & Hieru-

Isaie 11.

Isaie 11

Quid note
 Syon, Hieru
 salē, filij Isra
 el, &c. intel
 ligatur.

Isaie 60.

& Hierusalem in omni gente & loco positam esse. Populus gentium incipit esse semen Abrahę, quando incipit se iungere cum semine Abrahę, quod est Christus, in q̄ solo data est gentibus benedictio: populus gentiū incipit esse in Syon, qm̄ incipit credere in Christū, & iungere se ecclesie apostolorū credentium: incipit esse Hierusalem, aut in Hierusalem, qm̄ incipit esse in uisione quādam uerę pacis æternę, & iungere se ecclesie Christi, quæ a Hierusalē cepit. Sexta sententia: Ex superioribus manifestum est, q̄ scripturę plerunq̄ uidentur lectori obscurę, dum non satis considerat & attendit ecclesiā, quæ est congregatio multorū, frequenter intimari ut unam quandā personā, cui plerunq̄ diuersa & uaria, imo & contraria interdum atq̄ pugnantia tribuuntur propter diuersa illius membra, propter diuersas illius etates, propter quorū uarietatē nunc intimat ut sponsus, nunc ut sponsa, nunc ut soror Christi propter natiuitatem ex eodem parente Adam, nunc ut paruula, nondū habens ubera, utriusq̄ scilicet testamenti, quibus lactet gentes. Et ita adhuc mons paruus, nūc arbor magna & mons pinguis, mons decem milibus multiplex, nunc ut sterilis cupiens parere in gentiū nationibus, nūc ut fecunda in multis filijs, nunc ut adhuc in nocte atq̄ in hyeme & sub imbribus degens, uidelicet adhuc sub frigore, rigore, & obscuritate ueteris legis, nunc ut delectata in diebus uernis, cum flores apparent & uox turturis auditur, & uinę florētes odorē suum spirant, qualis fuit apostolorū temporibus, iam inter gentes uersantū: nunc ut ascendēs per desertū, ut uirgula futni ex aromatibus myrrhę & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij: nunc tanq̄ amica, electa, quæ progredit̄ quasi aurora, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata: nunc sicut dilecta ascendens de deserto, delictis affluens, innixa super dilectū suum, suscitata sub arbore malo. i. sub ligno crucis, suscitata a morte in æternę salutis uitam, sub qua etiam arbore corrupta intimat mater ipsius, & uiolata genitrix eius. Ex huiuscemodi locutionibus sic trāstat̄ signi ficantibus, non modo ducitur intellectus in mysticaz rerum cognitionem, sed & in earundem rerum amorem uehementius trahitur affectus ex corpora libus rebus excitatus, q̄ si nude & aperte res illæ dicerētur. Proinde in omnibus tropis oportet considerare naturas rerum, tanq̄ uestigia quædam diuinitatis. Loquitur Christus ad sponsam: Sub arbore malo suscitaui te, ubi corrupta est mater tua, ubi uiolata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Sermo iste sic translate significans deum fecisse eximiam illam suscitationem generis humani, sub arbore crucis, uim habet quandam excitandi affectum, si consideretur natura speciosę arboris, quæ uocatur malus, quæ fragrantissima quidē est & pulcherrima fronde, flore, germine: & ex illa intelligamus arbore illā crucis, inter omnes unam illā nobilem, decorā & fulgidā, in qua pependit pomū illud benedictū, fructus Marię uirginis. Sub hac arbore Ch̄s ecclesiā suā suscitauit a morte eterna in uitā sempiternā. Sub hac etiā arbore corrupta est & extincta Iudæorū synagoga mater ecclesie, dum illic simul & Iex Moyfi sit crucifixa ac mortua, & perdita Iudæorū synagoga, crucifigens Christū saluatōrē suū.

Quamobrā
 scripturę uarie loquant̄
 de ecclesiā.

In tropis naturas rerū accipiendas ut uestigium diuinitatis.
 Gan. 8

Sub arbore etiā, q̄ uisu erat delectabilis, in paradiso terrestri corrupta & uiolenta est mater nra Eua, q̄ illic deuians a deo, uero suo sponso, adhaesit diabolo. Sic & in ceteris locutionibus tropologicis sciendū est. Vnde sciendū est, q̄ uniuersa sapientū tam Hebraeorū, q̄ Christianorū schola, interpretat̄ hūc dilectum aut sponsum in lib. Cant. ad literā esse nō Salomonē, sed deum: sponfam uero seu electā, amicā esse, non uxore Salomonis, sed plebem Israel, praeter ceteris nationibus electam a deo consideratā scdm diuersa ipsius tpa. Verum hic opere precium est aduertere, q̄ quae sub tropis & metaphoris, aut etiā apte de magnificentia, decore, pulchritudine, & sanctitate ecclesiae in sacris literis dicuntur, ea oīa nō absurde in uniuersis ecclesijs per uniuersum orbē, gloriose dñae uirgini attribuunt: propterea q̄ inter oīa ecclie membra sit excellentissima, cui totū est collaū quicquid gr̄e ceteris membris per partes est distributū. Ipsa est uirgo primū sterilis, dein & mater fecunda pariens filium, in q̄ bñdicuntur oēs gentes. Ipsa est, per quā ecclesia habuit, quicquid boni habuit, dū ipsa uirginitatis gloria pmanente, huic mundo in tenebris sedenti lumē aeternum effudit. Ipsa est uitae genitrix, mater salutis nrae, mater mīae, quippe quae dedit nobis Christū, q̄ est uita nra, salus nostra, & misericordia & iustitia nostra. Ipsa est, propter quā solam ad ecclesiam in hac uita olim dictū est: Ecce tu pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Ipsa sola mulier est plena gratiarum, & inter oēs mulieres benedicta, & gr̄a inuentrix, angelo attestante: Aue gr̄a plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus, inuenisti gratiā apud deum. Ipsa inuenit gratiā, quā olim per mulierē Euam pdidit humanū genus. Eua dedit nobis pomum de ligno mortis, comedimus, & facti sumus mortui oēs. Maria dedit nobis fructū de radice Iesse, fructū uentris sui Iesum: comedimus, & factū est dulce super mel ori nro. Maria inuenit gratiā, nō q̄ ipsa est gr̄e in humano gñe reparatrix, sed q̄a est eius, q̄ gratiā humano generi reparauit, genitrix: benedicta est plus q̄ mulieres ceterae Maria, benedictus est & fructus uentris eius. Verū nō quia ipsa benedicta, ideo benedictus est fructus uentris sui: sed q̄a ille fructus benedictus eam praue nit in benedictionibus, ideo ipsa benedicta. Ipsa ergo q̄a mater est eius, a q̄ uenit, & in se, & in ceteros oēs benedictio. Hinc sancti patres nō horruerunt appellare illam mediatricem nostrā, nō q̄ nos deo patri reconciliauerit & redemerit, sciētes unū solum mediatorē Iesum, per quē ipsa Maria filia Adae fuit a pctō libera, sanctificata, & deo patri reconciliata: sed talem, per quā salus uenit in mundum, per quā descendit gr̄a & mīa in uniuersum genus humanū, per quā gr̄a habuit ad nos accessum, quae & assidua est aduocata nra apud filiū suum Iesum, qui unus est aduocatus apud deum patrē. Hinc ergo factū est, ut antiquus ecclesiae ritus in honorē huius gloriose dñe recitat, canit, & predicat scripturas, quas scdm literalem sensum ipsa sacre scripturae series indicat esse dictas de tota ecclesia Christi. Neq̄ negandū est etiā spiritū sanctum de hac locutū esse, cum appellat arcam sanctificationis, tabernaculum dei, domū dei, ciuitatē dei, hortum conclusum, unicā dei amicā, sponsam, columbā, electā: q̄ conflurgēs, quasi aurora ascendit p desertū sicut uirgula fumi cū aromatibus myrrhē & thuris

Tropice de ecclesia praedicata recte applicari uirgini Marię.

Mariā nram esse mediatricem.

delicij affluens. De qua in Gen. ad serpentē loquit̄ deus: Inimicitias ponam inter te & inter mulierem, inter semen tuum & semen illius, & ipsa conteret caput tuum. Codices quidā, q̄ scdm Hebraicā ueritatē dicuntur correcti, habent in neutro gñe, ipsum, scilicet mulieris semen, utpote Chrs, cōteret caput tuū. Sed hic sciendū, q̄ etsi solus Christus serpentis caput contriuerit pro uniuerso gñe humano, in & ipsa mulier mater Christi huius sui seminis benedictione prauenta, suo quodā modo contriuit caput illius. Eua de latere Adae formata, iuxta apostolū Paulū typus est ecclesiae: q̄ & sponsa est & mater illa, inter quā & serpentē iuges sunt inimicitiae. Huius serpentis caput, tametsi oīs ecclie membra per gratiā Iesu conterat, ipsa tñ uirgo peculiari quadā ratione prę ceteris dñ caput serpentis contriuisse: quippe q̄ peperit nobis illū, q̄ pro nobis oibus serpentē illum uicit, contriuit & eiecit: per quē & ipsa uirgo fuit ab omni contagione serpētis libera. Amplius autē & in honorē gloriose uirginis, per uniuersum orbē ecclesie canunt ea, q̄ in Psalmis, Prouerb. & in Ecclesiastico leguntur de eterna dei pr̄is sapia, utpote de Iesu ipsius filio: siquidem ea, quae Chro sunt propria, sunt participatione quadam coīa ecclesie, & huic gloriose dñe, quae eiusdē ecclesie constituta est mater & regina. Quod in Psalmo xliiij. dñ: Specie tua & pulchritudine tua intende prospere, procede, & regna. scdm literalem sensum est sermo dei loquētis ad Christū filiū suum, quatenus ex huius gloriose uirginis thalamo tunc processurus erat in mundum, ad pugnandū contra diabolū. In sequenti Psal. qd dñ: Fluminis impetus laetificat ciuitatē dei, sanctificauit tabernaculū suum altissimus. Adiuuabit eam deus uultu suo, deus in medio eius nō commouebit. Secundū literā de ecclesia intelligitur, quae est ciuitas impetu fluminis spūs sancti laetificata, et tabernaculum sanctificatū, in cuius medio deus manet immotus, tanq̄ fundamentū stabile, cui & deus est auxiliatus mane, & in sui ortus principio. Dum haec oīa competant ecclesiae scdm illius membra, maxime tñ competūt ecclesiae scdm nobilissimū eius membrū, qd post Christū est, beata uirgo Maria, quae est tanq̄ ciuitas & domus dei, super oēs eiusdem ciuitatis ciues laetificata & sanctificata, & auxiliata mane, ab initio conceptionis suae. Insuper quae Eccle. xxiiij. sapientia de semetipsa loquit̄: In Syon firmata sum, & in ciuitate sanctificata, similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea, & radicaui in populo honorificato, & reliqua illic recitata. Haec oīa loquit̄ filius dei sapia, quae est mater pulchre dilectionis. i. casti amoris, quae ex ore altissimi dei patris prodiens in Syon, in Hierusalem, in hereditate dñi, hoc est, in ecclesia moratur, & tanq̄ uitis fructificat, largiens cunctis ecclesie membris sanctore uirtutum suauitatē, in qua est oīs spes uitae & uirtutis: quae licet sit increata scdm diuinitatē, scdm carnē tñ ipsa est creata, nobis sapia, sanctificatio, & iustitia: transiens in hūc mundū per gloriofam dominā nostrā Mariā. Quāobrem et ex illis scripturis, quibus predicat̄ dei filius factus esse homo, suū sortit̄ honorē uirgo beata, q̄ talē dedit filiū ipsi Syon, ipsi Iacob, ipsi ecclesie. Et ideo in oibus huius uirginis sacris solemnibus haec canit in ecclesijs uniuersus populus Christianus. Neq̄ hic ecclesia honorē minuit filij, neq̄ spem ponit in homine

sed

Bernard. de
inuoada vir
gine.

sed apud iudicem cupit fauoricē & aduocatā habere eam, quæ mater est largitoris græ. Talem fiduciā de illa habuit ecclesia Christi semper. In uentis tentationum, in superbix undis, in concussione ad iracundiā, ad carnis illecebrā, respice (inquit Bernardus) stellam, uoca Mariā, q̄ est huius maris procellosi stella. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariā cogita, Mariā inuoca, nō recedat ab ore tuo, nō recedat a corde tuo, & ut impetres eius oratiōis suffragium, nō deserās conuersationis exemplū. Ipsam cogitans nō erras, ipsam rogans nō desperas, ipsa tenente non corruis. Hęc Bernardus Homil. ij. super Missus est. Sed de his & inuocatione sc̄itorū in libro sequēti latius. Ad id, unde digressi sumus reuertamur, de locutionibus scripturæ sacre tropologicis. Quemadmodū in oibus scripturę locis obseruare oportet, ne locutionē trāslate significantē accipiamus sc̄dm literā: ita in eisdem oportet obseruare, ne locutionē aut uocem nō translate, sed proprie acceptā, intelligamus metaphoricē esse positā. Verbi grā, Sermonē Christi dicentis: Ego sum uitis uera, non ad literā, sed metaphoricē esse accipiendū, indicat sermo qui sequit: Vos aut palmites. Quemadmodū em̄ Ch̄s illic nō significauit ap̄los esse ligneos palmites, ita nec Christus significauit se esse ligneā uitem. Contra uero q̄d dicit Christus, dum accipiens panem benedictū dixit: Hoc est corpus meū. nō metaphoricē esse accipiendū intimat particula sequens: q̄d pro uobis tradetur. Iam uero si cāseris & dicas: Sic poterat Christus uere dicere: Ego sum uitis uera, quæ pro uobis tradetur: sicut & petra illa in deserto fuerat signū Ch̄i, q̄ nobis se daturus erat in potū. Non oportet igitur ex illa particula: q̄d pro uobis tradet̄, consequens esse, hoc q̄d Christus tenebat in manibus, esse uerū ipsius corpus: cum ad ueritatē uideat̄ sufficere, q̄ panis ille fuerit signū & figura illius. Certe huic obstat interpretatio Pauli 1. ad Cor. arguentis eos, q̄ panem illū non dijudicābāt a cæteris cibis, concludens tales iudiciū sibi manducare & bibere, & reos esse corporis & sanguinis dñi. Non sic de aqua illa, q̄ exibat a petra in deserto, de qua bibebāt pecora & iumenta. Sed de hoc postea latius. Cæterz multę sunt locutiones tales & in prophetis & in euāgelij, de regno Christi in gñe accipiendæ tam corporaliter, q̄ spiritualiter. Verbi grā, In prophetis legimus: Ecce deus noster ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperient̄ oculi cæcorū, & aures surdorū patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū. Derelinquet̄ filia Syon sicut umbraculum in tinea, & sicut uastitas quę uastat. Item Aggæi ij. Adhuc unū modicū & ego cōmouebo cælum & terrā, mare & aridā: & mouebo oēs gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domū istā gloria, dicit dñs. Hęc oīa non modo spiritualiter, uerū & corporaliter sunt sub Ch̄o facta, q̄ cæcos illuminauit, surdos & claudos atq̄ leprosos sanauit. Insuper & tēpore Ch̄i motū est cælum, dum tenebrę factę sunt ab hora sexta usq̄ in horā nonam per uniuersam terrā: mota est terra, q̄ saxa sunt scissa & sepulchrę reueratim: & terrę motus factus est magnus, cum resurgeret deus: motū est mare, q̄ draco q̄ in eo erat est interfectus. Motā est arida, i. infructuosa gentiū solitudo, motę sunt gētes, q̄ in oēm terrā exiuit ap̄lorū sonus. Hęc sunt facta corporaliter

Ioan. 15.

Matth. 26.

Hęc uerba:
hoc ē corpus
meū, nō esse
tropicē acci-
pienda.

liter nō modo per Christū in carne mortali in hoc mundo conuersantē, sed et post mortē ipsius per ap̄los & discipulos in noīe illius per uniuersum orbē, & quotidie etiam spūaliter fiunt, dum in animabus cœlestibus & terrestribus spūs sanctus mirabili & ineffabili modo affectiones sanctas operat̄. Sic in eo q̄d d̄r Isaię lx. ad ecclesiā: Edificabunt filij peregrinorū muros tuos, & reges eorū ministrabūt tibi. Reges (inquit Hierony.) uel carnaliter accipiuntur, uel spūaliter. Si carnaliter uidemus Cæsares Rom. colla submittere Christi iugo, & cœdificare ecclesias expensis publicis. Si spūaliter, quicunq̄ animę imperio carnis seruitutē subiugant, reges sunt. Insuper & hic sciendū, q̄ aliud est locutionem esse translate seu metaphoricē significantē, aliud uero locutionē esse per similitudinē seu parabolam dictam. Locutio translate significat, dum res ipsa sub proprio nomine intimat, sed sub uoce metaphoricē accepta. Locutio uero per similitudinē dicitur, dum res ipsa sub proprio nomine intimat, & alteri cuiā rei comparat̄ seu assimilatur, quōs plerunq̄ & in ipsa locutione per similitudinē dictę, multę uoces acceptę sunt translate. Prioris generis locutiones absolute exprimuntur sine aduerbio similitudinis aut comparationis, cuiusmodi sunt: In diebus illis stillabunt montes dulcedinē, & colles fluent lac & mel. Suscipiant montes pacem, & colles iustitiā. Tange montes & fumigabunt. Alluxerunt coruscationes tuę orbi terrę, uidit & cōmota est terra. Tunc exultabūt omnia ligna syluarū a facie dñi, cōmota est & contremuit terra, fundamenta montiū conturbata sunt, cōmota sunt, q̄m iratus est eis. Eleuauerunt flumina dñe, eleuauerunt flumina uocem suā. Eleuauerūt flumina fluctus suos a uocibus aquarū multarū. Mirabiles elatiōes maris, mirabilis in altis dñs. Vocem dederūt nubes. Etenim sagittę tuę transeunt, uox tonitruī tui rota. Placebit deo super uitulū nouellū, cornuā producentē & ungulas. Huius generis locutionū in scripturis sacris immensus est cāpus. Posterioris generis locutiones intimantur sub uoce similitudinis, aut cum ad uerbio: ut, sicut, quemadmodū. Huius generis sunt: Fluet ut ros eloquiū meum. Sicut sagittę in manu potentis, ita filij excussorū. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat aīa mea ad te deus. Qui sunt isti, q̄ ut nubes uolant, & tanq̄ columbæ ad fenestras: Renouabit̄ ut aquilæ iuuentus tua. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba. Quasi leo sic contriuit oīa ossa mea. Huius generis sunt & oēs parabolę euāgelij, q̄bus regnum cœlorū, uel aliud quippiā dicitur esse aut huic, aut alteri simile. Prioris generis locutiones obscuriores sunt, quia in illis non intimatur, quid in uoce translate accepta intelligatur: fierent autem aptiores, si fuerint ad locutiones secundi generis reductę, expressis rebus significatis sub uocibus illis translate acceptis, intimando uidelicet, qui sint montes & colles, quę coruscationes, quę terra, quę syluarū ligna, quę montium fundamenta, quę flumina, qui fluctus, quę uoces aquarum multarum, quę elationes maris, quę nubes, quę sagittę, quod tonitruū in rota, quis uitulus cornuā producens & ungulas. Ex superioribus patet, plurima hęc nomina in scripturis bifariā accipi, & nunc in rebus bonis, nunc in malis reperiri. Boni montes & colles, sunt cœlestes

Hierony.

Differūt lo-
cutionē tropicā
& locutionē
parabolica.

cœlestes animi terrenis desiderijs exuti, e quibus stillat suauitas salutaris sapiē-
tię & doctrinę. Montes sunt eminētioris uirtutis ac sanctitatis ecclesię mem-
bra. Colles autē sunt membra sanctitatis aut dignitatis inferioris. Bonę coru-
scationes, bonę fulgura, bonę sagittę, sunt uoces, quę tonant in nubibus,
ad quas peruenit ueritas euangelica, quales nubes sunt prophetę & apostoli,
ceteriq; uiri, dantes pluuiam cœlestis doctrinę, q̄ suis uerbis flammantibus
seu tonitruis quibusdā contutiant terrā, seu terrena hominū corda ad gemi-
tum, ad pœnitentiā, ad desideriu cœlestis uitę, de quibus sane nubibus inquit
Isaias: Qui sunt isti, qui ut nubes uolāt? Bona sunt syluarę ligna olim in oleas-
tro syluestri steriles gentes, iam insita in oliuā bonam. Neq; em̄ possunt ma-
la esse ligna, qualiacūq; intelligantur, quę gaudent a facie dñi. Mala sunt mō-
tium fundamenta, quibus irascitur deus, quę & dissipat atq; humiliat, qualis
ois humani cordis tumor, superbia, elatio, arrogantia in uiribus proprijs, &
in bonis huius mundi spes uana & fiducia. Bona flumina sunt apostoli, q̄ eum
res in uniuersum mundū eleuauerūt uocē suam & fluctus suos, irrigātes ari-
da gentium corda, prædicantes euangeliū salutis omni creaturę. Malę sunt
aquę & malę elationes maris mirabiles, quę absorbere flumina bona conant̄,
quales sunt huius mundi crudeles tyranni, persequentes regnū dñi, q̄ regna-
uit in ligno: sed magis mirabilis in altis dñs, q̄ contra huiuscemodi maris ela-
tiones firmavit orbem terrę, i. ecclesiā suam supra firmā petram, ut nō defici-
at unq;. Bona est uox tonitruu euangelici in rota, seu in circuitu orbis terrarū.
Vitulus producens cornua & ungulas, non potest esse malus, super quē pla-
cet deo. Placet deo patri super uitulum Christum, q̄ seipsum obtulit suo genis-
tori producentē cornua, i. dantē ecclesię fortitudinē & ungulas, quibus sacri
lega & terrena populorę corda diuellat & effodiat. Locutiones secūdi gñis
apertiores sunt, propterea q̄ illis intimat̄ res ipsa sub uoce trāslate accepta,
ueluti cum dī: In illis diebus super terrā fluēt ut ros eloquiū meum, apertius
dicitur q̄ si dicat̄: In illis diebus super terrā fluēt ros, q̄ iam ambigua fit sen-
tentia, an ros proprie an translate accipiatur. Sicut sagittę acutę in manu po-
tentis, ita filij excussorę. Hic filij excussorę comparantur sagittis acutis. Ora-
tio autē illa: Ita filij excussorę, more Hebraico ponitur pro hac: Ita filij excussi.
Hi autē sunt filij destinati & missi a Christo in iuuentute, & tanq̄ accincti & ex-
pediti ad penetrandū hostium corda, & subiiciendū ea dño suo Christo. Sunt
autē interdū loquutiones per similitudinē dictę obscuriores, dum res ipsa, quę
alteri comparatur nō suo noie, sed alieno translate accepto significatur, quę
lis est quę in Cant. legitur: Capilli tui sicut greges tonsarę. Verum in uroq;
loquutionis gñe, operę precii est studioso lectori proprietates rerum illarū,
scđm quas fit comparatio uel translatio considerare, ut in loquutionibus su-
pradictis, naturā aquilę, quatenus iuuentus eius renouatur: pulli hirundinis,
quatenus ad matrē clamat; & naturā columbę, quatenus gemit & meditat̄.
Aquila scđm phisicos, illiso (ut inquit Hierony.) ad cilicem rostro, uetustate
nimia aduncato innouatur, & mutatione pennarę senectus eius reuirefeit, &
sola est, quę splendorē solis micantibus oculis potest intueri. Sic peccator ali-

Isaię 6

Filij excus-
sum.
Psalmo 117Conditio a-
quilę

liso

liso ad petram Christū corde suo uetustate incuruato, & in terrenas res sup-
presso innouatur, assumptis pennis fidei & charitatis, quibus aspiciat in Chri-
stum solem iustitię, & ascendat in deum reiectis terrenis huius mundi deside-
rijs. Huius similitudinis consideratione intelligitur illud uerbum propheti-
cum: Renouabitur ut aquilę iuuentus tua. Sic q̄ Ezechias rex in egritudine
inquit: Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. Sicut pullus hirundinis sic cla-
mabo, meditabor ut columba, per similitudinem est accipiendum. Quemad-
modum leo conterit prædam, nullam habens misericordiā, sic morbus con-
triuit omnia ossa mea. Sicut pullus hirundinis, supple clamat ad matrē suā
quærens cibum, sic ego clamabo ad dñm deum, quærens ab eo auxiliū: & me-
ditabor ut columba, supple meditat̄. Hoc est, quemadmodum columba inge-
miscens meditat̄ aut sedet, sic ego infirmus ingemiscēs, nō ualens præ ma-
gnitudine morbi alta uoce respirare, meditabor ad dñm deum meum. Infirmi-
mati sunt oculi mei respiciētēs in excelsū, ergo tu dñe responde pro me qa-
uim patior. Hactenus de locutionibus in scriptura sacra translate significan-
tibus. Et quia huiusmodi locutiones sunt accipiendę secūdam similitudinem
quandam inuentam in corporalibus rebus, congruum est huic loco de para-
bolis in euangelio positis quædam tradere.

Sequitur secunda pars huius capituli.

QVIA in scripturis nonnulla difficultas est ex parabolis, iam est de
his differendum. Sciendū est ergo, q̄ turba, cui locutus est Chri-
stus, non unius est sententię, sed diuersarę in singulis est uoluntariū,
Ideo loquitur ad illam in multis & diuersis parabolis, ut iuxta uoluntates
diuersas reciperent disciplinas, & quisq; ex rebus, quę uersant̄ in corde suo,
posset adiuuari ad intelligentiā cœlestis regni. Hęc omnia (inquit Matth.)
locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis,
Matth. xij. Non dixit, q̄ Iesus omnia, quę locutus est, sit locutus in parabo-
lis, sed q̄ hęc omnia, quę scilicet illic præmiserat, & id quidē ad turbas, & si-
ne parabolis non loquebatur tunc eis, scilicet turbis, nam & alijs temporibus
& ad discipulos multa locutus est Iesus sine parabolis, ut patet apud Matth.
ex sermone dñi in monte. Parabola in scripturis sacris est diuersarę rerū col-
latio seu comparatio, sic uocata, q̄ una res est alteri aut assimilata, aut compa-
rata, quasi præuia ueritatis umbra. Quod em̄ parabola Greco uocabulo ap-
pellatur, hoc Latine similitudo dicitur, quę est discrepantiū rerum sub ali-
qua similitudine facta collatio seu comparatio. In scripturis sacris parabolę
sunt, quando scripturę author, id quod in rebus spiritualibus, aut diuinis, aut
mysticis intimare uoluit, per comparationes aliquas significauit, quas dei spi-
ritus in scripturis ipsis composuit, ut per terrenas similitudines facilius cœle-
stia capiamus. In omnibus parabolis, siue innitantur argumento per locum a-
similibus, siue argumento per locum a dissimilibus, res corporales rebus di-
uinis, de quibus agitur, propter similitudinem aliquam comparant̄. Ad intel-
ligendum autē uires & significationes parabolarę, id præcipue in oibus obser-
uandum est, ut diligenter consideremus intentionē, propter quam parabola

Psalmo 104

Isaię 11.

Quid sit pa-
rabola.Docet intel-
ligere para-
bolas sacre
scripturę.

c ipse

ipsa est assumpta, scientes non esse necessarium, ut oēs illius partes gerant si-
 militudines earum rerum, propter quas ipsa est composita. Omnis parabola
 oblique & figurato modo rerum quarundam naturam manifestat. Et ideo non
 oportet (inquit Chrysoströmus) neque nimia cura in singulis parabolarum uer-
 bis anxium esse; neque ea, quae in illis sunt, secundum totum quod dicitur, inuesti-
 gare; neque omnia opera & officia ad imitandum sumere. Sicut in scripturis uete-
 ris legis, hi qui typum gerunt Christi, ut Iob, Sampson, Dauid, Salomon, non
 in omnibus, sed in certis quibusdam gestis personam significant Christi salua-
 toris. Sed cum id, quod per parabolam author ipse componens intenderit didi-
 cerimus, inde utilitate collecta, & intentione propter quam assumpta est in-
 tellecta generali quodam modo, eatenus debemus aptare oia, quatenus con-
 ueniant intentioni propositae, ut finiat, quae deinceps super singulis parabolae
 particulis fieri posset curiosa inuestigatio. Verbi gratia, in parabola de patre
 familias, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam, oportet
 considerare causam, propter quam dicta est. Praemisera saluator: Multi erunt
 primi nouissimi, & nouissimi primi. Et hinc sequitur: Simile enim est regnum
 caelorum homini patri familias, qui exiit primo mane. Hic ergo regno caelo-
 rum intellecto secundum eum, qui regnat, assumitur parabola ad demonstran-
 dum, quod deus multis sero conuersis, tardeque poenitentibus sit daturus aut gra-
 tiam, aut mercedem aequalem illi gratiae seu mercedi, quam daturus est mane
 uenientibus, diutiusque laborantibus. Et ne ob id deus existimetur esse iudex
 iniquus, ita composita est parabola, ut & in huiusmodi dispensatione do-
 ceat deum esse iustum & aequum, figurati exemplo declarans diuinam boni-
 tatem affuisse & adesse omni generi aetatis hominum, ad consequendum regnum
 caelorum, & non esse prima aetate conuersis futuram in die iudicii ullam mur-
 murandi causam contra bonitatem aut iustitiam dei, largientis tantam gratiam,
 tantamque gloriam sero poenitenti, quantam largitus est mane uenienti, quia ubi
 fit uni gratia, non fit alteri iniuria. Et hic est scopus, in quem tendit parabola
 tota. Proinde ex hac parabola non oportet colligere, quod sicut in hac uita con-
 tra patrem familias murmurant mercenarii primi, uidentes nouissimos equa-
 lem mercedem recipere, ita & in die iudicii, primi, qui a prima aetate in sene-
 ctam usque perseverauerunt murmurabunt, uidentes nouissimos recipere mer-
 cedem aequalem, cum contrarium potius inducat saluator, parabolae author,
 uolens quod sicut in hoc mundo pater familias iusta ratione arguit carnales ho-
 mines primos, habentes oculum nequam, & docet neque eos habere causam
 murmurandi contra nouissimos, neque se facere iniuriam illis. Ita in uespera. i.
 in die iudicii deus reddens equalia primis & nouissimis praemia, illustratus
 est primorum mentes, ut plane uideant se non habere iustam rationem murmu-
 randi contra uoluntatem dei, equaliter facientis primis atque nouissimis. Ve-
 rum quia sunt expositores, qui in hac parabola per sero, seu uesperam, intelligunt
 tempus sub aduentum Christi in carne; sciendum, quod etiam iusti bonique Iudaei gratiam
 Christi ex parte quidem, sed non ex toto intelligentes, primum murmurabant
 aduersus gentes, quod ex idololatriis orti, in circumsisione, a lege Moisaica prorsus alieni,
 subito

Chrysostr.

Parabola de
patre famil.
operarios
conducente,
Matth. 20.Curiosa in-
uestigatio ui-
tanda in pa-
rabolis.

subito admitterent ad euangelij gratiam, murmurabant quidem, non attenden-
 tes ad scripturas propheticas de misericordia dei erga gentes, donec instrue-
 rentur, quod lex Moysi haberet finem in Christo, cuius gratia & in nationes dif-
 funderetur. Vnde & Actuum x. dicitur: Obstupuerunt ex circumsisione fide-
 les, qui uenerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa
 est. Huius quoque consideratione, etiam ipsi Iudaei in primordiis fidei, habuerunt
 oculos utrumque nequam. Sic & in tribus parabolis, quas posuit Lucas cap. xv.
 uidelicet de oue ex centum una, quae aberrauerat, & est reducta. Et de drach-
 ma ex decem una, quae fuit perdita, & est inuenta. Et de duobus filiis, inter
 quos unus perierat, & reuixit. causas oportet considerare, propter quas fue-
 rant assumptae, ut intelligamus quare dominus Christus huiusmodi parabolas
 proposuerat. Praemisera autem euangelista scribas & pharisaeos murmurasse
 contra Christum, quod peccatores & publicanos reciperet, & manducaret cum
 eis. Christus ergo exemplis, figuris, seu parabolis docuit illos non habuisse su-
 per hoc iustam murmurandi causam, sed potius gaudendi & congratulandi,
 insinuans se ut pium pastorem & ueram sapientiam, ac bonum patrem familias
 aduenisse in hunc mundum, ut saluaret atque reduceret ouem, quae perierat, in-
 ueniretque drachmam perditam, & susciperet perditum filium ad cor redeun-
 tem ac resipiscentem, hoc est, ut saluum faceret genus humanum, quod perierat.
 Totus ergo illarum parabolarum trium contextus aduersus pharisaeos obmur-
 murantes prolatus est, & propter nos positus est, ut in illis discamus nos non
 debere aegre ferre susceptionem hominum peccatorum, sed gratum & acceptum
 habere si peccatores resipiscant, & recipiantur in gratiam. In huiusmodi pa-
 rabolis nihil quidem est frustra aut superuacue positum, non tamen oportet nos
 circa singula esse sollicitos. Nam si uelimus singulas particulas habere suam
 expositionem exactam, & specialem significationem, uolentes inuestigare quid
 intersit inter hominem unum habentem centum oues, & inter mulierem habentem
 drachmas decem, & patrem habentem duos filios. Quid insuper sibi uelit, quod
 centum nominent oues, & non plures; & quod decem drachmae, & non quinque; & quod
 significet, quod in prima parabola conuocantur amici & uicini, in secunda uero
 amicae & uicinae; & quod in tertia parabola significet, quod senior filius fuerit inui-
 dus de beneficio fratris, quod fuerit contristatus, cum in ille filius personam gerat
 iustorum, beneplacens patri, fruens & bonis illius, ad quem & pater dixit: Fili-
 tu semper mecum es, & oia mea tua sunt. Haec & huiusmodi, si uelimus sin-
 gula exacte persequari, & similia prorsus inuenire in rebus, propter quas as-
 sumuntur parabolae, laboriosa res erit, & nimis forsitan curiosa: cum sufficiat
 at scire dominum saluatore assumpsisse res illas, ad confutandum scribas & pha-
 risaeos, murmurantes contra ipsum, quod peccatores susciperet, & ad persuaden-
 dum eisdem per certas & manifestas similitudines, quod tantae bonitatis suae ef-
 fusionem erga eos, qui perierant, deberent non solum non egre ferre, sed letanter sus-
 cipere, & gaudere potius ac gratulari tantae clementiae illius, quanta ut bonus me-
 dicus & diligens pastor, & pius pater uenit sanare, inuenire, suscipere quod pe-
 rierat. Oportet igitur ex nouissima parabola intelligere, non quod filius senior

De tribus pa-
rabolis Lu-
cae 15.

iustus, murmurando inuideat conuersioni impiorum, sed quod non habet de hoc iustam murmurandi aut inuidendi causam. Tanquam dicat: Esto, uos scribæ & pharisæi iusti sitis sicut filius ille carnalis, bene placens patri, non tamen contra me habetis ullam murmurandi rationem, quod fratres uestros, qui perierat, suscipiã. Deinde & hoc sciendum, quod in parabolis sunt posita quedam, non ut significant aliquid, sed ut series corporalium rerum constet, iuxta Augustini sententiam dicentis: In parabolis quedam admiscetur, ut expleatur narrationis ordo. Sic præceptum Christi dicentis: Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua. metaphorice dicitur, pro eo quod est, humanam laudem in ieiunio tuo studeas contemnere, ut cum ieiunas lætum & festiuum te esse monstres. Hic iam si ultra progredieris, inquirens quidnam per faciem Christus intellexerit, quod per ungere, quod per caput, non est quidem improbanda pia studiosa & sciendi indagatio, sed tota propositione intellecta in omnibus, que scriptura per se singularitatem exposuit, cauenda est curiosa perscrutatio & defensio pertinax, in eo quod pia quadam ratione inuentum fuerit. Habes autem super hac sententia Christi geminam expositionem apud Bernardum sermone. in capite Ieiunij, ubi per caput intelligit aut Christum, quem nostro ieiunio unguimus, dum sic abstinemus a cibis, ut ipse in nostro ieiunio glorificetur tanquam bonus odor: aut nostram mentem, quam unguimus cum conamur ut ipsa suauiter delectetur in deo.

Augustinus.

Matth. 6.

De parabola
x. uirginibus.
Matth. 25.

Item in parabola de decem uirginibus considerare oportet principium, ex quo dominus huiusmodi parabolam induxit, & finem, in quem concluderit. Unde præmiserat parabolam de seruo uigilante, ex illa docens & monens, ne nos dominus inueniat dormientes, & ponat nos cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium, & continuo subiungit: Tunc simile erit regnum cœlorum decem uirginibus. Proposita autem parabola tota conclusit: uigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Non oportet igitur ex hac parabola intelligere, quod in die iudicij uirgines fatuæ. i. reprobi Christiani, sub ulla spe salutis sunt & paraturi lampades suas, & postulaturi a sapientibus oleum, seu charitatis pinguedinem, & ituri ad emendum, & oraturi ad dominum, dicendo: Domine, domine aperi nobis. quandoquidem etiam reprobi, iuxta Pauli apostoli doctrinam, in momento, in iactu oculi, corporibus resumptis prorsus relinquuntur destituti spe ueniæ: sed sufficit ex huiusmodi parabola intelligere, in die iudicij fatuas uirgines præ angustia spiritus gementes, & nullum inuenientes auxilium misericordiam, etiam a bonis prorsus deserendas, extra regnum dei sublata omni spe ueniæ. Unde aduentus Christi comparat nocturno furi suffossori domus, non quod per omnia quadret furis & Christi aduentus similitudo, sed ad id congruat, quod uterque, & fur, & Christus adest ea hora, qua non putabatur. Item parabola Matth. xv. iij. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. totus scopus propter quem assumit est, ut nos contra legem dei peccantes, si uelimus misericordiam a deo expectare, demus & ueniam conseruis in nos peccantibus, præsertim si illi ueniam ante nos procidentes petant, sicut & deus misericors est nobis suppliciter rogantibus. Si uero in illa parabola uelimus exacte singula scrutari, quid uidelicet

Parabola de
rege rationem
cum seruis ponere.
Matth. 23.

significat

significent decem talentorum milia, cur decem milia nominentur, & non in alio numero: quæ rursus sit uxor & liberi, quæ iubentur uenundari, quis conseruus debitor, & quod centum denarij, curiosa forsitan magis erit, quam inuestigatio utilis: cum scire sufficiat, quod in debito decem milium talentorum, tam magnam debitum intelligamus, quantum deo soluere nobis impossibile est, etiam uenundatis nobis, uxore, & liberis: quia nihil a se homo habet, per quod se a peccati debito redimat. In debito centum denariorum intelligitur offensa, quam fecit homo in hominem. Hæc etsi maior sit, quam homo soluere posset homini, longa tamen est distantia, & maior, quam est differentia decem milium talentorum & centum denariorum. Oportet ergo in omnibus parabolis considerare scopos, propter quos magister noster Christus assumpserit illas. Et hæc omnia ex sequentibus sicut utique aperta. Sciendum est autem duo esse parabolarum genera. Nam ex euangelij manifestum est, spiritum sanctum in scripturis sacris adhibere parabolis seu rerum comparationes, interdum secundum aliquam similitudinem argumento sumpto per locum a similibus, quemadmodum uolentes persuadere solent uti huiusmodi dialecticorum regula: Sicut illud, ita & illud. Interdum uero ex dissimilitudine, argumento sumpto per locum a minus inesse ad magis inesse affirmando, aut a magis inesse ad minus inesse negando, secundum has regulas: Si hoc, quanto magis & hoc: aut si non illud, quanto minus istud. Primi generis parabole ex rebus corporalibus assumuntur: interdum ad persuadendum regni cœlorum ualorem seu precij magnitudinem, ueluti cum dicitur regnum cœlorum esse simile thesauro: interdum uero ad declarandum eiusdem regni incrementum, uim, efficaciam & augmentum, ueluti cum dicitur esse simile grano sinapis, quod licet in principio paruum & exiguum sit quantitate, grandis tamen est uirtutis, qua crescit in arbore. Interdum uero ad intimandum eiusdem regni transmutationem in alium statum, in aliam gentem aut populum. Interdum ad declarandum in regno illo malos esse commixtos bonis. Interdum ad declarandum ipsius regis in regno illo prouidentiam, bonitatem & tolerantiam, & iustitiam. Interdum ad intimandum eiusdem regis aduentum ex improuiso esse uenturum, ad ingerendum nobis uigilantiam & sollicitudinis assidue curam. Huius primi generis primum sunt parabole septem, Matthæi xij. Prima parabola est de seminatore, qui exiit seminare, & inter seminandum alia iuxta uiam ceciderunt, & a uolucris cœli deuorata sunt: alia in terram petrosam, alia in terram bonam, & dederunt fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hanc parabolam ipse Christus nobis exposuit, ex cuius interpretatione patet collationem seu comparationem in hoc consistere: Quemadmodum materiale semine facit fructum non in quauis terra seminatum, sed in terra bona: ita semen uerbi euangelici seminatum fructum facit in hominibus, qui audiunt, intelligunt, & custodiunt illud, sed non in quibuslibet fructum facit. Et id quidem accidit non ex seminantis culpa, non ex seminantis malo, sed ex audientium uitio, utpote propter crassitudinem cordis & grauitatem aurium. Et ne arbitremur hæc uirtutis nature esse, non uoluntatis, subiungit culpam arbitrij, & dicit: Et oculos e iij suos

Duo parabolarum genera.

Diversi generis primigeniarum parabolarum.

Parabola de seminatore. Matth. 13.

suos clauerunt. Vnde ex sermone Christi hanc parabolam interpretantis & dicentis: Omnis qui audit uerbum regni, & non intelligit, uenit malus & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus uiam seminatus est. Discimus seminatum hic bifariam dici, & hominem uidelicet esse seminatum, eo quod semen suscepit, & uerbum regni seminatum esse in homine, seu in corde eius, quemadmodum dicimus & agrum seminatum esse, & semen seminatum esse in agro. Secundam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum caelorum homini, qui seminat bonum semen in agro suo. Cum autem dormiret homines, uenit inimicus homo & superfeminauit zizania in medio tritici, & reliqua. Hanc quoque parabolam & ipse dominus aperire dignatus est, & intentionem propter quam assumpserit intumare, argumento sumpto a similibus, ita concludens: Sicut ergo (inquit) colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi, mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem mittet in caminum ignis, ac si dicat: Sicut homo, qui seminat bonum semen in agro, permittit zizania ab inimico seminata crescere, usque ad messem, ne in eradicandis zizanijs triticum conculcetur, & in messe iubet messoribus congregari triticum in horrium, zizania uero alligare in fasciculos comburendos. Sic & regnum caelorum secundum eum, qui regit, est Christus filius hominis, qui bonum semen, id est filios caelestis regni, apostolos & iustos seminat in mundo, permittit filios nequitiae a diabolo superfeminatos in medio tritici, id est in societate Christianorum crescere usque ad messem, id est consummationem seculi, ne in efficiendis iniquis Christianis boni Christiani aut turbentur, aut ruinationem patiantur. In consummatione seculi colliguntur impij comburendi in caminum ignis. Vides argumentum sumi a similibus. Tale quod accidit & in duabus parabolis sequentibus, ut: Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod minimum omnibus oleribus accipiens homo seminat in agro suo. Item: Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in satis farinae tribus. ac si dicat: Sicut granum sinapis minimum in omnibus seminibus, seminatum in terra crescit fitque arbor magna, in cuius ramis habitent uolucres caeli: Ita & regnum caelorum tam secundum eum, qui regit, scilicet Christum crucifixum, qui secundum societatem seu ecclesiam, quae regitur, & secundum fidem seu doctrinam euangelij, per quam regitur, in principio modicum, paruum, atque in mundo contemptibile, creuit in arborem magnam, extendens propagines seu palmites suos in omnes gentes, ita ut uolucres caeli, id est sancti, per uniuersum orbem pennis uirtutum uolantes in caelum habitent in eo, adhaerentes societati apostolorum, & doctrinae seu professioni fidei illorum. Sic & apud Daniele lapis in initio humilis & paruus, praecipuus de monte sine manibus, id est sine uirili opere conceptus, creuit & factus est mons magnus, & impleuit uniuersam faciem terrae. Item quemadmodum fermentum transmutat in sui uirtute tria farinae sata, id est magnam farinae consersionem: sic & regnum caelorum, siue intelligatur secundum eum, qui regit, id est Christum, siue secundum ecclesiam apostolicam, quae regitur: siue secundum euangelij doctrinam, qua regitur, transformauit in sui uirtutem totum mundum, id est homines ex omnibus locis mundi ac regionibus, cum iam olim

Parabola de zizania, Matth. 13

Parab. de sinapi & fermento. Ibidem

Danic. 2.

olim Christi professio, & apostolorum ecclesia, & euangelij fides creuerit per uniuersam terram. In similem modum assumuntur & reliquae tres parabolae, ut: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. Iterum: Simile est regnum caelorum homini negociatori, querenti bonas margaritas. Rursus: Simile est regnum caelorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti. De his, in quantum similia sunt, ducitur intellectus in notitiam alicuius mysterij de regno caelorum. Quemadmodum est thesaurus in agro absconditus, quem si quis forte inuenit, occultum seruat, diligenter custodiens ne perdat: & gaudens uendit uniuersa quae habet, conflatoque omnium possessionum suarum precio, abit ad illius fundi dominum, emens agrum illum, in quo iam nouit latere thesaurum. Sic & in agro absconditum dicitur esse regnum caelorum, siue ipsum intelligatur sanctorum ac caelestium ciuium rex Christus, uelatus fragili carne, siue societas ipsa, id est, ecclesia, secundum interiorem uitam abscondita in Christo Iesu: siue caelestium sacramentorum sapientia, sub umbris atque uelamine legis & prophetarum latens. Hunc agrum si quispiam inuenit, hoc est, recte intellexerit, incipiens credere illic ueram esse sapientiam, quae ducit ad uitam perpetuam, gratulante & ueraciter domino dicit: Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti. uenditisque uniuersis quae habet, hoc est, renunciatis omnibus quae possidet, emit agrum illum, id est, uel Christum, uel ecclesiam eius, uel scripturas legis & prophetarum, ut exoneratis secularibus negocijs intendere posset uerbo dei, certo sciens animum non posse terrenis simul, & caelestibus diuitijs occupari. Quemadmodum negociator delectatur bonis margaritis, ubi inuenit unam ualde bonam, quam nouerit omnium margaritarum & possessionum suarum superare precium, illico uenditis omnibus mercatur illam. Sic & regnum caelorum, id est, ecclesia sanctorum Iudaeorum ante Christi aduentum delectabatur bonis sapientium doctrinis, eruditionibus legis ac prophetarum: ubi autem inuenit unam sapientiam Christum, plenum gratiae & ueritatis, & scientiae legis, & prophetarum complementum, renunciat omnibus, & suae uoluntati, & suis quae possidet, & ceremonijs legis, ut unica hac sapientia, in qua omnis inuenitur scientia, libero & expedito animo frui ualeat, certo sciens illam, quamlibet in hoc mundo exigua & contempta, ualere omnes diuitias. Homo iste negociator, intelligitur sanctus Iudaeorum populus, expectans Christum dominum. Neque oportet in negociatore intelligere Christum, nam in scripturis sacris ecclesia plerumque intimatur ut una quaedam persona. Rursus quemadmodum sagena iacta in mare congregat omnis generis pisces, bonos inquam & malos, quos commixtos tolerant pisces, donec impletur sagena, quam cum fuerit impleta ad littus pertrahentes, segregant bonos in uasa sua, malos uero & inuites reijciunt. Sic & regnum caelorum seu ecclesia Christi, iacta in mare huius seculi complectitur omne genus hominum usque ad littus, id est usque in diem iudicij, tolerans malos seu iniustos simul & iustos, donec impleatur numerus electorum. Si quis uero in huiusmodi parabolis, quas ipse saluator per se non exposuit, aliud sese inuenisse dixerit, putas nobis thesauri & negociato-

Math. 13.

Parabola de thesauro abscondito.

Parabola de sagena, Matth. 13.

Parab. de re
ge rōnem po
nente cū ser
uis.

ris, & margaritæ aliud q̄ diximus significari, non est improbādus, modo sen
tentias doctrinæ coaptet euangelicæ. Eiusdē generis est & in parabola apud
Matthæum, in superioribus recitata, qua dicitur, simile esse regnum cœlorū
homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis tuis. Ex rebus prophā
nis sumpta similitudine, ad spiritualem intellectū transit. Sic pater meus cœ
lestis faciet (inquit) uobis, si nō remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus
uestris. Et stat in hoc similitudo: Quemadmodū rex huius seculi miseret̄ ple
runq; serui sui suppliciter rogantis. Vbi aut̄ uiderit eundem seruū erga con
seruum suū inexorabilem, & non præstare ullam misericordiam, implaca
bilit̄ iratus tradit ipsum seruū, cui debitum remiserat, tortoribus, donec
soluat uniuersum debitum. Sic regnum cœlorū intellectū secundū eum; qui
regit, id est, pater noster cœlestis, nobis, quibus peccata remisit facturū est, si
non remiserimus fratribus in nos peccantibus. Hac intentione intellecta, pos
terit quisq; sacre theologiæ studiosus ad instructionē morum & fidei accom
modare cæteras parabole eiusdem partes & pie interpretari, quis rex, q̄ ser
ui, & quid sit incipere rationem ponere cum seruo, quis debitor, quæ decem
milia talentorum, quæ uxor, & qui filij, quæ sint omnia, quæ rex uendi præce
pit, ut reddatur debitum. Quid est eum, qui acceperat indulgentiam decem
miliarum talentorum egredi, quis conseruus, quid debitum centū denariorum,
qui centū denarij, quid sit suffocare & dicere: redde quod debes, & qui con
serui uidentes ac contristati, & domino nunciantes omnia, quæ facta erant,
qui tortores. Eiusdem generis est parabola Matthæi xx. Simile est regnū cœ
lorum patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineā suā,
ubi regnum cœlorū intelligitur comparatū secundum eum, qui regnat, & ita
similitudo accipitur hoc pacto: Quemadmodum paterfamilias bonitate sua
aut liberalitate, adueniente uespera potest etiam nouissimo operario, qui cir
ca undecimam uenerat, dare denarium sicut primo, qui mane uenerat condu
ctus denario. Neq; em̄ sit primo iniuria, si fiat alteri gratia. Sic regnum cœlo
rum, quod secundum eum, qui regit est deus, adueniente uespera, i. aut tempo
re aduentus mediatoris in carnem, aut consummatione seculi plerosq; nouis
simos, id est, sero ad ecclesiam uenientes, in gratijs & premijs æquat his, qui
primi uenerunt. Quemadmodum ergo illic scilicet in rebus prophānis multi
nouissimi sunt sicut primi, & primi sunt sicut nouissimi, quia primis recipi
entibus quod sibi debetur, nō sit iniuria per id, quod nouissimis, hoc est, sero
uenientibus sit gratia. Sic in uespera consummationis seculi, idem æternæ ui
tæ denarius datur tam sero, q̄ mane in uineam, id est, in ecclesiam Christi ue
nientibus. Sic & Matthæi uicesimo primo: Aliam parabolam, inquit Chris
tus, audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & sepem circum
dedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agrico
lis, & peregre profectus est. Quum autem tempus fructuum appropin
quasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Agricoltæ
autem, apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium la
pidauerunt. Iterum misit alios seruos, & illis fecerunt similiter. Nouissime mi
sit

Parab. de pa
trifami. ope
rarios con
ducente.

De patrefa
mil. plantate
uineā. Mat
thæi 21.

fit & filium, quē uidentes dixerunt: Hic est hæres, uenite occidamus eum, &
habebimus hæreditatē eius, & apprehensum eiecerunt extra uineā, & occide
runt. Hæc parabola sic scribis & pharisæis proposita, interrogauit illos: Cū
ergo uenerit dñs uineg, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male per
det, & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddāt ei fructum temporibus
suis. Dicit illis Iesus: Nunq̄ legistis, Lapidem, quem reprobauerunt ædificā
tes, hic factus est in caput anguli? A dño factū est istud, & est mirabile in ocu
lis nostris. Ideo dico uobis q̄ auferet̄ a uobis regnū dei, & dabitur genti faciē
ti fructa eius. Varijs similitudinibus diuersisq; figuris res eadem contextunt̄.
Quos in superiori parabola operarios & uinitores appellabat, in hac nunc
agricolas, nūc ædificatores seu cementarios uocat, consideratione habita ad
ecclesiam, quæ nūc uinea, nūc ager dñi, nūc domus dei appellatur: in hac para
bola argumento sumpto a simili, ex ipsorū pharisæorū & scribarū responsio
ne conclusit Christus, regnum dei iusta ratione auferendū esse a Iudæis, q̄ in
utiles serui & infideles dño suo extiterant, & transferendū esse in alium popu
lum, scilicet in gentes, quæ faciant fructum eius, & manifesta est similitudo, si
ue regnum dei intelligatur, secundum id quod regnat, ut est Christus, siue se
cundum id supra qd̄ Christus regnat, ut est ecclesia, siue secundū actum, i. re
gnationem, quæ est in cordibus hominū per Christū regem, siue secundū id,
per quod regnat, ut est scripturarum intelligentia. Omnia enim hæc iusta ra
tione parabola ista indicat esse ablata a Iudæorū synagoga, iusta inquā ratio
ne, dum palam ostendit dei prouidentiam secundum temporis successionem
illis affuisse, & ab ipso qd̄ ad salutē eorū pertinet non esse prætermisum. Eos
aut̄ inaudita nequitia & crudelitate hac dei clemētia contumaciter fuisse ab
usos. Sic & in parabola Matth. xxij. Simile est regnū cœlorū homini regi, qui
fecit nuptias filio, mittens seruos suos uocare ad nuptias, illi aut̄ neglexerūt,
& c. Per similitudinē subindicat, Iudæos ratione iusta propter inobedientiā,
propter homicidia & atrocias scelera perdendos, & excludendos a nuptijs:
gentes uero assumendas, sed & inter has esse nonnullos, q̄ sint eijciendi, & in
ignem mittendi, ueluti quæ fuerunt inuenta nō habere uestem nuptialem, i.
candorem cœlestis habitus, seu gratiam sancti spūs, q̄ est charitas erga deum
& proximum. Nisi em̄ quis puram habuerit uitā, indutus uiscera miseratio
num, hoc est, fraternitatē, benignitatē, nihil ei proderit nuda fides. Hic autem
sciendū est, qd̄ hæc parabola est alia ab ea, quā recitat Lucas, qua dicitur: Ho
mo quidam fecit cenam magnam, & misit seruos suos hora cœnæ dicere in
uitatis ut uenirent. Nam hic apud Lucam per cœnam intelligitur æternum &
ultimum conuiuū, intra quod si quis semel fuerit ingressus, nunq̄ eijcitur. In
superiori aut̄ parabola, per nuptias intelligitur presens ecclesia Christo socia
ta, ex Iudæis gentibusq; collecta. Eiusdem generis est parabola, quæ assumit̄
Matth. xxv. Tunc simile erit regnum cœlorū decem uirginibus, quæ acce
ptis lampadibus suis exierūt obuiam sponso & sponse, & reliqua. Vbi in de
cem uirginibus intelligitur ecclesia, quæ complectitur tam malos, quam
bonos Christianos, per fidei sacramentum unū uiro Christo desponsatos,
qui

Psalmo 117.

De rege, q̄ se
cū nuptias fi
lio, Matth. 22.

Parabola de
x. uirginibus,
Matth. 25.

qui acceptis lampadibus, hoc est, uisibilibus fidei tum sacramentis, tum operibus externis, in uasis. i. in corporibus suis professione quadam, exeunt de mundo in occursum sponsae. i. ecclesiae sanctorum uenturae ad iudicium una cum sponso Christo, quo tardante suum iudicium somno mortis dormierunt omnes: sed prudentes, qui sibi de oleo charitatis in deum & proximum in uasis suis prouiderant, una cum lampadibus de somno mortis excitati, sub aduentum Christi paratae, ingrediuntur ad nuptias caelestis gaudij, ubi in sempiternum fruuntur suo sponso Christo, una cum sponsa, quae est caelestis societatis exercitus. Fatuae autem expergestae, tunc de somno mortis suscitatae, sentientes se oleo indigere, praeter angustia spiritus consternatae, desiderabunt quidem liberationis auxilia, destitutae tamen omni spe obtinendi, certo uidentes iam transisse benefaciendi tempus, perpetuo excluduntur a nuptijs. Similis generis est parabola, quam assumpsit saluator contra Simonem quendam pharisaeum, qui despiciebat non solum poenitentem mulierem peccatricem, sed etiam reprehendebat dominum eam suscipientem. Est autem haec parabola de foeneratore, cui duo erant debitores, & cum donasset debitum utriqueque, plus est ab eo dilectus cui plus donauit. Luc. vii. Ex qua concluditur Mariam plus dilexisse Christum, per quem nouerat plura sibi remissa esse peccata: cui autem minus remittit, minus diligit. Sic & secundum similitudinem sunt parabola de homine habente centum oves, & de muliere habente decem drachmas, & de homine habente duos filios, Luc. xv. Item duae similitudines, quae adhibentur in fine capituli Luc. xliiij. Una de eo, qui proponit edificare turrim: altera de rege, qui uult ire ad bellum: ad hoc pertinet, ut quisque uolens esse discipulus Christi, militare Christo, & templum sanctum aedificare suo Christo, priusquam accipiat hunc militiam, hanc disciplinam, supputet uires animi sui, ne ad obiectam occasionem deficiat ab incepto. Deficiet autem, nisi priusquam profiteatur, renunciet omnibus, quae possidet, & odiat patrem suum & matrem. i. & in se, & in suis parentibus & cognatis contemnat humanum affectum, qui cum impedimento future uitae praesens uita delectat, ne in illius confusionem dicant transeuntes: hic homo cepit aedificare, & non potuit perficere. Caeptum in uita euangelica militare Christo, & non potuit usque in finem perseuerare. Et similis generis parabola fieri possunt ex prophetarum & psalmarum metaphoris, ueluti cum apostolorum praedicatione significatur in sonitu & eleuatione seu impetu fluminum, quibus fremunt maria, conturbantur montes, confringuntur cedri, letificatur ciuitas. Sicut enim aquae dum plurima confusione turbatae dericiunt in maris uiscera, grandae red dunt sonitum, dericiuntque montes & arbores: sic grandisona apostolorum praedicatione gentes conturbatae intremuerunt. Haec de parabolarum, quibus adhibentur similia, ad insinuandum euangelicae ueritatis mysteria, seu officia. Aliae uero sunt parabola, in quibus talia quaedam insinuantur, non secundum similitudinem, sed per similitudinem, ex qua cognoscere possumus, quid sit in re dissimili. Quemadmodum Christus docens, quod ad resistendum hostibus & superandum inimicos oportet nos semper orare, & non deficere, de iniquo iudice sumpsit parabolam, qui & si neque timeret deum, neque reueretur hominem, tamen importunitate quadam impulsus, tandem cessit assiduus eiusdem

Parabola de duobus debitoribus, Luc. 7.

De parabola, Luc. 17. Luc. 14. de uolente turrim aedificare.

De altero parabola agitur

Parabola de iniquo iudice.

eiusdem uiduae interpellationibus, ne sibi ab illa tedium fieret; ne ueniens (inquit) suggillet me. In hac parabola iniquus iudex, nec deum, nec hominem timens, nullatenus personam dei gerit, sed per ipsum conijci potest, quantum deus iustus & bonus curet deprecantes, cum nec homo potest continere eos, qui illum assiduus precibus tundunt, tanquam diceret: Si apud iniquum iudicem usque ad effectum implendi desiderij ualuerat perseuerantia uiduae deprecantis, quanto certiores esse debemus, apud deum fontem iustitiae & misericordiae ualere orationem ecclesiae in tribulatione suppliciter & perseueranter deprecantis. Eiusdem generis est parabola Luc. xi. ad quem uenit media nocte, ut mutet tres panes. comparatio est a minori. Si enim amicus homo surgit de cubili, & dat non propter amicitiam, sed molestia & tedio compulsus, quanto magis petentibus dabit bona deus, qui diligens nos filios suos ut petamus horatur. Talis est & parabola Luc. xvi. de uillico, qui ut iniquus dissipator bonorum, eiectus a dispensatione laudabatur a domino, non de fraude, sed de prouidentia, quae prospexit sibi in futurum, dum falsatis chirographis relaxauit singulis debitoribus quantum sibi commodum uisum fuerat. Laudauit dominus (inquit scriptura) uillicum iniquitatis, quae prudenter fecisset, quia filij huius seculi prudentiores sunt filij lucis in generatione sua. Ex hac similitudine conclusit saluator: Et ego dico uobis, facite ergo uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant uos in aeterna tabernacula. Mammona iniquitatis, seu opes nequitiae dicuntur, quas cum dominus dedit ad impendia necessitatis fratrum, ac conseruorum nostrorum, nos tenemus nobis. Quod Hebraei iuxta linguam Syriacam uocant mammona, Latine appellatur diuitiae, ut inquit Augustinus in libro de uerbis domini, sermone xxxv. atque hinc magis sunt opes iniquitatis, si illas faciamus nobis diuitias, in ipsis constituentes nobis spem atque copiam nostrae beatitudinis. In hac ergo parabola, uillicus in eo, quae falsatis chirographis, fecit sibi amicos de bonis domini sui, personas iustorum non gerit. Non enim iusti domino suo aut proximo in aliquo faciunt fraudem, ut de ipsa fraude eleemosynam faciant. Proinde e contrario dicuntur huiuscemodi parabola, ut intelligamus, si laudari potuit is, qui domino suo fraudem faciens, in futurum sibi prouiderit, quanto magis a domino deo, qui nullum damnum sustinere potest, & pronus est in clementiam, laudari merebitur quisquis secundum illius praecipia sibi amicos faciat de diuitijs sibi creditis? Tales igitur sunt parabola, quae probant secundum huiuscemodi principia: Si illud, quanto magis istud. Aut, si non illud, quanto minus istud. Et talibus principijs innituntur ea, quae in nouissima parabola saluator continuo subiicit: Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Ac si dicat: Quisquis in rebus sibi a domino creditis dispensandis est tantae fidelitatis ac sollicitudinis, ut etiam in his, quae modica sunt & parui precij, sit sollicitus & fidelis domino suo, is magis erit sollicitus, & fidelis domino suo in rebus maioris ponderis.

Parab. de iniquo iudice, Luc. 18.

De petente tres panes, Luc. 11.

De uillico iniquo, Luc. 16.

Qui fidelis est in minimo, &c. Lu. 16.

Rursus, quisquis tam iniquus est, ut etiam in rebus parui precij, ex parua uide licet undecumque nacta occasione, aut ex modica tentatione sit infidelis domino suo, is & multo magis infidelis erit in rebus magni precij. Qui pro re uili & parui precij uult præterire iustitiam, & legem dei transgredi, is multo magis id ipsum pro rebus magni precij facturum est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uestrum est, quis credet uobis: Hoc est: Si in uilibus uanisque diuitijs, quas dominus inæqualiter dispensat, in eisdem constituens alios abundantiores ad impendia necessitatis fratrum, fuistis non fideles dispensatores, sed auari detentores, quoniam pacto constituemini dispensatores in ueris & preciosis bonis. Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis: Hoc est: Si in re transitoria, quam uobiscum ferre non potestis, non fuistis fideles, quis dabit uobis id, quod uere uestrum est, quod & uobiscum possit esse perpetuum. Experimur quidem plerisque, qui paruis in rebus fidem seruāt, tenentes iustitiæ normam, qui tamen pro magnis lucris & commodis uiolāt & fidem & iusiurandum, quemadmodum de pharisæis ait saluator: Liqueant camelum autem glutientes, hoc est, obseruantes minima, continententes maiora. Sed hæc nihil contra sententias Christi, quippe qui loquitur de fidei & iniquo, quatenus ut tales operantur, hoc est, quatenus operantur secundum affectionem aut fidelitatis, aut iniquitas. Vnde bonus & iustus homo, ex uirtute iustitiæ disponitur ad uigilandum magis in rebus magni precij, quam in rebus uilioribus & minutis, quæ quasi pro nihilo reputantur. Attamen si uirtus iustitiæ in eo sit tanta, ut faciat animum eius uigilare, & custodire iustitiæ normam in rebus paruis, multo amplius disponitur ad uigilandum in rebus magni precij. Potest tamen fidelis & iustus secundum arbitrij libertatem transgredi tam in paruis, quam in magnis, quemadmodum ait de illo scriptura: Qui potuit transgredi, & non est transgressus. Ex supradictis igitur manifestum est, quod regnum cœlorum, cum dicitur esse simile huic, aut illi, non oportet ex hoc intelligere similitudinem sumptam in omnibus suis partibus conuenire mysterijs regni cœlorum, cui adhibetur, cum sufficiat similitudinē esse in ea regni cœlorum parte aut conditione, propter quam declarandam erat assumpta. Hoc patet primum in parabola de decem uirginibus, & in parabola de duobus filijs, & in parabola de patrefamilias, qui conduxit operarios in uineam suam. Manifestum est, quod hæc nouissima parabola non in omnibus partibus conuenit, siue exponatur de uespera. i. de fine mundi, quemadmodum interpretatur Chrysolomus, Grego. Rabanus, & ceteri antiquiores: siue ut Nicolaus de Lyra & alij quidam, de uespera. i. de tempore sub gratia primi aduentus Christi, distribuentibus gentibus gratiam euangelicam parem Iudæis, qui sub onere & æstu legis diu laborauerant. Hactenus de parabolis, quas dominus noster Christus diuersas proposuit populo Iudæorum, ut iuxta uulnerum uarietates sit & medicina diuersa. Quemadmodum diuersus est hominum stomachus, alij amaris, alij dulcibus, alij austerioribus, alij lenibus delectantur cibis: Ita & uariis est hominum animus, alij duris comminationibus, alij consolationibus, alij correptionibus indigent, & secundum uarios hominum animos uarias proposuit Christus parabolas.

Math. 23.

Eccle. 31.

Quatenus
comparatio in
parabolis re-
sponderede-
bet.

parabolas, ex rebus corporalibus & uisibilibus sumendo similitudines, quibus uel timore, uel amore moueatur animus super rebus spiritualibus.

Sequitur caput quintum, de obscuritatibus, quæ contingunt in sacris literis propter mutationem temporum, personarum, & numerorum, sub eodem sententiarum contextu.

Quemadmodum olim docuit ueneranda patrum antiquitas, sacrae theologiæ studiosus ad intelligendum scripturas, considerare debet non solum quid dicatur, sed & eum, a quo, & ad quem, uel de quo dicatur, pro quo tempore, & quo affectu, uel qua occasione. Primum autem frequens mutatio temporum in scripturis reperta, non nihil difficultatis ingerit. Nam hæc est consuetudo in omnibus scripturis prophetiis, sub eadem scripturarum coherentiâ facere transitum de uerbis præteriti temporis ad uerba præsentis temporis, aut futuri temporis, & e contrario. Nam quæ spiritu prophetico pronunciantur futura, illa iam in præsentia & prædeterminatione diuina sunt præsentia, adeoque certa, tanquam iam transierint in præterita. Neque enim est ulla temporis differentia in diuinitate, quæ est unica, fixa, stabilis & uniformis æternitas immota, atque æterna uisione conspiciens in omnium temporum uicissitudinem. Sic Christus nondum incarnatus apud Isaiam loquitur per uerba præteriti temporis de rebus, quæ tunc futura erant: Dedi (inquit) caput meum percutientibus, genas meas uellentibus, & faciem meam non auerti a conspuentibus in me. Rursus in Psalmis ad patrem ait: Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me: Et Propheta: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Vbi Propheta non rem tunc gestam, sed futuram uoluit intimare. Vnde & postea in eodem Psalmo ex præterito in futurum transit: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, reges eos in uirga ferrea, in Psalmo xvi. Propheta de regno Christi tunc futuri loquens, transit ex uerbo præteriti temporis in futurum, & de uo in præteritum reuertitur: Dominus regnauit, exultet (inquit) terra. Et infra: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et rursus in præteritum transit: Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, uidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini. Annunciauerunt cœli iustitiam eius. Talis temporum mutatio reperitur & frequens in cæteris Psalmis. Item in prophetis. Isaiæ ix. de eo quod futurum erat, primum per tempus præteritum dixit: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. Populus gentium, qui habitabat in tenebris uidit lucem magnam. Multiplicasti gentem, & non magnificasti letitiā. Hinc in futurum transiens subdit: Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capti præda, quando diuidunt spolia. Ex his rursus in præteritum transit: Iugum enim oneris eius & uirgam humeri eius, & scaptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian, &c. Paruulus enim natus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. Hinc rursus in futurum transit: Et uocabitur nomen eius admirabilis, multiplicabitur eius imperium. Item in capite Isaiæ lx. de præterito in futurum transit, & rursus ex futuro in præteritum tempus reuertitur: Surge, illumina Hierusalem, quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Huc usque per præteritum temporis uerba

Transitus de
re in rebus.

Isaiæ 10.

Psalmo 1. 2.

Isaiæ 9.

Isaiæ 60.

d ba los

ba loquitur, post sequitur futurū tempus: quia ecce tenebrę operient terrā, & caligo populos, super te autē orietur dñs, & ambulabunt gentes in lumine tuo. In Cantico Abacuc prophetę uide quoties mutata sunt tempora. Per futurum tempus pręmisit: Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte Pharaan, cōtinuo ad pręteritū transit: Operuit eos gloria eius, & laudis eius plena est terra, & rursus ad futurū tempus reuertitur: Splendor eius ut lux erit, & cornua in manibus eius. Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius. hinc mox ad pręteritū transit: Stetit (inquit) & mensus est terram, aspexit & dissoluit gentes. Deinde futuro tempore utitur: Suscitans suscitabis arcum tuum, & fluuios scindes terrę. & repente incipit rem agere uerbis pręteriti temporis: Viderunt te aquę, & doluerunt montes, gurges aquarū transiit. Postea denuo ad futurum reuertitur: In luce sagittarū tuarū ibunt, in fremitu conculcabis terram, in stupore obstupescias gentes. Hinc iterum ad pręteritum transiit: Egressus (inquit) es in salutē populi tui, in salutem cum Christo tuo. Ex huiusmodi temporū mutatione turbabitur lectoris animus, aliorumq; rapiet intellectus, nisi in rebus illis prophetię enunciat, intelligat uerba tanq̄ pronuntiata sub eadem temporis differentia, & concipiat ea, quę per uerba pręteriti temporis pronuntiantur, tanq̄ dicta per futuri temporis uerba. Minus turbabitur lector, si in psalmo xcvi. accipiat tanq̄ pronuntiatū sub uerbis futuri temporis, hoc pacto: Dominus regnabit exultet terra. Ignis ante ipsum pręcedet. Allucebunt fulgura orbi terrę, uidebit, & commouebitur terra. Montes sicut cera fluent a facie eius, & annūciabunt coeli iustitiam eius. Sic & in reliquis q̄q; scripturę locis. Sed dices: nunquid putandi sunt prophetę tempora sic uariare casu, & absq; ullius rationis intuitu? Huius ratio etsi non omnino & ad liquidum nobis pateat, dulce tamen & iucundum est nobis aliquid inde persentire. Quamuis enim uerum sit, q̄ propheticus sermo propter certitudinē prophetię tempore pręterito utatur pro futuro, sunt tamen uiri non paruę authoritatis scripturarum expostores, qui etiam aliam rationem quandam assignarunt, dicentes q̄ sermo propheticus, dum uerbis pręteritis utitur, regulariter explicat ea, quę certo quodam tempore ita futura erant, ut postea fieri desinerent. Ea uero, quę sic futura erant, ut usq; in consummationē seculi non desinerent, enunciat per uerba futuri temporis. Certo quodam & breui tempore futura erant ea, quę Christus passus est in carne sua mortali, idcirco pręterito tempore dixit: Foderūt manus meas & pedes meos, dinumare uerunt omnia ossa mea. hoc semel cōpletum est. Quod autē sic futurum erat, ut fieri non desineret, consequenter per futurum dixit: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesię laudabo te. Edent pauperes, & saturabuntur, adorabūt in conspectu eius oēs familię gentium. Quis & hęc regula nō in oibus scripturis propheticis uideat obseruari. Nam in opibus Christi semel in carne illius factis Isaias propheta olim transiit de pręterito in futurū, cum dixisset: Vere languores nostros ipse portauit, oblatu est, q̄ ipse uoluit. tandē in eisdē operibus manens transit ad futurū: Sicut ouis ad occisionē ducet, &c. Nihilominus & hic sciendū est, q̄

Abacuc 3

Transitus
tempore quo
sic accipi-
endus.

Ratio tran-
situs tempo-
ri apud pro-
phetas.

Psalmo 21.

Isaię 53.

et

& si secundum morem locutionis scripturę sacrę Christus dicat facere & pati ea, quę facit & patitur in membris corporis sui, qd est ecclesia. Nam quę semel est passus in carne sua, ea & usq; in consummationē seculi patitur in membris suis, quemadmodū ipse ad reprobos dicturus est in iudicio: Esuriui, & non deditis mihi manducare. Ad electos autē: Esuriui, & deditis mihi manducare. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et ad Paulū: Saule, Saule, qd me persequeris? Attamen ea, quę ipse in carne sua pro peccatis nostris egit, cuiusmodi sunt, portare peccata nostra & infirmitates nostras, & precium soluere deo patri pro peccatis totius mundi, emere nos, & redimere nos, solum conueniunt ipsi, q̄ nō hęc egit, nisi in corpore suo mortali. Neq; in martyribus emit & redimit nos quotidie a pctis, quemadmodū in martyribus legitur persecutionē pati. Ex his ergo consideratis, possumus probabiliter conijcere, prophetas non absq; ratione futura intinasse per uerba pręteriti, quędā uero per uerba futuri temporis. Sed de hoc haftenus: ad mutationem temporum redeamus. Isaię 1. sub eodem sententię contextu de pręterito in tempus pręsens & futurum transiit: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autē sperauerunt me, dereliquerunt dñm, blasphemauerunt sanctū Israel, a planca pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Terra uestra deserta, ciuitates uestre succensę sunt igni, & regionē uestram alieni coram uobis deuorant. Isaias propheta dum ista super Hierusalem diceret, nondū erat deserta Hierusalem, nondum alieni deuorabant regionē illam, sed per illa pręteriti temporis qd futurum erat intinuit. Vnde & mox ad futurū tempus transit: Et desolabitur terra uestra, inquit, sicut in uastitate hostili; & derelinquetur filia Syon ut umbraculum in uinea. Deinde paucis interpositis rursus transit ad uerba pręsentis & pręteriti temporis, tanq̄ loqueretur ad solam plebem sui temporis: Nisi dñs reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorre similes essemus. Audite uerbum dñi principes Sodomorū, q̄ mihi multitudinem uictimarū uestrarū: plenus sum, holocausta arietū, adipem pinguium nolui. Cum ueneritis ante conspectū meū, q̄s quaesuit hęc de manibus uestris? Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbatū & festiuitates alias non feram, iniqui sunt ceteris uestri, calendas uestras & solennitates uestras odit anima mea, & cū multiplicaueritis orationes uestras non exaudiā. Manus em̄ uestre sanguine sunt plene, lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationū uestrarum. Isaias ergo dum in hoc 1. capite loquitur per uerba pręsentis & pręteriti temporis de malis super Iudam & Hierusalem, intelligitur non q̄ hęc illis Isaię temporibus prorsus fuerunt completa: ipse em̄ huiusmodi sententię pręteriti temporis nō solam rerum tunc pręsentium gestarum historiā, sed uisionē, id est, prophetiā rerum tunc futurarū uoluit intimare, quemadmodū & ipse in pręfatione eiusdē libri testatur: Visio Isaię prophetę, quā uidit super Iudam & Hierusalem. Vnde quod ait ibidem: Nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis semen, ad tempus sub Christo (inquit Hieronymus) tunc futuro, est referendū, quod & testimonio probatur Pauli ad Romanos citantis hanc scripturam,

Math. 17.

Actuum 9.

Isaię 1.

Hierony.

Rom. 9.

dñ tanq̄

tanq̄ prophetica sub apostolis completā: Et sicut prædixit (inquit Apосто-
lus) Isaias, Nisi dñs reliquisset nobis semen. Ex quo ostenditur (inquit Hie-
ronymus) q̄ superiora, quæ scilicet Isaias in eodem capite primo contra Iu-
dam & Hierusalem est comminatus, non esse referēda ad tempus Babylonie
captiuitatis, sed ad ultimam Romanorū, quādo in apostolis & paucis creden-
tibus ex populo Iudæorū saluæ factæ sunt reliquie, & una die crediderūt tria
milia, altera uero milia quinq̄. Proinde deus cum in medio eiusdem capitis
per uerba præsentis & præteriti temporis dicit se noluisse holocausta eorū,
& se abominatū esse incensum, & odisse calendas & solennitates, pronūciare
uidetur testamentum nouum, sub quo iam illa sacrificia uetera cessarūt, cum
iam manus Iudæorū sunt plenæ sanguine Christi crucifixi, in sacrificijs illic
designati. Quo fit, ut quod per uerbum præsentis temporis ad illos loquitur:
Manus enim uestre plene sunt sanguine. coaptandum sit ad ea, quæ tempore
Christi tunc erant futura. Sic & sub Christo iam passo futurum erat, quod
sequitur ibidem per uerba præteriti & præsentis temporis: Quomodo
facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, iustitia habitauit in ea, nunc aut̄
homicidæ. Argentum tuum uersum est in scoriā, uinum tuum mixtum est
aqua, principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera. Hæc oīa
non ad Isaiæ tempora sunt referenda, tanq̄ sub illis homicidæ habitassent in ci-
uitate illa, sed ad tempora post Christum in ciuitate illa occisum. Proinde ea-
dem sunt, quæ deus pro uno tempore & diligit, & fieri uult; pro alio tempo-
re odit. Siquidem sacrificia illa diligit, quæ fieri iubet; odit uero, cum fieri ue-
rat. Vnde in Exodo, Leuitico, & Deuteronom. huiuscemodi sacrificiū uoca-
tur odor suauissimus dño, ac suauissimi odoris holocaustū. Quod aut̄ dicit
deus Ezech. xx. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuēt.
Respondet Hieronymus bifariam: Primū, præcepta illa erant non bona, sed
non inde consequens est præcepta fuisse mala: non em̄ statim sequitur, ut qđ
bonum non est sit malum. Deinde præcepta illa erant non bona, non simplici-
ter in se, sed ipsis Iudæis prauis, & in nationes dispersis, non ualentibus serua-
re illa. Insuper & huiuscemodi præcepta erant non bona eis, scilicet transgres-
soribus, q̄ puniendi erant grauius post agnitā dñi uoluntatē. Cæterum præ-
cepta illa de primogenitis alijsq̄ animalibus offerendis, erant non bona ipsis
offerentibus illa idolis suis, quæ deo debebantur, ut patet ex his quæ sequunt̄
ibidē in textu. Vnde deus hostias ac uictimas in ueteri lege exigebat nō prin-
cipaliter propter ipsas, tanq̄ illæ in se aut aliquā iustitiæ rationē, aut utilitatē
continerent, sed tanq̄ protestationes quasdā & excitationes interioris fidei de
Christo tunc futuro, & pro nobis immolando, ut his tanq̄ umbris & figuris
populus ille transiret, & duceretur ad offerendum ueras hostias corda sua,
nō idolis, sed dño in holocausta incensa igni charitatis dei & proximi. Po-
stremum ad sciendū qua ratione præcepta illa ceremonialia legis Moyli erāt
non bona, potest & hoc etiam (inquit Hierony.) dici, qđ filij Israel in deserto an-
te offensam uitulūq̄ aureum acceperāt decalogū tantū: post idololatriam
uero & blasphemiam supra decalogum receperunt istas multiplices ceremo-

Quo præce-
pta uet. leg.
dicunt non
bona.
Ezech. 20

Quatenus sa-
crificia uete.
legis deo pla-
cebant.

nias, ut deo potius offerrent uictimas, quas dæmonibus parati erant offerre,
& in comparatione leuius fieret, quod non erat per se bonū, & nequaquā ma-
lum, quia deo offerebatur, & tamen non bonum, quia boni authorē offende-
rant. Ex lege Moyli discimus, qđ de holocaustis sacrificijsq̄ offerēdis nō præ-
ceperat deus plebi, cum daret in monte legem decalogi, quemadmodū & ipse
testatur per os Ieremie: Nō sum (inquit) locutus cum patribus uestris, & nō
præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Egypti de uerbo holocaustomatū
& uictimarum, Ieremie vii. Ex quibus (inquit Hieronymus) manifeste intel-
ligitur, qđ primum dederit decalogum in tabulis lapideis, scriptū digito dei,
& post offensam idololatriæ, caputq̄ uitulū postea iusserit sibi magis fieri, q̄
dæmonibus. Hactenus pro intellectu eius, quod dicit deus apud Ezechielē:
Dedi eis præcepta non bona. Iam ad id unde digressi sumus, ad ipsam scilicet
et mutationem temporum, quæ in scripturis sacris frequens est, redeuntes
dicimus uerbum dei, apud Isaiam prophetam loquentis per uerba præteriti
aut præsentis temporis: Calendas uestras & solennitates uestras odiuit ani-
ma mea, incensum abominatio est mihi, coaptanda esse nō temporibus Isaiæ,
hæc loquentis, sed temporibus Christi, per quem sacrificia illa sunt iam mor-
tificata prorsusq̄ extincta. Ex quibus consequens est, hoc quod in Isaiā dixit
deus: Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea. non esse di-
ctum eadem prorsus ratione, qua ipse locutus est apud Ezechielē, dicens:
Dedi eis præcepta non bona. Si autem uelimus uerba illa Isaię referre ad per-
uersam Iudæorū offerentium uoluntatem, & dicere, qđ deus pro temporibus
Isaię odiebat peruersam Iudæorū offerentium uoluntatem, & qđ propterea
ipse dicit se odisse eorum sacrificia, quia non acceptauit illa tanq̄ sibi grata &
placita, præsertim cum neq̄ ipsa sacrificia in se poterant homines iustificare.
Cur non ratione simili ipse dicatur odire naturalis legis officia externa, ut des-
fendere uiduam, subuenire oppresso, quæ in hominibus a deo alienis non pla-
cent ipsi deo, neq̄ ex se possunt homines iustificare absq̄ fide. Sunt ergo sen-
tentie illæ apud Isaiam capite primo expressæ per uerba præsentis aut præte-
riti temporis accipiendæ, tanq̄ prophetiæ coaptandæ tempori Christi tunc fu-
turi. Sic & antiquissimi patres: Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, prophetiā
hanc ad tempus sub Christo referunt pertinere. Vnde Tertullianus libro ad
uersus Iudæos: Quod Propheta (inquit) per uerba præteriti temporis dicit:
Terra uestra deserta, ciuitates uestre incensæ sunt igni, regionem uestrā alie-
ni coram uobis euangeliō. dicit completum esse sub Christi regno iam in gen-
tibus prædicato euangelio. Tale quid refert & Cyprianus, nimirum studio-
sus Tertulliani lector. Sed hic obseruandum est, ne in uniuersum omnia pro-
phetarum dicta & facta ita referamus ad tempora futura, ut interim negligamus
historiæ ueritatē, quam Propheta nunc ut præsentē, nunc ut præteritam
insinuat. Mos est prophetarum spiritu prophetico transire de litera ad spiri-
ritum, & recitare historiam rerum tam presentium, q̄ gestarum, uelut um-
bram, typum, seu figuram eorum, quæ futura sunt. Neq̄ enim ex his arbitra-
ri debemus eos ita tuas prophetias de futuris per Christū contexuisse, ut in-

Isaiæ 1.

Tertulliano,

Veritatē hi-
storiciæ obser-
uandam.

terim negligenter prorsus sua secula, & non gererent curam pro salute populi suorum temporum. Quemadmodum enim Christus & apostoli comminationibus futuri iudicis & gehennæ ignis, intendebant reuocare a peccatis ad timorem dei, & uerum illius amorem: sic prophetae (inquit Hieronymus) ita dicunt futura, ut interim præsentia non negligant. Rursus prophetiæ sub eodem contextu serieq; sententiæ conscriptæ, non semper totæ eodemq; tempore complentur, sed paulatim & secundum temporum successiones, & plerumq; multæ res futuræ, multæq; captiuitates, diuersis longisq; temporum intervalis gerendæ, simul a prophetico spiritu promiscue dicuntur absq; ulla temporum differentia, absq; ullo earundem rerum ordine, & interdum etiam ordine præpostero, ueluti cum ea, quæ prius sunt futura posterius recitantur, quæ admodum & in primo Isaia capite multa dicuntur, quæ ita possunt accipi, ut uideatur completa saltem ex parte, aut sub Isaia temporibus, aut sub Babylonica captiuitate. Quo fit, ut prophetia illa non simul tota, sed paulatim sit completa. Sicut enim Iudæici populi peccata suos habuerunt progressus, suaq; usq; ad Christum & apostolos eius complementa, de idololatria in prophetarum homicidia, de prophetarum homicidijs in grauissimam Christi necem, et de hac in persecutionem apostolorum & ecclesie, quam Christus acquisierat sanguine suo, non cessantes donec per Romanum imperium prorsus deicerentur in hanc longam captiuitatem, in qua neq; amplius potestatem habent persequendi Christianam ecclesiam, extra locum suum eieci, sine lege, & sine sacrificio, & sine sceptro: ita & dei flagella super eundem populum Iudæorum suos habuerunt progressus, suaq; in multiplicibus flagellis & percussionibus incrementa usq; ad nouissimam eorum exterminationem. Secundum horum considerationem apud Isaiam prophetam ait deus: Quo percutiam uos ultra, addentes præuagationem præuagationis: Præcipuam causam cur oderit calendas, holocausta, & solennitates Iudæorum, oblatiõesq; eorum despexerit assignans, non idololatriam, sed effusionem sanguinis innocentis. Manus (inquit) uestre sanguine plenæ sunt, non prætermittens tamen idololatriæ peccatum in calce capituli, ut simul insinuet atq; prænunciet populum propter idololatriam etiã atterendum, & id quidem Babyloniorum flagellis propter idololatriam præcipue irrogatis. Ab his autem Babyloniorum plagis idem populus suum peccatum agnoscens, liberatus per Cyrum, iudicibusq; restitutus, reuersus est in Hierusalem. His considerationibus non turbabitur animus studiosi lectoris propter uarias magistrorum exponendum sententias, clausus supra eundem prophetice scripture locum. Et cum plerumq; diuersæ magistrorum glossæ in eadē textus serie suas hñt rationes & causas exponentiũ, prudētis lectoris est diligenter considerare sententias singulas, & meminisse prophetici textum non semper seruari rerum gestarum ordinem, & discernere quid cuiq; seculo conueniat, quæ captiuitati & deuastationi sub Babylonijs, & quæ deuastationi nouissime sub Romanis cōpetant, quæ item temporis prioris aduentus Christi, quæ tēpori posterioris sint coaptanda, & non esse absurdum id, quod in capitis principio dicitur fuisse adimpletũ post ea, quæ uel in medio, uel in fine eiusdem cap. futura describunt. Vnde & apud prophetas cōperimus plerumq;

Promiscue
prophetata
successiue im
pleri.

Isaie 1.

Promiscue
loquitur scri
ptura de i. &
Christi ad
uentu.

plerumq; sub eodē sententiæ contextu ea, quæ futura erant sub aduentu Christi primo esse promiscue posita cum his, quæ futura erant sub aduentu illius secundo, & crebrum etiã transitũ occulte fieri de rebus gerendis sub Christi regno militante, ad ea quæ futura expectantur sub regno Christi triũphante, quæ ad modum uidere possumus in multis Isaie capitulis, & præcipue cap. lx. & capite ultimo. Proinde interrogantibus nos, cui uel tēpori, uel ætati, uel captiuitati, aut desolationi sit coaptanda hæc uel illa scriptura prophetica, oportet nos non semper responsionem dare absolutam, assignando unum aut alterum tempus, sed plerumq; dicere ea, quæ prænunciant futura, partim huic, partim illi tēpori conuenire, & prophetiam ex parte completam esse, ex parte non esse completam; de qua latius in tractatu sequenti, in capite de transitu literæ ad spiritum. Hæc tenus de mutatione temporum in scripturis sacris, iam de mutatione personarum uideamus. ¶ Secunda pars huius capituli, de mutatione personarum.

Mutatio personæ est, dum mutat uel persona loquens, uel persona cum qua, uel de qua, uel ad quam antea loquebat. Nam altitudo prophetica, dum uel de illo, uel ad illum loquitur, plerumq; (inquit Augustinus) ita latenter transit ad aliũ, ut adhuc de illo, uel ad illum loqui uideatur, non quasi intellectum scripturæ nobis hostiliter inuidens, sed medicinaliter exercens cor nostrum. In psalmis & prophetis sunt uerba nunc Christi hominis, nunc dei patris, nunc ecclesie, nunc prophetæ, nunc sathanæ. Et id rursus in singulis personis loquentibus multis contingit modis, secundum quod uniuscuiusq; sermo nunc ad unum dirigitur, nunc ad alium. Christus in forma serui loquitur, nunc pro carne sua propria, nunc pro membris suis in ecclesia, nunc uero pro sua diuinitate sermonem componit, & nunc quidem ad patrem suum, nunc ad ecclesiam istorum, nunc ad Antichristum aut demonem, aut ad satellites eius, nunc uero non ad aliquem horum, sed de aliquo horum sermonem facit. Hic ergo uigilare debet lector scripture sacre studiosus, ut consideret tam personam, quæ loquitur, quam personam, de qua, uel ad quam sermo dirigitur. Verbi gratia: In scripturis ipsis Propheta dum loquitur, nunc sermonem dirigit ad deum patrem, nunc ad Christum hominem, nunc ad ecclesiam, nunc ad diabolum, & nunc rursus non ad aliquem horum, sed de aliquo istorum sermonem facit. Sic & deus cum in psalmis & prophetis loquitur, nunc ad filium loquitur, nunc ad ecclesiam, nunc ad aliũ quẽpiam. Deus etiam in scripturis reperitur loqui ad deum tanquam ad alterum quemdam, & tunc intelligere oportet personarum discrimen in unitate deitatis, & considerare filium loqui ad patrem, aut patrem ad filium, aut spiritum sanctum. Ad penetrandum igitur scripture intellectum oportet studiosum lectorum considerare & personam, quæ loquitur, & personam, ad quam, uel de qua sermo dirigitur. Vnde spiritu prophetico dixit Isaías: Domine, quis credit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est: Sermo iste significans paucos esse credituros, de Iudæis loquitur, quibus primum prædicauerunt apostoli. Nam de gentibus præmiserat: Ipse asperget gentes multas, & super ipsum continebunt reges os suum. Ex hac consideratione patet, quod non ex quauis sententia personæ loquentis in scripturis auctoritas ad probandum

Isaie 43

Cap. 32

d. liij. ueris

ueritatem sumitur. Vnde ex eo quod cæcus in euangelio dicit: Scimus quia deus peccatores non audit. nō sumitur ad probādum autoritas, nam cæcus ille, ut inquit Augustinus, loquebat̄ adhuc inunctus. In libro Iob sententię nō oēs sunt ipsius Iob, sed nominibus aliorū illic sunt multa asserta. Siquidē amici Iob loquuntur uel cum Iob, uel contra Iob, quemadmodū in euangelio Iudæi contra Christum, aut cum Christo, Amici contumelijs & probris ipsum Iob innocentem afficientes, umbrę erant & figurę Iudæorū exprobrantium Christo domino. De his sic loquitur diuus Gregorius: Amici beati Iob & si bona intentione ad eum uenerint, hereticorū tamen speciem tenent, quia ad culpam indiscrete loquendo dilabuntur. Vnde & illis ab eodem beato Iob dicitur: Disputare cum deo cupio, prius ostendens uos fabricatores esse mendacij, & cultores peruerforū dogmatum. Vnde ad eos dicitur: Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Vnde ipsi dum percussionum genera distinguere nesciunt, ipsum Iob pro culpa esse percussum crediderūt, & dum deum conantur asserere iustum in sua percussione, beatum Iob conati sunt de iniustitia reprobare, nescientes distinguere diuersa percussionum genera. Alia namq; est a deo percussio, ut diuine glorię lumen crescat, non ut peccati puniat̄, aut percussus corrigatur, sed saluātis uirtus cognita ardētius ametur. Eisdem tamen amicos per ignorantiam quandā potius, q̄ per malitiam peccantes in dictis suis non per omnia reprobamus. Nam quia tanti uiri (inquit Gregorius) amici erant, multa mystica ex eius familiaritate didicerant. Vnde & eorum uerbis etiam apostolus Paulus utitur. Deinde & is, q̄ in scriptura loquitur, interdum transfiguratur in se aliorum personas, quemadmodum fecit Salomon in libro, quem prenotauit Ecclesiastes, loquens nunc in persona hominis stulti, nunc in persona uania aut ambitiosi, aut alterius cuiusquam eorum, qui presentia solum cogitant & amant. Verum quidem est, q̄ ipse Salomon nullas in hoc libro sententias falsas asserat. Nam ubicunq; agit personam cuiuspiam æstimantis bonum hominis esse secundum corpus uiuere, de litari, & animam perire cum corpore, loquitur hoc uel simili modo: Dixi in corde meo, Sicut euentus stulti, ita & sapientis erit. Hanc sententiam corrigens subdit: Et locutus sum in corde meo, quoniam hoc quoq; uanitas. Item dixi in corde meo de filijs hoīm, ut probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestijs, idcirco unus interitus hominis & iumentorum, & equa utriusq; conditio. Sed hanc corrigit subdens: Quis nouit, si spūs filiorū Adam ascendat sursum? Tanq̄ dicit: Pauci hoc sciunt, rari sunt qui hoc considerāt & animaduertunt. Vnde Hierony. hoc in loco: Quis nō impossibilitatē (inquit) sed raritatē indicat. Clarior esset sententia, si consūctio si, in quod transmutaret̄, & diceretur: Quis scit q̄ spūs filiorū Adam ascendat sursum, quemadmodū Lyra docet ex Hebræo idiomate textū potuisse transferri, quibus & hæc sententia posset intelligi cum superioribus tanq̄ erronea pronūciata in persona hominis stulti, putantis nihil interesse inter hoīes & bestias post hanc uitā. Beatus Gregorius quō hic liber sit legendus & exponendus sic dicit: Ecclesiastes aut̄ proprie dicit̄ concionator. In concione uero sententiā proponit̄, per quam

Ioan. 9.

De amicis
Iob & eorū
errore.Salomon in
Ecclesiaste
loquit̄ scdm
diuersas per
sonas.

tumultuosę turbę seditio exprimitur. Et cum multi diuersa sentiunt, per concionantis rationē ad unā sententiā reducunt̄. Hic igitur liber ideo concionator dicitur, quia in eo Salomon tumultuantis turbę sensum suscipit, ut ea per inquisitionem dicat, quę fortasse per tentationem imperita mens sentiat. Nam quot sententias per inquisitionē mouet, tot personas in se suscipit. Sed concionator uerax uelut extensa manu omnium tumultū sedat, & ad unam reuocat sententiam, cum in fine ait: Finem loquendi oēs pariter audiamus. Deum timete, & mandata eius obserua: Hoc est oīs homo. In hoc aut̄ quod dicit: Finem loquendi oēs pariter audiamus, innuit q̄ solus locutus non est. Sunt ergo alia in hoc libro, quę per inquisitionē mouentur: alia, quę per rationē satisfaciunt: alia, quę profert tentantis animo: alia, in quibus ea quę rationis sunt differunt, ut animum a delectatione compescat. Nam cū ait: Hoc itaq; mihi uisum est bonum, ut comedat quis, bibat, &c. Et postea: Melius est ire ad domum luctus, q̄ ad domū cōuiuij. Illud ex infirmi persona, hoc ex ratione. Similiter etiam diuersas cogitationū tentationes exponens ait: Unus interitus hoīs est & iumentorū, &c. Quid habet amplius sapiens stulto, nisi ut pergat illuc ubi est uita. Has aut̄ personas diligēt̄ lector inspiciat, ne in Epicuri dogma incurrat. Ad scripturas igitur intelligendas oportet considerare nō modo quib; loquitur, sed a quo, qua occasione, affectione, & intentione, ad quem, & de quo dicitur. Et quia persona loquens in Psalmis & in scripturis prophetis, quibus sepe uariatur manifeste & aperte, ueluti cum dicitur: Hęc dicit dñs, & dixi ego ad dñm. frequens tamen tam tacite & occulte fit huiusmodi uariatio, ut turbetur plerunq; & aliorum rapiatur lectoris intentio. Et quia generales regulę magis illustrantur, cum ad particulares locos applicātur, apud Isaiā locos aliquot, in quibus est personarū mutatio, uideamus. In capite primo præfatio totius libri, uox est Isaię de se, tanq̄ de altero loquentis: Visio (inquit) Isaię filij Amos, quā uidit super Iudam & Hierusalem in diebus Ozij, Ionathan, Achan, & Ezechij regū Iuda. Hac præfatione præmissa, idem ipse hortatur populum ad audiendum sermonē, quem dominus ipsi locutus est: Audite (inquit) cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est. Deinde Isaias post sua hæc uerba subiungit sermonem, quem dominus locutus est, & ita quod sequitur, uox est dei loquentis ad populum Hierusalem: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum. Væ genti peccatrici, qui dereliquerunt dominum, super quem percutiam uos ultra: Omne caput languidum, &c. Terra uestra deserta, derelinquetur filia Syon ut umbraculum, & reliqua. Post hunc sermonem domini rursus ipse Propheta interposuit suum sermonem ad populum, dicens: Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset uisus. Audite igitur uerbum domini principes Sodomorum. Post hæc iam max quodnam sit uerbum dñi subiungit: Quo mihi multitudinē uictimarū uestrarum & illic iam continuatur sermo dei ad Syon siue Hierusalem usq; in finem capituli, in q̄ sermone dñs deus primo intimat se Iudgorū uictimas, hostias, sacrificia & festiuitates respuisse, propterea quod manus eorum plenę sunt sanguine

Eccle. xlii.

Cap. 6.

Oculis per
sonę loquē
tis mutatio.In diuersis
capiti Isaię
esse personarū
mutationem
Cap. 1.

Cap. 1.

guine. Deinde transit ad euangelicam puritatē, & quid pro sacrificijs illis fieri cupiat expressit: Lauamini (Inquit) mūdi estote. Auferte malum cogitationum uestrarum. Subuenite oppresso, defendite uiduam. In principio secundū capitis uox est Prophetæ: Verbum (inquit) quod uidit Isaias filius Amos super Iudam & Hierusalem. Deinde recitat prophetiā, quam uisit super Iudā & Hierusalem, hāc uidelicet: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & ad eum fluent omnes gentes, & dicent: Venite, ascendamus ad montē domini. Post hanc prophetiam recitatam Propheta conuertit sermonē ad populum suum, inuitans eos ad legem, seu ad lumen illius montis, dicens: Domus Iacob, uenite ambulemus in lumine domini dei nostri. Deinde mox facit apostrophē, & conuertit sermonem ad deum ipsum: Projecisti em̄ populum tuum domū Iacob, quia repleti sunt ut olim. Tanq̄ dicat: Ideo hortor populum tuum, & dico eis: Venite ambulemus in lumine, quia pro merito peccatorum eorum projecisti populum tuum domum Iacob, quia repleti sunt ut fuerunt in principio auguribus & somnijs. Ne ergo dimittas eos, scilicet qui tanta mala fecerunt. Post quæ rursus Propheta conuertit sermonem suum ad populum impenitentem, prænuncians uniuersum Iudææ statum subuertendū, & omnia conterenda. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo a facie timoris domini, & reliqua usq; in finem capituli, ubi iam Propheta eundem populum monet, ut quiescat ab homine, id est, a Christo, & non offendat eum, qm̄ magnus & excelsus reputatus est apud deum, licet in presentiarū uideat ut homo, & spiramen habere in naribus. In principio capitis tertij Propheta prænunciat multa futura contra Hierusalem nolentem quiescere ab homine illo excelsio, & dicit: Ecce dominus exercitūū auferet ab Hierusalem & ab Iuda fortem & uirum bellatorē, & iudicem, & prophetam, & hariolum, & senem principem super quinquaginta, honorabilem uultū, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentē eloquij mystici: quæ sane omnia, iam post Christum passum sub Tito & Vespasiano completa uidemus. Deinde Isaias seruans consuetudinē prophetalem, repente mutat personā, cum supra fuerat uox prophetæ contra Hierusalem, quæ Christū persecuta est, mox subiungitur uox dei per Prophetā dicentis: Dabo pueros principes eorū, & effeminati dominabuntur eis, & corruet populus, uir ad uirum, & unusquisq; ad proximū suum. Tumultuabit puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. & reliqua quæ sequuntur sunt quæ deus locutus est, usq; in eum locū, ubi dicitur: Ruit em̄ Hierusalem, & Iuda concidit, quia lingua eorū & adinventiones eorū contra dominū, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Quam sententiam rursus Propheta loquit, reddens causam, cur nullus uolet esse princeps populi Hierusalem, quia tota (inquit) Hierusalē corruit, propter blasphemias & adinventiones eorū contra Christū dominū. Deinde paucis interpositis mox subsequitur uox dei dicentis: Populum meū exactores sui spoliauerunt. Et post pauca repente mutata persona dei, subiicitur uox Prophetæ ibi: Stat ad iudicandū dominus, ipse ad iudiciū ueniet cum senibus populi. Post quæ

Cap. 1.

quæ iterum deus loquitur: Vos enim depasti estis uineam meam, & rapina pauperis in domo uestra. Et deinceps usq; in finem capitis est uox dei prænunciantis interitum populi Hierusalem, & desolationem pulchritudinis urbis, atq; omnium ornamentorū eius. Hanc sane desolationē iam olim completam usq; hodie cernimus oculis nostris super Iudam & Hierusalem, uidentes in Iudæa ex Iudæis neq; ducem, neq; quinquagenarios principes, neq; consiliarium, neq; prophetas, neq; prudentes eloquij mystici relictos esse. Ex quibus luce clara deprehēdimus, prophetiam Genesis quadragesimonono completam esse: Non auferetur sceptrum de Iuda, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Deinde & hoc peculiariter ex hoc capite considerandum, quod ipse Isaias huius desolationis causam intimauit, quia linguæ eorum & adinventiones eorum contra dominum seuerunt, ut prouocarent oculos maiestatis eius, blasphemantes in filium dei, dixerunt: Dæmoniū habet, reus est mortis, crucifige, tolle eum. adinventiones quoq; & falsa testimonia composuerunt aduersus eum. Deinde in capite quarto Propheta loquitur, prædicans in illis diebus tantam futuram esse uirorum Iudæorum raritatem, ut septem mulieres uix ualeant habere uirum unum, omnibus uiris Iudæis aut interfectis, aut in captiuitatem ductis: & tunc erit (inquit) germen domini, scilicet Christi, in magnificentia, & exaltatio his, qui fuerant saluati ex Israel. Postea in capite quinto, super prædicta desolatione Hierusalem can-
 Cap. 4.
 Cap. 5.
 Cap. 6.
 Cap. 7.
 Cap. 8.
 Cap. 9.
 Cap. 10.
 Cap. 11.
 Cap. 12.
 Cap. 13.
 Cap. 14.
 Cap. 15.
 Cap. 16.
 Cap. 17.
 Cap. 18.
 Cap. 19.
 Cap. 20.
 Cap. 21.
 Cap. 22.
 Cap. 23.
 Cap. 24.
 Cap. 25.
 Cap. 26.
 Cap. 27.
 Cap. 28.
 Cap. 29.
 Cap. 30.
 Cap. 31.
 Cap. 32.
 Cap. 33.
 Cap. 34.
 Cap. 35.
 Cap. 36.
 Cap. 37.
 Cap. 38.
 Cap. 39.
 Cap. 40.
 Cap. 41.
 Cap. 42.
 Cap. 43.
 Cap. 44.
 Cap. 45.
 Cap. 46.
 Cap. 47.
 Cap. 48.
 Cap. 49.
 Cap. 50.
 Cap. 51.
 Cap. 52.
 Cap. 53.
 Cap. 54.
 Cap. 55.
 Cap. 56.
 Cap. 57.
 Cap. 58.
 Cap. 59.
 Cap. 60.
 Cap. 61.
 Cap. 62.
 Cap. 63.
 Cap. 64.
 Cap. 65.
 Cap. 66.
 Cap. 67.
 Cap. 68.
 Cap. 69.
 Cap. 70.
 Cap. 71.
 Cap. 72.
 Cap. 73.
 Cap. 74.
 Cap. 75.
 Cap. 76.
 Cap. 77.
 Cap. 78.
 Cap. 79.
 Cap. 80.
 Cap. 81.
 Cap. 82.
 Cap. 83.
 Cap. 84.
 Cap. 85.
 Cap. 86.
 Cap. 87.
 Cap. 88.
 Cap. 89.
 Cap. 90.
 Cap. 91.
 Cap. 92.
 Cap. 93.
 Cap. 94.
 Cap. 95.
 Cap. 96.
 Cap. 97.
 Cap. 98.
 Cap. 99.
 Cap. 100.
 Cap. 101.
 Cap. 102.
 Cap. 103.
 Cap. 104.
 Cap. 105.
 Cap. 106.
 Cap. 107.
 Cap. 108.
 Cap. 109.
 Cap. 110.
 Cap. 111.
 Cap. 112.
 Cap. 113.
 Cap. 114.
 Cap. 115.
 Cap. 116.
 Cap. 117.
 Cap. 118.
 Cap. 119.
 Cap. 120.
 Cap. 121.
 Cap. 122.
 Cap. 123.
 Cap. 124.
 Cap. 125.
 Cap. 126.
 Cap. 127.
 Cap. 128.
 Cap. 129.
 Cap. 130.
 Cap. 131.
 Cap. 132.
 Cap. 133.
 Cap. 134.
 Cap. 135.
 Cap. 136.
 Cap. 137.
 Cap. 138.
 Cap. 139.
 Cap. 140.
 Cap. 141.
 Cap. 142.
 Cap. 143.
 Cap. 144.
 Cap. 145.
 Cap. 146.
 Cap. 147.
 Cap. 148.
 Cap. 149.
 Cap. 150.
 Cap. 151.
 Cap. 152.
 Cap. 153.
 Cap. 154.
 Cap. 155.
 Cap. 156.
 Cap. 157.
 Cap. 158.
 Cap. 159.
 Cap. 160.
 Cap. 161.
 Cap. 162.
 Cap. 163.
 Cap. 164.
 Cap. 165.
 Cap. 166.
 Cap. 167.
 Cap. 168.
 Cap. 169.
 Cap. 170.
 Cap. 171.
 Cap. 172.
 Cap. 173.
 Cap. 174.
 Cap. 175.
 Cap. 176.
 Cap. 177.
 Cap. 178.
 Cap. 179.
 Cap. 180.
 Cap. 181.
 Cap. 182.
 Cap. 183.
 Cap. 184.
 Cap. 185.
 Cap. 186.
 Cap. 187.
 Cap. 188.
 Cap. 189.
 Cap. 190.
 Cap. 191.
 Cap. 192.
 Cap. 193.
 Cap. 194.
 Cap. 195.
 Cap. 196.
 Cap. 197.
 Cap. 198.
 Cap. 199.
 Cap. 200.
 Cap. 201.
 Cap. 202.
 Cap. 203.
 Cap. 204.
 Cap. 205.
 Cap. 206.
 Cap. 207.
 Cap. 208.
 Cap. 209.
 Cap. 210.
 Cap. 211.
 Cap. 212.
 Cap. 213.
 Cap. 214.
 Cap. 215.
 Cap. 216.
 Cap. 217.
 Cap. 218.
 Cap. 219.
 Cap. 220.
 Cap. 221.
 Cap. 222.
 Cap. 223.
 Cap. 224.
 Cap. 225.
 Cap. 226.
 Cap. 227.
 Cap. 228.
 Cap. 229.
 Cap. 230.
 Cap. 231.
 Cap. 232.
 Cap. 233.
 Cap. 234.
 Cap. 235.
 Cap. 236.
 Cap. 237.
 Cap. 238.
 Cap. 239.
 Cap. 240.
 Cap. 241.
 Cap. 242.
 Cap. 243.
 Cap. 244.
 Cap. 245.
 Cap. 246.
 Cap. 247.
 Cap. 248.
 Cap. 249.
 Cap. 250.
 Cap. 251.
 Cap. 252.
 Cap. 253.
 Cap. 254.
 Cap. 255.
 Cap. 256.
 Cap. 257.
 Cap. 258.
 Cap. 259.
 Cap. 260.
 Cap. 261.
 Cap. 262.
 Cap. 263.
 Cap. 264.
 Cap. 265.
 Cap. 266.
 Cap. 267.
 Cap. 268.
 Cap. 269.
 Cap. 270.
 Cap. 271.
 Cap. 272.
 Cap. 273.
 Cap. 274.
 Cap. 275.
 Cap. 276.
 Cap. 277.
 Cap. 278.
 Cap. 279.
 Cap. 280.
 Cap. 281.
 Cap. 282.
 Cap. 283.
 Cap. 284.
 Cap. 285.
 Cap. 286.
 Cap. 287.
 Cap. 288.
 Cap. 289.
 Cap. 290.
 Cap. 291.
 Cap. 292.
 Cap. 293.
 Cap. 294.
 Cap. 295.
 Cap. 296.
 Cap. 297.
 Cap. 298.
 Cap. 299.
 Cap. 300.
 Cap. 301.
 Cap. 302.
 Cap. 303.
 Cap. 304.
 Cap. 305.
 Cap. 306.
 Cap. 307.
 Cap. 308.
 Cap. 309.
 Cap. 310.
 Cap. 311.
 Cap. 312.
 Cap. 313.
 Cap. 314.
 Cap. 315.
 Cap. 316.
 Cap. 317.
 Cap. 318.
 Cap. 319.
 Cap. 320.
 Cap. 321.
 Cap. 322.
 Cap. 323.
 Cap. 324.
 Cap. 325.
 Cap. 326.
 Cap. 327.
 Cap. 328.
 Cap. 329.
 Cap. 330.
 Cap. 331.
 Cap. 332.
 Cap. 333.
 Cap. 334.
 Cap. 335.
 Cap. 336.
 Cap. 337.
 Cap. 338.
 Cap. 339.
 Cap. 340.
 Cap. 341.
 Cap. 342.
 Cap. 343.
 Cap. 344.
 Cap. 345.
 Cap. 346.
 Cap. 347.
 Cap. 348.
 Cap. 349.
 Cap. 350.
 Cap. 351.
 Cap. 352.
 Cap. 353.
 Cap. 354.
 Cap. 355.
 Cap. 356.
 Cap. 357.
 Cap. 358.
 Cap. 359.
 Cap. 360.
 Cap. 361.
 Cap. 362.
 Cap. 363.
 Cap. 364.
 Cap. 365.
 Cap. 366.
 Cap. 367.
 Cap. 368.
 Cap. 369.
 Cap. 370.
 Cap. 371.
 Cap. 372.
 Cap. 373.
 Cap. 374.
 Cap. 375.
 Cap. 376.
 Cap. 377.
 Cap. 378.
 Cap. 379.
 Cap. 380.
 Cap. 381.
 Cap. 382.
 Cap. 383.
 Cap. 384.
 Cap. 385.
 Cap. 386.
 Cap. 387.
 Cap. 388.
 Cap. 389.
 Cap. 390.
 Cap. 391.
 Cap. 392.
 Cap. 393.
 Cap. 394.
 Cap. 395.
 Cap. 396.
 Cap. 397.
 Cap. 398.
 Cap. 399.
 Cap. 400.
 Cap. 401.
 Cap. 402.
 Cap. 403.
 Cap. 404.
 Cap. 405.
 Cap. 406.
 Cap. 407.
 Cap. 408.
 Cap. 409.
 Cap. 410.
 Cap. 411.
 Cap. 412.
 Cap. 413.
 Cap. 414.
 Cap. 415.
 Cap. 416.
 Cap. 417.
 Cap. 418.
 Cap. 419.
 Cap. 420.
 Cap. 421.
 Cap. 422.
 Cap. 423.
 Cap. 424.
 Cap. 425.
 Cap. 426.
 Cap. 427.
 Cap. 428.
 Cap. 429.
 Cap. 430.
 Cap. 431.
 Cap. 432.
 Cap. 433.
 Cap. 434.
 Cap. 435.
 Cap. 436.
 Cap. 437.
 Cap. 438.
 Cap. 439.
 Cap. 440.
 Cap. 441.
 Cap. 442.
 Cap. 443.
 Cap. 444.
 Cap. 445.
 Cap. 446.
 Cap. 447.
 Cap. 448.
 Cap. 449.
 Cap. 450.
 Cap. 451.
 Cap. 452.
 Cap. 453.
 Cap. 454.
 Cap. 455.
 Cap. 456.
 Cap. 457.
 Cap. 458.
 Cap. 459.
 Cap. 460.
 Cap. 461.
 Cap. 462.
 Cap. 463.
 Cap. 464.
 Cap. 465.
 Cap. 466.
 Cap. 467.
 Cap. 468.
 Cap. 469.
 Cap. 470.
 Cap. 471.
 Cap. 472.
 Cap. 473.
 Cap. 474.
 Cap. 475.
 Cap. 476.
 Cap. 477.
 Cap. 478.
 Cap. 479.
 Cap. 480.
 Cap. 481.
 Cap. 482.
 Cap. 483.
 Cap. 484.
 Cap. 485.
 Cap. 486.
 Cap. 487.
 Cap. 488.
 Cap. 489.
 Cap. 490.
 Cap. 491.
 Cap. 492.
 Cap. 493.
 Cap. 494.
 Cap. 495.
 Cap. 496.
 Cap. 497.
 Cap. 498.
 Cap. 499.
 Cap. 500.
 Cap. 501.
 Cap. 502.
 Cap. 503.
 Cap. 504.
 Cap. 505.
 Cap. 506.
 Cap. 507.
 Cap. 508.
 Cap. 509.
 Cap. 510.
 Cap. 511.
 Cap. 512.
 Cap. 513.
 Cap. 514.
 Cap. 515.
 Cap. 516.
 Cap. 517.
 Cap. 518.
 Cap. 519.
 Cap. 520.
 Cap. 521.
 Cap. 522.
 Cap. 523.
 Cap. 524.
 Cap. 525.
 Cap. 526.
 Cap. 527.
 Cap. 528.
 Cap. 529.
 Cap. 530.
 Cap. 531.
 Cap. 532.
 Cap. 533.
 Cap. 534.
 Cap. 535.
 Cap. 536.
 Cap. 537.
 Cap. 538.
 Cap. 539.
 Cap. 540.
 Cap. 541.
 Cap. 542.
 Cap. 543.
 Cap. 544.
 Cap. 545.
 Cap. 546.
 Cap. 547.
 Cap. 548.
 Cap. 549.
 Cap. 550.
 Cap. 551.
 Cap. 552.
 Cap. 553.
 Cap. 554.
 Cap. 555.
 Cap. 556.
 Cap. 557.
 Cap. 558.
 Cap. 559.
 Cap. 560.
 Cap. 561.
 Cap. 562.
 Cap. 563.
 Cap. 564.
 Cap. 565.
 Cap. 566.
 Cap. 567.
 Cap. 568.
 Cap. 569.
 Cap. 570.
 Cap. 571.
 Cap. 572.
 Cap. 573.
 Cap. 574.
 Cap. 575.
 Cap. 576.
 Cap. 577.
 Cap. 578.
 Cap. 579.
 Cap. 580.
 Cap. 581.
 Cap. 582.
 Cap. 583.
 Cap. 584.
 Cap. 585.
 Cap. 586.
 Cap. 587.
 Cap. 588.
 Cap. 589.
 Cap. 590.
 Cap. 591.
 Cap. 592.
 Cap. 593.
 Cap. 594.
 Cap. 595.
 Cap. 596.
 Cap. 597.
 Cap. 598.
 Cap. 599.
 Cap. 600.
 Cap. 601.
 Cap. 602.
 Cap. 603.
 Cap. 604.
 Cap. 605.
 Cap. 606.
 Cap. 607.
 Cap. 608.
 Cap. 609.
 Cap. 610.
 Cap. 611.
 Cap. 612.
 Cap. 613.
 Cap. 614.
 Cap. 615.
 Cap. 616.
 Cap. 617.
 Cap. 618.
 Cap. 619.
 Cap. 620.
 Cap. 621.
 Cap. 622.
 Cap. 623.
 Cap. 624.
 Cap. 625.
 Cap. 626.
 Cap. 627.
 Cap. 628.
 Cap. 629.
 Cap. 630.
 Cap. 631.
 Cap. 632.
 Cap. 633.
 Cap. 634.
 Cap. 635.
 Cap. 636.
 Cap. 637.
 Cap. 638.
 Cap. 639.
 Cap. 640.
 Cap. 641.
 Cap. 642.
 Cap. 643.
 Cap. 644.
 Cap. 645.
 Cap. 646.
 Cap. 647.
 Cap. 648.
 Cap. 649.
 Cap. 650.
 Cap. 651.
 Cap. 652.
 Cap. 653.
 Cap. 654.
 Cap. 655.
 Cap. 656.
 Cap. 657.
 Cap. 658.
 Cap. 659.
 Cap. 660.
 Cap. 661.
 Cap. 662.
 Cap. 663.
 Cap. 664.
 Cap. 665.
 Cap. 666.
 Cap. 667.
 Cap. 668.
 Cap. 669.
 Cap. 670.
 Cap. 671.
 Cap. 672.
 Cap. 673.
 Cap. 674.
 Cap. 675.
 Cap. 676.
 Cap. 677.
 Cap. 678.
 Cap. 679.
 Cap. 680.
 Cap. 681.
 Cap. 682.
 Cap. 683.
 Cap. 684.
 Cap. 685.
 Cap. 686.
 Cap. 687.
 Cap. 688.
 Cap. 689.
 Cap. 690.
 Cap. 691.
 Cap. 692.
 Cap. 693.
 Cap. 694.
 Cap. 695.
 Cap. 696.
 Cap. 697.
 Cap. 698.
 Cap. 699.
 Cap. 700.
 Cap. 701.
 Cap. 702.
 Cap. 703.
 Cap. 704.
 Cap. 705.
 Cap. 706.
 Cap. 707.
 Cap. 708.
 Cap. 709.
 Cap. 710.
 Cap. 711.
 Cap. 712.
 Cap. 713.
 Cap. 714.
 Cap. 715.
 Cap. 716.
 Cap. 717.
 Cap. 718.
 Cap. 719.
 Cap. 720.
 Cap. 721.
 Cap. 722.
 Cap. 723.
 Cap. 724.
 Cap. 725.
 Cap. 726.
 Cap. 727.
 Cap. 728.
 Cap. 729.
 Cap. 730.
 Cap. 731.
 Cap. 732.
 Cap. 733.
 Cap. 734.
 Cap. 735.
 Cap. 736.
 Cap. 737.
 Cap. 738.
 Cap. 739.
 Cap. 740.
 Cap. 741.
 Cap. 742.
 Cap. 743.
 Cap. 744.
 Cap. 745.
 Cap. 746.
 Cap. 747.
 Cap. 748.
 Cap. 749.
 Cap. 750.
 Cap. 751.
 Cap. 752.
 Cap. 753.
 Cap. 754.
 Cap. 755.
 Cap. 756.
 Cap. 757.
 Cap. 758.
 Cap. 759.
 Cap. 760.
 Cap. 761.
 Cap. 762.
 Cap. 763.
 Cap. 764.
 Cap. 765.
 Cap. 766.
 Cap. 767.
 Cap. 768.
 Cap. 769.
 Cap. 770.
 Cap. 771.
 Cap. 772.
 Cap. 773.
 Cap. 774.
 Cap. 775.
 Cap. 776.
 Cap. 777.
 Cap. 778.
 Cap. 779.
 Cap. 780.
 Cap. 781.
 Cap. 782.
 Cap. 783.
 Cap. 784.
 Cap. 785.
 Cap. 786.
 Cap. 787.
 Cap. 788.
 Cap. 789.
 Cap. 790.
 Cap. 791.
 Cap. 792.
 Cap. 793.
 Cap. 794.
 Cap. 795.
 Cap. 796.
 Cap. 797.
 Cap. 798.
 Cap. 799.
 Cap. 800.
 Cap. 801.
 Cap. 802.
 Cap. 803.
 Cap. 804.
 Cap. 805.
 Cap. 806.
 Cap. 807.
 Cap. 808.
 Cap. 809.
 Cap. 810.
 Cap. 811.
 Cap. 812.
 Cap. 813.
 Cap. 814.
 Cap. 815.
 Cap. 816.
 Cap. 817.
 Cap. 818.
 Cap. 819.
 Cap. 820.
 Cap. 821.
 Cap. 822.
 Cap. 823.
 Cap. 824.
 Cap. 825.
 Cap. 826.
 Cap. 827.
 Cap. 828.
 Cap. 829.
 Cap. 830.
 Cap. 831.
 Cap. 832.
 Cap. 833.
 Cap. 834.
 Cap. 835.
 Cap. 836.
 Cap. 837.
 Cap. 838.
 Cap. 839.
 Cap. 840.
 Cap. 841.
 Cap. 842.
 Cap. 843.
 Cap. 844.
 Cap. 845.
 Cap. 846.
 Cap. 847.
 Cap. 848.
 Cap. 849.
 Cap. 850.
 Cap. 851.
 Cap. 852.
 Cap. 853.
 Cap. 854.
 Cap. 855.
 Cap. 856.
 Cap. 857.
 Cap. 858.
 Cap. 859.
 Cap. 860.
 Cap. 861.
 Cap. 862.
 Cap. 863.
 Cap. 864.
 Cap. 865.
 Cap. 866.
 Cap. 867.
 Cap. 868.
 Cap. 869.
 Cap. 870.
 Cap. 871.
 Cap. 872.
 Cap. 873.
 Cap. 874.
 Cap. 875.
 Cap. 876.
 Cap. 877.
 Cap. 878.
 Cap. 879.
 Cap. 880.
 Cap. 881.
 Cap. 882.
 Cap. 883.
 Cap. 884.
 Cap. 885.
 Cap. 886.
 Cap. 887.
 Cap. 888.
 Cap. 889.
 Cap. 890.
 Cap. 891.
 Cap. 892.
 Cap. 893.
 Cap. 894.
 Cap. 895.
 Cap. 896.
 Cap. 897.
 Cap. 898.
 Cap. 899.
 Cap. 900.
 Cap. 901.
 Cap. 902.
 Cap. 903.
 Cap. 904.
 Cap. 905.
 Cap. 906.
 Cap. 907.
 Cap. 908.
 Cap. 909.
 Cap. 910.
 Cap. 911.
 Cap. 912.
 Cap. 913.
 Cap. 914.
 Cap. 915.
 Cap. 916.
 Cap. 917.
 Cap. 918.
 Cap. 919.
 Cap. 920.
 Cap. 921.
 Cap. 922.
 Cap. 923.
 Cap. 924.
 Cap. 925.
 Cap. 926.
 Cap. 927.
 Cap. 928.
 Cap. 929.
 Cap. 930.
 Cap. 931.
 Cap. 932.
 Cap. 933.
 Cap. 934.
 Cap. 935.
 Cap. 936.
 Cap. 937.
 Cap. 938.
 Cap. 939.
 Cap. 940.
 Cap. 941.
 Cap. 942.
 Cap. 943.
 Cap. 944.
 Cap. 945.
 Cap. 946.
 Cap. 947.
 Cap. 948.
 Cap. 949.
 Cap. 950.
 Cap. 951.
 Cap. 952.
 Cap. 953.
 Cap. 954.
 Cap. 955.
 Cap. 956.
 Cap. 957.
 Cap. 958.
 Cap. 959.
 Cap. 960.
 Cap. 961.
 Cap. 962.
 Cap. 963.
 Cap. 964.
 Cap. 965.
 Cap. 966.
 Cap. 967.
 Cap. 968.
 Cap. 969.
 Cap. 970.
 Cap. 971.
 Cap.

quia uidelicet ueram dei patris sapientiam, ueram lucem contempserunt. Proinde & inter cetera illic contextuit: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Continuat autem dei sermo usque ad uersiculum: Abiecerunt enim legem domini exercituum, & sermonem sancti Israel blasphemauerunt. Et hic iam est uox Prophetæ reddentis causam, propter quam deus sit facturum omnia hæc mala. Sed ne in his & in similibus sermonibus ueteris scripturæ prophetice dictis, aliorum rapiatur studiosus scripturæ lector, oportet ea quæ dicuntur per uerba præteriti temporis, secundum consuetudinem prophetalem intelligere, tanquam tunc, scilicet sub Isaiæ seculo, adhuc futura, & tanquam prophetice dicta, intelligendo uerbum præteriti temporis, pro uerbis temporis futuri. In capite vi. est uox Isaiæ testificantis se post mortem Osie uidisse dominum sedentem super solium excelsum, & iubentem ipsi, ut annuntiaret populo Iudæorum excitationem & desolationem totius status populi Iudaici. Neque est in hoc capite ulla propter mutationem personarum obscuritas, cum ipse Isaias plano sermone explicet personarum loquentium distinctionem dicens: Dixit dominus, aut dixi ego. In septimo capite obscuritas quædam potest apparere studioso lectori, consideranti textum seriem totius capituli. Contingit hæc obscuritas partim propter suppressionem sententiæ subintelligendæ, partim propter mutationem personarum, ad quas fit sermo. Sententiæ quædam subaudienda est ante hoc quod dicitur: Et adiecit dominus loqui ad Acham dicens: Pete tibi signum. In superioribus locutus fuerat dominus ad Isaiam, iubens illi, ut occurreret regi Acham, metu hostium duorum regum consternato, & ex ore dei diceret ipsi, ne timeat, sed confidat & credat deo pollicenti, se ab illis regibus liberandum, & quod si non credat, non intelliget. Hic iam ut series sententiarum magis appareat, subintelligendum Isaiam fecisse hæc omnia, & dixisse ad Acham uerba ut præceperat ei dominus: Acham uero perseverasse in incredulitate, & neque filium fuisse deo, neque credidisse uerbis Prophetæ de liberatione ab illis regibus. Ex illis iam intellectis est introductio quædam ad intelligendum prophetiam, quæ sequitur, hoc modo: Et adiecit dominus loqui ad Acham, dicens: Pete tibi signum, siue in cælo, siue in terra. Tanquam dicat: quia neque credis, neque fides uerbo meo, quod locutus sum tibi de liberatione illorum duorum regum, pete tibi a domino deo tuo liberationis tuæ signum, quo discas esse futura quæ dico. Potestatem habeo tam in cælo, quam in terra: ex miraculo ergo discas me esse ueracem & potentem. Impius autem Acham his uerbis adhuc incredulus, neque fiduciam habens in deo suo, sed magis in idolis, & aut desperans, aut cupiens humanum auxilium, superbe respondet: Non petam, & non tentabo dominum. Deinceps dimisso rege impio, ad domum Dauid dei uerba uertuntur, & promittitur illi domui, Virgo paritura filium, cuius nomen sit Emanuel, qui tametsi sit Emanuel, id est deus nobis cohabitans, tamen cibus utetur infantie, uidelicet butyro & melle, qui nondum puer natus, sed inuocatus solum, liberat eos, qui credunt in ipsum. Ad hoc propositum sequitur in textu: Et dixit: Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum est uobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Hic iam textus habet: Et dixit, sed non exprimit quis dixit.

Cap. 6.

Cap. 7.

Emanuel.

dixit. Sed sciendum est, quemadmodum superiora uerba dominus dixit per Isaiam, ita & hic ex ore domini Propheta loquitur, sermonem conuertens ad familiam regis, quæ erat de domo Dauid: Audite ergo domus Dauid, nunquid parum est uobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Tanquam dicat: Nunquid parum est uobis superbire contra homines prophetas, quorum uerba despicitis, & prophetias contemnitis, nisi & superbiatis contra deum meum, quem loquentem audire non uultis? Propter hoc, quis sitis indigni, tamen dominus pro sua bonitate dabit uobis signum, signum inquam salutis & liberationis ab omni malo, quod tamen signum nisi credideritis, non permanebit. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel, quod interpretatur, deus nobiscum: quo indicatur, quod deus erit homo, et quod homo ille uelut puer butyro & melle comedit, ita ut sciat reprobare malum, & eligere bonum: & quod adhuc butyro & melle pascitur, pannis infantie inuolutus, habebit boni & mali iudicium. Quia antequam puer sciat reprobare malum, & eligere bonum, terra, quam tu domus Dauid detestaris, seu odis & abominaris, derelinquetur a facie seu presentia duorum regum illorum. Tanquam dicat: Etsi puer iste Emanuel uenturus moram per tempus aliquod fecerit, & non iam mox natus fuerit, nolite diffidere, quia etiam priusquam nascetur, & priusquam in tempus illud ueniet, quo sciat sic in puerili ætate sua reprobare malum, & eligere bonum, terra illorum duorum regum, quam tu odis & formidas, erit derelicta & desolata, illis duobus regibus in captiuitatem ductis per Assyrios. Super te autem non credentem adducet dominus malum, quod non formidaueras, & idcirco non hi duo reges sunt tibi metuendi, sed alii hostes, de quibus non cogitas, & hoc est quod dicit: Adducet dominus super te & super populum tuum, & super domum patris tui dies, qui non uenerunt a diebus separationis Ephraim, a Iuda cum rege Assyriorum. In capite viij. nonnulla est obscuritas in contextu sermonis propter mutationem personarum. Unde in superiori capite promissa est domui Dauid uirgo paritura filium, cuius nomen Emanuel, in quo salutem pollicetur, & liberationem ab hostibus. Iam rursus in hoc capite ex occasione eorundem duorum regum, contra Hierusalem sese præparantium, partus describit uirginalis eiusdem filij, cuius nomen erit uelox spoliatorum detractor. In principio autem capituli Isaias testatur, quod dominus ad ipsum dixerit: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis. Hoc autem quod sequitur: Velociter spolia detrahe, cito prædare, est sermo, quem Propheta debebat scribere, estque uox patris ad filium, ut ipse filius descendat in carnem, & uelociter spolia detrahat a potestate diaboli, & ne ultra patiam ipsum habere potestatem supra electas animas. Facit ergo Propheta quod sibi est iussum, & subiungit: Et adhibui mihi testes fideles: Viriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachia, & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Hic sciendum est, quod ista testium adhibitio, & accessus ad prophetissam, non est accipiendus tanquam realis, sed secundum uisionem imaginariam, in qua intellexit prophetiæ suæ certitudinem, & uirginem gloriosam ex spiritu sancto concepturam, & parituram esse filium. Et dixit mihi dominus:

Cap. 8.

Voca nomē eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. rationem nominis adijciens: Quia anteq̄ puer sciat uocare patrem suū, aut matrem suam, aufertur fortitudo Damasci, & spolia Samarię coram rege Assyriorū. Quasi dicat: Congrua ratione nomen pueri est, uelox prædator, q̄a etiam hostes spoliat prædis suis nondum natus, aut infantulus, priusq̄ sciat dicere, pater meus. Deinceps in eodem cap. deus loquitur ad prophetā solito caractere usq̄ in eū locum: Congregamini populi, & uincemini: confortamini, & uincemini: accingite uos, & uincemini: inite consilium, & dissipabitur. Hic iam est sermo prophetæ, ex fiducia in Emanuelem insultantis hostibus, q̄ nihil ualeat eorū potestas contra populum Emanuelis. Deinde rursus consueto more ait Propheta: Hæc em̄ ait dñs ad me, Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in uia populi huius, dicens, ibi hoc totū est uox Prophetæ. tanq̄ dicat: Hæc ait dñs erudiens me, sicut in manu forti, ne irem in uia populi huius. Et quidam sit dñs locutus ip̄si subiūgit: Non dicatis coniuratio. & totū quod sequit̄, est sermo dei loquentis ad Prophetā, & ad populum suum, usq̄ in eum locum: Es expectabo dominum, q̄ abscondit faciem suam a domo Iacob, & præstolabor eum, ego & pueri mei, quos mihi dedit dñs in signa atq̄ portenta Israelis. Ille iam sermo uox est Christi, aut Prophetę gerētis typum Christi, & loquentis in persona Christi: quemadmodū apostolus Paulus ad Hebr. ij. docet hoc testimonium ex persona debere intelligi dñi nostri saluatoris. Initium capituli noni, uox est Prophetæ spiritu prophetico uaticinantis de tpe Christi, ut patet Lucę iij. Primo tpe alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanē Galilę gentiū. Populus, q̄ ambulabat in tenebris, uidit lucē magnā: habitantibus in regione mortis, lux orta est eis. Hactenus est uox Prophetæ. Deinde ad lucem ipsam, quæ apparuit populo in tenebris constituto. i. ad dominū saluatorem fit apostropha, & dicitur ad eum: Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiā. Ne prolixitas fastidiū ingerat studioso lectori, multa capita in Isaia prætermittimus, in q̄bus studiosus lector potest ex supradictis repentinas quasdam mutationes personarum considerare. Quemadmodum initia quædam ex primis capitulis libri Isaie, ita & ex eiusdē libri posterioribus cap. de hac mutatiōe personarum aliquę uideamus. Principium capi. xlv. plane explicat dñm loqui ad Christū suum Cyrū, & q̄dam ad eum loquat̄ sequitur: Ego ante te ibo, & gloriosos terre humiliabo, &c. Et dabo tibi thesauros absconditos, & reliqua quæ sequunt̄, sunt uerba dñi ad Christū Cyrum, usq̄ ad uersiculum, q̄ incipit: Rorate coeli desuper, & nubes pluant iustū. Iam uox est Prophetę desiderātis ad uentum dñi nr̄i Chr̄i per Cyrū significati. Vnde optātis affectu Propheta loquitur, ut coeli. i. coelestes spūs ac nubes. i. apostolici uiri rorē coelestis euāgelij desup̄ annunciet, & pluuiā ministrēt salutaris doctrinæ. Post quæ rursus mutatur persona, & incipit esse uox domini dei, q̄ fauens desiderio Prophetæ, mox loquit̄: Ego dñs (inquit) creauit eum, scilicet iustū Christū, & saluatorem. Deinde intimatur esse uox dñi ad populum: Hæc dicit dominus sanctus Israel, Plastes eius, uentura interrogate me, & reliqua quæ sequuntur.

LXXX

sunt uerba dei ad populum, usq̄ in eum locū, ubi dñ: Hæc dicit dñs deus, Labor Ægypti & negotiatio Æthiopię, & uiri Samaim sublimes ad te trāfibūt. & reliqua sunt uerba dei loquentis ad Christū filium suū, quemadmodū plane indicant uerba paucis interpositis sequētia: Vere tu es deus absconditus, &c. Principium cap. xlix. Audite insule, attendite populi de longe, dñs ab utero uocauit me. est uox Christi filij dei & hoīs, qui & in calce præcedentis capituli loquitur: Accedite ad me, & audite me, nō a principio in abscondito locutus sum, ex tpe anteq̄ fierent ibi eram, & nunc dñs deus misit me & spiritus eius. Insuper & idem filius est, qui in principio capituli quinquagesimi appellatur dñs, qui & loquitur ibidem ad populum, dicens: Quis est hic libellus repudiij matris uestre, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui uendidi uos? Ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis, & in sceleribus uestris dimisi matrē uestram, & quęnam sint scelera subiecit: Quia ueni (inquit) & non erat uir. Et infra: Dñs dedit mihi linguam eruditā. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Ex his patet, q̄ pro alia persona accipitur dominus in medio capituli xlix. ubi dicitur: Hæc dicit dñs, formans me ex utero seruū sibi, ut reducam Iacob ad eum. Pro alia in principio capituli sequentis, q̄a dominus hic pro filio, illic pro patre intelligitur. Principium capituli liij. Quis credidit auditui nostro. uox est apostolorū de paucitate Iudæorū credentiū, & de passionibus Christi filij dei. usq̄ in locum illum ubi dicitur: In scientia sua lætificabit ip̄se iustus seruos meos multos, & iniquitates eorū ip̄se portabit. Ideo dispersiam ei plurimos. hoc iam totum uox est dei patris ad populū testificantis de filio suo usq̄ in finem capituli, quæ sane uox patris continuat̄ per totum caput sequens, simul & per totum caput ly. quod incipit: Omnes sitientes uenite ad aquas. ubi est uox dei patris excitantis populum ad prope- randum in Christi gratiā, hoc totum esse uocem patris indicat hoc q̄ tandem sequitur: Ecce testem populis dedi eum, scilicet Christum David, ducem, & præceptorem gentibus. Hęc diligenter considerata, magnā faciunt lectori illustrationem in sententiā coherentia. Per totum lx. caput est uox Christi ad ecclesiam segregatā de synagoga Iudæorū deserta & reprobata: Surge (inquit) illuminare Hierusalem, q̄a uenit lumen tuum, & ambulabunt gentes in lumine tuo. & continuat̄ uox Christi in caput sequēs: Spūs dñi super me, eo q̄ uenerit me. & illic per totum caput uox Christi est. Prope finem capituli loquentis pro se & pro ecclesia sua: Gaudens (inquit) gaudebo in dño, & exultabit anima mea in deo meo, quia induit me uestimentis salutis, indumento iustitię circumdedit me quasi sponsum decoratū corona, & quasi sponsam ornatā monilibus suis. In principio capituli lxij. Quis est iste, qui uenit de Edom tinctus uestibus de Bosra? uox est aut angelorū admirātium, aut prophetę in spiritu interrogantis seu admirantis Christū incarnatū, crucifixū, & passum, triumphantem, & in coelo ascendentem. Cui sciscitationi respondens ip̄se inquit: Ego sum qui loquor iustitiā, & propugnator sum ad saluandum. Rursus sciscitantur angeli & prophetę, & dicunt: Quare ergo rubrum est indumentum tuum? Quibus respondit: Tortular calcaui solus, & de gentibus non est

e ij uir

Cap. 9.

Isaie 49

Cap. 49

Cap. 73

Cap. 77

Cap. 60.

Cap. 69

uir mecum. Circumspexi, & non erat auxiliator. & reliqua usq; ad uersiculū ubi dī: Miserationū dñi recordabor. ibi est uox Prophetę in persona ecclesie seu populi, agnoscens tam grande beneficiū misericorditer præstitū domui Israel: Miserationum (inquit) dñi recordabor, laudem dñi super oibus quæ reddidit nobis, & super multitudinem bonorū domui Israel, quę largitus est eis scđm indulgentiā suam, & scđm multitudinē miserationū suarū. & dixit, scilicet dñs ille, q sic misericorditer largitus est domui Israel: Vere populus meus est, filij nō negantes me, & ipse factus est saluator ipsis. scilicet nō negātibus. & reliqua quę sequunt, usq; ad uersiculū illum, q incipit: Adduxisti populum ut faceres tibi nomen glorię. hęc iam est uox Prophetę. Principiū cap. lxiij. Vtinam dirūperes cęlos dñe, & descenderes. uox est ecclesie ueteris populi desiderantis aduentū Christi in carnē, quę & per oēm locum in scripturis desiderauerunt sancti reges & prophetę. Post hęc paucis interpositis, ecclesia tanq̄ audita esset infert: Descendisti, & a facie tua montes defluerūt, tanq̄ dicit: Tu de cęlo descendens uerbum factū es caro, & habitasti in nobis, & ideo a facie tua montes defluerūt: a seculo hoies neq; audierunt, neq; auribus perceperunt, neq; oculus uidit ea, quę tu deus preparasti expectantibus & desiderantibus misericordiā tuā. Ecce tu iratus es, q̄a peccauimus tibi, & in peccatis fuimus semper, facti sumus immundi oēs, & quasi pannus menstruatae uniuersę iustitię nřę. & reliqua in finē usq; capit. sunt uoces populi. Principiū Cap. 69. lxxv. est uox Christi ostendentis uocationē gentium, & derelictionē Iudæorū: & illam qdē fieri ex misericordia, hanc autē ex iustitia, propter eorundē Iudæorū superbiam & incredulitatē, addens tñ nō totā plebem Iudaicā periturā: sed de Iacob & de Israel esse semen relinquendū, qd hereditabit montem sanctum dei, in q lupus & agnus pascenē simul, & leo & bos comedent paleas. Cap. 66. Initiū lxxvi. & ultimi cap. uox est Prophetę recitantis sermonē dñi, declarantis montē istum Syon & templū in Iudęa nō carnaliter, sed spūaliter esse intelligendum. Hęc (inquit) dicit dñs: Cęlum sedes mea est, & terra scabellū pedum meorū. Quę est ista domus, quā edificabitis mihi: & quę est iste locus requietionis meę? Ad quē aut respiciā, nisi ad pauperculū & contritū spiritū, & tremantem sermones meos? & reliqua sequētia usq; in finē libri, sunt uerba dñi dei docentis nos, ut intelligamus montē sanctū Syon seu Hierusalem, & oia quę ipse pollicet, nō carnaliter scđm delicias mūdi huius, sed spūaliter expressa esse: carnalia q̄q; sacrificia reiñcienda esse, & eos confundendos, q̄ abiciūt seu odiunt fratres confitentes nomen dñi, & Hierusalem seu ecclesiā fore fecundā, parituramq; filios multos, eamq; die uno, hoc est, breuissimo tpe crescere in gentē magnam, & se in igni & quadriga uenturū esse ad iudicandum oēm carnem, scđm ex his, q̄ fuerint saluati ex Hierusalem missurū esse legatos ad gentes, & ad insulas longe, q̄ adducant fratres in montē sanctum Syon domum dñi, futurūq; esse mensem nouū, sabbatūq; nouum spirituale, ex mense & sabbato Iudęorū carnali, et oēm carnē, hoc est, hoim genus, uenturū esse, ut adoret corā facie dñi, oēsq; hoies uisuros esse cadauera eorū, q̄ preuaricati sunt

sunt in dñm deum, quorū præuaricatorū neq; uermis moriet, neq; ignis exstinguetur. Similes personarū mutationes inuenimus & in alijs prophetarum libris, rariū tñ. Frequentissimus aut in psalmis, ex quibus locos aliquot hic annotabimus, quibus consideratis attenti magis poterimus esse in cæteris.

De personarū
mutatione in
psalmis.

Ante nos docuerunt concorditer patres ecclesiastici, non oportere semper in psalmis historiā cętari, quā titulus psalmo præfixus indicat: sed oportere nos historiā illam intelligere fuisse umbrā & occasionē, in qua spiritu sancto illustrante, Prophetā intellexit futura sibi monstrata: & hoc uerū esse demonstrari potest nō solum ex patribus, sed & ex ipsis sacris scripturis, seu doctrina apostolorū, de Chro dño exponentiū psalmos, quibus titulus præfixit, indicās aut psalmū esse Dauid, aut historiā de rebus a Dauid gestis, ut patet in psalmo ij. & xv. quō beatus Petrus in Actis exposuit de Chro dño. Manifestū est, psalmū ij. & psal. xxi. & lxxvij. & lxxxvij. esse uoces Christi scđm dispositionem carnis infirmę orantis patrē: quibus tñ psalmis tituli præponunt, indicantes historiā eam de Dauid. Psalmi ij. titulus est: Psalmus Dauid qñ fugit a facie Absolon filij sui. Psalm. lxxxvij. cuius initiū est: Dñe deus salutis meę. titulus est: Canticū psalmi filijs Chore in finē pro Mahaleth. Sed propositum Dauid (inquit Hiero.) erat, nō tñ de se, aut de rebus in titulo prenomina- tis, qd corporaliter actū sit referre, sed ex his uelut exemplis & speculis quibusdam instituere hoies in Chrm finē tūc futurū. De his aut latius in sequenti tractatu, de trāsitu lřę ad spiritū. De mutatione personarū in psal. uideamus. Totus psalm. i. est uox Prophetę loquentis ex spiritu in laudē ueri beati, q Psalmo 1. est Chrs, & in reprehensionē impiorū. In Psalmo ij. q incipit: Quare fremuerunt gentes. quatuor primi uersus sunt uoces Prophetę, mirantis quare temeritas gentiū & populorū fremuerūt aduersus deum & aduersus Christū eius, & hos uersiculos interpretatur Petrus Act. iij. de Chro dño. Ab illo aut loco: Ego aut constitutus sum rex ab eo, & c. est uox Chri ad populū, indicantis patrem ad se locutum esse qd sequitur: Filius meus es tu, ego hodie genui te. & ideo hic incipit uox patris ad Christū usq; ad x. uersiculum. q incipit: Et nūc reges intelligite, ibi est uox Prophetę cohortantis reges terrę, ut disciplinam Christi recipiant, usq; in finē. Tertius psalmus est uox Chri loquentis ad patrem, & explicantis Iudęorū contra se persecutiones: Dñe (inquit) quid multiplicati sunt q̄ tribulant me? multi insurgunt, & c. Totus iij. psalm. uox est ecclesie dirigentis sermonē suū, nunc ad ecclesie membra, nūc ad deū ipsum, uelut cum dicit: In tribulatione dilatasti mihi. nunc ad gentes, q̄ nondū sunt ecclesie membra, uelut cum dicit: Filij hoim usquequo graui corde, ut qd diligentis uanitatē? nūc denuo ad ecclesie membra: Irascimini, & nolite peccare. nunc rursum ad ipsum deū, uelut cum dicit: Signatū est super nos lumen, & c. Similiter totus psalmus v. uox est ecclesie deum orantis, pdicantisq; malignos & iniustos & mendaces excludendos ab habitatione dei: sperantes aut in deo, et diligentes uerbū illius, in aternū exultaturos. Psalm. vi. qui incipit: Dñe ne in furore, & c. siue dicat esse uox Dauid pœnitētis, siue uox ecclesie ad deum patrem pœnitentis, siue uox Christi patrem orantis, & ea quę membrorū suorū

Psalmos nō
tñ historiā,
sed prophē-
tiā cōtinere.

A. c. 1. & 4.

Psalmo 1.

2.

3.

4.

5.

6.

in corpore, quod est ecclesia, sunt sua facientis, nō refert ad sensum. Psal. viij. q̄ incipit: Dñe deus meus. est uox Dauid, postulantis liberationē a persecutione hostium, declarantis suā innocentiam super crimine falso corā Saul sibi imposito. Ex hac autē re gesta, Dauid prophético spū transit ad Christū, cui Iudæorum plebs imposita falsa crimina corā inuidis Iudæorū pontificibus, cū dicit: Exurge dñe in ira tua, & exaltare in finibus inimicorū meorū, & reliqua. Iudica me scđm iustitiā meā, & scđm innocentiam meā super me. Hæc Dauid loquitur in persona Christi. Psal. viij. q̄ incipit: Dñe dñs noster. est uox Prophetæ de noīe dñi, qđ est Christus Iesus admirabilis in uniuersa terra. Vnde & Christus testatur hanc prophetiā: Ex ore infantū & lactentium perfecisti laudē. in se esse completā. Apłs item ad Hebr. citat uersiculū in hoc psalmo de Ch̄o dño, ubi dī: Minuisti eum paulo minus ab āngelis. intelligens Christū hoīem paulo minus ab angelis diminutū. Totus psalm. ix. q̄ incipit: Confitebor tibi in toto corde meo. est uox Prophetę aut ecclesię confitētis deo, qđ aduentu suo in carnē destruxit diaboli potestātē, & nūc sermonē dirigit ad deū patrē, ut in i. uersiculo, & ad Christū, q̄ unus est cū deo & patre: Qm̄ fecisti (inquit) iudiciū meū & causam meā. i. inter me & aduersariū meū diaboli egisti causam pro me, & prosperā mihi fecisti sententiā, & scđm iustū tuū iudicium destruens aduersarij mei potestātē. Nunc sermonē dirigit ad populū liberatū: Psallite (inquit) dño q̄ habitat in Syon. Nūc rursus ad dñm conuertit contra Antichristū: Miserere mei dñe, & uide humilitatē meam. Exurge dñe, non confortet homo, scilicet perditionis, q̄ est Antichristus, de qđ sermonem profertur, ipsum uocans impiū pctōrem, q̄ laudat in desiderijs aīe sue, cuius os plenū est maledictione & dolo, q̄ sedet in occultis cum diuitibus. Hic autē sciendū est, qđ iste psalm. ix. quē nos habemus unicū, Hebręi in duos psalmos diuidūt, incipientes x. psal. in ȳsiculo illo: Ut qđ dñe recessisti longe, & despicias in opportunitatibus. & ita psalmū, quē nos facimus x. ipsi faciūt xi. consentiētes tñ nobiscū in unū psalmorū numerū. Nam psalmū: Lauda Hierusalem dñm, quē nos facimus cxlvij. ipsi non faciunt psalmū nouū, iungentes illum tanq̄ partē psalmi cxlvi. & ita concordat cum ecclesia Latina in psalmo cxlvij. Totus psalmus x. qui incipit: In dño confido. est uox Prophetę in persona Christi aut ecclesię, loquentis ad eos, qui aut ex affectione quadā humana, aut ex maleuolentia contra bonum animi propositū suggerunt: In domino (inquit) confido, quō dicitis anime meę, Transmigra in montē sicut passer: Tanq̄ dicat: Quo uos dicitis anime meę, ut transmigret in montē solitudinis, propterea qđ pctōres intenderunt arcum contra me: certe frustra id suadetis & suggeritis mihi, quia ego confido in dño. Principiū psalmi xi. qui incipit: Saluum me fac dñe, quoniam defecit sanctus, quoniā diminutę sunt ueritates a filijs hominum. est uox Christi pro parte suę carnis & membrorum orantis patrem, usq; ad locum illum, ubi dicitur: Propter miseriam inopum & gemitum pauperū nunc exurgam. ubi est uox patris pollicentis filium suū salutare se missurum. Deinde sequitur uox ecclesię supplicantis, & commendantis eiusdem salutaris eloquia: Eloquia domini eloquia casta. Tu domine

serua

seruabis nos, & custodies nos a generatione hac. Sunt qui dicunt initium huius psalmi esse uocem ecclesię Christum desiderantis: sed nihil refert, quia eadem est uox ecclesię & Christi pro ecclesia orantis. Totus psalmus xij. qui incipit: Usquequo domine obliuisceris me in finem. est uox ecclesię ueteris legis, aduentum Christi magno desiderio postulantis, & propter longam illius moram suspirantis & ingemiscantis. Vnde & hic psalmus potest esse oratio deuotissima cuiuslibet fidelis animę, constitutę in periculis huius uitę, & in corpore mortis huius: Usquequo domine obliuisceris me in finē, usquequo auertis faciem tuam a me: Usquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo: Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: Illumina oculos meos ne unq̄ obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, pręualui aduersus eum. Totus psalmus xij. qui incipit: Dixit insipiens in corde suo, non est deus. est uox Prophetę, declarantis uniuersos filios hoīm deuiasse a uia dei, & oēs factos esse inutiles, donec fiat gnatio iusta per fidē & spem in Israel. Vnde & postulat ex Syon dari hoc salutare: Quis dabit (inquit) ex Syon Israel salutare dei. Totus psalmus xiiij. qui incipit: Dñe, quis habitabit in tabernaculo tuo, & c. est uox Prophetę, constituta ex interrogatione una posita in ȳsiculo primo, & sua respōsione sex uersibus sequētibus contenta. Totus psalm. xv. q̄ incipit: Conserua me dñe. est uox dñi nři saluatoris, loquētis ad patrem secundum formam serui, quemadmodū exponit Petrus apost. Act. ij. citans ex hoc psalmo uersiculū de Christi resurrectione. Totus psalmus xvi. qui incipit: Exaudi domine iustitiam meam. itidem est uox Christi, secundū formam humanam orantis pro se, & pro corpore suo, quod est ecclesia. Soli nempe Christo conuenit dicere: Exaudi me domine secundum iustitiā meam, & non est inuenta in me iniquitas. Decimus septimus psalmus, qui incipit: Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentū meum. est uox Christi agentis gratias deo, quod liberauerit ipsum, & ecclesiam suam ab omnibus inimicis suis. Vnde & ea, quę in hoc psalmo loquitur Prophetæ, soli competunt Christo, uidelicet: Retribuet mihi dominus secundum iustitiā meam, & secundum puritatē manuum mearum retribuet mihi. Neq; persona, quę loquitur, neq; persona ad quā loquitur, in toto psalmo mutatur. Proinde uox Christi ad deum est uersiculus ille: Cum sancto sanctus eris, & cū uiro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris, hoc est, tu dñe sanctis & innocentibus benefacies, peruersis autē & impijs eris peruersus, hoc est, ultor eris. Sicut alibi Iudæis ipse loquitur: Si incederis peruerse coram me, incedā & ego peruersus uobis. Totus psalmus xvij. qui incipit: Cœli enarrant gloriam dei. uox est Prophetę prænunciantis publicationem uerbi incarnati seu euangelię Christi per uniuersum mundum, per cœlos, per firmamentū translate accepta intelligens Apostolos & doctores sub euangelio Christi, qui olim fuerāt in nocte gētilitatis, aut in obscuritate ueteris legis. Nam & ad illū intellectū ex hoc psalmo citat uersiculū Apłs ad Rom. dicens: In oēm terram exiit sonus eorū. Psalm. xix. qui incipit: Exaudiat te dñs in die tribulationis. est uox Prophetę, loquentis ad Christum, ut ad regem pariter & sacerdotem,

e iij optans

optantis simul & prænunciâtis, oïa ipsi Ch̄o a deo patre uenire ad uota seu desideria sua in die tribulationis seu passionis eius. Vnde nūc per uerba optatiui modi, nūc p uerba preteriti t̄pis, nunc per uerba futuri t̄pis loquit̄: Exaudi te dñs in die tribulationis, mittat tibi auxiliū de sancto, memor sit oīs sacrificij tui, letabimur in salutarī tuo. i. in saluatione a te nobis futura. et reliqua hæc sunt uerba Prophetę ad Ch̄m, usq; in eum locū ubi d̄r: Nunc cognoui. hic iam est uox Prophetę, nō ad Christū, sed de Ch̄o loquētis aīe sue, & in illa oībus nobis. Propheta p̄uidens oīa prospere Ch̄o esse futura: Nūc (in̄gt) cognoui, q̄a dñs saluū fecit Christū suū, exaudiet illū de coelo sancto suo: exaudiet in quā illū pro humano ḡne supplicantē. Vnde et in fine psalmi inquit: Dñe saluum fac regē, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te: exaudi inquam nos, supple in noīe ipsius supplicantes. Et illū esse huius ꝑ̄suli intellectum patet ex Hebraica ueritate, q̄ (ut in̄gt Hiero.) in cōmentarijs habet: dñe saluū fac regē, q̄ exaudiat nos in quacūq; die inuocauerimus eū. Ex hoc ꝑ̄siculo patet luculēter, psalmū istū esse de rege Ch̄o, qui innocatus n̄ras oīones exaudiet: ex q̄ consequēs est Prophetā int̄misse, Ch̄m dñm esse uerę deū inuocandū & adorandū. Psal. xx. q̄ incipit: Dñe in uirtute tua, &c. est uox Prophetę loquētis ad patrē de dño n̄ro Iesu, quē uocat regem & salutare, exprimens dona, q̄ accepit a deo p̄re. Psal. xxi. q̄ incipit: Deus, deus meus, quare dereliquisti me: uox est Ch̄i in cruce loquētis ad patrem, ut patet ex euangelio Matth. recitātis Christū in cruce clamasse id, q̄d est initiū huius psal. Itē & in euang. Ioan. ex hoc psal. citantis: Foderunt manus meas & pedes meos, diuiserunt sibi uestimēta mea, & sup uestē meā miserunt fortē. In principio psal. ad patrē loquit̄ Ch̄s, nō quasi nescius interrogans patrē, quare ab ipso fuerit derelictus, sed suā exprimens passionē, humanā suam formā nobis int̄mavit mortalē. Vñ post interrogationē a se factā, quasi sibi ipsi respōdēs, causā reddidit cur fuerit a p̄re sic in passiōe derelictus: Longe (in̄gt) a salute mea ꝑ̄ba delictorum meorū, clamabo p̄ diem, & nō exaudies: & nocte, & nō ad insipientiā mihi. ac si dicat: delicta seu peccata membrorū corporis mei, fecerunt me derelictum esse in passione mea, quemadmodū ipse apud Isaiā loquitur ad hoīm genus: Laborare me fecisti in iniquitatibus tuis. Deinde idē filius mutata persona, ad quā loquebat̄ in uersiculo xxiiij. dirigit uerba sua ad populū suum: Qui timetis dñm laudate eum, uniuersum semē Iacob glorificate eū. Et post rursus loquit̄ ad patrē: Apud te laus mea in ecclesia magna. Psal. xxij. q̄ incipit: Dñs regit me, & nihil mihi deerit. uox est iusti populi iam per Christū ex aqua & spiritu sancto regenerati, constituti in ecclesia sancta, ubi sunt pascua uberrima, euāgelica apostolorū dogmata. In Psal. xxiiij. q̄ incipit: Dñi est terra & plenitudo eius. titulus preponit̄: Psal. Dauid prima sabbati. In scripturis prima sabbati, significat diem primū post sabbatū, qui est dies dñica, in q̄ deus creauit cœlum & terrā, in q̄ & Christus resurrexit a mortuis. In principio psalmi Propheta ex spiritu loquit̄ oībus nobis, & dicit: Domini est terra & plenitudo eius, & uniuersi q̄ habitāt in ea. q̄bus excitat nos, ut uigili sp̄mēte agnoscamus dñm deū esse uniuersi orbis dñm, & neminē exemptum ab imperio

Psalmo 20.

Matth. 16.

Ioan. 19.

Psalmo 22.

Psalmo 23.

Prima sabbati quid.

imperio eius, sed tñ neminē habitaturę in monte sublimitatis glorię eius, aut accepturę benedictionē regni eius, nisi qui innocens fuerit in opibus, & mūdo corde, & talis, q̄ non in uanū acceperit animā suā. Et q̄a inter filios hoīm non est talis, nō est usq; ad unum solum Christū, q̄ pro se & pro sua ḡnatione accepit benedictionē & gratiā a dño deo patre suo: idcirco solus ipse merē ascendere cœlum cum corpore suo, q̄d est ecclesia, collecta ex oībus per nomē eius, quærentibus faciē dei Iacob. Proinde & Propheta mox sermonē conuertit ad principes habētes potēstatē sibi datā supra portas, aut uitę, aut mortis, iubens ipsis, quatenus tollant has suas portas, & eleuentur portę æternales, ut introeat rex glorię una cum toto exercitu suo. Cui respondentes principes interrogant: Quis est iste rex glorię? Huic interrogationi respondet spiritus Prophetę: Dñs fortis, & dñs potens in prælio. Solet inter expositores hic locus haberi ambiguus, dum incertū est, cui t̄pi debeant hæc coaptari, & in cuius personā loquat̄ Propheta, quinam sint principes, ad q̄s loquitur, & quę sunt portę tollendę, & quę portę æternales. Vnde sunt hoc in loco uarię magistrorū expositiones. Hierony. multos proferens sensus sanctos & catholicos, nullum præfert, nullum damnat. Rabbi Salomon & Lyra literalem sensum referunt ad tēpus, q̄ portę templi ulro fuerant apertę, cum primū sub Salomone arca introducitur in templum. Sed hæc portarū apertio ex scripturis locum nō habet. Alij autē referunt ad diem Palmarū, alij ad tempus q̄ Christus descendit ad inferos, alij ad tēpus q̄ ascendit in cœlum. Nobis autē cū sanctis patribus considerationē habentibus ad ea, q̄ præmittunt, uidet̄ esse uox Christi hoīs innocentis, cuius in superiori uersiculo Propheta meminerit, q̄ & cum angelis descendens ad infernū, & ascendens cum ḡnatione sua ad cœlū, iussit utriusq; ciuitatis portas, inferni uidelicet & regni cœlorū, aperiri. Quādo Adā peccauit, tunc aduersus genus humanū portę inferorū præualuerūt, & portę paradisi fuerūt clausę, & data est ignea romphęa angelo Seraphin, q̄ ingressum paradisi custodiret, ne ad illum admitteret̄ ullus filius Adę. Quo facto designatur, cœlestis regni ianua fuisse clausa uniuerso ḡni humano. Sed cum Christus uenit in mundū tanq̄ leo fortis, & in prælio contra diabolū potens, penetrans claustra inferni, animas sc̄torū educens, & cū iustis inde liberatis ad cœlestia remeans, tūc aptę sunt cœlestis regni portę impediētes ingressum. Quamobrē nō erit absonus intellectus, si intelligat̄ prior uersiculus, quo dicit̄: Attollite portas, esse uox Christi aut angelorū ad portarum inferni principes, qui portas. i. clausuras aperiunt seu tollūt, cū potēstatē illis detinēdi animas habere desinūt. Secundus autē uersiculus, q̄ d̄r: Attollite, &c. sit uox Christi aut angelorū ad principes portarū cœli. i. ad angelos, qui portas cœli aperiūt cū sua exhibēt ministeria, introducēt̄ in regnū cœleste iustorū aīas. Psal. xxiiij. totus, q̄ incipit: Ad te dñe leuauī animā meā. est uox fidelis populi ad Christū quęrentiū dñm, quęrentiū faciē dei Iacob. de q̄bus in psal. supior̄i: nec est in hoc psal. propter personarū mutationē obscuritas. Psal. xxv. & xxvi. & xxvij. sunt uoces Ch̄i orātis patrē, nūc pro se sc̄dm dispositionē carnis assumptę, nūc pro corpore suo, q̄d est ecclia. Psal. xxiiij. q̄ incipit: Afferre

20.

21. 26. 27.

28.

domis

domino filij dei. uox est Prophetę in spiritu mirabilia, q̄ facturus erat Messias, p̄uidētis, & inuitantis oēs, ut sequant̄ eum in aduentu ipsius, & offerant sacrificia, q̄ sane mirabilia nos iam uidemus adimpleta, & q̄tidie impleri per ecclesiā, q̄n offerunt dño filij arietū .i. agni sancti, scilicet martyres, in qua & uox, seu sermo dñi mirabilia olim opabatur & nunc opatur, & usq; in con-
 29. summationem seculi opabitur super aquas in baptismo, & super cedros libani, confringēs elatas superborę uoluntates. Initiū psal. xxix. q̄ incipit: Exalta bo te dñe qm̄ suscepisti me, nec delectasti inimicos meos sup me. est uox Chr̄i scđm̄ humanam naturā ad patrē, agentis ipsi gr̄as post conluminationē opis redemptionis nr̄ę. Neq; erit absonus sensus, si dicat̄ esse uox eccl̄ię ad Chr̄m, q̄ suscepit ipsam ecclesiā suam. Deinde Propheta apostrophē facies, cū ad deū locutus fuerat, deinceps ad sanctos iā p̄ Chr̄stū liberatos sermonē cōuertit: Psallite (inquit) dño sancti eius, & cōstitemini memorię sc̄t̄itatis eius, qm̄ ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Ad uesperū demorabit̄ fletus, & ad matutinū lætitia. Vnde ira, .i. uindicta est facta in indignatione dei, qm̄ Adā peccauit, eiectus e paradiso post meridiē ad uesperū, & facta est nox, tpsq; fletus toti hūano generi: sed & uita hoīs fuit in uolūtate eius mittētis filiū suū, q̄ pro eodē hoīe in meridie usq; ad uesperā passus est, sub cuius passionis tpe tenebris obtecta erant etiā elementa. Apostoli q̄q; in fletu morabātur donec ueniret lux matutina, quę est Christus resurgens ex mortuis. Deinde is sub cuius noīe Propheta loquitur, rursus conuertit sermonē ad dñm: Ego (inquit) dixi in excessu meo, non mouebo in æternū. Dñe in uoluntate tua prestitisti decori meo uirtutē. Auertisti faciem tuā a me, &c. Sic & psalm. xxx. q̄
 30. incipit: In te dñe speraui, non confundar in æternū. est uox Christi, orātis patrem scđm̄ dispositionē assumptę carnis, usq; ad eum uersiculum, in q̄ dicit̄: Diligite dominū oēs sancti eius. ibi est uox Prophetę alloquentis & adhortantis populum, Neq; turbari oportet propter aliorę sententiam, dicentium hunc psalmū & similes esse uoces eccl̄ię, aut fidelis populi orantis ad deum: nam & quę orat ecclesiā, ea ipsa orauit & Christus, q̄ tanq̄ caput eccl̄ię miseriam & peccata eiusdem eccl̄ię tanq̄ sua reputauit. Vnde & uersiculum in hoc psalmo positū dixit Christus in cruce: In manus tuas dñe commendo spiritum meum. In psalmo xxxi. qui incipit: Beati quorę. prima est uox Prophetę ostendentis hominē non proprijs meritis, sed dei gratia fieri beatum, seu iustificatū, si confiteat̄ admissa. Hunc psalmū asserit Paulus ad Rom. iij. in laudem gratię Christi, in uersiculo illo: Intellectū tibi dabo, & instruam te in uia hac quę gradieris. mutatur persona, q̄a iam nō propheta aut ecclesiā, sed deus ipse ad Prophetā seu ecclesiā loquitur, usq; ad eum uersiculum, in q̄ dicitur: In chamo & freno maxillas eorę constringe, q̄ nō approximāt ad te. hic iam rursus est uox eccl̄ię ad deū patrē, rogantis ipm̄, ut in chamo & freno constringat rebelles hominū uoluntates. Deinde sequit̄ uox eccl̄ię, non iam ad deum patrem, sed ad filios suos, quos tanq̄ pia mater hortat̄ lætari in spe æternę uitę: Lætamini (inquit) in dño, & exultate iusti, & gloriamini oēs recti corde. Per totū psalmū xxxiij. q̄ incipit: Iudica dñe nocētes me, & ex-
 pugna

Math. 17.

31.

Psalmo 31

pugna impugnantēs. Apprehende arma & scutū, & exurge in adiutoriū mihi. & reliqua omnia sunt uerba dñi nostri Iesu Christi secundum dispensationem carnis, quam assumpsit, nunc patrē orantis, nunc gratias illi agentis, nunc recitantis afflictiones & persecutiones, quas ab inimicis semel in persona sua passus est, & quas patitur semper in membris corporis sui, quod est ecclesiā. Proinde & hic psalmus est uox Christi, & uox eccl̄ię in tribulatione: nam qđ Chr̄s in carne sua mortali orauit pro ecclesiā, hoc & ipsa eccl̄ia usq; ad con- summationē orat pro se per Chr̄stū donari sibi. Manifestū est in hoc psalmo Chr̄stū dicere: Surgētes testes iniqui, q̄ ignorabā interrogabant: retribuebāt mihi mala pro bonis. Ego aut̄ dum mihi molesti essent induere sic complices habam. Sed hic sciendū, qđ in hoc uersiculo deficit uox una, quā oportet subaudi, ut sit sensus oratione latina expressus, & dicat̄ hoc pacto: Quasi erga fratrem & proximū sic complacēba deo pro ipsorę salute sollicitus, & quasi luges & contristatus de malis seu p̄ctis eorę sic humiliabar, & aduersum me lætati sunt & conuenerūt. Congregata sunt super me flagella, & ignorauit: id est, nō fui cōsciūs ullius mali, propter qđ debui flagellari. Totus ergo psalm. ut inq̄t Hierony. ex p̄sona Chr̄i est, quīs & per Chr̄stū ad oēs sanctos referri possit. In psalmo xxxv. q̄ incipit: Dixit iniustus ut delinquat in seipso. nō
 Psalmo 35.
 est ulla occulta p̄sonę mutatio. In psal. xxxvi. q̄ incipit: Noli emulari in malis
 Psalmo 36.)
 gnantibus. nō est ulla p̄sonę mutatio. Totus psalm. est uox aut Prophetę, aut eccl̄ię hortātis seu erudiētis populū ad seruandā constantiā & patientiā inter malignātes, & ad spem ac ad fiduciā in dño. Noli (inq̄t Propheta) emulari in malignantibus, hoc est, noli puocari ad zelum prauę indignationis, seu irę in malignantibus. tanq̄ dicat̄: Cum uideris hoīes in hoc mundo esse malignantes seu impie agētes florere, seu prospere uiuere, & opprimere iustos, noli impatienter ferre, noli turbari, noli a recta fidei uia deficere, noli cōtra deū murmurare: neq; zelaueris facientes iniquitatē, hoc est, neq; seruoze amoris sequaris & imiteris facientes iniquitatē. Vnde prioris partis sentētia clarius in sequētibus uersiculis exprimit̄: Noli emulari in eo, q̄ prosperat̄ in uia sua: noli emulari, ut maligneris. Eadem uox Hebraica in tribus illis uersiculis est posita, alia uero in scđa particula uersiculi primi, ubi nos legimus, neq; zelaueris. Diximus aut̄ de his in 1. cap. huius tractatus. Totus psal. xxxvij. q̄ incipit: Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Qm̄ sagittę
 Psalmo 37.
 tuę infixę sunt mihi. uox est p̄nitētis hoīs ad deum, & confitētis illi miserias, calamitates, & peccata sua. Et quia multa, quę in hoc psalmo leguntur, maxime conueniunt Christo dño, ueluti quod dicit̄: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquaerūt & steterūt, & q̄ iuxta me erant de longe steterūt, & uim faciebant q̄ querebāt animā meam: & qui querebāt mala mihi locuti sunt uanitates, & dolos tota die meditabant. Ego aut̄ tanq̄ surdus nō audiebā, & sicut mutus nō aperiens os suū. Quoniam ego in flagella paratus sum. Qui retribuebant mala pro bonis, detrahebāt mihi. Hęc omnia iametsi & Dauid ipse post persecutionē Absolon, & post Adę peccatū iam
 humanū

humanum genus secundū modū quendā dicere potest, magis tñ proprie hæc oīa passus est Christus pro nobis. Idcirco totus psalmus uidet ad ipsum pertinere, tanq̄ ad personam, quæ oīa in hoc psalmo expresse loquitur, alia quidem pro se, alia uero pro ecclesia sua, quemadmodū declarat Augustinus & alij sancti patres. Vnde in omnibus psalmis & prophetis, in quibus sunt uoces Christi, oportet animaduertere & cognoscere totū & plenum Christū .i. caput & corpus eius, q̄d est ecclesia. Cum em̄ Christus loquitur, aliqui ex persona solius capitis loquitur, ueluti q̄ ipse est natus de Maria uirgine, crucifixus & mortuus; aliquando ex persona corporis sui, q̄d est ecclesia; secundum quem modum psalmus iste est uox Christi, contentis peccata humani generis ut sua. Caput & corpus unum constituunt hominē, sed capiti propriū est loqui pro se & pro membro in corpore, nunc pro uno, nunc pro altero: quæ admodum lingua mea pro omnibus membris officio suo fungitur, & tanq̄ faciat aut patitur ipsa loquitur quicquid membrum ullum aut agit, aut patitur: ita caput ecclesiæ Christus in psalmis & prophetis actiones, passionesq̄, & infirmitates membrorum, tanq̄ suas dicit. Christus uoluntarie pro nobis factus est maledictum, & pctm̄, & mortalis, & stultitia; sed illius iniuria, nostra est gloria; illius maledictio, similitudoq̄ peccatricis carnis eius, illius mortalitas & stultitia, nostra erat maledictio, nostrum peccatum, nostra mors, nostraq̄ insipientia; quæ sane omnia sunt pro illius iniuria commutata in benedictionem nostram, in uitam & sapientiam nostram. Vnde & titulus Psalmi sexagesimi octaui, continentis uocem Christi ad passionem uenientis, hanc commutationem nostram, per Christum nobis factam, sermone plano expressit: In finem (inquit) pro his, q̄ commutabunt psalmus Dauid. Hunc psalmū orauit uerus Dauid Christus pro omnibus Adæ filijs, qui ex maledictionibus ueteris Adæ commutant in melius. Proinde quemadmodū Christus caput suum noluit separare a suis membris, sic & nos debemus non separare nos ab ipso Christo capite nostro, passionibus illius debemus facere nras, & peccata, quæ ipse confessus est ore suo, debemus & nos confiteri esse nra: quemadmodū & reuera sunt nostra. Idcirco congrue iste Psalmus legitur & decantatur sub persona hominis penitentis, & totius populi ueteris Adæ. Psalmus xxxviii, qui incipit: Dixi custodiā uias meas, & nō delinquam in lingua mea. est uox fidelis populi ad deum, iam ex peregrinatione huius uitæ in ecclesia suspirantis, & deliberantis seruare linguā suam, & cor suum a murmuratione. Neq̄ est in hoc capite ulla propter personarū mutationē obscuritas. Principium psalmi xxxix, q̄ incipit: Expectans expectans dñm, & intēdit mihi, iuxta diui Hieronymi doctrinam, uox est fidelis populi iam liberati & uocati in ecclesiam Christi. Deinde est occultus a populo transitus in personam Christi loquentis ad patrem, ita exorsus: Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi. Annunciaui & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationē noluisti, aures autē perfecisti mihi. Tunc dixi, ecce uenio, & reliqua usq̄ in finem psalmi, sunt uoces dñi nri Iesu Christi. Ex quibus & Paulus ap̄s ad

Christū loq̄
p se & suo
corpore.

Psalmus 68

Psalmus 18

Psalmus 39

ad Hebr̄ partem aliquā citauit, introducens Christū loquentē. Principium psalmi xl incipientis: Beatus q̄ intelligit super egenū & pauperē. uox est prophete prænuiciantis de Christo domino, quem in hoc psalmo appellat egenum & pauperē, optantē benedictionem & salutē super populum intelligentem & credentē in ipsum. Deinde secundum censuram diui Hieronymi, sit in hoc psalmo occultus transitus ad personā Christi loquentis ad patrem. Et hæc personæ mutatio potest intelligi esse in illo uersiculo: Ego dixi, domine miserere mihi: sana aīam meā, q̄a peccaui tibi; & sic Chrs̄ dñs delicta populi dicit sua, quemadmodū & in psalmis, ubi & caput pro membris loquitur. Aut in uersiculo sequenti: Inimici mei dixerunt (inquit) mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius: & reliqua usq̄ in finem psalmi, sunt domini nostri Iesu Christi uoces. Ex quibus citatur sentētia in euangelio. Ipse enim est qui dicit: Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, q̄ edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Psalmus xli, qui incipit: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū. uox est ecclesiæ aut fidelis populi, ex hac ualle lachrymarū inter multas tribulationes & persecutionē suspirantis ac cupientis dissolui, & esse cū deo salutari suo. Psalmus xlii, qui incipit: Iudica me deus, & discerne causam meam de gente nō sancta. uox est fidelis populi, petentis deum habere iudicem pro se, & desiderantis lucem & ueritatē ipsius, quibus ducatur in montem eius sanctum, & ascendat ad altare, ad locum scilicet altum & sublimem, ubi faciat sacrificium deo salutari suo, qui renouat uitam hanc ueterem, corruptibile, letificans eam in uitam florentis iuuentutis immortalem. Psalmus xliii, qui incipit: Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis. uox est sanctorū martyrum, clamantium ad deum pro salute omnium. Ex hoc psalmo assumit testimonium Apostolus: Quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut ouis occisionis. Psalmus xliii, qui incipit: Erucauit cor meum uerbum bonum. non unius personæ uox est. Et idcirco ad intellectum eius oportet obseruare locos, in quibus sit personæ mutatio. De principio psalmi: Erucauit cor meū uerbum bonum, dico ego opera mea regi. sic habet Augustinus: In hoc principio (inquit) intellexerunt quidam patris personam dicentis: Erucauit cor meum uerbum bonum. commendatis nobis natiuitatē sui uerbi ineffabilem, & sic consequenter omnia tanq̄ dicta a persona patris accipiant, usq̄ ad eum locum: Audi filia, & uide. Sunt qui omnia hæc, tanq̄ ex persona Prophetę dicta accipiant, intimantis nobis uerbū, q̄d ipse in lingua spūs sancti, tanq̄ scribē uelociter scribentis locutus est ad regem nostrum Messiam, quē Prophetā in spiritu alloquitur, dicens: Speciosus forma præ filijs hoīm, diffusa est gratia in labijs tuis. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Hæc & reliqua, quæ sequuntur sunt uerba Prophetę ad Christū, usq̄ ad eum uersiculū, q̄ incipit: Audi filia, & uide, inclina aurem tuā, obliuiscere populum tuū. hic iam est uox Prophetę ad ipsam regis huius filiam seu ecclesiā, quæ (ut ex superioribus patet) & soror, & regina, & sponsa illius appellat. Vides igitur in

Hebr̄. 16.

Psalmus 40.

Math. 16.

44.

44.

Rom. 8.

Psalmo 119.

psalmis & in prophetis fieri mutationes personarum repentinas. Si quis aduertit (inquit August.) plenae sunt his mutationibus personarum diuinae paginae. In psalm. cxix. orat Prophetam: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. & statim mutata persona respondet illi deus: Quid detur tibi, aut quid apponat tibi aduersus linguam dolosam; interrogat deus exercens illum, si mul respondens sibi ipsi interroganti: Sagittae potentis acutae (inquit) cum carbonibus desolatorijs. tanquam dicat: Aduersus linguam dolosam apponendae sunt sagittae acutae cum carbonibus desolatorijs, quibus transfodiunt iniquorum corda.

Psalmo 109.

Post haec rursus a persona dei loquentis, fit transitus in uocem Prophetae loquentis: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Ecce in tam paucis uerbis tam crebra est personarum mutatio, & non exprimitur locus ubi mutat. Non enim dicitur: hoc dixit deus, hoc dixit homo: sed ex ipsis uerbis colligimus, quod pertineat ad deum, quod ad hominem. In psalmo cxix. uox Prophetae est: Dixit dominus domino meo, hoc est, dominus pater dixit domino meo Christo: dixit inquam hoc, scilicet quod sequitur: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. In illo ergo loco: Sede a dextris meis. incipit uox dei patris ad Christum filium suum, usque in eum locum, ubi dicitur: Dominus a dextris tuis, confregit in die irae suae reges. hic iam est uox Prophetae, loquentis ad deum patrem de Christo domino sedente a dextris ipsius. tanquam dicat Prophetam: O domine deus dominus meus, cui dixisti: sede a dextris meis, is confregit in die irae suae reges, iudicabit in nationibus, & cetera usque in finem psalmi. Unde consequens est, aliam personam esse dominum, de quo dicitur, Iurauit dominus: aliam de qua dicitur, Dominus a dextris tuis confregit in die irae suae reges. tametsi posset secundum alium quendam sensum etiam textus interpretari. Haec tamen sententiarum series magis respondet ei, quod in calce psalmi dicitur: De torrente in uia bibit. Sunt & in caeteris psalmis mutationes personarum frequentes. Sed ex his potest studiosus lector cautus esse, ne fallatur in alijs. Haec tamen de mutatione personarum in psalmis. Totus Canticorum liber in personarum mutationibus agit. Sunt autem illic personae colloquentes, sponsa & sponsus, adolescentulae seu filiae Hierusalem cum sponsa. Sunt in hoc libro quae dicuntur a sponso, sunt quae a sponsa dicuntur, nonnulla ab adolescentulis seu a sodalibus sponsae. Primus sermo est uox sponsae, desiderantis aduentum sponsi sui in carnem, & nunc sibi metipsum loquentis in secretis animae suae, nunc ad ipsum sponsum uerba dirigentis, nunc apostropham ad filias Hierusalem facientis. Sibi loquitur: Osculetur me osculo oris sui, desiderans sponsi sui praesentiam. Ad ipsum sponsum uerba conuertit continuo adficiens: Quia meliora sunt ubera tua uino, flagrantia unguentis optimis, oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulae dilexerunt te. Trahe me post te. & reliqua quae sequuntur, sunt uerba ecclesiae desiderantis sponsum suum Christum, & simul intimantis obscuritatem atque nigredinem persecutionum, quas propter amorem sponsi sui dilecti patitur, in hoc mundo uilis aestimata, secundum stultam huius mundi sapientiam, de qua re eadem ecclesia sponsa sermonem dirigit ad filias Hierusalem: Nigra sum (inquit) sed formosa filiae Hierusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pellis Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolora

Mutationes personarum in in lib. Cant.

Cant. 1.

decolorauit me sol, filij matris meae pugnauerunt contra me. Post haec rursus eadem sponsa ad sponsum uocem conuertit: Indica mihi domine, quae diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie; usque ad uersiculum illum: Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, ubi incipit primus sermo sponsi ad sponsam, quae increpantis & benigne obiurgantis sono pronuntiandus est. Si ignoras (inquit) te, o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum tuorum, & pasce haedos tuos. Tanquam dicat: Si ignoras, quod ego per tribulationes pulchriorem te facere constitui: si non aduertis, quod nemo coronabit, nisi qui legitime certauerit: egredere a me, i. a meo consortio, & abi post uestigia gregum tuorum. Assimilauit te equitatu meo Israelitico inter currus Pharaonis, qui sane equitatus, postquam uarijs tribulationibus attritus fuit in Aegypto, cum gaudio & triumpho egressus est inde, & reliqua quae sequuntur, uerba sunt sponsi usque in eum locum, in quo dicitur: Dum esset rex in accubitu suo, qui est secundus sermo sponsae, protractus usque ad eum locum, ubi dicitur: Ecce tu pulchra es amica mea, qui est secundus sermo sponsi ad sponsam. Postremum sequitur uox sponsae ad sponsum: Ecce tu pulcher dilecte mi. In principio cap. ij. Ego flos campi sicut liliolum inter spinas, &c. est uox sponsi. Deinde sub eodem contextu sequitur uox sponsae: Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Tandem sponsa iam quiescente ac dormiente inter brachia sponsi, sequitur uox eiusdem sponsi ad filias Hierusalem: Adiuro uos filiae Hierusalem per capreas, ceterosque campos, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam meam, donec ipsa uelit. Hinc mox sequitur uox sponsae: Vox dilecti mei pulsantis. Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles. Unde hoc totum: Ecce iste uenit saliens in montibus, non est accipiendum tanquam uox dilecti, sed tanquam uox sponsae loquentis, sed sermonem interrumpentis, tanquam indicantis se audire dilectum loquentem. Et ita quod hic dicimus: Vox dilecti mei. Ecce iste uenit saliens in montibus, longe est dissimile ei, quod dicitur Cant. v. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea. Nam quod in isto cap. v. dicitur, accipiendum est: Vox dilecti mei pulsantis, & dicentis: Aperi mihi soror mea. Quod autem dicitur in ij. cap. non est sic accipiendum: Vox dilecti mei, & dicentis: Ecce iste uenit saliens in montibus, quemadmodum superius dictum est. In Canticis canticorum, neque sponsam, neque sponsum, neque os, neque osculum, neque ubera, neque amplexus, neque dexteram, neque leuam, neque adolescentulas, neque filias Hierusalem, neque unguenta, neque odorem unguentorum, neque ornamenta, neque uestimenta, neque lectulum & flores, neque uentrem, neque tactum, neque amanti colloquia, & amores, carnaliter aut corporaliter cogitare debes, sed suauitates quasdam spirituales habentes in se omne delectamentum super omnia, quae sunt in carne, super omnia, quae sunt in hoc mundo, debes meditari in sponso tuo Christo, quo cum frueris, prorsus castus & mundus es, uerisque foecundaris uirtutibus. Sponsa ad litteram intelligitur ecclesia. Sponsus, dominus noster Iesus. Uerba duo, sunt utriusque testamenti eloquia, ore dei pronuntiata. Mater sponsae, ecclesia ab initio, utpote Abel, Seth, Noe, Abraham, Isaac, Iacob. Adolescentulae suauitate odoris captae, intelliguntur animae iam pridem renatae. Filiae Hierusalem,

Cant. 6.

In lib. Cant. nihil carnaliter sapientia

f ij est

est gens Iudaica, quæ prænata contra ecclesiam. Cubiculum regis, est arcanus scripturæ sensus. Unguenta, sunt charismatū dona. Odor, est fama seu nomē charismatū, & gratia Christi, quæ per uniuersum mundū diffunditur.

De mutationibus affectuum.

Quemadmodū in scripturis obseruare oportet mutationes temporū & personarū, ita & in eisdē opere precium est obseruare frequētes mutationes affectuū & passionū, secundū uicissitudines spūs sancti eum & redeuntis, hoīs animam multiphariam uisitantis. Est affectus dilectionis, ex commemoratione diuinę charitatis exoritur, dum mens concipit deū ut bonū & beneficū. Ex hoc affectu canitur: Diligam te dñe fortitudo mea. Est affectus admirationis, dum magna quædam & grandia dei opera mens contemplata in stuporē excitatur. Ex hoc affectu canitur: Dñe dñs noster, q̄ admirabile est nomen tuū. Est affectus congratulationis, ex quo canitur psalmus: Omnes gentes plaudite manibus. Est affectus desiderij esurientis & sitiētis beatitudinē, ex quo canitur: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū. Est affectus humiliationis, quo ex consideratione proprię imbecillitatis mens ab elatione comprimitur. Multum conducit ad intellectu scripturarum, si lector consideret in scripturis sacris alia dici sciscitantis seu percunctantis animo, alia uero admirantis, alia deprecantis, alia gratias agentis, alia peccata deplorantis affectu. Scripturā utiliter legis, si uniuersū usq; sancti

loquentis induaris. Talis affectuū mutatio frequens est in psalmis, in prophetis, & præsertim in prefato Canticoꝝ libro, quod Origenes Cantica exponens diligenter notauit Homilia iij. Primum igitur intelligenda est sponsa non domi, sed foris stare, & amore uidendi sponsi huc atq; inde prospicere, si forte appareat: & dum ignorat unde magis ueniat, non uelle unam aut alterā uiam ingredi: sed expectare, & expectando eruere in uerbum hoc: Osculetur me osculo oris sui. Vbi autē iam sponsa iam habens quem desiderabat, sentiens castissimos illius amplexus, iam ueris fecundata uirtutibus, conuertit sermonē ad sponsum, dicens: Bona sunt ubera tua super uino, & reliqua usq; ad eum locum, ubi ait: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorū tuorū. ubi intelligendum est esse uicissitudines sponsi, suis internis consolationibus euntis & redeuntis: quibus fit, ut in hac uita sponsa Christi nondū sic ex omni parte beata, nunc querit absentem, nunc inuenit redeuntē, nūc in cubiculum reginæ, nunc in cellam uinariam plenam spiritualis iucunditatis, & dilectionis uino introducit. Rursus mutatio numeri singularis in pluralem, & e contrario, frequens in scripturis plerūq; turbat lectore, & scripturas facit esse obscuras, dum sub eodem contextu quedā nunc pluraliter, nunc singulariter ita designantur, ut nulla uideatur esse rerū consequentia, & alia uideat esse, quæ pluraliter, alia quæ singulariter prædicant; quemadmodum uidere licet in in psalmo: Deus laudē. & capite uigesimo quarto Iob. In Psalmo: Deus laudem singulariter primū loquitur, os pētōris, & os dolosi sup me locutū est. Post mox ad pluralem numerum transit: Locuti sunt aduersum me lingua dolosa

Affectus dilectionis, &c.

Origenes.

Cant.

De mutatione numeri singularis in pluralem.

Psalmo 108

dolosa. Post pauca reuertitur ad numerū singularem: Constitue (inquit) super eum peccatorē. nō dixit super eos, sed super eum. In singulari numero significatur Iudas caput infidelis synagoge, Christū persequentis. Per ea, quæ multitudinis numero dicunt, significant Iudæi Iudę traditoris imitatores, in necem Christi consentientes. Iob xxiiij. Oculus adulteri obseruat caliginē, dicit: Non me uidebit, & operiet uultū suum. His singulari numero dictis, ad pluralem ascendens, subdit: Perfodiunt in tenebris domos, sicut in meridie conduxerant sibi, si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. Hinc in singulari numero rursus reuertitur: Leuis est super faciem aquę, maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam uinearū, ad nimium calorē transiet ab aquis niuium, & usq; ad inferos pētū illius. En uides transitū a singulari in pluralem, & denuo a plurali in singularem reditū, & rursus a singulari in pluralem: quia uno mala inchoante, plures imitatur: sed præcipue eius culpa est, qui præcedit: & ideo crebro sententia redit in eum, q̄ est author mali. Iob cum dixisset numero singulari: Oculus adulteri obseruat caliginē. pluraliter subdit: Perfodiunt in tenebris domos. intelligens iam fodientes oēs adulteros, & ipsam adulterū simul cum adultera: qui odientes lucem, aurorā subito apparentem fugiunt tanq̄ umbram mortis. Sunt & alij in scripturis loci multi, in quibus est transitus de singulari in pluralem, & e contrario: sed exempli causa sufficiunt ista. Hæc ergo sunt, quæ scdm dictionē seu orationē scripturās faciunt ambiguas, aut obscuras atq; difficiles: quæ sane aut ambiguitas, aut obscuritas multis in locis nō propter interpretis imperitiā aut incuriā, sed & spiritu sancto prouidente (ut in superioribus patuit) constituta est multis in locis sub originali lingua, in qua scriptura est ædita, in qua & dictiones, & orationes multæ sunt incertæ, ambigę, & obscurę, quas uniuersas nominatim designare fuisset difficile, sed ex multis paucos locos designauimus, ex quibus cōsideratis, lectoris intentio pōt uigilare in ceteris, & cauere ne ppter amphibologiam, diuersā pronuntiationē, aut tropos aut metaphoras fallat incautus.

¶ Tractatus tertius, in quinque capita distributus. Primum caput de mysterijs Trinitatis, & incarnationis filij dei.

SUPER est iam paucis differere de obscuritatibus & difficultatibus cæteris, quæ contingunt propter res ipsas difficiles. Nam ut donemus totam scripturam sacram in locis, propter amphibologiam, aut propter tropum, obscuris reductam esse ad certum & manifestum sermonē, nihilominus multis in locis remanebit ipsa sacra scriptura difficilis & obscura propter res ipsas in se difficiles, quales sunt: trinitas personarum in unitate deitatis, uerbum æternum incarnatum, forma serui assumpta per filium in forma dei permanentem, duæ in eo uoluntates, creata & increata, captiuitas & seruitus hominis sub peccato, simul stans cum libertate arbitrij, gratia & prouidentia ac prædestinatio diuina cum libera hominis uoluntate, modus liberandi, emendi, redimendi genus humanum a captiuitate diaboli, bellum, triumphus, & uictoria Christi contra diabolium. Hæc & id genus alia, sunt res, propter quas scripturę sunt in se difficiles, quantumlibet plano dicantur eloquio.

Res intellectus difficiles causant scripturę difficultatē intellectu.

Varie causę difficultatis in scripturis

Deinde propter sententiarum dependentiam, coherentiam, & consequentiã, propter ignorantiam proprietatum naturalium rerum in locutionibus figuratis, propter multitudinem sensuum, literalis uidelicet & mystici, quæ de signantur per unum & eundem scripturæ sermonē, propter occultū transitū de litera ad spiritū, & e contrario, propter multas apparentes contrarietates, & propter causas alias & rationes multas: quas etsi nequeamus uniuersas in specie perstringere, non erit tamen inutile generalia quædam documenta explicare, quæ faciemus magis manifesta per speciales regulas & sententiã in diuersis scripturæ locis. Faciunt quidē heretici & sapientes huius mundi argumenta fortia, rationesq; difficiles humanæ rationi, contra personarum trinitatē in unitate deitatis, contra incarnationē filij dei per assumptionē humanæ nature, a diuina in unitatem personæ, contra gratiam, præscientiã & prædestinationem æternam, stantē cum libertate arbitrij, contra captiuitatē humani generis sub diaboli potestate, contra liberationē eiusdem per mortē filij dei, contra emptionem, redemptionem, & precij exolutionem, & satisfactionem, factam per Christum dominum. Verum animus sincere Christianus, uere per gratiam Christi redemptoris sui humiliatus, hæc omnia, quantum sat est, intus sapit, intus intelligit, & gratias agit, neq; curiosius quicq; de iudicijs Dei perscrutatur, neq; contendit; sed firma fide credit hominem ab initio conditum esse a deo bonum & rectum, & iam uniuersum genus humanum propter peccatum protoplastæ in apostatica radice esse damnatum, iusto dei iudicio a paradiso in uallem lachrymarum & miserix eiecctum, agnoscens & suam miseriam & captiuitatem, seq; sine Christo debuisse manere semper miserum, & uniuersas uias domini super genus humanum esse misericordiam & iustitiã. Porro hæc uniuersa in sacris scripturis elucidare, & hereticorum atq; aduersariorum argumenta, ex scripturis sacris prauè intellectis conficta, dissoluere, & ostendere scripturas sacras hæc in rebus esse sibi consonantes, & non esse contrarias, altioris est negotij, requiritq; ingenia in sacris literis iam longo usu exercitata. Ne huius igitur compendij limites transgrediamur, pauca quædam de his rebus generalia in hoc capite declarabimus, quæ etiam ad intellectum eorum, quæ in sequentibus libris traduntur, non erunt inutilia. Et primū regulas quasdam fidei generales explicabimus de incomprehensibili personarum trinitate, de filij dei incarnatione. In primis igitur quisq; uolens locos in scripturis sacris difficiliore intelligere, debet discere ut sciat ex locis scripturæ manifestis principia fidei demonstrare, & ex his secundum catholicæ ecclesiæ sententiã interpretatis firmissime credere, & nullatenus dubitare, patrem, & filium, & spiritum sanctū, tres personas coguales, unum esse deum omnipotentem, creatorem cæli & terræ, uisibilem & inuisibilem: neq; filium esse patrem, neq; spiritum sanctum esse patrem aut filium, sed horū esse solum personarum discrimē in deitatis seu diuinæ essentix unitate: & filium a patre ab æterno genitum, spiritum sanctum ab utroque procedentem, & utrunq; esse patri consubstantialē in æternitate, in gloria, in uoluntate, in sapiētia, in bonitate, & in maiestate ab eodem patre non discrepantem. Sciendum est aut, hanc esse antiquam fidei regulam, neq; esse nouam, neq; recentem, neq; per

Fides trinitatis explicat.

opiniones magistrorum ex scripturis sacris inuentam, sed & apud prophetas traditam, & ab exordio ecclesiæ Christianæ ab ipsis apostolorum temporibus euulgatam in euangelijs, & in apostolorum scripturis luculentissime expressam, etiam ante concilium Nicenum, & ante Arrium hereticum deuiantem super huiuscemodi ineffabili personarum trinitate, apud patres ecclesiasticos non ambigam, sed certam, constantem, indubitatam, propter hæreses exorientes secundum temporum successiones magis ac magis declaratam, & non inuentam aliam ac nouam. Vnde ipsis apostolorum adhuc uiuentium temporibus super hac fidei regula, de tribus personis in unitate deitatis, fuit hæresis exorta, nondum scriptis quatuor euangelijs: contra quam hæresim Ioannes apostolus rogatus a fratribus, suum præcipue euangelium in lucem ædedit, hanc personarum trinitatem in unitate deitatis luculenter explicans in toto suo euangelio, & præsertim in capite primo, & maxime in sermone, quæ fecit discipulis suis iam passione sibi imminente, post lotionem pedum, quem sermonem habes apud Ioannem capitulis xij. xiiij. xv. xvi. & xvij. ubi Christus multis sententijs intimat se esse deum patri æqualem, & simul se esse hominem mortalem. Præterea Christum filium dei esse deum, & omnipotentē dominum testantur propheta & apostoli in scripturis, quibus significatur Christus peccata remittere, uiuificare, suscitare, mittere spiritum sanctū, dare clauus regni cælorum, exaudire & saluos facere nos clamantes ad se. Hæc & id genus alia multa, quæ nō possunt nisi soli deo conuenire, scriptura sacra tribuit regi Christo. Deinde apostoli & propheta diuersis in locis plane expresse runt, & nominauerunt Christum esse deum. Propheta quidem, nam apud Isaiam capite xlv. deus pater ad Christum loquitur: In te est deus, & non est deus præter te, uere tu es deus absconditus, &c. Apud eundem Isaiam, capite quadragesimo octauo: Qui fecit cælum & terram, dicit se missum a domino & a spiritu eius: Ego (inquit) ipse, ego primus, & ego nouissimus, & manus mea fundauit terram. Et infra: Ego locutus sum, ego uocaui & adduxi eum. Accedite ad me, & audite: Hæc non in occulto ab initio locutus sum ex tempore anteq; fierent illic eram, & nunc dominus misit me, & spiritus eius Christus. Igitur qui fecit cælum & terram, a patre & a spiritu eius missus est in mundum, ad reparandum genus humanum. Insuper & Dauid propheta multis in locis intimauit Christum regem, & spiritum sanctum esse deum. In psalmo quadragesimo quarto, significans utrunque esse deum, uidelicet & eum, qui unxit: & regem, qui ungitur, loquens ad regem nostrum Christum: Propterea unxit te Deus tuus, o Deus. Sunt & alia in psalmis loca multa, ex quibus patet Christum esse Deum, ab æterno genitum a patre. Dominus (inquit Propheta) dixit domino meo. Et infra: Ante luciferum genui te. Sic & in Genesi legimus: Pluit dominus a domino. Audiamus & in Zacharia Christum loquentem capite secundo: Hæc dicit dominus omnipotens: Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt uos. Qui enim tetigerit uos, tangit pupillam oculi eius: quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his, qui seruebant sibi, & cognoscetis quia dominus

Causa trinitatis scribendi euangelium.

De deitate Christi.

Psalmo 109
Genesis 19

f iij nus

nus exercituum misit me, lauda & lætare filia Syon, quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui. Nullus tropus, nullum sermonis ænigma clara uoce pronūciatur, dominus exercituum seu omnipotens, tam ille qui mittitur, quā ipse qui mittit. Cognoscetis (inquit) quia dominus exercituum misit me, ait dominus omnipotens. Præterea in euāgelio baptisimus, in remissionem peccatorum constitutus, æqualiter in nomine patris, & filij, & spiritus sancti fieri precipitur. Quo sane intimatur non solus deus pater, neque solus filius: sed & pater, & filius, & spiritus sanctus esse baptisimi author, & proinde uerus deus. Item Apostolus ad Roma. ix. Christum deum expresso nomine appellauit. Ex quibus (inquit) est Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus deus in secula. Item prime Ioan. ultimo: Ut simus (inquit Ioan.) in uero filio eius, hic est uerus deus, & æterna uita. Item Isaiæ ix. inter nomina pueri nati ponitur nomen, deus: Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis. Insuper eadem gratia a patre filioque deposcitur. Vnde nomen eius est Iesus, id est, saluator, quia ipse saluum faciet populum a peccatis eorum. Beatus Stephanus in passione positus, ut se amplius deo patri commēdaret, inuocabat Christum stantem a dextris uirtutis dei: Dñe Iesu (inquit) accipe spiritum meum. Spiritum sanctum esse deum omnipotentem testantur prophetarum & apostolorum scripturæ, in quibus plane legimus, quod spiritus sanctus nouit omnia, scrutatur omnia, docet omnia, suggerit omnia, replet & continet omnia, loquitur in prophetis & apostolicis uiris, diffundit gratiam & charitatem in cordibus nostris, sanctificat illa, inhabitat illa, deducit in uiam rectam, operatur omnia gratiarum dona, distribuit singulis prout uult. Hæc omnia (inquit Paulus) operatur unus & idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Vnde & in Isaiâ dicitur: Spiritus sapientiarum, spiritus concilij & fortitudinis. Spiritum sanctum communem esse patri & filio, & ab utroque procedere, & ab utroque mitti patet ex scripturis multis. Misit deus pater spiritum filij sui clamantem in corda nostra, ad Galat. iij. Hic spiritus, dicitur Christi filij dei spiritus, & a patre missus. Apud Ioannem: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæcumque dixerero uobis. Ioanis xiiij. Hic pater mittit paracletum. Apud eundem autem Ioannem capite sequenti, idem spiritus a filio mittendus scribitur, & simul procedere a patre: Cum uenerit (inquit) paracletus, quem ego mittam uobis a patre meo, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. In his ergo scripturis, quibus pater legitur mittere spiritum, non tacetur filius, ut intimeretur spiritus sanctus esse utriusque spiritus, id est, ab utroque æternaliter procedens, ab utroque temporaliter & missus in corda fidelium. Quicquid spiritus sanctus habet, id ab utroque habet, id est, a patre & a filio. Cum uenerit spiritus ueritatis, docebit uos (inquit filius) omnem ueritatem. Non enim loquetur a semet ipso, sed quæcumque audiet loquetur. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Omnia quæcumque habet pater, mea sunt. Propterea dixi uobis, quia de

meo

meo accipiet. Nulla locutionis ambage, nulla uoce ambigua, sed claro sermone intimat personarum trinitatem in unitate deitatis, dum intimat omnia, quæ pater habet esse sua, & se esse a patre, & spiritum sanctum accipere a patre, & ab ipso. Deinde Christum filium dei esse deum eadem deitate, qua & pater est deus: & habere eandem uitam in semetipso, quam & pater habet; testatur euāgelium, in quo ipse ait: Omnia quæ pater habet, mea sunt. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso: dedit inquam ei, quasi filio per generationem, non quasi inopi per gratiam. Omnia quæ habet pater, filius dicit esse sua: non quod ipse filius tradiderit illa patri, non quod pater a filio ipso acceperit omnia, quæ habet: sed quod omnia, quæ pater habet, ipse filius iure generationis acceperit a patre. Quemadmodum autem pater non habet effendi initium, ita & communicat filio non habere effendi initium: quemadmodum ex æterno sole, æternus esset candor: ita ex æterno patre, æternus est filius. Et quemadmodum egressus a sole est naturalis & sibi coæuus, ita & naturalis est generatio filij a patre, ipsique coæua. Pater, qui ab æterno genuit filium, non aliter sese habuit unquam, quam nunc se habet. Et idcirco quemadmodum ab æterno genuit, ita nunc gignit: nec gignere coepit, nec gignere desijt, nec unquam gignere cessabit. Et quemadmodum filius est semper æternus, ita & generatio eius est sempiterna, nec præterit unquam. Generauit quidem pater filium sibi æqualem, filius autem nec generauit, nec generare potest: sed non ideo minus potens est filius, quam pater: nec ideo minus habet pater, quod filius non est: neque rursus ideo minus habet filius, quod pater non est. Eadem enim potentia est, qua pater generat, qua & filius generatur. Nam & una patris filijque natura, que in patre est uoluntas, qua pater ipse ab æterno uult generare filium: eadem omnino uoluntas est, qua filius ab æterno uult esse a patre. Proinde in diuinis personis posse generare, explicat quidem originem, sed non excellentiorem aut sublimiorem exprimit potentiam, quam posse generari. Nam etsi filius acceperit a patre uitam, sapientiam, uoluntatem, uirtutem, potestatem, & gloriam: non tamen accepit aliam, sed eandem ipsam uitam, sapientiam, uirtutem, & gloriam, quam habet pater ipse, ab ipso accepit semper. Proinde quemadmodum pater ex sua uoluntate, suaque sapientia, uirtute, potestate quos uult uiuificat: ita & filius quos uult uiuificat ex sua sapientia, suaque uoluntate, potestate, & uirtute. Quod autem ipse filius non potest a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem, neque imperfectionem ullam intellectus, neque subiectionem personæ filij, neque defectum potestatis in filio significat: sed æqualitatem utriusque personæ in una simplicissima & indiuisibili uita, sapientia, & potestate, quæ omnia pater habens ab æterno, eadem dedit filio: dedit quidem non munere gratiæ & largitatis, sed iure generationis. Et quia filius sic a patre potestatem operandi accepit, ideo filius non potest facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Verum quia pater nihil operatur, nisi per eandem potestatem, quam filius habet, idcirco quemadmodum filius non potest facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem: ita & pater non potest facere quicquam, nisi quod uiderit filium facientem: quamuis filius neque demon

stret

Matth. vi.

Sp̄m̄ san.
uerū deū ec̄.

1. Cor. 14

Isaiæ 11

Ioan. 14. 16.

Ioan. 9

Ioan. 17.

Pater gene-
rat filium.Eiusdē potē
tiæ pater &
filius.

Ioan. 9

stret patri quæ faciat, neq; doceat patrem, propterea q; demonstrare & docere significant per modum dationis, quæ conuenit non filio, sed patri danti filio intellectum & sapientiã. Verbũ aut uidere nõ sic donationẽ importat, & ideo dicit nõ absurde, q; pater facit id, qd uidet filium facientẽ, auditq; eundem filium loquentẽ, q̃a uis una & indiscreta, secundũ quã pater & facit, & loquitur, est eadem secundũ quã filius uidet & audit patrẽ facientẽ atq; loquentem. Ex quibus sequitur, q; hæc impossibilitas, scdm quã filius nõ potest a se facere quicq;, nisi qd uidet patrem facientẽ, est nõ propter imperfectionem aut infirmitatẽ naturę filij, nõ propter imperitiã, impotentia aut indigentia personę. Neq; em filius ex se est aut impotens, aut imperitus, aut indigens, aut talis, q; ex se opus habeat eruditioẽ aut disciplina, neq; tanq; discipulus acquisiuit a patre scientiam, neq; tanq; seruus a dño potestatem: sed sapientiam, potestatem, uirtutẽ, gloriam, ceteraq; omnia, quæ pater habet, ipse (ut iam patuit) dedit filio iure gñationis, nõ liberalitate grę, nõ potestate creationis, aut dñationis, aut factionis, seu mutationis in filio. Similiter omnia quæ spūs sanctus habet a patre & filio, hæc habet ab ipsis nõ secundũ gratiæ beneficium, aut liberalitatẽ aduenticij muneris, sed iure processionis & emanationis. Proinde filius & spūs sanctus sunt unum cum patre, nõ per gratiæ unionem, aut uoluntatum ac animorũ consensum siue concordia, de qua unitate loquitur & ipse Christus in eodem scripturæ loco, ubi de hac unitate naturæ, & personæ sug discretione locutus est, ut mox patebit. Alia igitur est unitas, secundũ quam pater & filius sunt unus deus. Alia unitas est, de qua loquitur scriptura: Multitudinis cor unum, & anima una in domino. Item, qui plantat, & qui rigat unum sunt. Homines in Christo Iesu sunt unum, per fidei & charitatis gratiam. Sed inter diuinas personas, neq; est ullius gratiæ donatio, neq; ullius aduenticij muneris largitas: sed omnia sunt unum secundum naturam, quã impossibile est aliter habere sese. Apud sapientes huius mundi nota est quædam unitas, secundum naturam inter se eiusdem speciei indiuidua, quorum ratio substantię secundum nomen speciei est una: sed illic singula sunt discreta accidentibus, loco, tempore, ætate, potestate, alijsq; etiam proprietatibus, quibus unumquodq; illius speciei uindiuiduũ secernitur habere suam propria singularẽq; naturam, suam animam, suum corpus, suamq; operationem. Proinde & illic tres homines, non unus, sed tres sunt homines propter tres formas humanas, ubi & singuli habent suas (ut ita dicam) humanitates ex anima rationali & carne: sed longe alia est unitas inter tres personas diuinas, ubi tres personæ sunt unus deus, secundum unam & eandem numero deitatem. Docuit autem Christus hunc diuersum modum essendi unum, in eo loco, ubi se & patrem unum esse dixit: Ut oēs (inquit) unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te. Non dixit: Sicut tu pater in nobis, & nos in te: sed tu in me, & ego in te, ut a creaturis separet se. Vnde & continuo adiecit: Et isti in nobis, ubi etiam suã patrisq; potentia a nobis secernit, et orat ut nos unũ simus cum ipso in patre suo: sed nequaquã orat ut ipse unum sit cum patre, plane intimans, nos in patre & filio unum esse per gratiam, non per naturam. Ipsum autem &

De processione spūs s. ab utroque.

Singularissima unitas diuine essentię A. 4. 1. Cor. 1.

patrem esse unum non per gratiæ copulam, sed per naturalem generationẽ, æternamq; originem seu emanationẽ, quam in alijs scripturæ locis docet esse ineffabilem & incomprehensibilem. Ex his ergo manifestum est primo, quod in hac personarum trinitate nihil maius aut minus, nihil prius aut posterius, nullus inter eas ordo aut dominationis, aut dignitatis, aut excellentiæ. Nam de filio (ut inquit Ambrosius) loquitur Apostolus: Quis prior dedit illi, & retribuetur illi: Est quidem inter easdem personas originis ordo, secundum quem altera est ab altera. Verum nõ est ulla inferior altera in dignitate, in sempiternitate, in sapientia, in potestate, & uirtute. Totum quod est pater, hoc est filius, & spiritus sanctus. Totum est spiritus sanctus, quod est pater & filius. Sic ab initio etiam ante concilium Nicenum, & anteq; Arrius hereticus natus esset, locuti sunt sancti patres, docentes, q; in hac ineffabili & incomprehensibili deitatis essentia est quidem alter & alter, quia alter pater, alter filius, alter spiritus sanctus: sed in ea neq; est alterum & alterũ, neq; aliud & aliud. Qui pater est, filius non est: & qui filius est, non est spiritus sanctus. Per aliud, & aliud (inquit Bernardus) nouit pietas fidei caute inter personarũ proprietates, & indiuiduam essentiaẽ unitatem discernere, & medium iter tenens uia regia incedere, ut nec declinet ad dexteram confundendo personas: nec respiciat ad sinistram, substantiam, sapientiam, uirtutem, potestatem, uoluntatem aut operationem diuidendo. Proinde quod patres orthodoxi attribuere solent patri omnipotentiam, filio sapientiã, spiritui aut sancto bonitatẽ & clementiam, non hoc dicunt tanq; horũ singula sint suis personis propria, & nõ communia uniuersis & singulis: neq; em in patre omnipotentia est sine sapientia & bonitate, neq; in filio sapientia est absq; omnipotentia & clementia: sed ut pater omnipotens, sapiens, & bonus, & clemens: ita & filius, & spiritus sanctus omnipotens, sapiens, & bonus. Quẽmadmodũ pater, filius, & spūs sanctus sunt tres personæ unius naturæ & deitatis: ita & sunt unius potestatis, maiestatis, sapientiæ, bonitatis, uoluntatis & operationis indiuiduæ, sicut ostendunt scripturę, quibus demonstratur filius esse deus, & spūs sanctus esse deus. Cuiusmodi sunt scripturę de filio: Deus erat uerbum, quod factũ est caro. Omnia quæ habet pater, mea sunt: & quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit. Qui uidet me, uidet & patrem meum. Pater in me est, & ego in eo. Item de spiritu sancto: Omnia operatur idem & unus spūs, diuidens singulis prout uult. Quod autẽ apud Marcum cap. xiiij. dicitur: De die aut illo nemo scit, neq; angeli cœlorum, neq; filius, nisi solus pater, se negauit scire, non sibi, sed nobis, quod ita secretũ atq; arcanum apud se fuerit, ut nobis ipse diem illum reuelare non debuit: quippe qui uenerat in mundũ, ut nos instrueret, utiliaq; manifestaret magis, q̃ ut suam potentiam demonstraret. Et quem admodum nos interrogati plerunq; recte dicimus nos nescire hæc, quæ nobis sunt sub secreto commissa, quæ nec expedit interrogantibus esse cognita: Ita & Christus interrogatus, hunc diem nescire se dicit. Sunt tñ pleriq; freti eo, quod scriptum est: Et Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud deũ & homines, qui dicunt confidenter, quod secundum diuinitatem quidem ea,

Roman. ii.

Bernardus.

De attributis cuiusque personæ in diuinis.

Marci 13.

quæ

quæ futura sunt non potuit ignorare, sed secundū nostræ carnis assumptionem ignorare se, quasi filium hominis dixit, de quo Ambrosius lib. v. de fide, cap. viij. Secundo. Ex supra dictis est manifestum, quod in hac personarum trinitate, neque sunt nuda & sola nomina, neque relationes solæ, uel naturæ deitatis inhærentes, uel secundū humanā rationē solum fabricatæ, aut conceptæ, aut distinctæ solius mentis nostræ conceptibus: quemadmodū secundū philosophos intellectus est, qui facit uniuersalitatē in rebus uniuersaliter concipiens eiusdem speciei indiuidua: sed uere sunt tres personæ inter se distinctæ, uere res subsistentes, unius tamen & eiusdem substantiæ. Est inter patrem & filium generationis expressa distinctio, secundū quam uerus deus est, de uero deo genitus, lumen uerum de uero lumine. Est inter patrem, & filium, & inter spiritum sanctum processionis differentia, secundū quā spiritus sanctus a patre filioque procedit: sed quemadmodū genitor & genitus est unus deus secundū unitatem indifferentis deitatis, ita spiritus sanctus procedens a patre & filio, unus est cum patre & filio deus, secundū unitatē eiusdem deitatis indiuiduæque substantiæ. Tertio. Ex huius iam consideratione patet, quam ratione uerū sit in diuinis personis, quæ inter se sunt coequalis, unam esse mittentē, & aliam missam: unam demonstrantem, & alterā intelligentē & uidentē. Nam hæc intelliguntur, secundum quod una persona dat alteri potestatem faciendi. In scripturis pater legitur mittere, sed non missus: filius autem & missus, & mittere legitur: missus quidem a patre, mittens autem spiritum sanctum paracletum. Singuli tamen, pater, filius, & spiritus sanctus, sunt unum principium omnis gratiæ, omnis operis, omnisque effectus, tam inuisibilis, quam uisibilis. Quicquid enim agit & operatur persona, quæ mittitur, hoc ipsum quælibet persona & simul tota trinitas operatur. Secundum quod missum esse, designat effectum aliquem diuinæ potestatis. Christus dei filius Isaia xlvij. dicit se missum a deo, & a spiritu eius, loquens de missione, qua filius secundum formam serui, quā induit, est missus ad humani generis reparationem, quā neque solus pater, neque filius solus, aut spiritus solus, sed tota trinitas est operata per ministerium Christi filij dei, secundum formam serui sese pro humano genere offerentis toti trinitati. Quarto. Ex his consideratis aperitur uia ad intelligendum scripturas multas, & præcipue sacrosanctum Ioannis euangeliū, in quo Christus multa loquitur, quorum alia conueniunt illi, quatenus est deus æqualis patri, & ab illo genitus: alia uero conueniunt quatenus est homo. Quod dicitur Ioan. v. Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Prior huius sententiæ pars est coaptanda patri & filio secundum diuinitatē, uterque habet uitam sempiternam in semetipso, & pater, & filius: sed pater non ab alio habet, filius autem a patre. Vnde signanter ait: Pater habet uitam in semetipso, filio autem dedit habere uitam in semetipso. Quod autem sequitur: Et potestatem dedit ei facere iudicium, quia filius hominis est. hoc iam conuenit Christo secundum formam humanam, in qua uenturus est iudicare uiuos & mortuos, uisibiliter omnibus, tam reprobis, quam electis. Christus ergo in eo quod est filius dei, est uita uiuificans

Opera trinitatis indiuisa.

Ioan. 7.

uificans animas, sed hanc uitam accipit nascendo. In eo autem quod est filius hominis, constitutus est uiuorum & mortuorum iudex. Proinde quod conuenienter dicit: Non possum a meipso facere quicquid, sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quero uoluntatem meam, sed eius, qui misit me. Matth. 1. patris: congruit ipsi tam ratione naturæ diuinæ, quam ratione naturæ humanæ. Qui enim non est a se, is neque facit quicquid a se, neque iudicat a se, neque quarit uoluntatem suam. id est sibi soli propriam, & non communem ei, a quo est. Est quidem sua ipsius Christi uoluntas, sed non ita est sua, ut sit a uoluntate patris aliena. Secundum similem sensum accipiendum est quod subditur: Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum. tanquam dicat: Si ego solus non a deo patre audiens, perhibeo testimonium de me, non est efficax testimonium meum: alius, scilicet pater, testimonium perhibet de me, quod & in me loquitur, cuius & uocem audistis uos de caelo dicentem: Hic est filius meus dilectus. Sic dicit Ioannis xij. Qui credit in me, non credit in me: sed in eum, qui misit me, hoc est, qui recta fide credit in me, non credit in me, tanquam a meipso loquerer, & tanquam solus essem. Neque pendent hæc sacratissima fidei nostræ sacramenta sub incerto in uagis ac uarijs magistrorum opinionibus, sed antequam est in his eiusdem fidei nostræ dogma, nihil in ea dubia æstimatione pendulum: totum quod est in ea, est solida & certa ueritate subnixum, in prophetis & euangelij demonstratum, miraculis & oraculis ante secula longe totius ecclesiæ gentium persuasum, partu uirginis consecratum, incarnatione redemptoris, & gloria resurgentis, & sanguine martyrum comminutum, ita ut testimonia Christi super omnibus his mysterijs facta sunt credibilia nimis.

¶ Secunda pars huius capituli, de rationibus & mysterijs incarnationis filij dei, quatenus necessaria sunt ad intellectum scripturarum.

TOTA lex & prophetæ nunc in figuris & in umbris, nunc in sermonibus planis locuti sunt de Christo domino, & de regno eius, & de misericordia liberationis per eum futura plebi Israel, & omni populo in fidem Israelis transeunti. Et ideo ad intelligendum locos scripturæ difficiliore, quisque sacre theologiæ studiosus, secundum ecclesiæ catholicæ fidem ex apostolica doctrina (in qua discimus, quod per unum hominē peccatū intrauit in hunc mundū, & per peccatum mors) ex alijsque scripturis firmissime debet credere, & nullatenus dubitare, quod primus parens noster Adam, ab initio conditus ad dei imaginē & similitudinē rectus, in paradiso deliciarum per dei bonitatem positus, ubi fuisset immortalis, & futurus semper beatus, propter peccatum suum seu inobedientiam sit deiectus in hanc uallem miseriæ, factus mortalis & carnalis, secundum naturam deprauatus, ad malum pronus, sub potestate diaboli captiuus, in ira dei & inimicitia constitutus, in qua dei ira nascitur uniuersi filij in eodem primo nostro, eiectione extra eandem paradysum, facti mortales, nobismetipsis graues & contrarij, nobis permixti, paternorum scelerum imitatores, factique sic miseri ex iustitia dei peccatū uindicantis, ut non possimus rursus ab hac miseria & captiuitate sub diaboli potestate liberari, absque dei miseretis gratia, quæ per dominum nostrum Iesum iam est facta,

Qualis homo factus sit per peccatū.

^{Ratio incar-}
^{natiois Chri-}
 ōlim patribus, prophetis, cæterisque iustis promissa, in quam Christi gratiam
 tendunt uniuersa, lex & prophetae. Et inde iam consideranda est ratio incar-
 nationis domini nostri Iesu Christi, secundum quam filius dei ab æterno in for-
 ma dei genitus ex deo patre sine matre, humiliatus descēdens ad liberandum
 genus humanū in terram, nō horruit uirginis uterum, natus ex eadē uirgine
 matre, sine patre, formam serui accipiens, ut in ea pro peccatis nostris pœni-
 tentiam ageret, pœnasq; exolueret peccatis nostris debitas, in eaq; nos deo pa-
 tri reconciliaret, orando, moriēdo, & seipsum offerēdo in sacrificiū. Ex qbus
 consequens est, Christum non fuisse in carne moriturū, si hominū genus non
 fuisset lapsum. Nulla em̄ Christo fuit ratio in carne moriēdi, nisi causa huma-
 ni generis redimendi. Sic hætenus ex scripturis docuerūt patres, q̄ Christum
 unicum filium in mortē pater nō tradidisset, neq; eum in carne moriturū hu-
 mano generi præparasset, si nemo peccasset. Christus pro hoīe factus est par-
 uulus, homo mortalis, & iuxta Isaie uaticinium, ab ipso deo homini datus, ut
 homo ex se nihil habens dignū, quod pro debitis peccati sui soluat, ipsum eun-
 dem paruulum semel oblatū ex integra fide deo pro eisdem peccatis suis offe-
 rat. Ex his consideratis multæ intelligūtur scripturæ, in quibus aut Christus
 loquitur, aut sermo fit de Christo, cui propter duas in ipso naturas, mortālē
 uidelicet, & immortalē, diuersa & contraria tribuuntur prædicata: nunc de
 signatur ut seruus & mortalis homo, factus sub lege, nūc ut omnium dñs, im-
 mortalis, deus, legislator, & omnis legis author. Super Messia .i. Christo re-
 ge, uero dei filio, redemptore nostro, & super spiritali eius regno, & de du-
 plici aduētū ipsius, de iustitia & misericordia eius super uniuersum genus hu-
 manum pendebant oīm prophetarū scripta. Quamobrē & ignoratio Christi
 & spiritalis regni eius, est omnium prophetarū & scripturarum ignoratio.
 Possunt quidem Iudæi habentes libros legis Moyſi, psalmos & prophetas le-
 gere, & ex illis rerum gestarū historias cognoscere atq; intelligere: sed quia fi-
 nem Christum, quem historiæ ipse figurant & significant, nō cognoscunt: er-
 go uerum spiritus sancti sensum uiuificantē, in illis gestis significatū non in-
 telligunt. Ne igitur propter harū rerum inconsiderantiam in scripturis intel-
 ligendis, aliorum rapiatur lectoris intentio, operæ precium est mysteria in-
 carnationis eiusdem domini nostri paucis declarare. Sciendum est ergo, quod
 quemadmodū ab æterno fuerunt tres personæ in unitate naturæ seu substantiæ,
 Ita ex tempore factum est, ut tres naturæ, uidelicet deitas, anima rationalis, et
 caro, sint in unitate personæ iuxta Ioannis euangeliū: Verbum caro factū est. Ver-
 bum inquam, qđ in principio erat deus apud deū, per qđ & omnia facta sunt.
 Et iuxta Pauli apost. doctrinā, Christus Iesus cum in forma dei esset ante se-
 cula deus, semetipsum exinaniuit & humiliauit, formam serui accipiens. Hic
 ergo uigilare debet mens studiosi lectoris in scripturis intelligendis, ut dum
 Christus loquitur, aut apostolus uel propheta de Christo, consideret qđ lo-
 quatur pro sua persona, quæ secundum diuinitatem æqualis est patri: quid se-
 cundum formam humanam, qua minor est patre: quid scđm carnē infirmā &
 mortalem, quid secundum uoluntatem rationalis animæ. Vnde in scripturis
 sacris

sacris triplex operum seu officiorū genus legitur attributū Christo domino.
 Primum Christo tribuuntur ea, quæ sunt solius dei opera. Insuper & illi tri-
 buuntur alia, quæ non possunt esse nisi solius hominis opa. Tertio tribuuntur
 & eidem nonnulla, quæ nō possunt esse nisi opera illius, qui simul est deus &
 homo. Exempli causa: saluare, uiuificare, a mortuis suscitare, iustificare impi-
 os, peccata remittere, spiritū sanctū dare, & id genus alia, sunt solius dei opa.
 Obedire uero, orare, sacrificare, gratias agere, mortē uelle tolerare, non pos-
 sunt esse nisi solius hominis, aut spūs rationalis opera. Porro emittere spiritū
 suum, & pro uoluntate ponere animā, & iterum sumere eam, resuscitare se de
 morte, precium condignū soluere pro pētis totius mundi, nō possunt esse nisi
 opa eius, q̄ simul deus est & homo. Rursus natura humana, quia in Christo,
 quemadmodū in nobis, ex duabus constat naturis seu partibus, ex carne ui-
 delicet, & aīa rationali, seu ex parte sensitiua, & ex parte rationali. Pars sensi-
 tiua in Christo constās ex uera carne mortali, suos habet motus ex perceptio-
 ne sensibilium rerum, tum in carne sua, tum in imaginatiōe sua. Quamobrē
 uerus fuit in Christo dolor, uerus pauor & tremor mortis, & quædam etiā
 uoluntas seu desiderū non moriendi: sed hæc uoluntas non erat in illo pro-
 prie uoluntas, quia nō ex iudicio rationis elicita, sed ex imaginatiōe sensibilium
 rerum naturalis fuga mortis, tanq̄ appropinquantis mali: ueruntamen erant
 omnia hæc in Christo sub dominio rationalis uoluntatis, in cuius potestate si-
 tum erat horribilia mortis tormenta amouere, & excludere tam foris a carne
 sua, q̄ inus ab imaginatiōe: & stante etiā imaginatiōe & sensibiliū cau-
 sarum naturaliter agentium coniūctione, suspendere nihilominus illa ab actio-
 ne sua. Vnde ipse ait: Nemo tollit animā meā a me, sed ego pono eam. Proin-
 de cepit timere, pauere, mœstus esse, dolere & pati qñ uoluit, & qđ diu uoluit.
 Tunc cepit (inquit scrip: ura) pauere, cœdere, & mœstus esse, indicās initiū
 pauoris & cœdij esse in dominio sui arbitrij. Ex his iam intelliguntur scripturæ,
 quibus Christus diuersas explicat in se uoluntates. Ipse secundū uoluntatem
 quandam carnis, uoluit non mori: scđm uoluntatē aut rationis, mori uoluit.
 Vnde ad patrē loquit: Non mea uoluntas fiat, sed tua: nō sicut ego uolo, sed
 sicut tu uis. Tanq̄ d. car: Ego scđm rationalē uoluntatē uolo fieri, nō sicut ego
 uolo scđm uoluntatē carnis naturaliter mortē fugientis. Quicquid Christus
 scđm rationalē uoluntatē petiuit a deo patre, impetrauit. Pater scio (inquit)
 quia semper me audis. In oibus (inquit Apłs) exauditus est pro sua reuerentiā.
 Voluntate labiorū eius non defraudasti eum. Sed cicatrices, uulnera, & mor-
 tis passionem non euasit, quæ in eo natura humana horruit, & naturali quo-
 dam appetitu refugit. Vnde & horrorem hunc, timorem, naturalemq; fugā,
 dolorem, & id genus alia in carne sua esse uoluit, quæ & pro nobis assumere
 dignatus fuit. Proinde in his, quæ secundum uoluntatem carnis petiuit, exau-
 ditus non fuit, quia exaudiri noluit, sicut nec pro carne sua ut exaudiret ora-
 uit: sed desiderium infirmitatis carnis suæ, tanquam aduocatus ad nostram in-
 structionem & salutē proposuit atq; expressit. Vnde ait: Clamabo per dies,
 & non exaudies in nocte: sed non ad insipientiā mihi, quæ ego uolo ut fiat, non
 g ij sicut

Tripl.
pera Om.Duz uolūta-
tes in Chro.

Ioan. 16.

Math. 16.

Ibidem.

Ioannis 11.

Hebr. 9.

Psalmo 22

sicut ego secundū carnē uolo, sed sicut tu uis. Fuit ergo in Christo aliqd creatum, quod mori uoluit: fuit & aliqd creatū, qd mori nō uoluit. Rursum, fuit aliquid in Christo, qd deo potuit obedire, orare, sacrificare, gratias agere, ieiunare, pauere, dolere, & mori: aliquid etiā fuit in ipso, qd propter suam immensitatem hæc aut pati, aut facere nō potuit, q̄ impossibile est deitatē obedire, gratias agere, orare aut mori. Sunt em̄ hæc inferioris ad solum superiorē officia. Quicquid operis supra creaturā competit patri & spiritui sancto, hoc competit & Christo dño; & e contrario. Quicquid ratione solius naturæ diuinæ competit Christo, tribus personis est commune. Quemadmodum & ipsa diuina natura communis est tribus personis, patri, filio, & spiritui sancto, eadem est (ut iam patuit) in uniuersis & singulis deitas, eadē increata sapientia, eadē increata, sempiterna & immutabilis uoluntas, & potestas patris, & filij, & spiritus sancti. Proinde quemadmodū deus ipse redemit nos, liberauit nos in Christo Iesu dño nostro, sic non fuerit sermo absurdus, si dixerimus, Christus Iesus redemit nos, liberauit nos in Christo Iesu dño nostro. Si quidem Christus Iesus redemit nos, liberauit nos in Christo Iesu dño nro: si quidem Christus Iesus uerus est deus scđm deitatē ipsam sociatā humanæ naturæ in unitatē personæ. Quicquid proinde beneficij pater prestitit nobis per Christum Iesum, hoc & ipse Christus secundū diuinā naturam, in qua æqualis est patri, prestitit nobis per eundē Christum Iesum. Quicquid autē ratione humanæ naturæ competit Christo, soli Christo propriū est, & neq; patri, neq; spiritui sancto competit. Huiuscemodi sunt orare, obedire, pati, mori, & id genus alia. Christus secundum diuinam naturā, neq; subiectus est patri, neq; orauit patrem, neq; obediuit illi, neq; emit nos a patre, neq; gratias illi egit, neq; passus est, neq; mortuus: sed hæc omnia perfecit scđm formā serui, in qua mortuus est, secundū hanc & resurrexit a mortuis, secundū hanc ascendit in cælum, secundū hanc dicij exaltatus esse, & sedere ad dexterā patris, secundū eam uenturus est iudicare uiuos & mortuos, secundū eam pater nō iudicat quenq̄, secundū eam, omne iudiciū dedit filio, secundū eam datum est illi nomen, quod est super omne nomen, secundum eam factus est obediens usq; ad mortem. Christus anteq̄ fieret homo erat filius dei, æqualis patri, neq; maior, neq; minor, neq; debuit patri quicq̄, neq; obedientiā, neq; honorē, neq; patriæ cultum. Est etem̄ unus deus patri consubstantialis, sed cum factus est homo, induens formam serui dixit: Pater maior me est. Secundū formā dei loquitur: Ego & pater unum sumus. Anteq̄ Abraham fieret ego sum. Secundū formam serui, filius David ex tempore natus, dixit: Pater maior me est. Sed secundū formam dei est dñs & creator David, ante luciferū genitus, secundum formam serui inter homines uisibiliter est conuersatur, p̄ nobis cum impijs iudicatus, factus opprobrium hominum, abiectio plebis, nouissimus uirorum. Secundū formam dei est altissimus, creator, fabricator, rector, & iudex totius mundi, gloria angelorū, immortalis, impassibilis. Secundum formam serui seipsum exinanauit, & eo usq; sese humiliavit, ut se magis humiliare nō posset, habens uerā mortalem carnē atq; passibile, uerā in carne animā

ratio

rationalem, ex quibus constituta est in illo humana natura diuinæ sociata, secundum quam uere fuit passibilis & mortalis, uere esuriens, uere deo obediens, uere factus tanq̄ leprosus, cui neq; species erat, neq; decor, flagellatus, colaphis cæsus, sputis deturpatus, cum latronibus sceleratis morte turpissima condemnatus. Per eundē scđm formā serui factū est, ut dei misericordia & iustitia, quæ uidebant dissidere, conuenirēt in unum osculū pacis, iuxta Prophetæ testimoniū: Misericordia & ueritas obuauerunt sibi. Iustitia & pax oscula sunt. Quam sane pacē & olim suspirabat Iudæorū synagoga, clamās quosdam: Osculetur me osculo oris sui, desiderans præsentia aduētus illius. Osculum esse iudiciū pacis (inquit Bernar.) oēs nouimus. Peccata nra (ut scriptura testat) separāt diuiduntq; inter nos & deū: sed tollat de medio quod interest, pax erit. Proinde Christus, q̄ tulit peccata mudi, iuxta ratione mediator appellatur, tollens id, qd nos a deo separabat, per suam sapientiā tuncens maliciam, ut leo rugiens diabolus, q̄ hominem uicerat per fraudulentia, rursus sapienter superaret per iustitiam. Hæc est iustitia data filio regis, q̄ descendens sicut pluuia in uellus, de manu potētis diaboli liberauit pauperē populū. i. humanum genus sub pctō damnatū, cui non erat adiutor. i. quem neq; cuiusq; creature uirtus, nec angelus poterat adiuuare. His regulis fidei intellectis ex locis scripturæ manifestis, firmæq; fide constitutis in animo studiosi lectoris, intelliguntur prophetarū & apostolorū scripturæ, quæ alioqui uidebuntur difficiles, quibus Christo dño tam diuersa & tam inter se pugnantia tribuuntur, utpote q̄ immortalis sit & mortalis, q̄ sit dñs omnium & seruus, q̄ sit salus omnium, saluator & saluum faciens, & nihilominus orans ut saluus fiat. Rursus ex his intelliguntur scripturæ, quibus significatur, Christus offerendo se in mortē, esse nobis redemptor, reconciliator, propitiatio, sacrificiū, uictima, oblatio, precium, & satisfactio. Ipse factus est nobis hæc omnia, non secundū naturam diuinam, sed secundum humanam formam. Secundum hanc (inquit Augustinus x. de Ciuitate dei) est caput ecclesiæ, secundū hanc sacerdos factus est, secundum hanc oblatus est, secundum hanc uoluit esse mediator & sacrificiū, secundum hanc orauit pro nobis & satisfecit pro nobis: qui & ob id hanc nostram induit formā, ut in ea nostrā susciperet causam, in eaq; sentiret pœnas peccatis nostris debitas. In ea ipse prorsus innocēs est tanq̄ reus iudicatus pro nobis, factus inglorius, contemptibilis, qui intus erat speciosus forma præ filijs hominum, plenus gratia & ueritate, obscuratus in cruce tanq̄ nouissimus esset uirorum. Secundum formam serui pendebat in cruce, secundum dei formam regnabat cum patre: & cum ut homo moreretur in ligno, simul ut deus triumphabat in cælo. Secundum formam serui dicebat Petro: Ego pro te rogauit Petre, ut non deficiat fides tua. Secundum formam dei dicebat eidem: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Tibi dabo clauēs regni cælorum. Vox Christi hominis est totus psalmus octogesimus septimus, ubi in forma serui loquitur: Repleta est malis anima mea, & uita mea appropinquans erat in inferno. Æstimatus sum cum descendētibus in lacū. Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. De ipso etiā Christo secundū

g iij formā

formam serui loquitur deus pater: Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea, psal. lxxxviiij. Adiutorium secundum formam serui Christus habuit, dum diuinitas ipsum a morte suscitauit. Ipse autem idem secundum formam serui solus inter mortales a reatu mortis liber, factus est sine adiutorio, dum pendens in cruce: Deus deus meus, ut quod dereliquisti me, dum neque per nutum, neque per legatum, neque per alterius auxilium, ipse per seipsum opus nostrae redemptionis impleuit, poenamque peccatis nostris debitam pro nobis sustinuit. Foris ut Esau, indutus uestimento peccati: intus ut Iacob, in cuius labiis diffusa est plenitudo gratiarum. Vox quidem, uox dulcis erat, tanquam uox Iacob plena charitatis & mansuetudinis. Manus autem & omnia membra eius, tanquam membra erant Esau hispida, in similitudinem carnis peccatricis: infirma, squalida, & amaritudinis plena. Suum erat quod audiebatur in eo, nostrum erat quod uidebatur in eo. Quod loquebatur, spiritus & uita erat: quod uidebatur, caro erat infirma: sed sub pelle Esau dilectus Iacob, pulcher & decorus, plenus diuinitatis, quem Isaac pater suus osculatus est osculo oris sui, acceptis ab illo cibis, quibus libenter uescebatur. Unde & benedixit eum, ut fieret odor eius sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus, cuius suauitate totus mundus impletur. Haec, quae sic olim de Christo sub gemina forma uenturo fuerant figuris adumbrata, sunt in psalmis & prophetis longe antequam fierent expressa: quem admodum ex superioribus patet considerantibus ex cap. de mutatione personarum uoces, quas locutus est ipse dominus noster Christus, nunc secundum dispensationem assumptae carnis, nunc secundum formam deitatis, quae sunt & ab apostolis & euangelistis, & a Ioanne & Paulo clarissimis sententijs expressae, quem admodum ex superioribus est manifestum. Quibus consideratis habemus clauem ad aperiendum & ad ingrediendum in multarum scripturarum intellectum, scientes quod Christus secundum formam unam, utpote diuinam, secundum quam est aequalis patri, suum ipsius sacrificium accepit una cum patre & spiritu sancto, orationemque suam exaudiuit. Secundum alteram autem naturam, uidelicet formam serui, in qua minor est patre, meruit, orauit, postulauit, & pro peccatis nostris poenitentiam egit atque satisfecit, reconciliauit, obediuit patri & toti trinitati usque ad mortem. Demonstrantur autem haec omnia scripturis manifestissimis in libro de captiuitate & redemptione generis humani, in capitulo de bello, uictoria, merito, satisfactione & sacrificio in passione Christi. Ex supra dictis primum sequitur, non alteram personam esse ex patre aeternaliter genitam, alteram ex uirgine temporaliter natam: sed eandem personam, id est eundem dei filium aliter esse ex patre, aliter ex uirgine matre, aliter, hoc est, alia & alia generatione, ex patre accipiens esse diuinam, seu formam dei, hoc est, deitatem aeterna generatione: ex matre accipiens esse hominis, seu humanam naturam, conceptione uirginali ex tempore. Secundo sequitur: Quemadmodum in generatione filij dei a patre non recipitur forma dei in ullo subiecto, ita in generatione filij dei ex matre humana natura non recipitur in filio dei, aut in diuina natura, ut in subiecto, sed totam humanam naturam, hoc est, carnem & rationalem animam uniuert sibi ipse dei filius in unitate suae personae, totaque trinitas formauit eandem humanam

Pro intellectu
mysterij
incarnationis
Christi.

manam naturam in uirginis utero, faciens eandem mirabili quodam & ineffabili modo unitam esse personae filij secundum incomprehensibilem unionem quandam, qua non est unita patri aut spiritui sancto. Tertio sequitur, quod et si pater & spiritus sanctus in illa unione fecerunt quicquid filius fecit, eo quod indiuisa sunt trinitatis opera: solus tamen filius indutus forma humana factus est homo, ueluti cum pater quispiam & mater formant una cum filio tunicam, simul etiam operantes ut ipse filius hanc induat semetipsum, solus filius est tunica indutus, quis nihil fecerit filius, quod pater una cum matre non fuerit operatus. Ex his sequitur quarto, quod dum hoc opus incarnationis domini nostri Iesu Christi spiritui sancto tribuunt scripturae, quales sunt: Maria inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Spiritus sanctus superueniet in te. & reliquae similes, non excludunt ab operatione patrem & illius filium: sed scribentes hoc opus spiritui sancto, intimant opus illud maxime esse opus diuinae bonitatis, amoris, charitatis & gratiae. Opus charitatis, amoris, gratiae, & sanctificationis spiritui sancto appropriat, quae admodum opus potentiae, patri: & opus sapientiae, filio. Quinto ex scripturis sacris discimus processionem illam, qua filius procedit a patre, esse generationem, & idcirco esse filium genitum, congruaque ratione appellari filium. Processionem autem illam, qua spiritus sanctus procedit a patre, non esse generationem, sed processionem: & idcirco spiritum sanctum neque esse genitum a patre, neque appellari filium patris, quia ex fide certum est non esse nisi unum filium in trinitate, iuxta illud Ioannis: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Cur autem datio illa, qua pater sua fecunditate dat uitam filio, sit uera generatio, & non uera generatio sit datio illa, qua idem pater dat eandem uitam spiritui sancto, difficile est concipere. Cum enim secunda in diuinis persona dicatur filius patris, propterea quod accepit a patre uitam intellectualem eiusdem naturae, quia accepit a patre intellectualem uitam eiusdem naturae. Scrutari ergo quem admodum ex natura rei differant generatio filij a patre, & processio spiritus sancti a patre, grandius & sublimius est, quam ut ab ulla humana mente possit in hac uita comprehendi. Ex scripturis credere oportet filium procedere a patre, ut genitum a genitore: spiritum autem sanctum a patre & filio, non ut genitum, sed ut spiritum utriusque: sed quemadmodum sit natus filius a patre, & quemadmodum ab utroque procedat spiritus sanctus, sanctius est humiliter fide confiteri, quam quaeestionibus multis uelle discutere. Sexto ex superioribus patet, quod processionem hanc in diuinis personis non debeamus intelligere tale, qualis est processio secundum quam effectus procedit a sua causa, quemadmodum docere praesumpsit Arius haereticus contra praedecessores patres orthodoxos, dicens filium procedere a patre, tanquam primam eiusdem dei patris creaturam, & spiritum sanctum ab utroque, tanquam creaturam utriusque. Neque item intelligere debemus processionem hanc, quemadmodum intellexit haereticus Sabellius, ponens eundem deum esse trinominem, absque personarum discretionem, docens patrem & esse & appellari filium, in quantum carnem assumpsit ex uirgine,

Quatenus haec
carnatio tribuatur
specialiter spiritui.

Processio filij a patre est
generatio.

Ioan. i.

& eundem patrem esse spiritum sanctum, in quantum uiuificat & sanctificat rationalem creaturam. Vtraque hæresis pullulare longe ante Arriū cœpit ipsis apostolorum temporibus, quamobrem & Ioannes in suo euangelio contra utranque luculentissima scripsit testimonia, quibus intimatur Christus esse uerus deus, deo patri cœternus, & ab eodem deo patre in carne missus. Vnde & utriusque testamenti pagina Christum expresso nomine deum appellat, quem admodum in superioribus ostensum est. Item apud prophetas scripturę multis in locis Christo dño tribuunt nomē dei tetragrammon, quod secundum Hebręos soli deo est proprium, quemadmodum patet Hieremię xxij. ubi secundum omnes etiam Hebręos, prophetia de Christo domino: Ecce (inquit) dies uenient dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & sapiens, & rex erit, & faciet iudicium & iustitiā in terra, & hoc est nomen, quod uocabunt eum dominus iustus noster. In eo loco, ubi dñs ponitur in textu Hebraico, ponitur nomen dei quatuor literarum. De mysterijs igitur trinitatis personarum in unitate deitatis, & de sacramēto incarnationis filij dei est antiqua fidei regula, etiam ante Nicenum concilium a tota Christianorum schola credita & euulgata. Vnde gloriosus Ignatius martyr, Ioannis apostoli discipulus, post Petrum Antiochię episcopus, una cum fratribus in Troia in epistola ad Philadelphenses, cuius epistolę meminit & Hieronymus in libro de uiris illustribus, plano sermone explicat heresim esse Ebionis, dicere Iesum Christum non esse deum unigenitum, sed hominem purum. Si quis (inquit) dicit unum deum, confiteturque Christum Iesum, sed putans illum purum hominem, & non deum unigenitum, & sapientiam, & uerbum dei: sed existimans eum esse solum ex anima & corpore, huiusmodi serpens est & seductor, errorem prædicans ad perditionem hominum, & pauper est sensu, sicut & est, & uocatur adiuuentor huius erroris Ebion. Rursus in epistola ad Trallianos ex Smyrna, eius epistolę meminit & Hieronymus. inter pernitiosas hæreses recenset errorem eorum, qui dicebant, aut Christum dei filium esse purum hominem, aut ipsum patrem esse filium & spiritum sanctum, addens ibidem: Deus uerbum ex uirgine, sine peccato uere corpus induit, uere conceptus est in utero, formans sibi corpus ex uirgine sine semine, portatus in utero sicut nos portati sumus, uere lactatus & nutritus sicut & nos, cibo & potu sicut & nos usus est, triginta annos agens baptizatus est a Ioāne in ueritate & non in phantasmate, & tribus annis prædicauit euangelium, faciens signa & prodigia coram falsis Iudæis, & a præside Pilato iudicatus & flagellatus, colaphis cæsus, consputus, coronam spineam purpureamque uestem portauit, condemnatusque, uere est crucifixus uoluntarie, uere mortuus & sepultus, sicut & ipse alibi orans patrem dicebat: Tu autem domine resuscita me & retribuam eis. Cui pater, qui semper eum exaudit respondens, ait: Exurge deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Hactenus fidei regula tradita a beato Ignatio, & tota Smyrneorum & Ephesiorum ecclesia. Deinde Irænaeus episcopus, qui ante Arrium floruit centum annis & ultra, libro primo aduersus Valentem capite xix. contra hæreticos, fidem totius ecclesię prædicat, qua Christus credebatur esse uerus deus. Neque enim dominus, neque spiri-

De diuinitate Christi.

Ignatius de Christi diuinitate.

Irenęus de diuinitate Christi.

ritus sanctus, neque apostoli eum, qui non esset deus definitiue & absolute deum nominassent, nisi esset uerus deus. In psalmo utrunque esse deum significauit spiritus propheta, ut eum uidelicet, qui ungitur, & eum, qui ungitur. Sedes tua deus in seculum seculi, propterea unxit te deus. Septimo, ex superioribus consequens est, quoniam ratione filius in scripturis sacris appelletur speculum & imago dei patris, & quasi uerbum, & quasi splendor seu candor lucis æternæ. Speculum quidem & imago, quoniam in ipso relucet omnia, quę pater habet, utpote summa maiestas, sapientia bonitas, ceteraque omnia, quę pater habet, qui nihil habere uoluit, quod non eidem filio suo communicauerit, quemadmodum ipse filius in euangelio ad eundem patrem suum loquens, inquit: Omnia mea tua sunt, & omnia tua sunt mea. Ioan. xviij. Proinde qui uidet filium in ipso filio tanquam in speculo, & in propria imagine uidet patrem, sicut ipse ad Philippum dicentem: Dñe ostēde nobis patrem, & sufficit nobis, loquitur: Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meum. Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Dicitur etiam filius splendor seu candor patris, ut lucis æternæ, quia lux simul cum est operatur splendorem, neque momentū est ullum, in quo sine splendore lux est, sic & sine filio nunquam pater est. In huiusmodi fidei regulis deficit omnis humanæ indaginis inuestigatio, ac inferior longeque dispar est ex corporalibus rebus omnis cum huiusmodi mysterijs collatio, comparatio ac similitudo. In mysterio trinitatis locum non habet dialecticorum regula. Quęcumque sunt eadem unitati singulari, sunt eadem inter se, nempe singularis deitas pater est & filius, neque tamen pater est filius. Neque enim in his diuinarum personarum processibus comprehendit humanus intellectus, quemadmodum filius habens eandem uitam, eandemque numero deitatem & essentiam cum patre, sit alia persona a patre: & quę admodum ipse procedat a patre ut filius seu natus, ut uerbum, spiritus autem sanctus accipiens ab eodem patre eandem uitam & deitatem, procedat ab illo, non ut genitus seu natus, non ut filius, non ut uerbum, sed ut spiritus & donum, quod pater & filius sese amando producunt: non penetrat hominis intellectus, quare filius procedat a patre, quomodo natus, non sic autem spiritus sanctus. Neque item comprehendit quemadmodum spiritus sanctus procedit a patre, quomodo datus, & quomodo filius. Item cur processio spiritus sancti a patre & filio, non sit ab utroque generatio, quemadmodum processio patris a filio generatio appellatur. Rursus in sacramento incarnationis filij dei, humanus intellectus non capit admirabile illud creatoris cum creatura commercium, duarumque naturarum in Christo concursum illud efficacem atque sublimem, secundum quem natura humana in Christo est sic deificata. i. deitati unita, & exaltata atque sublimata, ut filius dei sit uerus homo, non equiuoce aut metaphoricę, sed propria locutione, accepto homine ut significet personam, in qua existit uera natura humana, constituta ex uera carne, & uera rationali anima. Quemadmodum in rebus creatis nihil est, quod tantę cōueniat personarum trium equalitati & unitati: ita nihil est in rebus sub sole ortis, quod cōueniat tantę unioni, secundum quam naturę in infinitum distantes, deitas uidelicet & humanitas uniuert, sic ut natura humana existat, non propria personalitate, sed in persona uerbi dei. Existat inquam, non secundum ullum ineffendi modum, cognitum a sapientia

Quatenus Christus dicitur speculum & imago patris.

Ioan. 14.

Item splendor & candor patris.

Mysticahumanum caput excedentia.

sapientibus huius mundi, non per essentiam, quæadmodum ipsa est in homine. Neque per inherentiã, quemadmodum albedo in corpore. Natura enim humana neque est de essentia filij dei, neque est accidens eius: sed existit in illa secundum linguam quendam ineffendi modum, admirabileque unionem talem, qualis non est reperibilis in ullis creaturis. Proinde neque conari debet sacre theologie studiosus, ut huiusmodi mysteria secundum indaginem humanæ rationis concipiat, aut ex similitudinibus & exemplis corporalium rerum intelligat: quippe quæ sublimia & grandia omnem prorsus rationem humanam transcendunt. Et ideo sacre theologie discipulum oportet fidem ante rationem adhibere, & contra humanæ rationis indaginem intellectum captiuare in obsequium fidei. Neque ideo debet ad discendum sacras literas accedere, ut ex his sacratissima hæc trinitatis & incarnationis mysteria ratiocinando per lumen rationis internæ uideat, aut ut ea quæ prius crediderat tandem intelligat. Solent quidem sacre theologie magistri sacratissima hæc trinitatis & incarnationis mysteria declarare & manifestare similitudinibus quibusdam & exemplis, naturalibus rationibus & argumentis: quemadmodum & scriptura sacra generationem filij comparauit processioni candoris a luce: non ut ex his intellectus ex fide in uisionem perueniat eorum, quæ sunt credenda: sed ut intellectus iam credens adiuetur & foueatur illis, tanquam adminiculis quibusdam consonis ueritati primæ, & ex eis uideat atque demonstret argumenta hereticorum non concludere. Sic diuus Augustinus ex animi interni motibus procedit ad ducendum intellectum in mysteria trinitatis. Sic ratione separabilitatis modus ille unionis & ineffendi, secundum quæ natura humana existit in persona filij dei, solent assimilari unioni, aut ineffendi modo, secundum quem accidens est in subiecto, quousque modus iste ineffendi ab illo distat interuallo immenso. Et quemadmodum homo non est albedo, sed albus, & id quidem non essentialiter, sed separabiliter, & prædicatione denominatiua: Ita & filius dei non est natura humana, aut humanitas, constituta ex anima rationali & carne, sed est homo, non essentialiter, sed separabiliter, & prædicatione quadam, quæ reducibilis est, & proportionem quandam habet cum denominatiua prædicatione. Quo modo albedo non existit per se, sed habet esse in homine: ita humanitas in Christo non subsistit in propria sua personalitate, sed existit in persona filij dei, qui eam sibi uniuert, tam mirabili quadam & ineffabili unionem, ut secundum eam filius dei inceperit esse homo, permanens quod erat, & assumens quod non erat.

Sequitur caput secundum, de transitu literæ ad spiritum.

Peritque in locis prima fronte uidentur scripturæ difficiles & obscure, propterea quod in eis præter sensus literales, historiales, ac res corporaliter aut gestas, aut futuras, sunt frequentes mysticarum rerum significationes, sub quibus occultus fit transitus de litera ad spiritum, id est, de literali historia in sensum mysticum, in historia illa figuratum. Ista est consuetudo prophetica (inquit Hieronymus) post umbram, typum, & figuram, aperire ueritatis lucem. Mors est prophetarum, qui seculi huius historiam aut presentem, aut præteritam recitant, aut futuram prænunciant, subiungere

prophetiam de Christi regno & ecclesia illius. Hoc heretici quidam olim non animaduertentes, arbitrati sunt propheticum spiritum non consistere sibi, & prophetas more lymphaticorum temere de una sententia in aliam prorsus separatam rapere: sed errant profecto, non considerantes prophetice spiritum, rem aperire figuratam post sensum literalem. Exempla gratia, Scriptura interdum dum multa dixit de Babyloniensium regibus & eorum imperio, de Israele secundum carnem, de Iacob, & de temporali domo illius, aut de Dauid & de Salomone, aut de temporali regno eorum & de persecutione Dauid a Saul, uel a filio suo Absolon, frequenter occulte ad ea transit, quæ illis personis designant: nunc a Babyloniensium regno ad diabolum & ad regnum illius, nunc a Iacob, a Dauid & Salomone, & a regno illorum ad Christum & ecclesiam eius, cuius typum gesserat ipse Iacob & Dauid, qui persecutionem passus, siue a Saul, siue a populo suo, siue a proprio filio suo, & debeat psalmos quidem super huiusmodi rebus: sed ea, quæ in huiusmodi psalmis tractata serie quadam intiment, plerumque excedunt & superant rerum gestarum modum, qualitate & ordine, neque possunt congruenter aptari solis rebus historialiter gestis & tunc Propheta post typum & umbram aperiens ueritatis lumen, transit de litera ad spiritum, & huiusmodi transitus est frequens in psalmis Dauid, & hinc iam prouenit tanta exponentium uarietas, dum psalmum eundem unus sic exponit, aliter uero sic: interdum etiam unus & idem nunc sic, nunc aliter interpretatur. Verum in omnibus caueamus oportet, ne literalem sensum intelligamus, esse carnalem sensum Iudeorum, qui diuinos hymnos Dauid maxima ex parte exponunt de ipso Dauid, & de pressuris eius, & persecutione a Saul, aut de filio suo Absolon. Unde in psalmum: Quare fremuerunt gentes. & in psalmum: Domine quod multiplicati sunt Iudei exponunt secundum literam de hostibus, qui insurrexerunt aduersus Dauid Christum, id est, unicum domini. Cui expositioni & consonus uidetur esse titulus eidem tertio psalmo præfixus, in quo dicitur: Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absolon filij sui. Petrus uero & apostoli iam pleni diuino spiritu in die Pentecostes, exponunt de hostibus contra Christum dominum, intelligentes psalmos istos esse propheticos, & non solas recitare historias, seu res gestas in Dauid. Psalmum xv. qui incipit: Conserua me domine. exponunt Iudei de persona Dauid in persecutione Saul & Absolon filij sui. Petrus uero Act. ij. de Christo domino interpretatur, exponens uersiculum illum: Quoniam non dereliques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. esse uocem non ipsius Dauid pro sua persona, sed Christi loquentis de sua resurrectione per prophetam Dauid. Sic & psalmum xvij. qui incipit: Diligam te domine uirtus mea. docent Hebræi esse gratiarum actionem ipsius Dauid, in fine dierum suorum laudantis deum, quod liberatus sit de manu Saul, & aliorum inimicorum suorum. Patres autem ecclesie Christiane tradunt psalmum hunc esse uocem Christi in forma serui, in quantum homo, & caput ecclesie loquentis ad patrem, non pro se solum, sed & pro membris suis. i. credentibus in illum. Neque enim omnia, quæ narrantur in hoc psalmo conueniunt Dauid filio Isai, qui neque secundum puritatem manuum suarum, neque secundum suam innocentiam & iustitiam cupiuit fieri retributionem sibi. Neque ipsi conueniunt quæ dicuntur: Eripies me de

Psalmos de
Christo etc.
ecclesia ipsius
ad literam lo-
qui.

Psalmo 17.

contra

contradictionibus populi, constitues me in caput gentium: populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Propterea confitebor tibi in nationibus domine. Omnia haec uoces sunt Christi domini. Unde & ij. Regum xxij. Dauid filius Isai, appellatur egregius psalter Israel, cui constitutum est de Christo dei Jacob. Dauid ergo hunc psalmum loquens in die, qua liberauit eum dominus de manu inimicorum suorum, personam gessit Christi, deo patri exponens suas passiones in carne mortali, quas intelligit per dolores inferni, laqueos mortis, torrentes iniquitatis, & inundationes peccatorum generis humani, pro quibus diluendis uoluit mori. Vox Christi secundum carnem patientis erat, quod illic dicitur: In tribulatione mea inuocavi dominum, & exaudiuit de templo sancto suo uocem meam. Commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt. tanquam dicat: me a patre meo exaudito, commota sunt & contremuerunt terrena hominum corda, & fiducia ac presumptiones hominum superborum innitentium huius mundi bonis, seu fundamentis, quibus perierunt, ut spes huius mundi non habeat fundamentum in cordibus eorum iam credentium & poenitentium, quam iratus est eis, scilicet fundamentis & montibus. Ideo deus destruit peccata & altitudines montium, quia irascitur illis castigans & conturbans eos, ut non maneant montes. id est elati & superbi. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, & carbonem succensum sunt ab eo, hoc est, in hac ira ipse tanquam sufflans super eos, eduxit fumum compunctionis & lachrymosae deprecationis de cordibus eorum: quo ascendente ignis charitatis exarsit a facie ipsius antecedens eos, qui antea fuerant tanquam carbonem mortui ac frigidi, inclinauit caelos. id est coelestes spiritus. id est filium suum & angelos, & sanctos homines, mittens eos in terram ad salutem humani generis promouendam. Et caligo seu aer tenebrosus sub pedibus eius, hoc est, inter nos & ipsum est, ut nequeamus comprehendere maiestatem eius, quia ascendit super Cherubin, habitans lucem inaccessibilem, uolauit super pennas uentorum, hoc est, supra omnes uirtutes uentorum ipse est, sua uirtute attingens a fine usque in finem fortis. Tenebrosa aqua in nubibus aeris, hoc est, obscura doctrina est in prophetis, inuoluta umbris & figuris: sed praefulgore in conspectu eius nubes transierunt, dum ablato uelamine per Christum manifesta sunt salutis nostrae mysteria, euauerunt nubium tenebrae, grando, & carbonem ignis transierunt super illos, & intonuit de caelo dominus, & misit sagittas suas, hoc est, ignita euangelistarum & apostolorum iacula. Haec & reliqua sub tropis dicta. Iuxta uerba Christi. Rursus xvij. psalmi contextum exponunt Hebraei de primadatione legis in monte Synai. Paulus uero ad Romanos non de illa, sed de praedicatione legis euangelicae per Christum & apostolos interpretatur. Item xxi. psalmum ad litteram exponunt Iudaei de afflictione sua, quam sustinuerunt sub Artaxerxe Assuero tempore Hester: Euangelistae uero docent hunc psalmum esse uocem Christi pendens in cruce. Psalmum cyij. qui incipit: Deus laudem. Hebraei secundum litteram exponunt de destructione domus Saul peccatoris, qui concepta iniquitate & inuidia dolose persequatur ipsum Dauid, cui debuit beneficium tanquam liberatori, qui liberauerat eum de manu Goliae, regnum Saul, populum uidelicet Israel. Verum huiusmodi expositio, non prophetia, sed historia

Psalmo 18.
Roman. 10

Psalmo 21

Psalmo 103

& se

& secundum Iudeorum sensum intellecta falsitate contineret: nam ipse Dauid nunquam maledixit ipsi Saul, sed fleuit mortem eius. Proinde psalmum istum de Christo habere prophetiam, quisquis Actus apostolorum fideliter legerit agnoscit, ubi de Christi traditore Iuda prophetatum est, quod hic scriptum est: Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Quod si etiam de uno homine omnia, quae in malo hic dicta sunt, intelligere conemur, expositionis ratio non omnimodo aut uix ualebit occurrere. Si autem in Iuda intelligamus tale genus malorum hominum. id est ingratorum Iudeorum, inimicorum Christi, omnia mihi (inquit Augustinus) uidentur posse clarius aperiri. Sicut enim quaedam dicuntur, quae ad apostolum Petrum proprie pertinere uidentur, nec tamen habent illustratum intellectum nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personam propter primatum, quem in discipulis habuit, sicuti est: Tibi dabo clauis regni caelorum. ita Iudas personas quodammodo sustinet ingrati populi Iudaici. Unde & psalmus transit de numero singulari ad pluralem, rursus de plurali in singularem. Os (inquit) peccatoris & dolosi super me apertum est. & mox transit in pluralem: Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. & paucis interpositis rursus transit in numerum singularem: Constitue (inquit) super eum peccatorem, fiant dies eius pauci, episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, &c. Hic omnia per uerba imperatiui modi pronuntiata non imprecando, non malum optando, sed prophetice sunt dicta, & uxor Iudae & filij eius intelliguntur Iudeorum synagoga, & omnes quotquot Christum persequuntur, qui constituunt unum corpus diaboli. Sicut enim Christus est omnium Christianorum caput, ita & Iudas traditor est omnium Iudeorum caput, qui persequuntur Christum. Proinde & Iudei post Christum appellandi sunt Iudaei, non tam a Iuda iusto, filio Iacob, quam a Iudo proditore, qui primum tradidit & uendidit Christum Iudaeis, qui deinde eundem Christum crucifigendum Pilato tradiderunt, & sententiam damnationis ferentes contra semetipsos dixerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros, non habemus regem nisi Caesarem. Et sic uerus episcopatus & uerum sacerdotium, uera lex, uerum regnum a populo Iudeorum transierunt in populum alterum: & ita uxor Iudae. id est synagoga Iudeorum manet uidua, orbata uero Christo rege & sacerdote. Quod si Iudas habuerit carnales filios & uxorem, mala haec super eos praenunciata solum umbram fuerunt & figure malorum, quae tunc futura erant super populum Iudeorum per Romanum imperium, per Titum & Vespasianum. Et filij eius. id est Iudei sequaces & imitatores criminum eius, in hodiernum usque diem consentientes in occisione Christi, facti sunt in interitum, & translati de habitationibus suis de terra Iudaea, mendicantes. id est sub tributo dispersi in omnem terram. Totus psalmus lxxvij. ea continet, quae in testamento ueteri populo acta narrantur in Aegypto, in mari rubro, in deserto: recentior autem & posterior populus admonet, ut caueat ne sit ingratus beneficij dei. Quanta (inquit) mandauit patribus nostris nota facere illis filiis suis, ut cognoscat generatio altera, ne fiant sicut patres eorum generatio praua & exasperans. Haec est (inquit Augustinus) huius psalmi intentio & utilitas. Verum ne haec mirabilia

Act. 1.

Augustinus.

Psalmo 11.

Mystica sunt
quae deo egit
cum Israel in
Aegypto.

h lia

lia in Ægypto, & beneficia de liberatione ipsorum ex Ægypto, & de diuisione maris rubri, & de deductione per desertum in nube per diem, & in illuminatione ignis per noctem, solum carnaliter, & secundum res solum in Ægypto factas intelligeremus, sed ex illis ascenderemus ad beneficia magnifica redemptionis nostrae per ipsum dominum Iesum. Primum premonuit se in parabolis locutum, i. in similitudinibus ad aliud referendis. Est ergo in principio psalmi uox Christi dicentis: Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem uestram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Haec sunt uerba Christi domini, quemadmodum & euangelista Matthaeus testatur cap. xiiij. Quae autem sequuntur: Quanta audiimus & cognouimus, ea patres nostri narrauerunt nobis. Et reliqua sequentia usque in finem psalmi, sunt uerba Prophetarum in spiritu loquentis ex persona fidelis populi, seu apostolorum, qui ex spiritu Christi mirabilia commemorando, retexunt quae fecit in Ægypto & in campo Taneos. Et quis in hoc psalmo populus fidelis, aut apostolorum chorus, qui loquitur, prosequatur historiam ueteris populi, usque in finem psalmi, neque uideatur in ullo uersiculo palam transire de litera ad spiritum, spiritus propheticus tamen in principio psalmi dicens se locutum in parabolis, satis docet nos ex historia hac debere transire ad mysticam intelligentiam Christi domini & regni eius. Propheta ergo, qui loquitur in persona fidelis populi, terram Ægypti intelligit, tanquam figuram huius mundi ambulantis in tenebris peccatorum, caeteraque omnia tanquam figuras accipit, Christum dominum intelligens per Dauid seruum suum, quem elegit: regnum autem Christi intelligens per tribum Iuda, & per nomen Syon, quem dilexit, & per Iacob seruum suum, & per Israel hereditatem suam. Per tabernaculum autem Ioseph repulsum, & per tribum Ephraim non electum, intelligens uniuersum populum Iudaicum carnalem, a domino deo nihil aliud quam terrena premia requirentem. Sic totum psalmum, de exitu Israel ex Ægypto, Augustinus sensum sequens, quem Propheta principaliter intendebat, interpretatur de spirituali exitu populi ex Ægypto, i. de egressu humani generis ex tenebris peccatorum per Christum dominum. Et hac in re Augustinum non esse digressum a mente prophetici spiritus, patet ex supradicta doctrina saluatoris apud Matthaeum cap. xiiij. citantis testimonium ex praedicto psalmo: Aperiam in parabolis os meum. Eructabo abscondita a constitutione mundi. Vbi considerandum est (inquit Hieronymus) in illo psalmo describi egressum Israelis ex Ægypto, & omnia signa narrari, quae Exodi continentur historia. Ex quo intelligimus uniuersa illa, quae ibi scripta sunt, parabolice sentienda, & manifestare abscondita sacramenta. Haec enim saluator edicitur se esse promittit dicens: Aperiam in parabolis os meum. Ex his iam primum esse considerandum, nos oportere nos omnia, quae in psalmis secundum historiam recitantur, ita spiritualiter accipere, ut historiae gestae intellectum negligamus: sed historiam primum debemus discere tanquam materiam, de qua spiritualis intelligentia formatur. In psalmis dum historia (inquit) Augustinus) refertur, noui testamento gratia declaratur. Secundo ex supradictis patet diligenter esse obseruandum, ne uolentes psalmos intelligere failamur in titulorum praenotationibus, accipientes titulum secundum

secundum puram literam, quae occidit. Nam multi sunt psalmi, in quorum titulis contextus sermonis, plana historia & res gesta magna ex parte canitur, sed quae uel intermiscuntur, uel sequuntur, neque illustre, neque prophetica habebunt intelligentiam, nisi in historia intelligent mystica sacramenta, uel de Christi miserentis gratia, si bona sunt quae recitantur; uel de iusto illius iudicio, si quae recitantur sunt mala. Veluti cum in psalmo aliquo praenotatur nomina propria, & designantur quaedam aut de Dauid, aut a Dauid, aut a filiis Chore, aut ab alio quouis gesta, oportet quod illic intelligamus literalem psalmi sensum esse non de rebus illis, tanquam uidelicet ille solum sint a spiritu sancto illic designatae, sed de illis, tanquam de speculis, umbris & figuris, sub quibus Propheta spiritu sancto illustrante, intelligens sacramenta Christi & ecclesiae ipsius, ducere uoluit populum in Christum, omnium illarum rerum gestarum finem. Deinde & sub nomine proprio in titulo non semper intimatur eiusdem psalmi auctor, sed interdum persona canitoris, interdum uero persona, de qua est psalmus, ueluti dicitur: Oratio Moysi uiri dei, non oportet quod significetur Moyses addidisse psalmum illum, cum ad ueritatem sufficiat, quod factus sit a Dauid in persona Moysi, aut loquentis, aut sacramentum aliquid figurantis. In titulo psalmi iij. cum dicitur: Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absolon filij sui. non significat principalis sensus esse de persecutione illa, nam ad Christum proprie pertinet quod in eo dicitur: Ego dormiui & soporatus sum. Exurrexi, & adhuc sum tecum. Deinde & psalmus ille iij. est posterior sequentibus multis, qui ad Saul uidentur historiam pertinere. Ante siquidem Dauid a Saul est passus insidias, quam Absolon aduersus eum arma corripere. Sed quia propositum (inquit Hieronymus) ei erat, ut non tam de se referret quae passus est, quam ut per exemplum sui omnes homines instituere: ideo primis secunda praeposuit, ut tentationum ordinem doceat. Siquidem ante propter peccata corripimur, & postea propter uirtutem probamur. In Dauid uero tentationum ordo mutatus est. Sub Saul persecutione innocens fuit, sub Absolon manifestissime teneatur criminis reus. Proinde & psalmus I. aeditus interfecto Uriam, prior est psalmo isto. Et idcirco in psalmi istius titulo praenotatur materia, non de qua est principalis intentio, sed ex qua tanquam ex figura sumitur eiusdem psalmi prophetia, adimplenda in Christo domino. Et idcirco psalmus iste est uox Christi in sua passione, a populo seu filio suo Israel illata, quam spiritu prophético uidit Dauid in sua hac persecutione, per filium suum Absolon illata figurari. Tertio ex his manifestum est pro intellectu tituli uniuscuiusque psalmi, quod aliud significatur dum dicitur: Canticum Dauid, cum fugeret a facie filij sui Absolon. Aliud si dicitur: Canticum Dauid de hoc, quod fugit a facie filij sui Absolon. Nam priori sermone non perinde atque in posteriore, significatur materia psalmi esse de historia illa: sed significatur psalmus esse dictatus, aut factus, seu cantatus, cum fugeret Dauid. Et hoc est obseruandum in titulo tertij psalmi, ubi legitur: Cum Dauid fugeret. & non dicitur de hoc quod fugeret. Sic & psalmi xvij. titulus est: In finem puero domini Dauid, qui locutus est uerba cantici huius in die, quae eripuit eum dominus de manibus inimicorum omnium. Verum donemus illius psalmi titulum esse: Canticum Dauid de hoc, uel super hoc, quod fugit

Psalmi specialiter intelligendos.

Titulum non quod designat auctorem psalmi.

De psalmo- rum titulis.

a facie Absolon, uel super hoc quod liberatus est: non inde consequens esset psalmos illos non esse principaliter interpretandos de Christo domino, nam tum intelligendus esset transitus fieri de litera in titulo intimata ad spiritum, seu mysticum sensum, in psalmo expressum. Titulus psalmi septimi est: In finem psalmus Dauid, quæ cantauit domino pro uerbis, uel super uerba Chus filij gemini. nihilominus tamen Dauid loquens in psalmo isto, intelligitur Christus dominus. Quarto ex his manifestum est, quod temeraria sit sciorum quorundam præsumptio, qui scandalum accipiunt propter diuersas patrū psalmos interpretantiū sententiās, qui Iudaizantes arbitrantur expositiones psalmorum, datas de Christo domino, ex historijs ueteris populi esse exortas, uiolentas, & non esse literales, neque intentas a Dauid: sed adinuentas per opinionem magistrorum, qui uim faciant scripturarum uerbis. Namque & Christus, & apostoli talem mysticum intellectum ex historijs recitatis in psalmis habuerunt. Deinde sacramenta hæc in historijs illis figurata, atque uelata, non modo in lege noua, sed & in ueteribus libris sunt reuelata. Nam Micheas propheta capite septimo ita loquitur: iuxta dies antiquos, secundum dies egressus tuæ de Ægypto ostendam ei mirabilia, uidebunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua, & reliqua. Hic Propheta prænuncians aduentum Messie tunc futuri, plane insinuat egressum illum de Ægypto, olim sub Moyse fuisse umbram & figuram exitus illius, quo nos iam in ecclesia liberamur per Christum dominum, qui nobis egredientibus de Ægypto spiritualis Pharaonis, id est, de ignorantie tenebris, frontibus nostris signatis sanguine ipsius, & transeuntibus nobis mare baptismi, submergit Pharaonem infernalem, deponitque (quemadmodum Micheas paucis interpositis subiungit) iniquitates nostras, & proficit in profundum maris omnia peccata nostra. Non debet igitur studiosus sacre theologie lector turbari, si uideat in psalmis diuersas magistrorum expositiones, dum unus exponit sensum historie ac rei gestæ, quæ est tanquam materia, ex qua sumitur prophetia rerum mysticarum: alius uero præsupposita historia rei corporaliter gestæ, rerum mysticarum prophetiam interpretatur. Verbi gratia, psalmos decimum sextum, decimum septimum, & quinquagesimum octauum, cæterosque multos, Lyranus & alij exponunt literaliter de ipso Dauid, & de rebus in eum, uel per eum gestis. Hieronymus, Augustinus, cæterique interpretes de Christo domino interpretantur, adijcentes non omnia, quæ in illis literaliter continentur, ipsi Dauid conuenire posse. Sed sciendum est illos intendisse in materiã, de qua sumpta est prophetia. Sanctos autem magis in prophetiã ipsam, tacita literali historia, & id quidem iusta ratione, aut ex alijs uidelicet libris historialibus præsupponentes illam, tanquam huius rei mysticę figurã: aut considerantes ea, quæ recitantur in psalmis, excedere modum & conditionem rei gestæ. Vnde & ipse Lyranus quibusdam in psalmis conatus literalẽ de Dauid historiã tanquam materiam tradere, innixus expositioni Rabbiñorum Iudeorum, interdum uim facit uerbis scripture, propterea quod et si in psalmo tali plurima conueniant rei gestæ, quædam tamen intersciantur, quæ comode applicari non possunt ad consequentiã historie, quæ

Psalm. scdm
fram loqui
de Christo,

uel in titulo, uel in quibusdam psalmi uersiculis uidetur intimari. Quod sane factum est prophético spiritu ad utilitatem nostram, ut discamus ex rebus in Dauid gestis ascendere ad sacramenta coelestia. Quibus commoti sancti patres, totum psalmum sub nomine Dauid intitulatū, aut etiam in contextu sermonis sub nomine Dauid pronunciatum, exposuerunt de Christo domino: intelligentes in uoce Dauid significari non ipsius Isai filium, sed Christum dominum: quod non modo patres post euangelium, sed & prophete Christo nondum nato cognouerunt, intelligentes sub uoce Dauid, non ipsum, sed Christum: ut patet Hieremie xxx. Ezechielis xxxiij. & xxxv. & Osee iij. Proinde in psalmo sub uoce Dauid aut Salomonis expressis, non omnis expositio de Christo domino est mystica per alium sensum literalem designata, sed plerumque ipsa mystica est literalis sententia: ueluti dum in nomine Dauid, non ipse, sed Christus significatur. Vnde psalmus secundus, tertius, octauus, nonus, xv. xviij. xix. xxi. & alij multi, quos Iudæi carnaliter intelligunt de Dauid, aut de synagoga Iudeorum, intelliguntur literaliter de Christo domino, nec uidentur posse sensum habere alium, præter mysticum. Psalmus septuagesimus primus, qui incipit: Deus iudicium tuum regi da. habet titulum: Psalmus Dauid in Salomonem. Proinde & Iudæi carnaliter intelligentes, interpretantur psalmum illum esse orationem Dauid, orantis pro filio suo Salomone, & pro prosperitate regni illius. Sed ea, quæ sequuntur, & prænunciantur in filio regis adimplenda, uidelicet: permanebit cum sole, & ante lunam, dominabitur a mari usque ad mare. longe excedunt conditionem regni Salomonis. Ideo non de Salomone, sed de Christo intelligenda est prophetia. Quamobrem in huiusmodi psalmis exponendis talis consideranda est regula: Quotiescunque in titulo uel uersiculo alicuius psalmi explicantur ea, quæ uidentur temporaliter gesta, uel in Abraham, uel in Iacob, uel in Israel, uel in Ioseph, uel in Moyse, uel in populo Israel, uel in Ægypto, uel in Dauid, uel in Salomone, uel in bellis ducum Israel: sed quæ consequenter in alijs eiusdem psalmi uersiculis dicuntur aut intermiscuntur excedunt modum, qualitatem, & conditionem rei gestæ, tum intelligendus est Propheta, uel transire de litera ad spiritum, uel sub uoce translate accepta significare rem mysticam, cum sub uoce Dauid translate accepta secundum literalem sensum significatur Christus: non est absurda neque uiolenta expositio, si in persecutionibus Dauid, ut in Saul, in Absolone, cæterisque inimicis intelligamus Iudæos, & gentes Christum crucifigentes, & in actionibus ac passionibus Dauid intelligamus domini nostri Christi sacramenta. Verbi gratia: psalmi quinquagesimi octaui titulus, nomina inscripta habet Dauid & Saul. Sed quia in illo psalmo Dauid multa dicit, quæ ipse de se (ut inquit Hieronymus) dicere non solet, quale est, neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine. supple fuit illum, propter quod irruerent in me fortes. Nam sine iniquitate cucurri & direxi. Idcirco totus psalmus: Eripe me domine de inimicis meis, deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. & reliqua usque in finem psalmi, accipienda sunt tanquam dicta ex persona Christi, persecutionem patientis a Saul, id est, a Iudeorum rege

Elegas regu
la psalm. re-
cte intellige
di.

Quod in scrip-
tis transitus
de littera ad spi-
ritum

& populo, tamen si interpretatio fieri posset secundum litteram de gestis in ipso David, tanquam de materia huius prophetie figuratiua, quemadmodum Postillator exponit. Verum hic sciendum, quod sacrae theologiae expositores, aliud significat, dicentes scripturam transire de littera seu figura ad spiritum, seu rem mysticam figuratam. Aliud uero significant, dicentes scripturam in littera, in figura, seu tropo significare rem mysticam, seu spiritualem sententiam. Nam in scripturae loco, ubi est transitus de littera ad spiritum, primum datur literalis sensus de rebus corporaliter gestis, aut gerendis, quibus tanquam figuris premissis subiungitur res mystica, in illis, aut ex illis designata; ueluti dum primo recitantur ea, quae uel in Aegypto, uel in mari rubro, uel in deserto, uel in Iudaea & terrena Hierusalem, uel in Babylone, uel in David, aut Salomone sunt gesta. Deinde subiunguntur res mysticae de Christo, aut de corpore eius, uel de diabolo, uel ministris eius, in illis gestis figuratae, aut ex illorum occasione intelligendae. Verbi gratia, in psalmo supradicto septuagesimo primo, si principium psalmi diceretur oratio esse David, orantis pro se & Salomone, oportet consequenter dicere, in eodem psalmo fieri transitum de littera ad spiritum, de carnali Salomone ad Christum; ueluti cum peruenitur ad ea, quae Salomoni conuenire non possunt. Et quia omnes uersiculi post primum sibi conueniunt uerbis, appositis eidem personae, uidelicet filio regis, idcirco totus psalmus coaptandus est Christo domino absque ullo tali transitu: quemadmodum exponunt ipsi sancti patres, Hieronymus & Augustinus. Quae dicuntur in principio psalmi secundi, possent utcumque coaptari ipsi David, sed quae sequuntur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam, possessionem tuam terminos terrae. ipsi David conuenire non possunt. Ex quibus possumus animaduertere psalmum totum de Christo esse intelligendum, etiam ipsius Psalmi principium, quemadmodum Petrus in Actis exposuit. Initium psalmi xvij. possit quidem intelligi, ut sit oratio David, gratias agentis deo pro liberatione ab inimicis suis: sed ea quae sequuntur, grandiora & sublimiora uidentur, quam ea, quae solet David humilis pro sua persona sibi tribuere; ueluti quod dicitur, Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum. Confitebor tibi in caput gentium. Deinde quod in fine psalmi dicitur: Propter ea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psalmum dicam, magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo David, & semini eius usque in seculum; secundum proprietatem sermonis non potest esse nisi uox Christi hominis & dei, qui quatenus homo confitetur domino deo, & gratias agit: quatenus autem est aequalis patri, magnificat salutem Christi regis, & misericordiam facit Christo suo David, & semini eius. Et quemadmodum ipse Christus homo natus est in Syon, & ipse ut deus altissimus fundauit Syon, sicuti & antiqui patres: Irenaeus, Ambrosius, Hieronymus, & caeteri notauerunt ex psalmo octogesimo sexto: Ita & in hoc psalmo ipse Christus simul deus & homo, dicere potest: Confitebor tibi in nationibus domine, magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo David, loquens in secunda

parte

parte ut deus misericordiam faciens de semetipso, ut homine rege, tanquam de altero propter humanam naturam, secundum quam ipse idem misericors & salutis author, misericordiam accipit & salutem. Et nisi sic dixerimus, ut sensus sibi constet, oportet uel mutare textum, quemadmodum Hieronymus facit, hoc pacto: Psalmum dicam nomini tuo magnificanti salutes regis, & facienti misericordiam Christo suo David. Vel oportet subaudire uerbum cum mutatione personae, hoc pacto: magnificans est salutes regis eius, faciens est misericordiam Christo suo David, & semini eius usque in seculum. Unde David cum persecutionem pateretur, uel a Saul, uel a proprio filio, uel a suo populo, aut cum ab inimicis suis esset liberatus, cecinit quidem psalmos, & nunc implorat auxilium & liberationem, nunc exponit suas passiones & inimicorum persecutiones, nunc liberatus in gratiarum ascendit actionem. Sed quemadmodum David ipse spiritualiter unctus, & nomine, & opere, & ipso sui regni principatu Christum figurabat, sicuti docuerunt Hieremias, Osee, & Ezechiel prophetae, Christum sub nomine David appellantes: ita & res per eundem David gestae in regno illius, figurabant res gerendas per Christum in ecclesia eius. Proinde quae David ipse scripsit, cecinit, & orauit in persecutionibus suis a Saul, ab Absolone proprio filio suo, & a caeteris inimicis suis, prefigurant ea, quae ipse Christus locutus est, docuit & orauit in carne sua pauper, & in laboribus a iuuentute sua, a proprio suo discipulo et a populo suo traditus, passus & derelictus. Neque in David solum, sed & in Abel, in Isaac, in Iosue, in Isata, Hieremia, caeterisque prophetis Christum figurari, est ex doctrina sanctorum manifestissimum. Hieremias typum gerit Christi, dum uaticinatur populum Iudaeorum esse usque in finem deferendum, & legem, consilium, & prophetiam ab ipsis transferendum. Vox populi contra Hieremiam, uox est Iudaeorum contra Christum. Vox Hieremie ad deum, uox est Christi ad patrem. Venite (inquit populus isle Iudae) cogitemus aduersus Hieremiam cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, neque sermo a propheta. Venite ergo & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad uniuersos sermones eius. Deinde sermo eiusdem Hieremie in hac persecutione ad deum loquentis: Attende domine ad me, & audi uocem aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum? quia foderunt foueam animae meae. Recordare quod steterim in conspectu tuo, & loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis, Hieremie decimo octauo. Haec quidem ad litteram sunt in Hieremiam gesta, sed ut gerentem typum Christi. Proinde & ecclesia uniuersis huiusmodi prophetis utitur in officio dominicae passionis. Vox Iudaeorum contra Hieremiam: Venite cogitemus contra Hieremiam cogitationes. figura est sermone Iudaeorum, qui contra Christum dominum inierant consilium, ut eum dolerent, & interficerent. Huiusmodi ergo, quae sunt corporaliter in Hieremiam gesta, dum coaptamus Christo domino, de littera ad spiritum facimus transitum. In caeteris quoque prophetis consuetudo est spiritus propheticus, ea quae sunt corporaliter aut gesta, aut gerenda premittere, utpote reditu ex captiuitate Aegypti aut Babyloniae, uel reedificationem templi, uel ciuitatis Hieru-

David signa
Christi, & il-
lius regnum
figura regni
huius.

h iij salem.

De Christo lo-
quitur psal-
m. 117. 86. &c.

Reedifica-
tionem tēpli
typū esse ec-
clesiæ p̄ Chri-
stum ædifi-
candæ
Exēpla vbi
a Iſa ad sp̄m
transitur

falem, & cætera id genus alia corporaliter facta, & ex his ad sublimiorē quam
dam intelligentiam mysticam ascendere. Neq̄ sufficeret tempus ad commemo-
randum omnes scripturæ locos, in quibus talis est ex corporali re transi-
tus ad rem mysticam in Christo, aut in ecclesia eius. Ex multis sufficiat paucos
quosdam locos exempli gratia recensere. In Aggeo & Zacharia prophetis
reædificatio templi (quæ illic recitatur fieri per Zorobabel ducem, & Iesum
filium Iosedech sacerdotem magnum, adiuuantibus Aggeo & Zacharia pro-
phetis) erat umbra & figura ædificationis ecclesiæ per Christum dominum
futuræ, quæ & in scripturis sacris Hierusalem appellatur, & domus dei in
Hierusalem, aut in monte Syon, quemadmodum ex superioribus patet. Et idē
circo in eisdem prophetis de corporali illo edificio fit transitus ad edificium
spirituale ecclesiæ, tunc ædificandæ per Christum dominum. Et quia carna-
les Iudei eundē Christum dñm abnegantes, nolunt animaduertere huiusmodi
transitum fieri in scripturis prophetarum, idcirco ad uerum eorumdem pro-
phetarum intellectum non perueniunt. In capite 1. Aggei præmittitur mate-
rialis templi, iam dudum per Babylonios destructi, in Hierusalem reædifica-
tio: quæ & fiebat illius & Zachariæ temporibus per Zorobabel ducem, &
Iesum sacerdotem magnum. In capite sequenti transit Propheta ad Christum
& illius ecclesiam, in illo templo materiali & Hierusalem designatum, loquēs
ad illius templi ædificatores: Confortare Zorobabel dicit dominus, confortare
Iesu fili Iosedech, confortare omnis populus, quoniam ego uobiscū sum,
dicit dominus, &c. Nolite timere, qm̄ ego uobiscum sum, dicit dominus. Ad-
huc unum modicū, & ego mouebo cælum & terram, & mouebo omnes gen-
tes, & ueniet desideratus cunctis gentibus. Et implebo domum istam gloria,
dicit dominus exercituum. Meum est aurum, meum est argēum, magna erit
gloria domus istius nouissimæ, plusq̄ primæ, & in loco isto dabo pacem. Hic
iam plane uides, ea quæ futura dicuntur, pertinere ad Christum, quæ & uide-
mus iam adimpleta in eodem Christo. Ex cuius præsentia in templum uenien-
tis, fuit gloria illius secundi templi maior, q̄ gloria templi primi per Salomo-
nem ædificati. Excessus gloriæ in hac domo secunda, est accipiendus non se-
cundum splendorem & triumphum huius seculi in structuris, ædificijs & or-
namentis. Fiebat enim templum ferme duplo minus, q̄ prius: sed secundū glo-
riam spirituales, quæ in illa domo futura erat uero Israeli, expectanti recta
fide Christum dominum. Vnde & iustus Simeon hanc prophetiam de gloria
& pace spirituali in loco illo spiritualiter intellecto, de commotione gentium
spirituali, insinuat esse completam in Christo domino, quem suscipiens in ul-
nas cecinit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in
pace. Quia uiderūt oculi mei salutare tuum. Lumen ad reuelationem gentiū,
& gloriam plebis tuæ Israel. Gloria uera fuit illi templo, & loco illi, quia in eo
deus homo factus offerri dignatus est, & in loco illo fuit mirabilem operæ
effector, in signis atq; pdigijs, & in illo uia salutis æternæ docuit, inde egres-
sam in oēs gētes, & in illo seipsum obtulit in cruce, ut suscipientes misericor-
diam eius in medio templi sui, assequeremur remissionē peccatorū, & habere-

remus

remus pacem cum deo. Vnde Augustinus xvij. de Ciuitate dei, capite xlyij.
Quod deus per prophetam Aggeum dixit: Dabo pacem in loco isto. per si-
gnificantē (inquit) locū is, qui significat locus, est intelligendus, i. ecclesia per
Christum ædificanda, cuius singuli & omnes simul templum sumus. Sic in
eodē capite ex Zorobabel temporali duce, transit in Zorobabel Christum, in
duce illo designatū. Et factum est uerbū domini secundo ad Aggeū in xxiiij.
die mensis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda dicens: Ego moue-
bo cælum pariter & terram, & subuertā solium regnorū, & quibusdā inter-
positis: In die illo dicit dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Sala-
thiel, serue meus, & ponam te quasi signaculum, quia elegi te, dicit dñs exer-
cituum. non ad ipsum Zorobabel temporalem ducē, sed ad Christum ducem
æternum, in illo designatū, sermo dei patris directus intelligitur: quemadmo-
dum Hieremig tricesimo in Dauid, non ille, qui iam erat mortuus, sed Chris-
tus tunc nasciturus est intelligendus. Seruiet (inquit Propheta) domino deo
suo & Dauid regi suo. Sic & Osæ tertio: Reuertentur filij Israel, & quærēt
dominum deum suum, & Dauid regem suum. Vnde Zorobabel dux filio-
rum Iuda, reædificator templi nomine & opere, & ipso principatu suo, typū
gessit domini nostri Iesu. Nomine quidē, quia Zorobabel interpretatur na-
tus in Babylone. Opere, quia manus eius fundauerunt domū, & manus eius
perfecerunt illam. Principatu, quia princeps & dux fuit filiorū Iuda. Vniuersa
hæc suo modo competunt Christo: qui cum in forma dei esset, natus est in
mundo, qui & templum corporis sui fundauit in uirginis utero, & domum
suam, quæ est ecclesia, construxit uiuis ex lapidibus, princeps & dux omniū
filiorum credentium. Apud Zachariam, cum in capite 1. de corporali ædifi-
cio dixisset Propheta in secundo capite, occulte transit inde ad spirituale ædi-
ficium, uidelicet ad spirituales Hierusalē, quæ est ecclesia Christi. Zacharias
cum in uisione imaginaria uidisset uirum habentē funiculum ad metiendum
Hierusalē, audiuit uocem angeli dicentis ipsi: Absq; muro habitabitur Hie-
rusalem præ multitudine hominū & iumentorū in medio eius. Hæc & reli-
qua, quæ sequuntur, de Christo dño & ecclesia eius intelliguntur. Sic & in
cæteris prophetis frequens est huiusmodi transitus. Apud Isaiam cap. vij. In Isaiā tran-
situs de lite-
ra ad spiritū

post historiam sui seculi de liberatione a duobus regibus, transit ad liberatio-
nem futuram per Emanuelem Christum dominū: qui etiam nondū natus, &
a populo inuocatus populum liberat: ex cuius uirtute & fiducia pendet omnis
salus & liberatio salutaris, tam in hoc seculo, q̄ & in futuro. Capite quadrage-
simo quinto, de Cyro rege tunc futuro, qui subiecturus erat sibi gentes Baby-
lonias, & populum Iudæorum temporaliter liberaturus, transit ad Christū,
qui saluaturus erat populum salute sempiterna. Sic & in singulis ferme Isaiæ
capitulis est commixtio quædam literalis cuiusdam historiæ cum spiritu. Et
Ezechielis xxxvi. Factum est uerbū domini ad me dicens: Domus Israel ha-
bitauit in terra, & polluerunt eam in uisjs suis, & in studijs suis, & effudi indi-
gnationem meā super eos. Pro sanguino, quē fuderunt in terrā, & uentilau-
i eas in regiones secundū uias eorū, & secundū peccata eorū iudicau i eos, &c.

Zorobabel
figura Chri.

Zachi. 1. & 2.

In Isaiā tran-
situs de lite-
ra ad spiritū

Ezechi. 18.

Facile

Facile est hæc intelligere de populo Israel, secundū carnem propagato, & de terra Chanaan illis data, & de illa domo Israel, de qua dicit Apostolus: Vide te Israel secundum carnem, quia hæc omnia mala populus Israel carnaliter & fecit, & passus est, corporaliter captus, & dispersus secundum locorum spacia. Sed cum incipit loqui de liberatione eorum: Idcirco hæc dices domui Israel, non propter uos ego faciam, sed propter nomen meum sanctū, quod polluistis inter gentes. Tollam uos de gentibus, & congregabo de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram, & effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: auferam cor lapideū de carne uestra, & dabo uobis cor nouum & spiritū nouum, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & habitabitis in terra, quā dedi patribus uestris, & eritis mihi in populum, & uocabo frumentū, & multiplicabo illud, & reliqua. Hic iam hanc terram, & Israëlem, & habitationē, & fructum terre, non carnaliter, sed spiritualiter debemus accipere Christi ecclesiā ex Iudæis credentē. Sic & in scripturis prophetiis plerumque fit transitus de parte alicuius aut regni, aut prouinciæ, aut terræ, ad totum regnum, aut prouinciā, aut terrā: ueluti cum ea, quæ de Tyro uel Babylonia, uel alia gentium ciuitate, & de onere, ultione, seu desolatione primum intimantur, tandem in prosecutione textus modum & qualitatem illius gentis aut ciuitatis excedūt: ita ut ea, quæ sequuntur, conueniant potius omnibus gentibus & uniuerso orbi. Ibi uigilare debet lectoris intentio, ne citra hyperbolem quærat totum in parte, quod melius & certius potest inueniri in toto. Sic desolationi Babylonicorum conueniunt quidē ea, quæ dicuntur Isaiæ xiiij. & xiiij. capitulis, hyperbolice tamen accepta. Proinde quod dicitur: Vasa furoris domini, & disperdat omnem terram. secundum historicum sensum intelligitur non de omni terra, sed de terra Babylonicorum solum. Verum citra hyperbolem metaphoræ ipsæ terribiliore quamdam uidentur explicare desolationem, quæ futura est generaliter super omnē terram. Vnde & idem Isaias postquam descriperat onera, id est, desolationes spirituales super Babylonem, Moab, Damascum, Ægyptum, Idumæam, Tyrum, reliquasque prouincias florētissimas, tandem capite uigesimo quarto, quasi transfrens de partibus ad totum, potius de umbris atque figuris ad ueritatem, describit desolationem totius mundi, (quem appellat ciuitatem uanitatis in Babylonijs, Ægyptijs, cæterisque gentium ciuitatibus figuratā. Sic & e contrario frequens est in scriptura transitus de genere ad partē. Veluti cum post generale iudicium, generalemque sententiam super omnem prouinciā, aut terram, transit ad partem illius, quasi coarguens populum sui temporis, tanquam dicitur illi: cum deus totum mundum sit iudicaturus, quo tu sub tanto pondere peccatorum poteris effugere iudicium eius.

¶ Sequitur caput tertium, de gemino aduentu Christi, alijque rebus diuersis, sub eodem sententiarum contextu promiscue positus.

PROphetæ multa uariarumque promiscue mixtisque tradunt, & sub uno contextu sermonis de uno transeunt in aliud, & rursus ad id, unde digressi sunt, redeunt: & secundum uarium tactum prophetici spiritus crebro

crebro id quod prius futurum erat posterius recitant, & rursus transeunt in aliud absque ullo rerum ordine, & hinc iam turbatur lectoris animus, quod res diuersæ longis temporum interualis futuræ recitantur sic promiscue, absque ulla temporis differentia. Diuersæ captiuitates Iudæ & Hierusalem, geminique aduentus Christi, Insuper ecclesia in hoc seculo militans, & in futuro triumphans plerumque ita commiscetur, ut in contextu nulla uideatur esse sermonis in sententijs coherentiā. Vnde propter ignorantiam gemini aduentus Christi, Iudei scripturas prophetarum neque intelligunt, neque recte interpretantur, quæ admodum ostendit uetustissimus Irenæus lib. iij. aduersus hæreses Valentini, cap. lvi. Iudicat (inquit) Iudeos deus, neque cognoscentes, neque intelligere uolentes, quod prophetae duos annunciauerunt Christi aduentus. Vnum quidem, quo homo factus est in plaga, sciens ferre imbecillitatem, in pullo asini sedes, lapis ædificantibus reprobatus, ouis ad uictimam ductus. Secundum autem, quo super nubes ueniet, superducens diem, qui erit sicut clibanus ardens, percuciens terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiens impium, uentilabrum in manu habens, & mundans aream suā, comburens paleas igni inextinguibili. Scripturas ergo ueteris legis facit obscuras, quod in eis frequens est transitus de primo aduentu ad secundum, & e contrario: & id quidē interdum tam occultus, ut cum de uno aut altero Propheta loquitur, adhuc in sequentibus de eodem loqui uideatur. Sic Malachiæ iij. cap. uox Christi est de priori suo aduentu prophetantis: Ecce ego mittam angelum meum (quem ipse dominus in euangelio testatur esse Ioannē Baptistam) & præparabit uiam ante faciē meā. Deinde ipse Christus filius dei, de se quasi de altero, iuxta scripturam loquens subdit: Et statim ueniet ad templū suum dominator, quæ uos quæritis, & angelus testamenti, quæ uos uultis. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uidendū eum? Tanquam dicat: Rarus ex uobis erit, qui oculis fidei in illum aspiciet. Veniet enim occultus sicut mitis & humilis, nulla præcedente pompa: ueniet quasi ignis, faciens terrena corda ecclesiarum amore feruere, & colabit filios Leui. i. sacerdotalem dignitatē ecclesiæ suæ, purgans & segregans a carnali Iudæorum sacerdotio, eruntque eiusdem ecclesiæ sui sacerdotes, domino sacrificia offerentes in iustitia, & placebit domino sacrificium Iudæ & Hierusalem: non carnalium quidem Iudæorum in terrena Hierusalem, sed spirituum filiorum Iudæ in spirituali Hierusalem. i. in ecclesia, quæ non suis, sed Christi meritis fisa in omni loco & gente offert sacrificiū. Ex his transit in aduentum eius secundum: Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, adulteris. De hoc aduentu in principio capituli quarti. Sic & apud Isaiā cap. ultimo mixtum loquitur de primo & secundo aduentu. Cum multa dixisset de futuris per primū, transit ad ea, quæ sunt in secundo aduentu futura, tanquam retributiones eorum, quæ egerunt impij, non recipientes aduentū illius primum. Quia ecce (inquit) dominus in igne ueniet, reddere in indignatione furorē suū. Deinde paucis interpositis ad ea rursus transit, quæ futura tunc erant in aduentu primo, uidelicet ad uocationē gentium, quæ creditur erant per apostolorum predicationem, ibi: Et ponam in eis signum, & mittā ex eis, qui saluati fuerint ad

Transitus de uno Christi aduentu in alium

Malachi. s.

Isaiæ vlti.

gene

gentes in mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Greciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audierant de me, & annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino in equis & in quadrigis & in lecticis ad montem sanctum meum in Hierusalem. non terrenam intellige, sed spiritualement, hoc est, in ecclesia fide ambulante, ut ex illa perueniant ad Hierusalem in caelo triumphante, ubi caelum nouum & terra noua; & erit (inquit) sabbatum ex sabbato, hoc est sabbatum perpetuum succedet sabbato in hac uita celebrato; & ita prope finem libri transit in ea, quae in die iudicij sunt futura super bonos & malos. Item Zachariae xi. ab eis, quae futura erant sub aduentu primo, transit ad ea, quae futura sunt propinquante iam secundo sub idolo pastore stulto Antichristo. Sic & psalmo xlix. principium est de aduentu primo: Deus deorum dominus locutus, uocauit terram a solis ortu & occasu, ex Syon species decoris eius. Hinc transit ad secundum, cum dixit: Deus noster manifeste ueniet, & non si lebit, ignis in conspectu eius exardescet. Et paucis interpositis rursus transit, loquens populo sub statu ecclesiae aduentus primi, cum dicitur: Audi populus meus, & loquar. Interdum etiam scripturae sensus est ita ambiguus, ut non facile discernas, an de rebus tunc futuris primo aduentu, an de rebus in secundo intelligatur, ueluti psalmo xcvi. Dominus regnauit, exultet terra, laetentur insulae multae. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini. Annunciauerunt caeli iustitiam eius. Haec & id genus alia quidam exponunt per Christum in tempore primi sui aduentus olim facta & quotidie fieri, ut Augustinus, Cassio. Isidorus. Sed Lyranus ex uerbo Apostoli ad Hebraeos i. docet de secundo aduentu haec esse interpretanda. Et prouenit hinc difficultas, quod in utroque aduentu narrantur grandia, gloriosa, & sublimia de Christo & regno eius, quod est ecclesia, utpote quod ipse ut rex exaltabitur, & sublimabitur super omnem terram, & quod regnum eius erit inclitum & gloriosum. In utroque etiam aduentu legitur Christus super impios & peccatores facere ea, quae uidentur seua, aspera & crudelia, utpote euertere impios, dissipare, fugare, & interficere de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Rursus in utroque aduentu leguntur elementa & caelestia turbata, commoueri, & prodigia fieri in caelo sursum, & in terra deorsum, sol obscurari, & stellae non dare splendorem suum, & id genus alia. Nec mirum. Nam & similibus locutionibus hyperbolicis etiam utitur scriptura, praenuncians grandia quaedam futura per alium temporalem regem. Vnde quod dicitur Iohelis ij. A facie eius contremuit terra, moti sunt caeli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellae retraxerunt splendorem suum. ad literam exponendum est non de primo aduentu, neque de secundo, sed de alia quadam deuastatione anteriori per impetum Chaldaeorum, tunc futura tanquam figura aduentus domini, a facie eius, scilicet Babylonij populi multi & fortis, terra contremuit, caeli moti sunt, luna obtenebrata est, & c. quae omnia (ut inquit Hieronymus) hyperbolice dicuntur, pro eo, quod

quod Iudaeis a populo isto aduersa patientibus, & in miserabilem captiuitatem deductis, caelum ruere, & terra fluctuare uideatur, & non esse ullum solatium ex splendore stellarum. Denique, quod ob multitudinem locustarum inter caelum & terram, lumen lunae & solis non dabit Iudaeis ipsis captiuis solatium. Vnde ex his, quae in superioribus de metaphoris diximus, patet locutiones illas, quibus a facie alicuius regis dicitur terra contremere, caelum moueri, sol & luna obtenebrari, bifariam secundum literalem sensum posse interpretari. Vno quod dem modo secundum metaphoram, nominibus uidelicet translate acceptis, ut terra intelligatur populus communis; sol, pontifex, qui lucere debet populo; caeli, sacerdotes; rex, luna; stellae, prophetae. Vnde a facie castrorum hostilium populus timore concutitur, sacerdotium conturbatur, prophetia siluit, maiestas regia deperijt, cultus iustitiae euauit. Quod autem huiusmodi nomina; terra, caelum, sol, luna, & stellae interdum in scripturis ad talia referantur, patet ex commentarijs Hieronymi. Vnde & Isaiae xiiij. ubi secundum literalem sensum rex Babyloniae lucifer appellatur, qui mane uelut stella oriens, praenunciatur lapsurus esse de caelo. id est de altitudine & sublimitate gloriae suae. Vnde & Hieronymus, imitatus suorum praedecessorum sententias, docet res tales huiusmodi nominibus metaphorice acceptis esse significatas. Secundo, sensus literalis huiusmodi nominibus expressus, accipi potest secundum hyperbolem, seu locutionem hyperbolicam, ut talia sic dicantur augendi gratia, & res in caelestibus illis corporibus designate intimentur esse grandes: non quod praesentia uelilius exercitus temporalis regis elementa & caelestia corpora huius mundi contremiscant, aut moueantur: sed quod praemagnitudine potestatis illius, caelum & terra tremere uideantur. Ex quibus patet, scripturas secundum huiusmodi locutiones expressas, non semper esse intelligendas de nouissimo Christi aduentu, in quo caelum & terra, caeteraque huius mundi elementa non metaphorice, sed proprie intellecta realiter mutabuntur. In utroque insuper aduentu Israel seu semen Abrahae legitur dispersum in nationibus gentium, & inde congregari in unum: haec omnia secundum modum sunt communia utriusque aduentui. Nam & in primo inuentus est Israel dispersus in nationes gentium, ex diuersis bellorum tempestatibus, & captiuitatibus antecedentibus, tum per Salmanasar regem Assyriorum, tum per Nabuchodonosor regem Babyloniorum, tum per Antiochum regem Graecorum: quibus contigit, ut sub aduentu Christi plerique Iudaeorum inuenirentur alienati a terra sua Iudaea. Vnde post ascensionem Iesu in die Pentecostes conuenerant in Hierusalem, uiri religiosi Iudaei ex diuersis nationibus, sicut dicitur Act. ij. Erant autem in Hierusalem uiri Iudaei religiosi ex omni natione, quae sub caelo est. Et ita non est arbitrandum absurdum esse, si quis ea, quae Isaiae xli. & xliij. loquitur deus ad semen Abrahae: In quo apprehendi te ab extremis terrae, & a longinquis eius uocaui te. Item: Afferam filios meos a longinquo, & filias meas ab extremis terrae. dixerit esse adimpleta, & quotidie adimpleri in primo illius aduentu, secundum quem modum sunt, qui intelligunt illud, quod dicitur Ioannis xi. Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congrega-

Quo intelligant, terram tremere, sol & luna obscurari.

Scripturam pmiscuelo- qui de utroque aduentu Christi.

ret in unum. Quis & hæc secundū aliam regulam, probabiliorē recipiāt expositionem, secundū quam) ut ait Augustinus in lib. de predestinatione diuina) appellantur filij etiam hi, qui secundum præsentē iustitiam nondū sunt filij. In omnibus igitur scripturis prophetis, facientibus commemorationē de uenturo Christo, uigilare oportet mens studiosi lectoris ad sententiā coherentiam: sciens quod aliter grandia, magnifica, & sublimia per Christū, & super eius ecclesiā fient in primo illius aduētū usque in finē seculi, aliter fient in secundo aduētū. Manifestum quidē est, quod in aduētū secundo implebuntur prophetie, ueluti quod cælum & terra commouebunt, lætabuntur insule multæ, nubes & caligo in circuitu eius, ignis ante ipsum præcedet super inimicos eius, illucescent coruscationes orbi terræ, montes terræ sicut cera fluent a facie dei, montes stillabunt dulcedinē, colles fluent lac & mel, & per oēs riuos Iudæ ibunt aquæ. Ægyptus, id est populus tenebrarū, in desolatione erit. Iudæa, in qua significatur credentis populi ecclesiā, in æternum habitabitur, & annuntiabunt cæli iustitiam eius, & uidebunt oēs iusti gloriam eius, & plangent oēs tribus terræ, confundentur oēs, qui adorant sculptilia. Hæc omnia secundū sensum quendā prægnantur futura sub aduētū Christi tunc uenturi in carnem. Sed interrogantibus nos, an sub primo illius aduētū, an sub secundo. Respondimus, partim sub primo, partim autē perficiētur omnia sub aduētū illius secundo. Multa hæc secundū sensum quendā facta sunt sub aduētū illius primo, & quotidie fiunt usque in consummationē seculi, dum ipse Christus in carne mortali mirabilium exitit operæ effector in signis & prodigijs, tandē uoluntarie passus in cruce, cælestibus & terrestribus conturbatis, dum sol est obscuratus, & terra contremuit, & scissæ sunt petrae, & in tertia die resurgens a mortuis post resurrectionē suam oibus discipulis manifestus apparuit, mittēs spiritum sanctum de super sonitu & igni uisibili, conturbantibus totā ciuitatem Hierusalem, ascendēs quidē in cælum, & tū nobiscum inuisibiliter manēs, regens & gubernans mirabili & ineffabili modo, intus immutans corda hominum, qui regnum mundi & oēm ornatum seculi contempnāt, subiiciens euāgelio suo nationes gentium, corda regum & principum in toto mundo, ita ut lætate sint maris insulæ multæ, adiungētes se Christianæ societati, per ignem charitatis inflammantis corda eorū. Illuxerūt coruscationes orbi terræ, dum ignita Christi eloquia innotuerūt toti mundo. Montes, hoc est, sancti apostoli, a terrenis cupiditatibus segregati, stillauerūt dulcedinem salutaris doctrinæ, & colles, id est successores apostolorum fluxerunt lac & mel salutaris sapiētie diuini spiritus, per quē dulcis fit consolatio in omni amaritudine & aduersitate huius seculi. Scripturā igitur propheticā, cū est obscura ut nō facile queas discernere, an de primo aduētū, an de secundo prophetia sit accipiēda, propterea quod in illa nonnulla ponantur, quæ uidentur pertinere ad primum: nonnulla, quæ ad secundum, nō oportet referre ad unius dūtata aduētus tēpora, sed ubi oīa absque temporis differētia intimantur, teneas potius propheticum spiritū de utroque aduētū esse locutū. Proinde nō debet turbari mens studiosi lectoris, si uideat sanctos ecclesiæ doctores, in exponendis scripturis inter se

uarios

uarios esse, alijs de priori, alijs de posteriori aduētū eandē scripturam interpretantibus, hac ratione commotis, quod cæli & terræ cæteraque similia, quæ attribuantur aduētū secundo, leguntur etiā interdum attributa aduētū primo. Ex his em̄ fit, ut multa sint in scripturis prophetarū loca, quæ coaptari possunt utriusque aduētū: in quibus neque absurdū est dicere, spiritū sanctum de utroque per prophetā loqui, quemadmodū Hierony. tractans illud Aggei ij. Factum est uerbum dñi secundo ad Aggeum xxiiij. die mensis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cælum pariter & terrā, & subuertam solium regnorū. Hoc in loco (inquit Hierony.) apud plerosque diuersa sententia est: alij suspicantur de primo eius aduētū dici, alij de secundo, quā in sua maiestate futurus est: nos utrunque (inquit) suscipimus. Deinde quæ in eodē capite præmittuntur: Adhuc unum modicū, & ego commouebo cælum & terram, mare & aridam, & mouebo oēs gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domū istam gloria, & magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusque primæ. Hæc est maxime sunt adimplenda & consummāda in aduētū secundo, in quo domus ista, quæ est ecclesiā, implebitur gloria magna, prius commotis cælestibus & terrestribus: Plurima tū & iam scdm̄ sensum literalem impleta sunt in aduētū primo, de quibus & secundū literam illic loquebatur prophetia. Siquidē & in hoc aduētū cælum & terram commouit dominus, tum in natiuitate eius, tum in conuersatione, tum in morte, & resurrectione, & missione spiritus sancti. In natiuitate quidē, quā de cælo audita est uox exercitus angelorū, & circumfulsit lux pastores, quā stella apparēs in Chaldæa traxit Magos in Hierusalem, quā turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum eo. In conuersatione sua cum hominibus sepe mouit cælū & terram, quā uox patris de cælo audita est, quasi tonitruum, utpote in baptismo & in transfiguratione: in conuersatione uitæ, ut quā mortuorū fuit suscitator, & curātor oīs languoris. In passione insuper & resurrectione terra contremuit, angeli de cælo apparuerūt sicut fulgura coruscantia, sol obscuratus est, factæ sunt tenebræ super uniuersam terram, secundū metaphorā etiā mortua est arida infructuosa, quondā gentium solitudo. Et quis hoc tempore Christus neque erat adhuc desideratus cunctis gentibus, quippe a quibus ignorabatur, tamē uere dixit Propheta: Veniet desideratus cunctis gentibus, hoc est, ueniet qui erit desideratus cunctis gentibus, iam tū accepturis cælestis illius spiritum. Et ita commotio cælestium & terrestrium, quæ pronuntiatur futura, magna ex parte cepit compleri in aduētū primo, consummabit autē & in totum completa erit in aduētū illius secundo. Proinde quod dicitur Iohelis ij. Effundam de spiritu meo super omnē terram, ex Petro apostolo docente manifestum est de primo aduētū accipiendum esse: sed non ita manifestū, an ea, quæ sequuntur usque ad finem libri ad primū aduētū pertineant, an potius ad secundū, ob id, quod quædam illic posita uidentur ad primū: quædē uero indistincte intermixta, uidentur prorsus ad secundum aduētū pertinere. Ad primū aduētū uidentur spectare, quæ dicuntur de inuocatione nominis dñi, de saluatione, quæ erit in monte Syon & in Hierusalē, & de montibus, qui in die

Multa i scri-
pturis utri-
que aduētū
aptari posse.

Iohel. e

i ij illa

illa stillabunt dulcedinem, & de fonte egressuro ex domo David. Ad secundum aduentum uidentur omnino pertinere, quæ dicuntur de prodigijs in cælo & in terra, & de congregatione gentium in ualle Iosaphat, de obscuritate solis & lunæ, & quæ Hierusalem erit sancta, & quod alieni non transibunt per eam amplius. Magni autem est laboris, ostendere sequentia superioribus esse coaptata. Et idcirco quidam omnia simul ad primum aduentum pertinere tradunt ex Petri apostoli sententia Actuum secundo, copulantis ea, quæ sunt in calce ij. cap. prodigia uidelicet in cælo & in terra, cum prioribus ad primum aduentum pertinentibus. Proinde eidem interpretationi magis adherere uidetur diuus Hieronymus. Nam si omnia, quæ dicuntur in fine capituli secundi, ad primum aduentum referantur, necesse est ut & ea, quæ dicuntur in principio capituli tertij de congregatione gentium in ualle Iosaphat, ad eundem aduentum referantur. Neque enim (ut inquit Hieronymus) fieri potest, ut superiora a tempore passionis, & quæ sequuntur in tempore iudicij, intelligamus; maxime cum sequatur, Quia ecce in diebus illis & in tempore illo. ubi uno & eodem tempore hæc indicat futura. Si uero in cauda eiusdem capituli quedam ad primum aduentum, deinde sequentia usque in finem capituli ad secundum aduentum dicantur pertinere, iam stabit sententiarum coheretia. Sic Nicolaus de Lyra & alij dicunt transitum ex primo aduentu in secundum fieri ante principium tertij capituli, ubi dicitur: Et dabo prodigia in cælo. Sed illis obuiare uidetur, quæ Petrus, ubi diximus, Actuum secundo, huiusmodi prodigia in cælo & in terra sub uno contextu iungit prioribus, uidelicet somnijs, prophetijs, seu uisionibus super filios & filias, tanquam & illa, & ista pronuntiata fuerint eodem tempore futura. Deinde quod sequitur: Et omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Apostolus Paulus ad Roma. x. refert ad tempus passionis dominicæ. Et ita sunt illic diuersæ interpretationes sententiæ, sed sub spiritu pacis omnes ueræ & eiusdem fidei catholice. Non erit igitur absurda interpretatio, si dicamus prophetiam illam non esse coaptandam tempori unius aduentus duntaxat, sed utriusque aduentus temporibus, & illic promiscue esse posita, quæ tum futura erant per Christum dominum, totumque tempus a primo aduentu usque in secundum, appellari in prophetis nouissimos dies, & reputari ut tempus unum. Verum hic sciendum, quæ ea, quæ terroris & conturbationis iudicij manifestam sonant, (magis si tamen littera patiat) sunt ad secundum aduentum referenda, quia Christus in primo aduentu per scripturas manifestas prænuntiatur futurus misericors, humilis, mansuetus, consolator & liberator, qui infirmos, languidos, & pauperes sit suscepturus. In secundo autem prænuntiatur fore, iustus, horribilis, & omnibus manifestus. Annus placabilis, aduentus primus; dies ultionis, aduentus secundus. Tempus miserendi, aduentus primus; tempus ultionis & retributionis, aduentus secundus. Neque hinc turbari oportet lectorem, quæ tristitia simul & læta prænunciatur futura in aduentu secundo. Nam & dies illa iudicij erit desiderata, expectata, & læta iustis, habentibus fiduciam in die illa per Christum dominum: impijs autem & reprobis dies illa erit dies ire, calamitatis & miserie, dies magna & amara ualde. Sic & aspera, seu atque crudelia, quæ leguntur facta

in

in Christo & in apostolis eius in aduentu primo non semper ad litteram, sed figurate sunt accipienda, ut illa non seueritatem, sed clementiam potius insinuent. Christus in primo aduentu uenit, non ut iudicaret, sed ut saluaret mundum. id est ut peccatores saluos faceret. Unde Christus & sancti eius dicuntur euertere impios, interficere & dissipare gladio oris sui, dum agunt, ut ex impijs fiant iusti. Ita & in primo aduentu prodigia facta, uidelicet cælum & terram conturbati, solem obscurari, stellas de cælo cadere, montes liquefcere, in quibusdam scripturæ locis non tam ad litteram, quam metaphoricè sunt accipienda: sicut. xlv. psalmo est manifesta prophetia de primo Christi aduentu, in quo Propheta utitur metaphoris: Montes transferentur in cor maris, & sonuerunt aque eorum. quæ prophetia impletur, dum in prædicatione Christi & apostolorum conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna. id est humiliata sub euangelio Christi. Deinde & secundum litteram sub primo aduentu etiam ipsa elementa obediabant Christo, qui imperabat uentis & mari, & facta est tranquillitas: sol fuit obscuratus, terra contremuit, & petrae sunt scissæ. In psalmo xlix. ubi dicitur: Deus manifeste ueniet, deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exarsit, & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocauit cælum de sursum. manifesta est, ut iam patuit, prophetia de aduentu secundo. Ex quibus patet, ea quæ in primo, quæ & in secundo aduentu fiunt, eiusdem uerbis esse pronuntiata. Unde de Hieronymo super Nahum cap. i. tractans illud: Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra a facie eius. Ante faciem indignationis eius quis stabit: & reliqua. Possunt hæc (inquit) simpliciter accipi, quæ in summatione mundi, cum in maiestate sua saluator uenerit, & montes & colles, & orbis & terra: & cuncta moueantur. Si enim in passione domini sol fugit, saxa sunt scissa, terra contremuit, multo magis in consummatione mundi, in claritate maiestatis illius montes & colles, sol & luna mouebunt. Sed figuratè montes & colles intelliguntur sublimes quicunque, & potentes, qui in aduentu domini prosternentur. Et ita non debet quis arbitrari absurdum, si quæ apud Iohannem cap. ij. nunc sunt recitata, intelligantur usque in finem eiusdem capituli. omnia pertinere ad primum aduentum, ut sub metaphoris dicta referantur in tempora, quoniam passus est dominus, & resurrexit. Nam & in hoc deus dedit prodigia in cælo, & in terra sanguinem, & ignem, & uapores fumi, dum terra tam uehementi & insolito motu tremuit, ut monumenta sint aperta, & saxa dirupta, dum sol obscuratus est, quando pendente dominum non ausus uidere, retraxit splendorem suum. Verum & hic sciendum, quæ primus aduentus, quia fuit in carne mortali gerente similitudinem carnis peccatricis, quæ tamen diuinitati unita fuit absque macula & ruga, per mortem triumphans ad resurrectionis & ascensionis gloriam. Idcirco pro illo aduentu utrumque uerum est, uidelicet & id quod dicitur: Speciosus forma præ filijs hominum, accinctus gladio super femur suum potentissime. & quod dicitur: Vidimus eum, & non erat ei species neque decor. Proinde in scripturis sacris aduentu primo sub eodem contextu sententiarum, alta & grandia simul atque abiecta Christo tribuuntur: quemadmodum patet Isaie li. & liij. capit. ubi Christum nunc seruum uocat, et mox ualde exalta

i ij tum

rum & sublimem. Deinde paucis interpositis, ualde despectum & contemptibilem. Postea iterum gloriosum, ita ut reges contineant super illo os suum. Et postremum rursus reuertitur ad despectissima, significans Christum ita esse uisificatum, ut ipse Propheta in persona apostolorum dicat: Dñe q̄s credit audis tui nostro: Vidimus eum, & non erat ei species neq; decor. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, sed ipse uulneratus est propter peccata nra. Quæ prænunciant futura Sophonig. r. partim pertinent ad captiuitatē Iudæ & Hierusalem per Babylonios, partim ad captiuitatem eorū per Romanos, partim ad ultimi iudicij diem. De prima desolatione transit in secundā, de secunda in tertiam. Sciendum est em̄ primā desolationē esse typum secunde perfectę euerfionis Hierusalem. Secundam autē typum esse tertie, quæ erit super oēm peccatorem in die, de qua dicit ibidem: Iuxta est dies dñi magnus, dies iræ, dies illa, dies tribulatiōis & angustie, dies calamitatis & miserie, & reliqua. Deinde apud Matth. cap. xxiii. a desolatione seu destructione templi atq; Hierusalem, tunc futura per Romanū exercitū, fit transitus ad desolationem totius orbis futuram in fine seculi per Antichristū & satellites eius. Et iste transitus ibidem adeo est occultus, ut non omnino certū uideatur, quo in loco incipiat Euāgelista sic transire ad ea, quæ in consummatione seculi sunt futura. Diuus Hierony. in epistola ad Algastiam, quæstione iij. hoc qd̄ dicit saluator apud Matth. Cum ergo uideritis abominationē desolationis, q̄ dicta est a Daniele propheta stantē in loco sancto, q̄ legit intelligat exponens, hoc (inquit) iuxta literam de aduentu Antichrii predicari, nulli dubium est, de q̄ Paulus apostolus dicebat, q̄ homo iniquitatis & aduersarius, eleuat se contra omne qd̄ dicitur deus, ita ut audeat stare in templo dei. Idem sentit diuus Hilarius. Non prætermittit tñ Hieronymus ibidem aliorū sententiā, licet quidā (inquit) Titi & Vespasiani aduersus Iudeos, & præcipue contra Hierusalē pugnam obsidionemq; illic significari uelint. At uero Chrysostomus, Augustinus, Remigius, cæteriq; nonnulli probatissimi expositores, docēt sententiā illam saluatoris, quæ admodum & Danielis prophetiam, esse referendam ad desolationē terre Hierusalem, & hanc esse sententiā probāt ex Luca. Sic em̄ habet Lucas: Cum ergo uideritis Hierusalem circumdari ab exercitu, tunc scitote qm̄ appropinquat desolatio eius. Hieronymus in commentarijs super Mattheū, commemorat sententiā illam saluatoris ad utranq; desolationē referri posse, usq; ad illud quod sequitur: Sicut fulgur exit ab oriente & patet in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Obscuritas uidetur magna in sententiarū coherentia. Verum totis euāgelistæ processus fiet illustrior, si consideremus q̄ saluator in principio eiusdem capituli discipulis interrogantibus tria, uide licet quo tempore Hierusalem esset destruenda, quod signū futuri aduentus eius, quod insuper signū esset future consummationis seculi. Responderit nō mox ad ea, quæ interrogabant, sed dirigens sermonē ad ea, quæ ipsis erāt uti lia. Primum hortatus fuerit eos ad perpetuam uigilantiam, in apostolorum collegio cui loquebat, designans nō ipsos solū, sed ecclesiā seu oīm credentiū personas, uolens docere non solum apostolos, neq; eos solum, qui erunt, aut

sub

sub destructione Hierusalem, aut sub seculi consummatione uicturi, sed oīm temporū & ætatum homines, præmonens ipsos ut sint uigilantes, orantes, & parati hinc migrare in aliam uitam, ut cum Christus aduenerit, ualeant euadere oīa, quæ futura sunt super impios in cōsummatione seculi. Proinde & Lucas eundē dñi sermonē tali fine conclusit: Attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra ebrietate, crapula & curis huius uitæ. Vigilate itaq; omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere oīa ista, quæ futura sunt, & stare ante filium hoīs, Christus ergo ut discipulos redderet magis sollicitos, & ad perfectiones ferendas magis paratos, eisdē & in illis oēs Christia nos usq; in consummationem seculi uoluit esse præmonitos. Videte (inquit) ne q̄s uos seducat. Multi em̄ uenient in noīe meo, dicētes: Ego sum Christus. Vnde ab initio Christianę fidei usq; in consummationē seculi, sunt præcursores Antichristi, heretici, pseudoprophete, pseudoapostoli, & oīes noīs Christiani, uolētes docere alium Christū. Quatenus igitur oīm temporū hoīs faciat esse attētos atq; sollicitos, pronunciat multa futura mala, anteq̄ ueniet consummatio seculi, uidelicet prælia gentiū contra gētes, pestilentias, famem, terrę motū, pseudo prophetas, apostasias multorū a fide, persecutiones & prædicationes euāgelij in uniuerso regno. Hæc cum facta fuerint, ueniet (inquit) consummatio, qd̄ sane de consummatione seculi prædicari nulli dubium est. Deinde uertit sermonem super destructione Hierusalem, quia de illa intelligit prophetia in Daniele. Cum ergo uideritis (inquit) desolationē abominationis, q̄ dicta est a Daniele propheta, stantē in loco sancto, q̄ legit intelligat; intelligat inq; prophetiam scilicet Danielis in hoc facto adimpletā, ut deficiat a templo in Hierusalem Iudeorū hostia & sacrificiū usq; ad consummationē. Tūc q̄ in Iudæa sunt fugiēt ad montes præ terrore Romani ducis, totam Iudæam deuantantis. Vē autē prænantibus & nutritiūbus in diebus illis. & hæc uerba referēda esse ad dies desolationis Hierusalem, patet ex processu, quē seruat Lucas euāgelista. Sequit̄ apud Matth. Orate ut nō fiat fuga uestra in hyeme uel in sabbato. Tropologice loquit̄, ac si dicat: Cauete ne tpa illius tribulatiōis sint uobis importuna ad fugiendū. i. talia, in q̄bus nō erit uobis facultas ac permissio fugiendi: erit em̄ tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet. Hic iam Lyranus dicit saluatorē transire de desolatione Hierusalem ad desolationē totius mundi. Sed id nō oportere docet Augustinus per ea, quæ sequunt̄ ex processu Lucę euāgelistę. Intelligit em̄ scdm̄ sermonē Lucę, q̄ tūc erit tribulatio & pressura magna populo huic Iudeorū, qualis neq; fuit, neq; sic particulariter fiet unq̄ super populū illū. Nam tribulatio illa, q̄ erit sub Antichristo erit uniuersalis, & nisi fuissent dies tribulationis ex diuina dispensatione facti pauciores, nullus Iudeorū superesset saluus, sed propter electos abbreviatū est tempus persecutionis illius. Tunc ergo. i. post illam desolationem Hierusalem, si quis dixerit uobis, hic est Christus, aut illic, nolite credere Christi aduentum iam esse in foribus, quia secundus aduentus Christi non erit sic occultus, ut primus fuit. Siquidem primum surgēt pseudopropheta, qui dabunt signa & prodigia, ut in errorem ducantur etiam, si fieri

i iij potest

potest, electi: & tunc demum sicut fulgur exit ab oriente, & reliqua. quæ manifeste intelliguntur de futura desolatione in fine mundi, & huiusmodi obscuritates apud Matth. satis elucidantur ex processu Lucae, capite xxi. Hactenus de gemino Christi aduentu, in eodem scripturæ sacræ contextu promissive posito. Deinde & hoc ex superioribus patet, frequentē esse in scripturis sacris transitum occultū, de regno Christi in hoc seculo militante, ad regnum Christi in caelis triumphās: & hinc iam in scripturis nascitur obscuritas, quæ lectorem plerūq; aliorum rapit, dum non satis aduertit, q̄ ea, quæ propheticus spiritus prænūciat de regno Christi futura, sunt accipienda nō tanq̄ oīa simul complenda sub Christo in primo ipsius aduētū uisibiliber in carne apparente, sed tanq̄ talia, quæ tūc ceperunt fieri, & paulatim sunt complēda, in fine seculi consummanda, cum tradet regnū suum deo patri, auferens ab illo scandala, abstergēs oēm lachrymā ab oculis suorum electorū. Sic Isaię xxxv. propheticus spiritus de Christi regno, seu de ecclesia Christi, permixtū loquitur: & ea, quæ illic prænūciantur futura, partim in hac uita, partim in die iudicij, & in futuro seculi uita adimplentur. Nam milites Christi ex gentibus conuersi, uenientes in Syon, id est, in ecclesiam credentiū, licet adhuc sint sub pugna in hoc mundo, tū postq̄ seculum uicerint, gaudium & lætitiā obtinebunt, & fugiet ab eis oīs dolor & gemitus, quemadmodū ibidē dī in fine capitis. Sic & apud eundē in lx. cap. spiritus propheticus incipit de regno Christi militante, uidelicet de ecclesia apostolorū ex Hierusalem orta, & in gentes transmissa, finit autē per ea, quæ plenius complebunt in cōsummatione mundi in secūdo saluatoris aduētū. Sic & apud eundē Isaiam capite ultimo, idem dei spiritus mixtū loquit de ecclesia, nunc de ecclesia secundū eam partem, quæ est sub pugna in hoc mundo: nunc de ecclesia secuundū eam partem, quæ triumphat in cælo. Vnde Augustinus xvij. de Ciuitate dei, cap. xxxv. traclās illud Aggeij, Adhuc unum modicū, & ego commouebo cælum & terram, mare & aridam, & mouebo oēs gentes, & ueniet desideratus cūctis gentibus. Hęc prophetia (inqt) partim iam cōpleta cernitur, partim sperat in fine complenda. Mouit deus cælum & terram, qm̄ incarnatus est Christus. Iam uero quod sequitur: Et ueniet desideratus cūctis gentibus. in nouissimo eius aduentu expectatur, quī iuxta sententiā eiusdem Augustini in alio loco, utrūq; referri possit ad primum Christi aduentū. Ex supradictis ergo possumus considerare, q̄ in scripturis sacris transitus iste de uno in aliud, uariarūq; rerū commixtio multis modis contingit, nunc de litera ad spiritum, id est, re temporalī gesta aut gerenda ad rem mysticā, nunc de primo aduentu in secundū, & e contrario: nunc de regno Christi seu ecclesia Christi militante in hac uita, ad regnum Christi iam triumphans in cælo, & e contrario: nunc de rege Babylonio ad luciferū, de regno Babyloniorū aut Agyptiorū ad regnū diaboli, uel Anichristi satellitis eius, nūc de desolatione Babylonis ad desolationē totius mundi, nūc de Iacob aut Israel, aut de Dauid, Hieremia, aut Zorobabel ad Chri, nūc de Iudea terrena et Hierusalē terrena ad Iudeā spūalē. i. ad ecclesiam Chri, q̄ in æternū habitabit: nūc de tēplo ac domo manufacta, ad tēplū et domum

De transitu
regni Chri
in hoc seculo
ad regnū futuri seculi.

Augustinus.
Agg. 12.

mutū non manufactam, nūc de captiuitate Iudæorū ac desolatione Hierusalē per Babylonios, ad extremā captiuitatē & desolationē eorūdem Iudæorū: & hinc etiā plerūq; ad desolationem oīm reproborū in consummatione seculi. Multa huiusmodi sub eodē scripturæ contextu promiscue seu permixtū posita, absq; ullo rerū futurarū ordine, & absq; ulla tēporis differētia plerūq; mentē lectoris turbāt, & a uero scripturæ sensu alienāt, si nō predictarū rerū aut aliarū rerū commixtionē in scripturis esse aduertat, diligenterq; obseruet, ut ex alijs manifeste scripturæ locis sciat singulas sentētiās singulis suis ac commodare temporibus. Ex his iam consideratis soluitur argumētum, quod solent nobis obijcere contra dñm nostrum Christum fidei nostre hostes: Ea (inquiunt) quæ prænūciantur sub aduentu Messie futura, nō sic ut prænūciatur futura, per uestrum Christum fuerūt adimpleta. Nam de diebus Messie prædicatur, q̄ futura esset abundantia pacis, & q̄ ipse auferret bella usq; in fines terræ, & q̄ ad eum fluerēt oēs gentes, & q̄ dominaret a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū, & q̄ ipse filios Israel dispersos in quatuor angulis terræ congregaret in unum, & q̄ ipse missurus esset legatos ad gentes in mare, in Africam, in Lydiam, in Italiam, in Græciā, & ad insulas maris, & q̄ hi legati essent omnes fratres de cūctis gentibus adducturi, atq; portaturi in equis, in quadrigis, in lecticis, in mulis, alijsq; diuersi generis uehiculis ad montem sanctum dei in Hierusalem, quemadmodum dicitur Isaię ultimo, & q̄ filij Hierusalem & populus de longe uenturi essent, & q̄ multitudo maris & fortitudo gentium esset conuertēda, & uentura ad Hierusalem, & quod omnes de Saba uenturi essent, aurum, thus, & myrrham deferentes, laudem deo annunciantes, & quod filij peregrinorū essent ædificaturi muros Hierusalem, & reges eorum essent ministraturi eidem, & q̄ portæ Hierusalem essent aperiendæ iugiter, & non clauderentur die aut nocte, & quod omnes, qui detrahebant ipsi Hierusalem, essent uenturi & adoraturi uestigia pedum plebis illius, & q̄ nec esset amplius ei sol per diem, nec splendor lunæ ad illuminandum, sed quod dominus esset ei in lucem sempiternā, & q̄ dies luctus eius essent tunc completi, ut patet Isaię sexagesimo, & quod regnum Messie contereret ac comminueret quatuor regna sibi inuicem succedentia, utpote: Assyriorum, Chaldæorum, Græcorum, & Romanorū. Hęc & id genus alia, in scripturis prophetis de regno Christi olim prænūciata, carnalis Iudei obijciunt nobis dicentes, q̄ temporibus domini nostri Iesu non fuerit tanta pax, tantaq; bonorū copia, quāta prædicetur futura. Proinde ipsi cupientes uiuere in pace huius mundi, in diuitijs, in delicijs huius carnalis uitæ, hęc omnia in scripturis prophetarum uaticinata, expectant futura per regem suum Messiam, qualem sibi consingūt ex eisde scripturis præuocant carnaliterq; intellectis: non aduertētes geminū Christi aduentū, unum in humilitate ad euangelizandum pauperibus, & saluandū peccatores: alterum in gloria cum potestate magna ad iudicandum, & ad retribuēdum unicuiq; secundum opa, non attendētes scripturas plerasq; transitū facere de uno in aliū, & promiscue loqui de utroq; aduentu, & in primo aduētū nō simul adimpleri oīa, sed pau-

Carnalium Iudeorum obiectio contra Christi aduentum soluitur

latina

Itim secundum successionis seriem, usq; in consummationem seculi. In diebus domini nostri Iesu fuit quidem, & usq; nunc est abundantia pacis in monte Syon, seu in Hierusalem spirituali, hoc est, in ecclesia, non quomodo mundus dat pacem, sed quomodo Christus dedit, faciens ueram aeternae salutis pacem cum deo patre, operans remissionem peccatorum, & largiens spiritum charitatis inhabitantem corda credentium, qui facit multitudinis credentium esse cor unum, & animam unam in domino, dum principes populorum sanguinarii, omni crudelitate semota, depositis armis & gladijs, quibus utebantur contra populum dei, congregantur cum deo Abraham, iungentes se societati ac unitati ecclesie Christi in unitatem fidei. Et sic ex parte adimpletum est, quod dominus noster Iesus commouit omnes gentes, & quod regnum eius creuerit, & dilatatum fuerit in omnem terram, dum Christus in omni loco & gente per spiritum suum cecelitus in apostolos missum, subiecit ecclesiae suae gentes, non corporalibus armis aut prelijs, sed gladio euangelij sui, destruens idolorum cultum. Vnde regnum istud Christi congruo nomine appellatur ecclesia, quod interpretatur communitas seu cetus, a coeundo seu conueniendo in unum. Ecclesia enim Christi sancta unione laetatur, unione intellecta non secundum corporalem praesentiam, aut congregationem in unum aliquem locum, in unam aliquam prouinciam, aut terram secundum certos ullius spaciae terrae fines aut terminos: sed secundum compagine signaculi eiusdem fidei, charitatis unius spiritus Christi Iesu, unius spei aeternae uitae, unius religionis cum uno deo patre, omnium creatore, in omni gente & loco, siue facie se nouerint, siue non nouerint. Proinde quemadmodum & in superioribus diximus, esse in hac Hierusalem, esse in hac domo, esse in hac ciuitate, & properare seu aduolare ad montem sanctum Syon, non ullum certum exiguum locum, non tempus, aut patriam suis finibus terminatam, non cognationem ullam secundum propagationem carnis & sanguinis: sed ex omni natione & familia, quisquis se iunxerit ecclesiae Christi, olim ex Syon & Hierusalem ortae, is incipit & esse, & habitare in Hierusalem, in monte sancto Syon, incipitque esse filius Israel spirituali generatione secundum fidei spiritum, genitus ab Israel. i. a populo Israelitico, uidelicet ab ecclesia Christi & apostolorum, qui etiam secundum carnem descenderunt a Iacob patriarcha, qui alio nomine uocabatur Israel. Quamobrem & omnes Christiani ex gentibus credentes, quatenus Christiani sunt, praeter alias causas congrua ratione in scripturis appellantur filij Israel, & filij Abraham, & populus Iacob, propterea quod secundum spiritualem generationem geniti sunt ab ecclesia Christi, quae secundum successionis seriem originem habet ab ecclesia Christi & apostolorum, secundum carnem ex Israel descendit. Vnde his consideratis intelliguntur scripturae multae, quibus etiam sub priori aduentu Christi, praenuntiantur filij Iacob, & filij Israel, dispersi in quatuor angulis terrae adducendi in Hierusalem, & in montem sanctum Syon. Nempe ad hoc fuerunt apostoli a Christo legati ac missi in omnem terram, ut spirituales filios Abraham, Iacob & Israel generarent in Christo Iesu, ut ex gentibus in omni terra facerent homines in Christum credere, docendo, exhortando, admonendo, & consolando. Proinde

Christiani
recte dicuntur
filij Israel, si
Iij Abraham
&c.

& huius

& huiusmodi apostolorum ministeria sunt, quae appellantur apud Isaiam capite ultimo, nominibus uehicularum diuersi generis. Deinde & hoc considerandum, quod secundum euangelium Lucae de aedicto egresso a Caesare, ut describeretur uniuersus orbis, ac etiam secundum ethnicorum historias, supputationem faciendum sub temporibus Christi nascetis, corporaliterque conuersantis in hoc mundo, fuit olim abundantia quaedam pacis, prioribus seculis inaudita. Haec autem quae non erat pax illa, quae promissa erat per Christum futura in uniuerso mundo, quae iam perijt, uniuersis ferme regnis contra Caesarem belligerantibus, erat tamen umbra & excitamentum quoddam diuinitus preparatum carnalibus Iudeis, pacem hanc corporalem expectantibus, ut inde commouerentur & excitarentur ad intelligendum, iam aut instare, aut appropinquasse dies Messiae, de cuius pace futura tanta fuerat prophetae uaticinati. Vnde & Iudei, nisi Christum uere pacis auctorem interfecissent, etiam pacem quandam forsitan in sua terrena Hierusalem possedissent, nec tam atroci atque immani bello fuissent eieci extra terram illam. Nam & temporalia bona idcirco illi genti pollicebantur, quatenus ex illis promouerentur ad diligendum deum propter ueram pacem salutis aeternae, propter caelestia & sempiterna bona, quae non pereunt unquam. Proinde & huiusmodi spiritualis pax, spiritualisque congregatio in spirituali Hierusalem, spiritualia insuper bona futura in caelesti Syon, sunt multis scripturae locis designata, intellecta, & figurata in temporali pace, in corporali congregatione ad terrenam Hierusalem, in corporalibusque bonis, quibus fruebatur populus in terra illa. Et quia scripturae haec carnalia & temporalia bona frequenter promiscue atque permixtim ponunt sub eodem sermonis contextu, & interdum de his, interdum uero de illis loquuntur uerbis & nominibus translate acceptis: idcirco uigilare debet mens studiosi lectoris ad sententiarum cohaerentias, ne uel ad literam spiritualiter exponat, quod secundum literam corporali ter est accipiendum, uel econtrario. Vnde quod in uno aut altero scripturae loco de terrena Hierusalem, aut de terrena Babylone, & de pace huius mundi, & liberatione a seruitute corporalis captiuitatis ex manibus hostium, ad literam intelligitur: hoc plerumque in alijs scripturae locis non sic carnaliter, sed spirituales liter est accipiendum. Quod ex duobus iam locis scripturae sufficiat demonstrare. Caput Hieremiae tricesimum secundum, ad literam intelligitur partim de corporali liberatione, & reductione Iudeorum ex captiuitate Babylonica in terram Iudam, partim de spirituali: & permixtim nunc de una intelligit dei sermo, nunc de altera. Nam quod dicitur: Habitare eos faciam confidenter, & feriam eis pactum sempiternum. non uidetur (inquit Hieronymus) posse coaptari corporali liberationi ex captiuitate Babylonis. Talia igitur ad aduentum sunt referenda saluatoris. Quod autem in fine eiusdem capituli dicitur: Quia haec dicit dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos, & possidebuntur agri in terra ista, & reliqua haec iuxta literam, licet in typo (inquit Hieronymus) precesserint post reditum de Chaldeis, quando ad Cyri regis imperium populus est reuersus in Iudam, tamen spiritualiter in Christo & in apostolis uerius pleniusque

Hierem. 33.

complens

hæc sunt ita prorsus aliena a rege Nabuchodonosor & a rege Tyri, quin & principibus illis scriptura hæc conueniat per figuram hyperbolen locutionibus intellectis. Proinde & diuus Hieronymus, dum in libro v. commentario rum Isaia, capitula xiiij. & xiiij. cum sequentibus, usq; ad xxiiij. inclusiue historica expositione differuisset, in vi. & vij. libro eadem capitula iam secundum spiritualem intelligentiam interpretatur, docens oia, quæ contra Babylonem dicuntur, ad confusionem & interitum huius mundi pertinere, probans ex textu sensum illum spiritualem a spiritu sancto etiam per literam esse intellectum, propterea quod illic dicitur ad Israel: In die illa cum dederit tibi dominus deus requiem a labore tuo, sumes parabolam istam contra regem Babylonis. Quo cessauit exactor, quieuit tributum, &c. Si res (inquit) in rege Babylonis gesta, sit accipienda ut parabola, est ergo alteri rei comparata. Res autem cui parabola comparatur, uidetur esse quæ sequitur: Quo cecidisti Lucifer, &c. Illic ergo sub litera occultus insinuatur transitus de litera ad spiritum. Item quæ de Gog & Magog Ezechielis xxxviij. & xxxix. dicuntur, Iudæi carnaliter interpretantur dicentes, quod temporibus Messia, quæ sibi fingunt futuræ, Gog & Magog in prælium contra Messiam & Hierusalem sint uenturi, & quod illic principes illi cum exercitibus suis sint uincendi, ac subiiciendi dominio regis Messia in terra Hierusalem, quam arbitrantur fore totius orbis metropolim. Hieronymus autem relinquens carnalem Iudæorum interpretationem aliasque fabulas, generaliter interpretatur esse prophetiam omnium aduersariarum potestatum huius mundi aduersus ecclesiam Christi, intelligens per Gog, peruersæ doctrinae principem; per Magog autem omnes, qui imitantur illum. Ex lib. Apocalyp. cap. xx. discimus prophetiam hanc esse referendam ad nouissimam persecutionem, quæ fiet in fine mundi sub Antichristo: quemadmodum docet Augustinus, xx. de Ciuitate dei, capite xi. dicens: gentes, quas scriptura appellat Gog & Magog non sic esse accipiendas, tanquam sint aliqui in aliqua parte barbari constituti, siue quos quidam suspicantur Getas & Massagetas, propter literas horum omnium primas, siue aliquos alios alienigenas, & a Romano iure semotos, sed toto terrarum orbe significati sunt isti esse. Sicut enim Hierusalem siue dilecta ciuitas, contra quam uenturæ Gog & Magog, non est secundum aliquem unum locum accipienda, sed est ecclesia in toto terrarum orbe diffusa: Ita & persecutio ecclesie a Gog & Magog erit ubicunque fuerit ecclesia ab Antichristo & satellitibus eius persecutio nem passa. Hactenus de duobus Christi aduentibus, aliisque rebus in scriptura sacra promiscue positis.

¶ Quartum cap. de dissoluendis apparentibus scripturarum contrarietatibus.

Multis præterea in locis scripturae sunt difficiles & obscuræ, propterea, quod in eis multiplex uidetur esse contrarietas, in præceptis, in historijs cæterisque sententijs. In huiusmodi ergo contrarietatibus, cum ipsæ occurrere uidentur studioso lectori, talis obseruanda est regula: Quæ in scripturis inter se uidentur esse contraria, non considerantibus causas, personas, tempora, & rationes, hæc propter tacitam uel expressam diuersitatem aut causarum, aut rationum, locorum, aut temporum, aut personarum, inter se non pugnant. Sunt diuinae

Regula dissoluendi apparentes scripturarum contrarietates.

nae quaedam prohibitiones & præcepta, quæ suas habent rationes, sua tempora, suos fines suasque personas & personarum ætates. Aliud magister adulescenti, aliud puero solet imponere; aliud agricola iubet in estate, aliud in hyeme. Sic Salomon in Prouer. docet, ut respondeamus stulto iuxta stultitiam: & item prohibet, ne respondeamus stulto iuxta stultitiam suam. Sed illud faciendum esse docet, ne stultus uideatur sibi sapiens esse. Vetat autem facere, ne similes ipsi efficiamur. Responde (inquit) stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens uideatur. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam, ne similis ei fias. Hic uides ea, quæ apparent inter se contraria præcepta, pro diuersitate rationum inter se non pugnare, neque sibi inuicem contradicere. Nouerunt dialectici contradictionem esse unius & eiusdem, non nominis tantum, sed nominis & rei simul, ad idem, secundum idem, similiter & in eodem tempore. Sic olim Tertullianus in libro de præscriptione hæreticorum, docuit apostolos pro temporibus, personis, & causis quaedam reprehendisse, quæ & ipsi pro respectu personarum custodiebant & obseruabant. Sic diuersa sunt tempora, pro quibus Christus apostolis suis præcepit contraria. Quod ante passionem eis dixit: In uiam gentium ne abieritis, sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel, uidetur contrarium ei, quod post resurrectionem dicit: Ite in mundum uniuersum, docete omnes gentes. Sic & gesta operaque sanctorum reperuntur interdum contraria, quæ tamen recte & sapienter sunt ab eis facta. Moyses & Hieremias recusant mitti. Moyses ait: Obsecro domine, mitte quem missurus es. tanquam dicat: Prouide alium quem mittas. Hierem. quique mitti recusans, ait: A, a, a, domine nescio loqui. Contra propheta Isaias mitti desiderabat, dicens: Ecce ego domine, mitte me. Sed habet rationem Isaias se offerens, ut mittatur: habet & rationes Moyses & Hieremias mitti recusantes. Sic apostolus Paulus, dum Antiochia reprehendit simulationem Petri, subtrahentis se a communione gentium propter metum Iudæorum, uidetur fecisse illi doctrinae contrarium, dum propter metum Iudæorum & circumcidit Timotheum, & rasit sibi caput, & obtulit legis sacrificia. Item præcepta, quibus dicitur: Nolite eradicare zizania, sed finite crescere, contraria uidentur ei, quod dicitur: Expurgate uetus fermentum. auferte malum a uobismetipsis. id est hominem malum a uestro consortio separate. Sed nulla erit contrarietas, si consideremus huiusmodi prohibitiones uel præcepta gestaque apostolorum contraria, habere suas rationes uel causas: quibus cessantibus, cessant obligationes. Vnde Tertullianus, in lib. de fuga in persecutione, tractans uerbum domini ad suos discipulos: Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. & uerbum domini de non resistendo inimicis. Item: Ego dico uobis non resistere malo. Qui uoluerit tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & cætera, quæ dicuntur in Matthei v. Omnium (inquit) dominicarum sententiarum luce sunt causæ, & regulæ, & termini, & non in infinitum, nec ad omnia spectant. Et quæ Hieronymus in lib. de uiris illustribus, testatur hoc Tertulliani opus, & alia quaedam eius opera esse aduersus ecclesiam scripta, in hac tamen interpretatione scripturarum nihil asserit contra ecclesiastica dogmata. Saluator cum dicit: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. non intelligit uniuersaliter secundum

Matth. 10.

Matth. 23.

Gal. 2. Act. 16. 21

1. Cor. 5.

Tertullian.

Mat. 10. & 5.

Hier. de scrip. Tertul.

Matth. 5

k ij omniū

omnium dicendi modū, sed de illo, qui quadā ex causa id dixerit, qui uidelicet contumelig causa id fecerit: alioqui Christus & apostoli essent rei, appellātes discipulos suos stultos & insensatos. Deinde Tertullia. in lib. de monogamia, discutit intellectum sententiarū Pauli. ad Cor. vij. Interpretatio (inquit) capituli de hoc erit examinanda, an & tempori, & causā, & exemplis ac argumentis, & sententijs tam precedentibus, q̄ sequentibus, & ipsius (inquit) Pauli consilio proprio congruat. Nec ob id falsa putanda est hæc regula, q̄ illic eadem regula ipse Tertullian. abusus sit, scripturas aliter q̄ oportuit exponēs, existimans illicitas esse secundas nuptias. Nam & heretici multa dogmata de scripturis exponendis obseruare se putant, quæ tñ nō seruāt. Quisquis ergo integer & fidelis fuerit scripturæ sacrę expolitor, is præcipue scripturas, quę uidentur contrarias intimare sentētiās, in unum fidei dogma conuenire declarat, ostendēs nō esse ullam in scripturis contradictionē. Hereticus autē, q̄ scripturas deprāuare conatur, in diuersos sensus unum fidei dogma disrumpēs, illa tñ de diuinis scripturis testimonia colligit, quibus proprium suū dogma sibi constituat; tacitis scripturis, quę contrariā sententiam uidentur comprobare. Et quis operosum foret singula, quæ in scripturis contraria inter se uidentur, explanare: tñ ut supradictæ regulæ euidentior clarescat assertio, colligemus pauca quædam ex scripturis contrarietatiū gñā, quibus ad concordiam reductis, facilius uidebitur qd in ceteris & similibus scripturis faciendum erit. Primum uidentē contrarietates in scripturis, explicantibus nobis diuinas uoluntates ac operationes super humanū genus. Sunt etiam scripturæ, tribuētes salutem & perditionē, seu indurationē, ceteraq̄ omnia diuine uoluntati, tanquam illi nemo possit resistere: & eandē diuinam uoluntatē totam esse causam uitæ & mortis, salutis & perditionis, & hominem esse in manu dei, sicut utum in manu figuli: ex quibus consequens uidetur, nihil esse liberę hominis arbitrium. Huiuscemodi sunt scripturæ: Non est uolentis, neq̄ currentis, sed dei miserētis. Deris cuius uult miseretur, & quę uult indurat. Sicut lutum in manu figuli, ita uos in manu mea dicit dominus. Sunt rursus scripturæ, quæ in contrariā sententiam uidentur tribuere totum uoluntatibus hominū, libere aut concordantium sese, aut aduersantium & resistentium diuinæ uoluntati & spiritui sancto, & hominē saluū fieri posse si uoluerit, & deum uelle oēs saluos fieri, eumq̄ nolle mortē peccatoris, sed magis, ut conuertatur & uiuat. Sed huiuscemodi scripturas concordabimus ex supradicta regulā, pensantes per sonas, ad quas, uel de quibus loquitur sermo diuinus. Deus nō uult ulla morte fieri super hominē, nisi propter culpam inuentā & datam ab homine. Post peccatum Adę uult fieri super hominū genus miserētis, & nō uoluit super hominē fieri ante peccatū. Interdū ergo explicat scripturæ uoluntatē dei, ut iudicis & punientis peccatū, interdū uero explicat uoluntatē dei, ut conditoris & instituentis hominū genus. Sic ipse mortē non fecit, sed homo peccās sibi mortem præparauit. Secundum hanc considerationem concordantur scripturæ, quæ inter se pugnare uidentur, utpote: Deus mortē non fecit. Mors & uita a dño deo. Deus mortem non fecit, quia humanum genus instituens, crea-

Error Tertulliani.

Astutia hereticorum.

De scripturis explicantibus uoluntatem dei circa genus humanum, in specie contrarijs

Roman. 9.

Hierem. 18.

1. Timot. 2.

De dei uoluntate erga genus humanū

Quo deus mortem non fecit.

creauerat hominem immortalem, & tamē ipse idem deus mortem fecit, hominis peccatum morte uindicans. Interdū autē scriptura explicat uoluntatem dei ut boni patris miserentis, & ignoscentis peccatum. In scripturis igitur cum legitur, deus indurare, excæcare homines, tradere in reprobum sensum, & in passionem ignominie, non ex sua bonitate, sed prouocatus peccatis hominū intelligendum est ipsum hæc facere. Interdum explicat simplicem uoluntatē dei super hominē peccatorem, iam mortis reum, cuius & uita & salus pendet in sola misericordia dei, qui nullam facit iniuriam, si noluerit misereri ipsius, qui iam reus est mortis. Secundum hunc uolendi modum loquitur Paulus ad Romanos nono: Deus cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Patebunt autē hæc latius in sequentibus. Multæ sunt scripturæ, quę inter se uidentē contrariæ: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me patris. Item qd apud Ioan. 7. Ioannem dicit: Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitā æternam. contrarium uidetur ei, quod paulo post loquitur: Spiritus est, q̄ uiuificat, caro nō prodest quicq̄. Alibi cum dixisset Iudæis: Et me scitis, & unde sum scitis. mox uelut a seipso dissentiens loquitur: Verus est, qui misit me, quē uos nescitis. Ioanis 1. Alicubi dicit Christus: Ego non iudico quēq̄. Alibi autem testatur scriptura de Christo: Pater omne iudiciū dedit filio. Item cum alibi dicat, uxorem, excepta fornicatione, dimitti non posse: alibi hortatur, ut uxor dimittatur. Omnis (inquit) qui reliquerit uxorem, &c. propter me, centuplum accipiet. Alibi docet scriptura, patrem, matrem, & uxorem, esse diligendos, alibi præcipit eos odio habēdos. Marcus ait: Erat hora tertia, & crucifixerunt eum. Ioannes autē dicit: Erat autem parascæue paschæ, hora quasi sexta, & dicit Pilatus: Ecce rex uester. Apud Matth. Christus loquitur pharisæis: Qui non est mecum, contra me est. Apud Marcum autē de quodā, qui in nocte Iesu eiciens dæmonia, nolebat sequi discipulos, ait: Nolite prohibere eū. Qui nō est aduersus uos, pro uobis est. Quo non est aduersus Christū, nō uult esse in societate discipulorū Christi: Sed nullā in his sermonibus esse contradictionem, satis plane indicat diuinus ipse sermo. Quod dicit Christus: Mea doctrina non est mea. intelligit, mea doctrina non est mihi a memetipso, sed a deo patre, a q̄ accepi quicq̄ habeo. Quod dicit: Qui edit meam carnē, et bibit meum sanguinē, habebit uitam æternam. ex sententiæ cohærentia intelligitur acceptū, non de omni, sed de quodam manducandi modo, secundum quem habet uitam æternam, quisquis manducat carnis & sanguinis sacramentum in spiritu fidei, & in commemorationē passionis dei, mortui pro peccatis mundi. Scripturæ iubentes patrem, matrē, & uxorem dimittendos esse, intelliguntur, q̄ sunt dimittendi in causa fidei & morum, hoc est, scdm ea, in quibus obtinēt Christo, aut retrahūt nos a Christo: & scdm huiuscemodi causas sunt odiendi. Non prohibuit diuinus sermo parentes & uxores diligere, sed plusq̄ Christum diligere prohibuit. De hora crucifixionis differentia inter Marcū & Ioannē concordat Augustinus, dicens q̄ Marcus occulte uoluit ostēdere eos magis crucifixisse, q̄ hora tertia clamabāt ut crucifigeret, q̄ Pilati milites: qui hora sexta nondum exhibuerunt ministeriū suo principi. Sentētiās apud Marcū

Quatenus deus hominem iudicat, &c.

Ioan. 7. Ioan. 6

Mar. 15. Ioan. 19

Math. 23. Marc. 9.

k ij Marcū

Marcum & Mattheum non discordare manifestū est. Nam de quo loquitur Christus apud Marcū, dicens: Qui nō est aduersus uos, est pro uobis. i. is (inquit August.) intantū erat pro discipulis Christi, in quantum operabat uirtutes in nomine Christi. In quantum uero societati eorū noluit adherere, aduersus eos erat; nō tamen sic erat aduersus societate discipulorū, ut eam ipse tanq̄ inimicus & hæreticus improbarer, aut blasphemaret; non sic aduersabatur Christo, quem admodum apud Mattheum pharisei, dicētes Iesum eijcere demonia in Beelzebub principe demoniorū: sed sicut solent homines nō audere suscipere baptismum Christi, & tñ fauere nomini Christiano, ita ut obsequatur etiam Christianis. Et idcirco cum dixisset: Nolite prohibere eum, qui em̄ non est aduersus uos, pro uobis est. continuo subiicit: Qui enim dederit potū aquæ frigide in nomine meo, non perdet mercedem suam. Ex hac erga Christianos beneuolentiā etiam homo non baptizatus, ita misericordia dei gubernatur, ut ad baptismum quoq; & societate ecclesie pertenet. Et idcirco talis etiā utilior est ecclesie, q̄ hi, qui cū Christiani appellent, scandalizāt Christianos ut ruant in ea, quibus eant in gehennam: quos & Christus illic paucis interpositis appellat nomine manus & pedes, in quibus intelliguntur hi, quorū in rebus huius uitæ quotidiano egemus auxilio, quos tamen sic nos scandalizantes, a societate nostra debemus rejicere. De libello repudiij uidetur contrarietas inter euangelistas. Nam apud Matth. cum Christus doceret nō esse relinquendam uxorem, pharisei leguntur eum interrogasse: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudiij, & dimittere? Quibus Christus nō ait Moysen mandasse, sed ad duriciam cordis permisisse ut uxores dimitterent. Apud Marcum aut phariseis dicentibus, Moysen permisisse libellum repudiij, respondet Christus: Ad duriciam cordis permisit Moyses præceptū hoc. Sed diligenter uerba Christi ponderātes, uidebimus nullam esse contrarietatem. Nam aliud est dimittere uxore, aliud dare libellum repudiij. Dimittere uxorem, non præceptū, sed ad duriciā cordis erat permittum; & hoc uoluit Christus apud Matth. de dimissione uxoris respondens. Dare aut libellum repudiij præceptū erat his, qui uolebant uxores dimittere; & hoc uoluit Christus apud Marcum de libello repudiij dando, explicans præceptum. Contrarietates uidentur inter Mattheum & Lucam in genealogia Christi. Non em̄ uidetur posse stare iuxta Matth. q̄ Ioseph Mariæ uir fuerit filius Iacob, ex stirpe Salomonis: & q̄ iuxta Lucam fuerit filius Heli ex stirpe Nathan, qui frater fuerit Salomonis. Sed hanc controtersiam iam olim diremerunt sancti p̄res, dicentes q̄ Ioseph Mariæ sponus fuerit filius Iacob genitura, & simul filius Heli siue Ioachim lege uxoriam. Nam cum uir & uxor una sit caro, qui pater est uxoris mex, is & mihi pater appellatur. Vnde pater Mariæ, noīe Ioachim, sancte Annæ maritus, alio nomine uocabatur Heli. Item quod apud Ioannē euangelistam præcursor domni Ioannes Baptista dicit: Prior me erat, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quē uideris spiritū descendente & manente, hic est qui baptizat in spiritu sancto: & ego uidi spiritum sanctum descendente, & testimonium perhibui. Hic uis

Contrarietas
scrip. de lib.
repudiij.
Matth. 17.
Marci 10.

Matth. 1.
Lucæ 3.

Ioan. 1.

detur Ioannes Baptista dicere se nō nouisse secundū faciem Christum, prius q̄ uideret spiritū sanctum descendente tanq̄ columbā super ipsum: qd̄ uideē esse contrariū ei, qd̄ apud Matth. dicit ad Iesum, nō audens tangere sanctum dei uerticem: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me: & reliqua. Chrysolomus breuiter hanc contrarietatem concordat, dicens: Cum Ioannes (inqt) dicit: Ego nesciebam eum. uult significare se per aliqd̄ tēpus nō nouisse Christum scdm̄ faciem, siue Christi personā: cum hoc tñ stat, q̄ nouerit illum iam in eremo ad se ueniente, sicut exultauit in utero ad Christi præsentiam: ita iam desuper illustratus spū sancto, nouit Christū iam ad se uenientem in eremo. August. magis est in hac obscuritate elucidanda occupatus, dicēs Ioannē ante nouisse de Iesu quēdā, & etiā quēdā ignorasse. De illo nouisse quidē Christū esse filiū dei incarnatū, & peccata remittere, & ueri baptismi esse authorē, sed nondū nouisse eum esse talem, q̄ baptizaret in spiritu ex potestate sua solius, æqualiter operantis per oēs, q̄ baptizant, tam malos, q̄ bonos: didicit Ioānes baptismi effectū non pendere ullo modo a bonitate ministri baptizantis. Posuit quidē deus dare potestates baptizandi inæquales, quibus cōtingeret meliorem esse baptismū unius ministri, q̄ alterius: sicut maior erat uirtus operandi miracula in Petro, q̄ in alijs: sed noluit sic facere, ne spes poneretur in hoīe, dum tot uiderent esse baptismatū differentie, quot baptistarū græ. Deinde solet queri, quō Matth. & Lucas cōmemorauerint præcepisse dñm discipulis, ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus, ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantū. Insuper quō Mattheus præcipiat, ut neq; calceatneta possideant, cum iubeat apud Marcum, ut sint calciati sandalijs. Priorem difficultatē soluit Augustinus, sub alia significatione dictum esse uirgam, quæ secundum Marcum ferenda est; & sub alia illam, quæ secundum Mattheum & Lucam non est ferenda. Illa, utpote ferenda uirga, erat uirga euangelica, seu potestas uiuendi ex euangelio. In uirga, quam portare non poterant, intelligitur uirga corporalis reponenda & custodienda pro defensione: iussit enim, ut nec minimum quid pro suæ uitæ præsidio seu sustentatione deferrent. Aliam difficultatem soluit, dicēdo aliud esse calceamenta possidere, aliud esse calceatum sandalijs, ut neq; pes sit desuper tectus, neq; nudus super terram. Vnde hæc omnia præcipit Christus, ut sursum esset affectus, non super terram, ut absque sollicitudine temporalium, de crastino præter necessitatem præsentis temporis nihil possiderent, neq; duas tunicas haberent, si una sufficeret. Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Quicquid nostro corpori (inquit Hieronymus) sufficere potest, & imbecillitati succurrere hoīm, quos natura nudos profudit, hoc una appellanda est tunica: & quicqd̄ in præsentibus alimentis necessarium est, hoc unius diei uictus appellatur. Vnde præcepta omnia, quæ dure sonare uidentur, & esse contra humanitatis officia, quēdam modum ex superioribus patet, ciuilitate sunt interpretanda secundū rationes & causas, aut secundum tropos & metaphoras ad mysticū quēdam sensum sunt intelligenda. Quod saluator discipulis iussit: Neminē salutaueritis in uia. durum & superbū, nec mansueti & humilis domini præcepto conuenire uideē,

Matth. 23.

Chrysol.

Augustinus.

Matth. 10.
Marci 6.

Hierony.

cum iste communis gratiæ sit usus. Nam & gentiles cum Christianis habent huiuscemodi officiorum commercia, Proinde considerandum est, quod dominus hoc precepto non simpliciter uoluit hunc usum humanitatis auellere. Nec hoc solum dixit; neminem salutaueritis, sed adiecit: in uia, ut significet (inquit Ambrosius) non salutationis officium, aut sedulitas, sed obstaculum impediendæ deuotionis auferri, ut quoniam diuina mandant, paulisper sequentur humana: ut dum sumus in terra in executione diuini ministerij, non retardemur confabulatione alicuius obuij. Sic & Helizus, cum mitteret puerum suum, qui baculum ipsius poneret super corpus mortui pueri, mandauit ei ne quem salutaret in uia. Quod Christus Matthæi xvi. præcepit discipulis, ut nemini dicerent, quod ipse est Iesus Christus, uidetur esse contrarium ei, quod ipse miserit discipulos ad prædicandum aduentum suum. Sed hoc non esse contrarium intelligimus ex diuersitate temporum & rationum, quibus fit, ut non sit absurdum diuersis temporibus unum & idem ex alia ratione nunc præcipere & uetare. Deinde aliud erat, ad quod prædicandum ipse misit discipulos, Matthæi decimo: aliud, quod prædicari uetuit Matthæi xvi. Illic enim misit discipulos ut prædicarent regnum dei, & ut prædicarent ex autoritate, dedit illis potestatem curandi omnem languorem. Petro autem uetuit ne cui diceret, quod ipse esset Christus filius dei uiui, addens causam, quia oportet filium hominis multam pati, ac si dicat: inutile adhuc est meam diuinitatem manifestare turbe, que mox me sunt uisura flagellatum, crucifixum & morientem. Postquam autem filius hominis a mortuis resurrexerit, tempus erit manifestandæ diuinitatis. Cæterum difficiles, & inter se contrariæ uidentur scripturæ de gratia & libero arbitrio, quibusdam significantibus deum expectare impios, ut ipsi sese conuertant, ut ipsi cor nouum faciant, & iniquitates abijciant. Propterea expectat uos deus, ut misereatur uestri, Dissimulat peccata hominum propter poenitentiam. Ignoras (inquit Apostolus) quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit, seu inuitat: Vnde & in Iob coarguitur impius: Dedit ei dominus locum poenitentis, & ille abutitur ea in superbia. Alijs uero contrarium dicentibus, non esse uolentis, neque currētis hominis iustificari, scilicet a peccato, sed dei miserētis, qui gratis unumquemque iustificat. Si ex operibus est iustitia (inquit Apostolus) ergo non ex gratia. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex uobis: dei enim donum est, non ex operibus. Ex quibus uidetur consequens, hominem nihil posse facere, quo perueniat in iustificationem. Sed hæc non esse contraria patet considerantibus nulla esse merita nostra, quibus mereamur iustificari: non tamen iustificamur absque motu liberi arbitrij cœlitus attracti, consentientis deo uocanti, ut sanctum spiritum desuper in remissionem peccatorum accipientes efficiamur iustificati, ac deinceps ducti ex eodem spiritu ambulemus in lege domini, quotidie colluctantes contra carnis & huius seculi desideria. Insuper quod dicit Iacobus: In multis offendimus omnes, non esse contrarium ei, quod alid dicit cap. ij. Qui ostendit in uno, factus est omnium reus. hinc patet, nam aliud est offendere in multis, utpote ociose aut uane cogitando, uel loquendo: Aliud, offendere in aliquo uno decalogi precepto contra charitatis legem, utpote

Ambrosius

+ Reg. 4

Contrarietas
scrip. de gra
& lib. arbit.

Iob 24

Quatenus ex
operibus iusti
ficamur.

Iacobi 2, & 3,

utpote homicidium, adulterium, aut falsum testimonium agere, de quibus loquebatur capite ij. Amplius autem & hic considerandum, quod interdum diuersi euangelistæ & prophetæ uidentur unum & idem factum uoluisse recitare, qui tamen non sic, sed res diuersas narrant: quemadmodum apud Matthæum interdum in diuersis locis & temporibus recitantur gesta & miracula ita similia, ut si a diuersis euangelistis forent scripta, uiderent non diuersa, sed eadem esse: ueluti apud Matthæum duo recitantur miracula de multis hominum milibus, in deserto saturatis ex paucis panibus & pisciculis. Primum in cap. xiiii; leguntur quinque milia uirorum ex quinque panibus & duobus piscibus in deserto satiati, collectis duodecim cophinis plenis fragmentorum reliquijs. Capite uero xv. leguntur in deserto saturati quatuor milia uirorum ex septem panibus & paucis pisciculis, collectis septem sportis reliquiarum plenis. Vtrunque miraculum factum recitat Marcus sub eodem contextu, cap. viij. Hic quia sub ordine & differētia temporum recitantur ab eodem Euangelista, sunt procul dubio diuersis temporibus facta miracula: quæ tamen si separatim recitarentur a diuersis euangelistis, daret legentibus occasionem existimandi, eosdem uoluisse unum idemque factum recitare: & ita alterum uel non integre & ueraciter recitasse, sed uel obliuione deceptum, pro quinque panibus septem posuisse. Ex hoc iam discimus, si apud unum euangelistam aliquid factum narratur, quod uidetur ab alio euangelista etiam recitatum, secundum aliquem tamē sui partem alteri repugnans, ut omnino solui non possit, iam nihil aliud intelligatur, quam utrunque in diuersis locis aut temporibus factum esse, & ita utrunque euangelistam uerum dixisse. Nihil enim obest ueritati euangelicæ, si unus commemorat, quod alter tacet. Vnde etiam atque etiam retinendum est, sæpe Christum diuersis temporibus, & dixisse eadem, & fecisse similia, Matthæi xij. scribis & pharisæis petentibus signum de cœlo, respondit: Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Hæc & alibi, alioque tempore Christum dixisse ad scribas & pharisæos, patet ex capite xvi. apud eundem Matthæum. Sic & uerbum illud: Multi sunt uocati, pauci uero electi. concludit parabolam saluatoris de operarijs denario diurno conductis in uineam, Matthæi xx. quod idem est finis parabolæ alterius, que est de inuitatis ad nuptias uenire nolentibus, Matthæi xxij. Deinde Mariam Magdalenam uinxisse pedes Iesu, semel in domo pharisæi, cuius nomen Simon, ubi remittentur ei peccata, antequam Lazarus esses mortuus, ut patet Lucæ viij. & Ioannis xi. Semel in domo Simonis leprosi, quod alius uidetur fuisse a Simone pharisæo: quod accidit Lazaro iam mortuo ante sex dies pasche. Sic & parabola prefata, quam assumit saluator Matthæi xxij. de homine rege, qui fecit nuptias filio suo, mittente seruos suos inuitare ad nuptias, uidetur aut esse eadem, aut prorsus significare idem cum parabola, quam recitat Lucas de homine, qui fecit cocenam magnam. Sed hanc non esse eandem, patet in eo, quod hic per nuptias prefentem ecclesiam, extra quam eiiciendus est, quisquis sine nuptiali ueste inuentus fuerit: illic uero per cocenam magnam futuram ecclesiam designet, quam quisque semel intrauerit, ulterius repellit non poterit. Item bis accidit, quod Petrus cum filijs

Elegās regu
la cœcordan
di euangelist.Magdalena
bis Chri pe-
des uinxisse,

Lucæ 14

Luc 9 filijs Zebedei piscantibus per totam noctem, nihil prendiderunt. Semel ante passionem secus stagnum Genazareth, ubi Christus dixit: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Cui Petrus: Praeceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete. Secundo autem ad mare Tyberiadis post resurrectionem, ubi ascenderunt in nauim, & tota nocte nihil prendiderunt. Sed hoc factum longe diuersum est, non solum secundum locum & tempus, sed & secundum res ipsas. Nam hic retia in dexteram partem missa, centum quinquaginta pisces magnos ceperunt, & non sunt con fracta. In facto autem recitato a Luca ante resurrectionem, retia prae multitudine piscium rumpebatur. Alio tempore factum est, quod recitat Ioannes Iesum apparuisse discipulis, & dixisse illis: Sicut misit me uiuens pater, & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Alio autem tempore, quod recitat Matthaeus Iesum apparuisse discipulis, & dixisse illis: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Eunt ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nam illud apud Ioannem dictum est apostolis ipso die resurrectionis, ut pater ex Ioannis euangelio. Istud autem apud Mattheum, longe post dictum est eis, iam ex Hierusalem profectis in montem Galilaeae, ubi constituerat eis Iesus. Bis ergo Iesus discipulos misit, semel ut peccata remitterent, semel ut docerent omnes gentes, & ut baptizarent. Sic & in libris Moysi discimus, quod deus bis aquas de petra duxerit filijs Israel, prae siti murmurantibus, semel ante legem datam, ubi Moyses uirga iubetur percutere petram Oreb, Exodi decimo septimo. Secundo post legem, ubi Moyses uirga sua bis silicem percussit in loco, quem uocauit, aquas contradictionis, Exodi uigesimo. Quod Paulus dicit: Sicut ego per omnia omnibus placeo. uidetur esse contrarium illi, quod dixit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Sed non est dissonantia, si intelligamus Paulum per omnia sua opera placuisse omnibus, quia omnia sua sic faciebat, ut omnibus placere debebant, dum omnia sua sic faciebat, ut nulli aut scandalum, aut offendiculum praestarent. Super his, quae circa tempus resurrectionis acciderunt, uidentur contrarietates & difficultates esse inter euangelistas. primum, quod Matthaeus dixerit: Vespere sabbati illucescente, in una sabbati dominum surrexisse, cum Marcus resurrectionem eius mane esse factam commemoret, ita scribens: Surgens autem Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariae Magdalene, de qua eiecerat septem daemonia. Secundo, Quomodo secundum Mattheum angelus super lapidem sedebat, foris scilicet reuolutum a monumento. Secundum Marcum autem, angelus in specie iuuenis, sedit intus in dextris, coopertus stola candida. Praeterea quomodo singuli angeli uisi sunt sedentes, unus secundum Mattheum foris super lapidem, alter secundum Marcum intus a dextris, cum secundum Lucam angeli in specie uiroꝝ in ueste fulgenti leguntur stetitisse secus mulieres. Tertio, quo secundum Marcum mulieres exeuntes, fugerunt de monumento, inuaseras enim eas timor, & nemini quicquam dixerant. cum dicat Matth. eadem mulieres exiisse cum timore gaudioque magno, curretes nunciare discipulis.

Quarto

Quarto uidetur contrarietas super hora, qua mulieres uenerunt ad monumentum, cum Mattheus dicat: Vespere sabbati, quae lucefcit in prima sabbati, uenit Maria Magda. & altera Maria uidere sepulchrum. & Marcus dicat eas uenisse ualde mane una sabbatoꝝ, orto iam sole. Ioanes autem dicat eas uenisse mane, cum adhuc essent tenebrae, quae non stant cum orto sole. Quinto uidentur esse contrarietates super Magdalena. Nam Ioanes describit Mariam Magdale. uenisse ad monumentum, & nondum angelo uiso cucurrisse ad Simonem Petrum, ac indicasse Iesum esse sublatum. Mattheus autem indicat Magdale nam uidisse angelum, & exisse de monumento cum gaudio, & cucurrisse ad apostolos, ac nunciassse ipsis dominum surrexisse. Sexto, apud Ioannem dictum est eidem Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Mattheus autem describit Iesum occurrisse Magdalene, alijsque mulieribus, & easdem tenuisse pedes eius, & adorasse. Si Magdalena secundum Mattheum admittitur tangere dominum, quomodo secundum Ioannem prohibetur? & audit a domino: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Septimo, Quo Christus Matthei xij. dixit: Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus. cum tamen Christus solum una die & duabus noctibus fuerit in sepulchro. Octauo, quo Mattheus & Marcus scribant apostolis mandatum esse per mulieres, ut irent in Galilaeam dominum reuisuri: cum ipsum Lucas & Ioannes Hierosolymis ab illis uisum esse perhibeant. Si Mattheus insinuat dominum post resurrectionem primum in Galilaea esse uisum a discipulis, cur Lucas & Ioannes testantur Iesum esse a discipulis uisum ipso die resurrectionis? Rursus, quo Ioannes & Lucas testantur Iesum in Hierusalem illo die, scilicet resurrectionis, stetit in medio discipuloꝝ, & dixisse: Pax uobis. & iuxta Ioannem ostendisse eis manus & latus, & insufflasse, atque dixisse: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. cum Mattheus nihil tale dicat, sed cum insinuasset quid ab angelo & a domino Iesu sit mulieribus dictum, & illis abeuntibus subiecisset, quod de corruptis ad mentiendum custodibus sit gestum, continuo subiecit: Undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam in montem, ubi constituerat illis Iesus, & uidentes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt, & accedens Iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Eunt ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docetes eos seruari & quaecumque mandauit uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem saeculi. ita Matth. conclusit suum euangelium. Ex quo uidetur consequens esse, dominum post resurrectionem in Galilaea primum esse a discipulis uisum, quod contrarium est his, quae Lucas & Ioannes docent, ipso die resurrectionis dominum esse uisum a discipulis in Hierusalem, quae ita longe est a Galilaea, ut uno die ab ipsis in utroque loco uideri non possit. Si ergo Iesus iuxta Lucam & Ioannem fuerit uisus a discipulis sub initio noctis, ipso die resurrectionis, non igitur die, quo resurrexit uiderunt dominum in Galilaea, neque in sequentibus octo diebus apparuit undecim in Galilaea. Nam Ioannes dicit dominum apparuisse discipulis octauo die, ubi primum uidit eum Thomas

mas

Ioan. vlt.

mas, qui non fuerat cum alijs discipulis, dum eis appareret Iesus ipso die resurrectionis. Nono, quō Ioannes docet Iesum ad mare Tyberiadis a septem piscantibus esse uisum, & hoc ipso iam tertio se manifestasse suis discipulis, cū ex alijs euangelistis sit manifestum, plures q̄ duas antecessisse hanc manifestationem. Nam ex euangelio claret, q̄ ipso die resurrectionis, præter q̄ a mulieribus uisus est, ter se manifestauit, semel Petro, iterum duobus discipulis euntibus in Emaus, tertio pluribus, inter quos non erat Thomas. Quō ergo manifestat se tertio, & hoc iuxta mare Tyberiadis. Postremum aut̄ obscuritas est, quō ea, quæ de manifestatione resurrectionis recitant euangelistæ, consonant his, quæ Paulus tradit i. ad Cor. xv. dicens: Christus resurrexit tertia die, & apparuit Cephe, & postea duodecim. Deinde apparuit plusq̄ quingentis fratribus simul, ex quibus quidā manent usq̄ adhuc, quidam aut̄ dormierunt. Postea apparuit Iacobo, deinde apostolis omnibus, nouissime aut̄ oīm tanq̄ abortiuo mihi. Hunc ordinem nullus euangelistarū tenuit, sed aduersari uidetur eorundem euangelistarū contextui. Neq̄ em̄ potuit quingentis fratribus simul sese manifestare ante suam ascensionē Christus, & præcipue ante apparitionē, qua apparuit Iacobo, & omnibus apostolis, cum nondum tantus erat credentium numerus, qui Actū i. describit fuisse centum & uiginti hominum. Sed in his nō esse ullam contrarietatem manifestum erit, primum si intelligamus unum euangelistam tacuisse, quod alter expressit. Matthæus tacuit de angelo, quem mulieres intrantes uiderant. Marcus uero de illo tacuit, quem foris uiderant sedentem super lapidem: & ita duos uiderunt, & duos si gillatim audierunt de Iesu loquentes: aut si unus & idem angelus apud Matthæum & apud Marcum intelligatur esse designatus, necesse est, ut unus & idem intelligatur secundum aliquem sensum esse & foris & intus. Foris quidem, hoc est, ante locum faxei sepulchri, quod fossum erat in petra. Intus tamen. i. in horto quodam secundum maceriem distincto, in quo & cōstitutus erat locus ille faxei sepulchri. sic em̄ habet euangelium Ioannis: Erat autē hortus in loco, ubi crucifixus est Iesus, & in horto monumentū nouum. Deinde & sciendum est secundū diuum Hieronymum in epistola ad Hedibiā, quæ questione iiii. Sanctas sceminas Christi absentiam non ferentes, per totam noctē non semel, nec bis, sed crebro ad sepulchrū domini cucurrisse, præsertim cum terræ motus, & saxa diruta, & rerum natura turbata, & quod his maius est, desiderium somnum ruperit sceminarū: & ita Maria Magdalena nunc sola, nunc cum altera, siue cum alijs mulieribus, memor beneficiorū, quæ in ipsam dñs contulerat, ad sepulchrum eius frequenter cucurrit, & nunc fleuit quē querebat absentem, nunc adorabat quem uidebat præsentem. Ex concordia igitur scripturarum, quæ falsæ esse nō possunt, credimus, q̄ Maria Magdalena iterum atq̄ iterum uenit ad sepulchrum, semel sicut Ioannes recitat, dum adhuc sub tenebris uidens lapidem semotum, cucurrit ad Petrum, credens dominū sublatum, nondum consolata angelorum uisione. Vna sabbati (inquit Ioannes) Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Cum adhuc tenebræ essent tales, inquā, quales sunt orto iam sole. i. cum

Hierony.

sol

sol in ortu suo incipit illuminare terram: usus enim loquendi est, ut dicamus, sole oriente, aut sub ortu solis quid fieri, cum lumen eius incipit nobis apparere. Et hoc est, quod Matthæus ait: In uespera sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati. i. in ultima parte noctis, cum incipit lux solis apparere. Venit inquā, cum cæteris mulieribus, & uidens lapidem reuolutū, cucurrit ad Simonem Petrum & ad Ioannem, dicens: Tulerunt dominū meum, & nescio ubi posuerunt eum. Ioannes ergo & Petrus currere ceperunt ad monumentū, & Ioannes præueniens inclinauit se, & uidet posita linteamina, nec in introiuit. Petrus aut̄ secutus intrauit in monumentū, & uidit linteamina posita, & sudariū, quod fuit super caput eius, non cum linteaminibus positū, sed separatim inuolutum in locum unum. Deinde & Ioānes intrauit, & uidit similiter, & credidit. Credidit inquā, quod Maria dixerat, scilicet sublatū esse dominum: nondum em̄ sciebat scripturā, quæ oportebat eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo discipuli iterum ad semetipsos, sed Maria sollicita de corpore Iesu dñi sui ad sepulchrum reuertitur. Et dum staret (ut inquit Ioannes) ad monumentum foris plorans, inclinauit se, & prospexit in monumentū, & uidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, alter ad pedes. Hic iam intelligendi sunt angeli apparuisse, sicut Lucas eos uisos fuisse commemorat, & dixisse: Quid queritis uiuentē cum mortuis? non est hic, sed surrexit, ite & nunciate discipulis eius, & Petro, quæ præcedet uos in Galilæā. Et dum Magdalena apud monumentum maneret plorans, alijs mulieribus sine dubio non longe inde distantibus, conuersa est retrosum, & uidit Iesum stantem, nesciēs quia Iesus est. Et ita mulieres iterum atq̄ iterum habuerunt angelorū uisiones, bis apud sepulchrum, & tertiam semel in uia. Apud sepulchrum quidē uiderunt angelos semel sedentes, secundo aut̄ stantes, qui dixerūt ipsis: Quid queritis uiuentem cum mortuis? non est hic, sed surrexit tanq̄ dicat: Quem mortuum creditis, uiuentē tangere non meremini: corpus queritis occisi hominis, quod quia uiuit & surrexit, mortuum inuenire non potestis. Deinde & bina fuit allocutio dñi ad Magdalenā, semel dum ad monumentū staret foris plorans, ubi prohibetur tangere pedes Iesu, & dicitur ei: Noli me tangere, nondū em̄ ascēdi ad patrem, quem hominū fraude sublatū credis, & idcirco indigna s, quæ tangas me, q̄ tibi aut in corde tuo nondū ascēdi ad patrem meū: nondū credis mortalitatē carnis meæ, in gloriam immortalitatis esse mutatam: nondū credis me spiritualiter regnare cum patre, & ideo non mereris salubriter me tangere, quia mea præsentia frui cupis secundum carnē, & corporale solatiū magis, q̄ secundū spūalem Charitatē frui mea diuinitate. Secūdo, dum ei una cum mulieribus alijs occurrit Iesus in uia, ubi mulieres accesserunt, & tenuerunt pedes eius, eadem Magdalena primū potuit corrigi (inquit Hieronymus) quasi incredula, & postea non repellit, quasi quæ errorem confessione mutauerat. Quod & de latronibus intelligi potest, cū alius euangelista utrumq̄ blasphemasse, alius narret alter esse confessum. De q̄ uide Hierony. in epistola ad Marcellā. Magdalena igitur, cū mutauerat errorē, ait illi cæterisq̄ mulieribus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæā, ubi

Hierony.

I me

me uidebunt. Venit ergo Maria Magdalena annuncians discipulis, quia uidi dominum, & hec dixit mihi: & non solū ipsa, sed & alie mulieres nunciauerunt hec discipulis, & uisa sunt ante eos, sicut deliramētū uerba ista. Non oportet igitur ex euangelijis afferere plures fuisse Magdalenas, quanq̄ Ambrosius super Lucam, ad concordandū quatuor euāgelia dicit: sicut plures sunt Mariæ, ita fortassis etiam plures sunt Magdalenæ, quā opinionē recitat Hieronymus, questione iij. ad Hedibiam, dicens eandē Magdalenā sæpe ad sepulchrum cucurrisse, licet quidā duas (inquit) Marias Magdalenas de eodē uico Magdalo fuisse contēdant. Ex his consideratis nō est difficile, supradictas noem apparētes contrarietates concordare. Primā contrarietate soluit Hiero. questione iij. ad Hedibiā: Huius (inqt) quæstionis duplex solutio est. Aut em̄ nō recipimus Marci testimoniū, quod in raris fertur euangelijis oibus Græcię libris, pene hoc capitulum in fine nō habētibus, præsertim cum diuersa atq; contraria euangelistis cæteris narrare uideat: aut hoc respondendū, q̄ uterq; uerum dixit: Matheus, qm̄ dñs resurrexit uespere sabbati: Marcus autem, qm̄ Maria eum uiderit. i. mane prima sabbati. Ita em̄ distinguendum est: Surgens autē Iesus. & parumper spiritu coartato inferendū, mane prima sabbati apparuit Marię Magdalene: ut qui uespere sabbati iuxta Matheū surrexerat, ipse mane prima sabbati, iuxta Marcū, apparuit Marię Magdalene. Quod quidem & Ioannes euāgelista significat, mane eum alterius diei uisum esse demonstrans. Hæc Hierony. Potest autē hec quæstio aliter dissolui ex dictis Hieronymi, ibidē in solutione quæstionis iij. Matheus em̄ non scribit absolute: Uespere sabbati. sed addit: que lucecit in primā sabbati, hoc est, fero, non incipiente nocte, sed iam profunda & magna ex parte transacta, apparuisse dominum Marię Magdalene, & mulieribus cæteris. Seipsum interpretat Matheus, dum uespere sabbati adiecit, illucescentis in primā sabbati. i. appropinquante iam luce diei sequētis sabbati. Vna em̄ sabbati, siue prima sabbati, dies dominica est intelligēda: quia ois hebdomada in sabbatū, & in primē, & in secundam & tertiam, & quartā, & quintam, & sextam sabbati diuiditur. Vnde quod apostolus Paulus collectā pecuniā, que indigētibus præparabat, in una sabbati præcepit colligēdam, die dominico significauit eam esse colligēdam. Vnde & apostolorū temporibus die prima post sabbatū solet populus in templum conuenire. Pars ergo illa noctis, in qua iam lux sequentis diei appropinquat, potest esse mane illud, cum adhuc sunt tenebrę, de quo Ioānes: Vna sabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebrę essent ad monumentum, & uidit lapidem sublatū. Hoc idem tempus significauit forsitan & Marcus: Valde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentū orto iam sole, hoc est, lumine solis iam incipiente sub tenebris apparere, quemadmodū supra expositū est. Et per hæc patet responsio ad quæstiones cæteras, & non esse ullam inter euangelistas contrarietatem. Iam ergo considerandus est apparitionum ordo, secundum quem Christus manifestauit se suis discipulis.

Omnium uirorum primo Christus apparuisse intelligitur Petro, ex his duntaxat omnibus, quos euangelistæ quatuor, & apostolus Paulus commemorauerunt.

rauerunt. Nam si apparuit alicui eorū prius q̄ Petro, quod omnes tacuerūt, quis uel dicere audeat, uel negare: Neq; em̄ Paulus dixit: apparuit primo Cephe, nam esset contrarius euangelistę: Surgens Iesus apparuit primo Marię Magdalene. & ita ante Petrum cæteris mulieribus: sed apparuit (inquit) Cephe, & postea duodecim. i. collegio seu societati duodecim apostolorū. Quis em̄ non omnes illi fuerant præsentēs, in numerus duodenarius illi collegio ascribitur, cum & alius erat in locū Iude surrogandus. Nonnulli autē codices habēt undecim, sed siue illi uerius (inquit Augustinus) habeant, siue alij, nihil deperit ueritati. Rursus, neq; dicit Paulus Christum in apparitione secunda apparuisse duodecim, sed post hoc, inquit. Nam ex scripturis colligitur Christum, posteaq; Petro apparuit, apparuisse duobus discipulis euntibus in Emmaus, quod Lucas narrat eadem hora in ipso die resurrectionis, postq; Christus in panis fractione esset cognitus, & etranuisset, regressos esse in Hierusalem, & inuenisse congregatos undecim, eosq; qui cum ipsis erāt, dicētes: Surrexit dñs uere, & apparuit Simoni. Et ita iam erat fama, & ab illis mulieribus, & a Simone Petro facta, quod Iesus resurrexisset. Dum ergo discipuli hec loquuntur, ut recitat Lucas, Iesus stetit in medio eorū, & dixit eis: Pax uobis, ego sum, nolite timere. Videte manus meas & pedes, palpate & uidete, quia ego ipse sum, spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Adhuc illis non credentibus, & præ gaudio mirantibus, dixit illis: Habetis hic aliquid quod manducetur: Et cum manducasset aperuit illis sensum, ut intellexerent scripturas, dicēs: Quoniam sic scriptū est, qm̄ oportebat Christū pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius poenitentia, & remissionem peccatorum in oēs gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autē sedete in ciuitate, donec induamini uirtute ex alto. Et hanc apparitionem scribit & Ioannes: Et die illo una sabbatorū, cum fores essent clausæ, ubi discipuli erant congregati propter metum Iudæorū, uenit Iesus, & stetit in medio eorum, dicēs: Pax uobis, ostendēs eis manus & pedes. Gaudij sunt ergo discipuli uiso dño. Dixitq; eis iterum: Pax uobis, sicut misit me pater, ego mitto uos. Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Thomas autē nō erat cum eis qm̄ uenit Iesus. i. illa die, qua intrauit domū, Thomas nō erat intus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: Vidimus dñm. Ille dixit: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorū, nō credam. Hæc ergo de apparitionibus tribus factis die Paschæ ipsis uiris. Et post dies octo (inquit Ioannes) iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit ergo Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorū, dicens: Pax uobis. Deinde dicēs Thomę: Infer digitum tuū huc, & uide manus meas, & noli esse incredulus, & reliqua. Postea manifestauit se Iesus ad mare Tyberiadis, ubi erant simul Simon Petrus, Thomas, Nathanael, & filij Zebedæi, & ex discipulis eius duo: & tota nocte illa piscātes nihil prenderūt. Mane autē facto stetit Iesus in littore, sed nō cognouerunt illū, & dixit eis: Mittite rete in dexterā nauigij, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam nō ualebāt trahere rete præ multitudine piscium. Et dicit

Hiero. de uel
timo capite
Marci.

prima sabbati
est dies do
minicus.

Ordo appa-
ritionū Chri-
a sua resur-
rectione.

Ioan. vi.

Ioannes Petro: Dñs est. Simon cum audisset quia dñs est, succingens se, misit se in mare. Et ascendens in terrā, traxit rete in terram, plenum piscibus centū quinquaginta tribus. Hoc iam tertio (inquit Ioannes) manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Ioannes euangelista si hoc qđ dicit Iesum tertio se manifestasse referat ad uices seu numerū manifestationum, tanq̄ ante hāc dūc tñ fuerint discipulis factę manifestationes, & post illas hęc sit tertia, consequens erit qđ Ioannes contrarius erit ceteris euangelistis. Non sic ergo accipiendum est, sed intelligendus est ad numerū retulisse dierū, qbus per interualla se manifestauit discipulis. Primum in die resurrectionis, secundo in octauo die resurrectionis, tertio ad mare Tiberiadis, quarto in monte Galilęę, ubi constituerat illis Iesus. Neq̄ ex ullo euangelistarū consequens est, qđ aut angelus ullus, aut Iesus ipse per mulieres nunciauerit discipulis, ut irent in Galilęę, & qđ illic Iesus uellet primum se manifestare illis. Si angelus dixisset: Ite in Galilęę, ubi primum uidebitis eum, aut ibi eum solum uidebitis, cæteris euangelistis sine dubio Mattheus repugnaret. Cum uero dicit: ibi eum uidebitis, neq̄ diem exprimit, neq̄ ordinē ullum temporis contexturū. Idcirco aut̄ illius manifestationis tā peculiariter meminit, quia huiuscemodi manifestationē ad literā uoluit intelligi ut umbram & figurā transmigrationsis futurę ex Iudęa ad gentes, ex fide in clarā uisionē post hāc uitā. Deinde Hieronymus in epistola ad Hedibā, questione vii, hāc apparentē contrarietatem etiam aliter dissoluit. Inuenimus itaq̄ (inquit Augustinus) apud quatuor euangelistas decies commemoratū dñm uisum esse ab hominibus post resurrectionē: semel ad monumentū Magdalenę, uel soli, uel nna cum mulieribus: secundo eisdem regredientibus de monumento in itinere: tertio Petro: quarto duobus discipulis euntibus in Emaus: quinto discipulis pluribus in Hierusalem, ubi nō erat Thomas. Et quia hęc quinque factę sunt eodē die, scilicet Paschę, ideo hoc totum factum ad unum intelligēs Ioannes semel computat, id est, pro una uice manifestationis: sexto ubi eum uidit Thomas. Et hoc apud Ioannem dicitur iterum, id est, alio die: septimo ad mare Tiberiadis, & hoc iam alio die dicit Ioannes ipsum tertio se manifestasse. Octauo in monte Galilęę, quam manifestationē recitat Mattheus: nono, undecim nouissime recumbentibus: decimo, in ipso die in nube eleuatū in celo, & ascendentem. Toties ergo in euangelicis libris commemoratus est ab hominibus uisus anteq̄ ascendisset in celum, sed nō oīa scripta sunt, sicut Ioannes fatetur. Nam post manifestationē ad mare Tiberiadis nihil repugnat, si quotidie dicitur eis apparuisse, loquens de regno dei. Apparuit etiam plus q̄ quingentis fratribus, simul & Iacobo & Paulo, ut ipse testatur in capite xv. primę ad Corinthios, ubi tradens ordinem quendam apparitionum, sic loquitur: Tradidi uobis in primis qđ & accepi, qm̄ Iesus mortuus est pro peccatis nris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundū scripturas, & qua uisus est Cephe, & post hoc undecim. Deinde uisus est plus q̄ quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent adhuc, quidā aut̄ dormierunt. Deinde de uisus est Iacobo. Deinde apostolis oībus. Nouissime aut̄ oīm tanq̄ aborti

uo

uo uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorū, qui nō sum dignus uocari apostolus, &c. Ex hoc textu Pauli obscuritas nascitur, propterea qđ Christus dicitur apparuisse plus q̄ quingentis fratribus simul, deinde Iacobo, postea oībus apostolis. Sunt qui dicunt, qđ Christus quemadmodum nō manifestauit se ante suam ascensionem Paulo nondū credenti, ita neq̄ manifestauit se quingentis fratribus ante suā ascensionē, cum nondū exiit tantus credētium fratrum numerus, qđ nō maior fuisse uidetur, q̄ centum & uiginti hominum, quemadmodū indicare uidet̄ historia in Actibus apost. cap. i. Erat turba hoīm fere centū & uiginti. supple simul cum apostolis a die ascensionis usq̄ in diem Pentecostes, unanimiter in oratione perseverantū. Vnde consequens uidetur, hanc apparitionē quingentis fratribus simul esse factam post ascensionē, & sancti spūs missionē. Sunt qui dicunt hanc apparitionē fuisse, de qua loquitur Dionysius in iij. cap. de Diuinis noībus, qm̄ oēs discipuli cōuenerunt ad uidendū corpus, qđ portauerat principem uitę: qđ communiter intelligitur factum, ipso die dormitionis Marię, cui aderant oēs apostoli tūc uiui, & fratres multi, anno xij. post Christi mortē, secundū chronographiam Eusebii. Sed contra hoc uidetur series textus apostolici supradicti: Uisus est (inquit) plus q̄ quingentis fratribus simul, deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus: Iacobo aut̄ & apostolis oībus uisus ante ascensionem, ergo & quingentis fratribus simul ante ascensionē fuit uisus: quia post illam uisionem secundū ordinē temporis, recitat eum uisum fuisse Iacobo. Vnde sciendum, qđ etsi ante ascensionē nō erant discipuli in Hierusalē supra centū & uiginti, multi tñ alij poterant esse in Galilęa & alijs in locis, quibus simul congregatis, Christus potuit ante suam ascensionem apparere. Ista apparitio (inquit Postillator) facta est Matth. ultimo in Galilęa, in qua Christus manifestauit sese apostolis & multis alijs. Sed hic rursus uidetur aduersari qđ adijcitur: deinde, seu ut alij codices habent, postea uisus est Iacobo. quę manifestatio dicitur facta in ipso die resurrectionis: iurauerat Iacobus se non comesturum (inquit Hierony.) panem ab illa hora, qua biberat calicē dñi, donec uideret eum resurgentē a mortuis. Verum hoc soluit̄ per hoc, qđ Christus potuit se bis manifestare eidē Iacobo, semel ipso die resurrectionis, & postea iterum aut iterum, quemadmodū & apostolis iterum atq̄ iterū se manifestauit. Vnde de Actu i. dicit textus: Per dies xl. apparens eis, & loquēs de regno dei. Discere ergo hāc manifestationē quingentis fratribus esse factā ante Christi ascensionem, nō repugnat scripturę Actu i. Neq̄ uspiam docet scriptura, qđ turba omnium fratrum credentium in Christum, fuerit fere centum & xx. hominum, aut qđ Christus iniunxerit apostolis, ut a die resurrectionis usq̄ ad ascensionis diem sederent, aut manerent in ciuitate Hierusalem, sed contrariū potius precepit, ut uidelicet uisuri ipsum irent in Galilęę. Nouissime autem recumbentibus undecim apparuit illis Iesus uidelicet ipso die cum esset ascensurus, precipiens ab Hierosolymis ne discederēt. Vnde post ascensionem reuersi sunt in Hierusalem. Verum non erant in societate illa omnes fratres tunc credentes in Christum. Vnde uerisimile est, Christum a die resurrectionis, usq̄ in diem

Qm̄ obierit
uirgo Maria

l iij ascens

Hierony.

Christi decies apparuisse.

1 Cor. 15

Ascensionis sepe apparuisse suis electis, quibus (quemadmodum testatur historia in Actis) prębuit seipsum uiuum post passionē suā in multis argumentis, per dies quadraginta apparēs eis, & loquens de regno dei. Sed in his & in cęteris oībus ad intelligēdum scripturas, q̄ inter se pugnare uidentur, attente oportet considerare quęstiones, opīones, sentētiās personarum, aut gentiū, aut ludgorū, contra quas, aut ad quas, uel de quibus diuinus sermo dirigitur, & exinde eiusdem diuini sermonis doctrinas & argumēta accommodare, & intellectum sumere, & nō aliorum atq; ad impertinētia diuinum aptare sermonem; quemadmodum doctrinā & sentētiās Christi Matthæi v. iustitiam scribarum & pharisęorum coarguētis, nō crude & ad literam oportet accipere; ueluti quod dicitur de maxilla altera offerēda & obuertēda ei, q̄ nos iniuriose percusserit: & de pallio etiam dimittendo ei, qui nos uult in ius trahere, tunicamq; tollere: & de itinere duorū militarium cum aduersario, q̄ nos ad unum militare coegerit: & de relinquēdo munere ante altare, ut priusq; offeras, ad fratrem pro reconciliatione uadas: & de nō iurādo omnino. Hęc & id genus alia multa, nisi hyperbolice acceperis dicta, tanq̄ documenta quędā uitę mystice tradita, & dicta contra iustitiam, quam scribę & pharisęi pręsumebant, absonus erit intellectus, & uidebimus neq; Christum, neq; apostolos hęc sic obseruasse. Accipiendus est ergo horum intellectus ex beatitudinibus, quas tanq̄ fundamēta quędam uerę Christianę philosophię pręmiserat, quę sunt paupertas spūs, mansuetudo, patientia, tolerātia in iniurijs & aduersitatibus, de odio & rancore amouēdo: de quibus sane beatitudinibus scribę & pharisęi nihil curabāt. De pharisęis ergo huius generis, nō reserantibus de cordibus suis cupiditatem, auaritiā, superbiam, inuidiam, iram, ambitionem, loquitur Christus ad discipulos suos, dicens: Nisi abundauerit iustitia uestra plusq; scribarū & pharisęorū, nō intrabitis in regnū celorū. Ex causa & ratione dicti debēt scripturę inuestigari, quemadmodū eius, quod dicit Apostolus: Non uos defendētes charissimi. Item: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. intellectus est accipiēdus ex causis adiectis. Prioris sententię causa subditur: Scriptū est em̄: Mihi uindictam, & ego retribuam. Intelligitur ergo, nō uos defendētes, retaliādo iniuriam, aut ex appetitu uindictę. Nam & alioqui Paulus hoc scribēs, contra se fecisset, defendēs se coram iudice appellationis beneficio. Posterioris causa adijcitur: Hęc em̄ faciēs, carbones ignis congeres super caput eius. Intelligitur ergo beneficiū etiam inimicis prestandum nō semper & omni modo. Satius est, ut inimicus pro tempore sitiat & esuriat, q̄ ut citra extremam necessitatē cibatus deterius agat. Oportet ergo huiusmodi scripturas intelligere, ut Christus intelligatur prohibuisse resistere malo, & defendere, & contendere in iudicio, sic ut scribę & pharisęi estimabant esse licitum resistere malo, & contendere, & sese defendere, astimantes licere ut malum malo compensemus, iniuriam iniurijs, contumelias contumelijs. Ad hoc ualet qd̄ Christus pręmisit: Audistis q̄a dictū est antiquis, oculus pro oculo, dente pro dente. Ego autē dico uobis, nō resistere malo, &c. Audistis quia dictū est antiquis: quia quicūq; dimiserit uxorē suā, det ei libellum

Quo intelli
gatur dicta
Christi, Mat. 1.

Roman. 12.

libellum repudiij. Ego autem dico uobis, quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, adulteratur. Sic & cęteris in locis sententię cohærētes si considerentur, plerūq; faciunt intelligere scripturas. Sic in eo, quod dicit saluator: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Matth. vii. & Lucę vi. nō significatur iudiciū, quo deus iudicauit de nobis, esse tale in genere moris, qualis est mensura, quam nos seruamus erga proximum, quicūq; operātes. Neq; em̄ si nos temerario iudicio proximū iudicemus, etiam de nobis iniquo iudicio iudicabit deus; neq; si nos iniqua mensura in proximum operemur, deus iniqua mensura remetietur nobis. Sed hęc dicta intelligē, q̄ iuxta mensuram qualitatis operū, erit retributio premiorū. Secundū mensuram temeritatis iudicij de fratre, erit compēlatio pœnę, cum steterimus ante tribunal Christi. Insuper assertiones, quibus deus in scripturis affirmat se aliquid facturū super hoīes, ad quos, uel de quibus loquitur, plerūq; uidentur inter se contrarię. Sed nō uidebūtur contrarię, si secūdum cōmunem sermonis significationem similiter accipiātur sermones, ut intelligātur subintellecta conditione: si tales manserint homines, quales sunt, cum de ipsis scripturę sermo loquitur. Veluti quod saluator dicit: Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo. accipiēdum est non quemadmodum hereticus Nouatus intelligit, uolens hoc uerbo hominibus negātib; Christum adimere spem agendę pœnitentię. Sed quemadmodum similes scripturę intelligūtur, subaudita uidelicet conditione, si permanserit in tali negatione, & nō egerit pœnitentiā. Vnde Petrus ter Christū negauit, sed amare fleuit. Ita q; Christus dicit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego illum coram patre meo. intelligitur de eo, q̄ in tali confessione permanet usq; in finē uitę. Item: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. si in fide & donis semel acceptis permāserit, & uestem candidam, quam in baptismo suscepit, custodierit. Sic quę dicit Christus: Dimittite, & dimittimini. Si dimiseritis hominibus peccata, dimittet uobis pater cęlestis peccata uestra. Date eleemosynā, & oīa mūda sunt uobis. & id genus alia nō intelligūtur, q̄ deus remittat peccata oībus hominibus condonātib; iniuriā sibi factam, & eleemosynā largiētib; Sed quęadmodū est quidā manducādi & bibēdi sanguinem dñi modus, secūdum quē qui manducat & bibit, nō morietur in æternum; Ita est modus quidā dimittēdi alijs peccata, & dandi eleemosynam: secūdū quem modū qui remisit peccata & dedit eleemosynam, remissionē peccatorū consequetur: alioqui scriptura erit contraria scripturę. Nam si distribuero in cibos pauperum oēs facultates meas, charitatē autē nō habeam, nihil mihi prodest. Item quod dicit Apostolus: Iusto nō est lex posita. contrarium uidetur ei, quod orat David: Legem pone mihi dñe uiam iustificationum tuarum. Sed nullam in his esse contrarietatē patet considerantibus modum, secūdum quem lex nō est imposita iusto, tanquam ipse coactus sit sub lege: & alterum modum, secūdum quem iustus opiat sibi legem poni, id est, intus scribi in uisceribus animę suę. Item aliam esse legem, quę non

Matth. 7.

Matth. 10.

Matth. 26.

Matth. vii.

Matth. 6.

Iusto nō est
lex posita.
1. Timor. 1.
Psalmo 118

est iusto posita. Aliam, quam orat sibi iustus poni in corde suo, uiam iustificationum dñi, ut fidei, spei, & charitatis augmentū, ut diligēdo faciat quod lex iubet. Deinde uidentur contrarietates esse in scripturis sanctorū, quibusdā dicentibus, q̄ dei est incipere, ut uelimus, credamus; ut bona desideria habeamus; alij uero dicentibus, q̄ nostrum est uelle, & petere, & quærere, & desiderare: dei autē perficere, & dare postulata. Sed in his nullam esse contrarietatem uidebimus, si consideramus regulam beati August. docētis, q̄ scripturę & sancti patres, cum tribuunt opus aliquod nřę uoluntati, non excludunt gratiam dei; & dum tribuunt opus aliquod diuinę gratię, nō uolūt illud esse alienum a nostra uoluntate: gratia em̄ dei adiuuat nos, ut uoluntarie, libere, & recte uelimus, & operemur. Dei inspirantis motio antecedit nostrā uoluntatem. Proinde & ipse deus quædam operat̄ in nobis sine nobis, quædam autē cooperantibus nobis. Sed de his latius in sequentibus libris. Cæterū uidentur contrarietates in scripturis de nouissimo dei iudicio differentibus, quibusdā docētibus, q̄ dies illa ueniet inopinatus, & improuusus tempore pacis & securitatis, & q̄n omnia putabuntur esse in tuto: alijs uero contrariū docentibus, signa & prodigia multa in cælo & in terra, & tribulationes in uniuerso mundo præcedere diem illum. Vnde Paulus 1. ad Thessal. iij. cum præmississet de iudicij die, q̄ ipse dñs cum iussu & uocē archangeli descendet de cælo, capite v. subiungit: De temporibus autē & mōmētis fratres, nō indigetis ut scribam uobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies dñi in nocte sicut fur, ita ueniet. Cum em̄ dixerint, pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus. Cui em̄ conuenit uerbum Christi dicentis: Sicut erat in diebus Noe, homines edentes & bibētes, sic erit aduentus filij hominis. His autē contrariantē scripturę multæ, quibus de nouissimo die iudicij propheta & apostoli, insuper & ipse Christus sic prophetauerunt, ut mirabilia quoq; opera, signa insuper & prodigia prius in uniuerso mundo pronunciauerint esse futura. Sed non esse in his ullam contrarietate docent sancti patres, Hieronymus & Augustinus, exponentes scripturas in istis rebus apparenter contrarias, propter personas diuersas & tempora diuersa non discordare ex scripturis, probātes ante iudicium illud nouissimū, futurę esse tempus aliquot dierū, in quo uidebuntur pax & securitas, omniaq; esse in tuto. Verum ante tempus illud præcedet persecutio Antichristi contra ecclesiā in uniuerso mundo. Hęc autē persecutio & tribulatio, quæ uentura est sub Antichristo, ad ecclesiam pertinet, nō ad Antichristum & satellites eius, & alios reprobos, qui ecclesiam uexant & tribulant: qui interfectis Enoch & Helia, dicēt: Pax & securitas. Sed de his in sequenti capite. Insuper uidebuntur & alię in scripturis apparētes contrarietates multæ suboriturę, propter commixtionē spūs & literę, & transitum de litera ad spiritū: ueluti cū de Antiocho rege tyrāno transit ad Antichristū, tribuens Antiocho, quę nō ipsi, sed Antichristo conueniūt: quemadmodum spūs propheticus Danielis xi. transit ex Antiocho tyranno in Antichristum, prope finem capituli. Sed de his in superioribus. Insuper contrarietates uidentur tum propter commixtionem ecclesię militantis cum triumphante, tum

Q̄ gr̄a præuenit uoluntate hoīs.

Scripturę de die iudicij in specie contrarię.

propter diuersam ætatem & statum eiusdem ecclesię, quæ nunc ut paruula & sterilis prædicatur in generatione gentium; nunc ut fecunda & ampliata. Insuper & contrarietates multæ uidebuntur in scripturis, propterea q̄ diuersa & contraria tribuantur ei, quod intimatur ut una persona, uel una quedam res, quę tñ non est una res, sed multæ res secundū unionem quandā coherentes, & secundū diuersas sub uno nomine personas, & idcirco contraria quædam seu repugnantia ei tribuuntur, ueluti cum aut ecclesia intimatur, ut una quedam res cum capite suo Christo, aut cum Christus simul cum corpore, quod est ecclesia, intimat ut una persona, ubi sermo diuinus uidetur sibi contrarius, explicans nunc ea, quæ competunt Christo capiti, nunc ea, quæ competunt ecclesię. Proinde in omnibus scripturis, in quibus uel ipsa ecclesia, uel sermo diuinus de ipsa loquitur, attendere oportet diuersa ecclesię membra, diuersum eius statum secundum successionis seriem, uariamq; ætatem ac conditionem, & aptare singulas scripturas, habendo considerationem ad tempora, ad ætates, ad membra, pro quibus fit scripturę sermo. Alia enim competunt ecclesię secundū membra quædam, alia uero secundū membra alia. Sic & homini pro statu naturę lapsæ, propter diuersas in eo leges repugnantes diuersa tribuuntur. Vnde Paulus apostolus dicit se quædam facere, quæ tñ & ipse dicit se nō facere: Quod odi malum (inquit) hoc facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Quod facit homo secundū legem carnis concupiscens, hoc nō facit secundū suam uoluntate, dum nō consentit carni concupiscens. Sic & Christo tribuuntur, quę uidentur contraria, propter diuersas in ipso naturas. Ex his ergo consideratis intelliguntur scripturę, in quibus eidem supposito plerunq; contraria tribuuntur prædicata, ueluti dum is, qui loquitur, intimat se esse & sponsum & sponsam innocentem, immunē a peccō, & nihilominus habere delicta & peccata multa, esse æternū & mortuum. Sed de his in superioribus dicta sufficiant.

¶ Sequitur caput quintum, de obscuritatibus in scriptura sacra emergentibus ex numero temporum, & supputatione annorum & hebdomadarum.

IN primis igitur sciendum est, q̄ inter supputatores temporū ab initio mundi usq; ad Christum natū est magna differentia, & ea quidem tanta, quod numerus designatus ab alijs sit in mille annis maior numero ab alijs supputato. Sunt probatissimi doctores, tam uetustiores, q̄ recentiores, ueluti Eusebius, Origenes, Chrysoft. Alfonso, & alij supputantes numerū annorū a principio mundi usq; Christum, quinq; milia centū & nonaginta nouem. Sunt alij tam uetustiores, q̄ recentiores, supputātes a principio mundi usque ad Christum natū, annos ter mille nongentos & quinquaginta duos: secundū quorū sententiā hęc nřa ætate, anno uidelicet a Chri natiuitate M. D. xxxiiij. nondū in septimo, sed in sexto sumus millenario. Secundū supputationē uero priorē transiuimus iam dimidiū septimi millenarij, cōpletis iā 6729. ubi est differentia in mille ducētis & xxxvi. annis, plus, minus. Fuit autē hęc inter Hebræos & lxx. interpretes differentia etiā ueteribus notissima, ut Eusebio, Hieronymo & August. utrāq; sententiā recitātibus. Ne q̄s igit̄ propter diuersitatē numerādī annos a principio mūdi, uel a qualibet ætate in ætate conturbet ita

Diuersa autē non supputatio a mūdī creatiōe usq; ad Christū.

Dissentiunt
Greci ab He-
braeis in an-
norum sup-
putatione.

facris literis intelligendis, scire debet eandem hanc differentiam provenire ex translatione septuaginta interpretum, qui super annorum numero in prima & secunda aetatibus, videlicet a conditione mundi usque ad diluuium. Et item a diluuiio usque ad Abrahæ ortum, non conveniunt cum Hebraica litera. Nam a principio mundi usque ad diluuium, numerus annorum secundum additionem septuaginta interpretum supputatus, est duorum milium ducentorum, & quadraginta duorum annorum: secundum literam autem Hebraicam supputatus, est numerus mille sexcentorum, & quinquaginta sex annorum: ubi annorum numerus iuxta septuaginta interpretes supputatus, superat in quingentis octoginta sex annis, numerum supputatum iuxta textum Hebraicæ autoritatis. Et hoc iuxta Eusebium. Nam Sabellicus subtrahit huic numero centum annos. Deinde numerus annorum a diluuiio usque in natiuitatem Abrahæ, secundum translationem septuaginta interpretum supputatus, est annorum nongentorum & quadraginta duorum: uel adiecto Caynan, quem codices quidam secundum septuaginta interpretes non posuerunt, est mille & lxxij, secundum textum uero Hebraicum supputatus, est annorum cccxij. Et sic numerus annorum a diluuiio usque ad Abraham, iuxta septuaginta interpretes, in sexcentis & quinquaginta annis superat numerum annorum computatum iuxta textum. Hebræorum quibus fit, ut numerus annorum a principio mundi usque ad natiuitatem Abrahæ, iuxta autoritatem septuaginta interpretum, calculatus in mille atque ducentis & triginta sex annis, superet numerum supputatum iuxta Hebræorum autoritatem. Et hoc est, quod maxime facit hac in re diuersitatem inter ueteres sacræ theologiæ tractatores, inter chronographos & temporum supputatores. Propterea quod alij nunc secundum autoritatem septuaginta interpretum suas faciunt supputationes, alij uero secundum Hebræorum autoritatem. In numero autem annorum post Abrahæ tempora, est admodum parua differentia inter temporum supputatores. Vnde Eusebius ab ortu Abrahæ, usque ad Christi natiuitatem ponit annos mxxxv. quæ sane annorum summa, aut omnino non dissonat, aut parum admodum, utpote in tribus uel quatuor annis discordat ab illa annorum summa, quæ demonstrari potest ex sacris scripturis, usque ad solutionem captiuitatis Babylonice, & deinceps usque ad Christum ex probatissimis chronographis. Ante ortum autem Abrahæ prouenit differentia ex diuersitate facta a septuaginta interpretibus, quæ in sua additione habent numerum annorum alium, quæ reperimus in litera Hebraica, qua & hac parte (Hieronymo interprete) tota ecclesia nunc utitur. Nam in generationibus ante diluuium, antequam quisquam generaret, reperimus iuxta Hebraicam ueritatem centum annos pauciores, quæ reperiamus in additione secundum septuaginta interpretes facta. Verbi gratia, ubi nos iam utentes translatione secundum Hebræorum autoritatem, legimus Genesis v. Vixit autem Adam centum & triginta annos, & genuit Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni. Septuaginta interpretes habent: Vixit autem Adam ducentis & triginta annis, & genuit Seth. Et facti sunt dies Adæ postquam genuit Seth, septingenti anni. & ita summa uniuersitatis annorum totius uitæ Adam in utrisque concordat. Deinde ubi nos habemus: Vixit quoque Seth centum & quinque annis

Numerus an-
norum ab Abra-
ham usque
Christum.

annis, & genuit Años. illic septuaginta interpretes habent: Vixit quoque Seth ducentis quinque annis, & genuit Años. & ita in generationibus reliquis, quæ sequuntur. De hac autem differentia annorum, inter Hebræam & septuaginta interpretum autoritatem, Hieronymus in libro questionum Hebraicarum, & Augustinus xv. libro de Ciuitate dei, capite x. & xij. planissime disputant. Vnde in decimosexto de Ciuitate dei, capitulo decimo, de annis post diluuium hoc modo concludit: Fiant itaque anni a diluuiio usque ad Abraham, mille & septuaginta duo anni, secundum uulgarem, hoc est, septuaginta interpretum additionem. In Hebræis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nullam, aut difficilem reddunt. De numero autem annorum ab Abraham ad sequentium ducum, iudicum, & regum Hebræorum tempora, modica inter Hebræos & septuaginta est differentia. Verum hic & sciendum, quod secundum diuini Augustini sententiam, in capite xij. supra dicto diuersitas numerorum in annis, a principio mundi usque ad Abraham inter Hebræos codices, & Græcos atque Latinos ex Græcis translatos, non est tribuenda nec Iudæorum malitiæ aut diligentiae, nec septuaginta interpretum errori, sed negligentiae scriptoris, qui de bibliotheca Ptolemæi regis codicem describendum primus accepit. Vbi autem propter codicum diuersitatem colliguntur aliqua simul stare non posse, opinemur potius in huiusmodi numeris unum aut alterum codicem facillime potuisse corrumpi, non ob id tamen æstimare oportet inutilem aut uanum esse laborem studiosorum, conantium intelligere probatorum autorum chronographias & cosmographias. Deinde hic silentio pretereundum non est, in rationibus seu supputationibus temporum, in aetatibus aut genealogiis regum, sacræ theologiæ studiosum non oportere inniti Græcorum aut historiarum aut chronographiarum. Nam ut docet Metasthenes Persa, publica & probata fide scribens, Græci, qui solo auditu & per opinionem chronographiam scribunt, cum ipsis pariter se & alios decipiunt. Qui de temporibus (inquit) scribere parant, necesse est illos non solo auditu & opinione chronographiam scribere, ne cum per opiniones scribunt, uti Græci, cum ipsis pariter se & alios decipiunt, & per omnem uiam aberrant. Verum absque ullo errore fiet, si solos annales duarum monarchiarum assecuti, cæteros omnes ut fabulatores reiecerimus. In his enim tam liquide atque uere digesta sunt tempora, reges, & nomina, quæ apud eos regnatum est. Neque tamen omnes (inquit) recipiendi sunt, qui de his regibus scribunt, sed solum sacerdotes illius regni, penes quos est publica & probata fides annalium suorum, qualis Berosius. Nam is Chaldeus omne tempus Assyriorum digessit ex antiquorum annalibus, quæ solum uel maxime Persæ nunc sequuntur. Idem asseruit noster Eusebius de temporibus, & Iosephus contra Appionem Grammaticum. Omnes Græcæ historiæ de temporibus a Nino usque ad Olympiadem primam sunt incertæ, imo & sæpe falsæ, & per opiniones scriptæ, quarum & scriptores sæpe sibi mutuo contradicunt, & seinuicem de mendacio accusant. Epaphorus in pluribus ostendit Hellanicum esse mendacem, Epaphorum uero Timæus, Timæum posterius Herodotum arguunt cuncti. Proinde non iniuria dixit Iuuenalis: Et quicquid Græcia

Hierony.
Augustinus.

Anno a dilu-
uio usque ad
Abraham.

Derogat si-
dem Græco-
rum chrono-
graphorum.

Laus Berosi.

Græcia mendax audet in historia. Et non solum apud Græcos, sed & apud Ægyptios mendacissime sunt historie, commemorantes res gestas ante multa annorum milia. In Timæo Platonis dicitur, quod Sami ciuitas Ægypti, tunc steterat octo milibus annorum. In alijs legimus Astrologiam apud Ægyptios quatuor milibus annorum uiguisse. Et cum illis dictum fuerit, si tot milibus annorum fuerint hominum regna, quonam modo uera sua ipsorum loquatur historia? narrans, quicumque fuerint quarumcunque rerum inuentores, qui primi liberarum disciplinarum instructores, uel a quibus primum illa, uel illa regio aut insula incolæ cœperit. Respondet diluuijs & conflagrationibus per certa temporum interualla plurima terrarum ita deuastari, ut redigantur homines ad exiguam paucitatem. Recitat Augustinus xiiij. de Ciuitate dei, quod sua ætate ab institutione hominis nondum completa erant sex milia annorum, & tamen secundum epistolam Alexandri ad Olympiadem matrem, ex narratione sacerdotis Ægypti, regnum Assyriorum quinque milia annorum excedere. Persarum autem & Macedonum imperium plusquam octo milia annorum contingere. In huiusmodi ergo rationibus temporum, credendum est non quibusuis scriptoribus: sed his, qui publica fide & auctoritate in sua monarchia successiones regum ac rationes notauerunt, penes quos fuit publica probataque fides annalium suorum, qualis (ut inquit Metasthenes) fuit Berosus Chaldeus, in descriptionibus temporum & regum Assyriorum. Metasthenes Persa in descriptionibus temporum ac regum monarchiarum Persarum. Philo Iudeus, & Eusebius in descriptionibus temporum, & regum, & monarchiarum Græcorum & Latinorum. Horum enim unusquisque in supradictis monarchijs, digessit tempora ex annalibus antiquorum, quibus publica & probata fides data erat, breuiter scribere res gestas singulorum annorum, seruato uniuersiusque ordine & tempore. Hos chronographos uidebis a rationibus temporum ac regum in sacris literis designatorum non dissonare, & idcirco non oportet sequi ceteros ab his discordantes, quales sunt: Herodotus, Agesilasus, Iustinus, Orosius, in supputationibus temporum & regum Assyriorum, Iosephus Africanus, Eusebius in supputationibus temporum & regum Persarum, Iosephus & Talmudistarum in monarchijs Græcorum & Romanorum. Philo autem Iudeus (ut ipse inquit) usus septuaginta seniorum testimonij, non per opiniones nes ex diuersis Græcorum historijs sumptas, sed aut ex sacris literis, aut ex singularum monarchiarum annalibus certissima colligens, ab omnibus est recipiendus. Non oportet igitur sacre scripturæ studiosum turbari, si uideat theologiarum magistros in rationibus temporum, ætatis, annorum mundi, inter sese & discrepare & dubitare, interdum quibus temporibus, & sub quibus regibus completa fuerit historia, digesta in sacris literis. Alij nempe in huiusmodi supputationibus ætatum & temporum secuti sunt istos, qui aut mendaciter, aut per opiniones scripserunt. Alij, alios. Alij ab isto tempore computare cœperunt, alij a tempore alio: & ita scripturam sacram multis in locis reddiderunt obscuram. In primis igitur ex sacra scriptura, quæ falli non potest, etatem & mundi annos, & tempora supputari a principio mundi usque ad Christum colligimus certos annorum numeros, certaque tempora simul demonstrantes scriptores etiam

August. tpe nondum fuisse completa 6000 annorum a condito mundo.

Probatores chronographi.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III. Fol. CCV
etiam ethnicos, & a fide Christianis, utpote probatissimos Assyriorum & Persarum scribas, publica fide scribentes, ab hac annorum supputatione non deuiare: quibus consideratis multum per omnem modum iuuabitur sacre theologiæ studiosus ad intelligendum scripturas, in quibus designant certi annorum numeri, ueluti de quadringentis triginta annis peregrinationis Abrahamæ in Ægypto, de septuaginta annis desolationis sub Babylonij, de septuaginta hebdomadibus Danielis, De Assyriorum, aut Persarum, aut Babyloniorum regibus, cum quibus fuit aut bellum, aut negocium aliquod cum Iudeorum regibus & ducibus. Prima conclusio: Ab Adam usque ad diluuium fluxerunt anni mille, sexcenti, & quinquaginta sex. Ista sententia demonstratur ex v. cap. libri Genesis, hoc pacto: Adam triginta & centum annorum genuit Seth, Seth quinque & centum annorum genuit Enos, Enos nonagenarius genuit Caynam, Caynam septuagenarius genuit Malalehel, Malalehel lxxv. annorum genuit Iareth, Iareth centum & lxxij. annorum genuit Enoch, Enoch lxxv. annorum genuit Mathusalem, Mathusalem centum & octoginta septem annorum genuit Lamech, Lamech centum & octoginta duorum annorum genuit Noe, Noe cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cain, & Iaphet. Anno autem sexcentesimo uite Noe, terra fuit inundata per nouem menses integros, decimo mense cacumina montium apparuerunt, sed usque in finem duodecimi mensis expectauit Noe exiccationem terræ, & preceptum egrediendi ex arca. Patent hæc omnia Genesis v. & vi. & vii. & viij. capitulis. Ex quibus colligitur numerus annorum usque ad diluuium Noe supradictus, scilicet mille sexcentorum, quinquaginta sex annorum. Insuper patet Moysem in supradictis scripturis annos intelligere solares, annos duodecim mensium. Tertio patet additionem septuaginta interpretum longe a ueritate Hebraica deuiasse in supputationibus temporum & annorum mundi. Ex quibus consequens est, in supputationibus annorum mundi, non esse innitendum patribus antiquis, innitentibus nimirum editioni septuaginta interpretum. Conclusio secunda: A diluuium usque ad ortum Abrahamæ, fuerunt anni duo & nonaginta supra ducentos. Ista sententia demonstratur ex cap. xi. libri Genesis, hoc pacto: Sem biennio post diluuium genuit Arphaxat. Arphaxat cum esset triginta quinque annorum genuit Sale, Sale xxx. annorum genuit Heber, Heber triginta quatuor annorum genuit Phalech, Phalech xxx. annorum genuit Reu, Reu xxx. annorum genuit Saruch, Saruch xxx. annorum genuit Nachor, Nachor xxix. annorum genuit Thare, Thare lxx. annorum genuit Abraham, Nachor, & Aram. Hæc in Genesi capite supradicto. Iunge annos hos simul omnes, & habebis ex scripturis sacris collectos a diluuium usque ad ortum Abrahamæ, annos ducentos & xcij. A principio itaque mundi usque ad ortum Abrahamæ, anni sunt mille, nonaginti, quadraginta octo. Tertia conclusio: Ex scripturis sacris ab ortu Abrahamæ usque ad mortem Ioseph, fuerunt anni trecenti & sexaginta. Ista conclusio demonstratur ex libro Genesis per generationes patrum hoc pacto: Abraham centenarius genuit Isaac, Genesis xxi. Isaac sexagenarius genuit Iacob, Genesis xxv. Iacob nonagenarius genuit Ioseph. Nam Iacob cum iam primum ingressus Ægyptum staret coram Pharaone, ait: Dies peregrinationis uite mee

Supputatio annorum ex sacris scriptis.

Ab Adam usque diluuii anni 1656.

A diluuium usque Abrahamæ anni 222.

centum triginta annorū sunt, parui & mali, Genesis quadragesimoseptimo. Erat autem Ioseph tūc quadraginta annorū. Nam triginta annorū erat, quando primum ingressus Ægyptum, stabat coram Pharaone, Genesis quadragesimo primo, & postea secuti sunt septem anni fertiles, & duo steriles, prius q̄ Iacob pater ipsius descēderet ad ipsum in Ægyptum, Genesis quadragesimo quinto. Ioseph ergo fuit quadraginta annorum, cum Iacob esset annorū centum & triginta. Ex quo consequēs est, Iacob nonagenarium genuisse Ioseph. Ioseph autem uixit centum & decem annis, & mortuus est in Ægypto, Genesis ultimo. Iunge simul omnes annos, & habes ex scripturis sacris, a natiuitate Abraham usq; ad mortem Ioseph annos trecētos & sexaginta. Quarta conclusio: A morte Ioseph usq; ad exitum de Ægypto, seu usq; ad legem datam in monte Sinai, fuerūt anni centum & quadraginta quinque. In presentiarum autē uim nō facimus de quinquaginta diebus ab exitu de Ægypto, usq; ad datam legem. Patet hęc conclusio, quia ipse Abraham septuagesimo quinto sue etatis anno, ex iussu dei cepit primum in terrā Chanaā, & in Ægyptū peregrinari, ut legitur Genesis xij. in quo sane anno & promissionem accepit a deo. Ab illo autē anno usq; ad legem in monte Sinai datam, sunt quadringēti & triginta anni. In hanc annorū summā consentiunt passim in hodiernum usq; diem oēs chronographi, qui sequūtur additionem septuaginta interpretum, iuxta illud Exodi xij. Habitatio filiorum Israel, qua habitauerūt in Ægypto, & in terrā Chanaam ipsi & patres eorū, anni quadringēti triginta. Secundum hāc autē additionem necessario interpretandum esse textum Exodi xij. docentē filios Israel mansisse in Ægypto quadringēti triginta annis, ostendit & ipsa ueritas Hebraica, que narrat Caath filium Leui natum in terra Chanaam, uixisse annos cxxxij. & eius filium Amram, patrē Moyse, annos cxxxvij. & ipsum Moysem fuisse annorum octoginta, tempore exitus filiorum Israel de Ægypto, quorum annorum summa implere non potest quadringētos triginta annos. Super omnia sufficiat nobis Christianis interpretatio Pauli ad Galat. iij. textum Exodi duodecimo sic intelligētis, legem datam esse post quadringētos triginta annos a promissione Abraham facta: Abraham (inquit) factæ sunt promissiones, & semini eius, qui est Christus. Quæ uero post quadringētos & triginta annos facta est lex, non irritam facit promissionem. Secundū hāc igitur apostolicam sententiam a promissione Abraham usq; ad legem datam in monte Sinai, sunt quadringēti triginta anni. Insuper & huic conclusioni consentiunt Hebræi in hodiernū usq; diem, secundum hūc sensum exponētes textum Exodi xij. ubi dicitur: Habitatio filiorū Israel, qua manserūt in Ægypto, fuit quadringētorū xxx. annorū. intelligūt em̄ de habitatione, qua manserunt in Ægypto a prima uice, in qua (ut legitur Gene. duodecimo) Abraham decēdit in Ægyptū, que fuit quadringētorum triginta annorū. Hanc sententiam quoq; sanctus protomartyr Stephanus Actuum vij. confirmat, dicens: Locutus est deus ad Abraham: Accola. i. peregrinum erit semen tuum, & in terra aliena, & seruituti eos subiciēt, & male tractabūt eos annis quadringētis & triginta. Subtrahas ergo ab illo numero xxv. annos, usq; ad numerū anno-

rum Abraham centenarium, in quo genuit Isaac, & sexaginta annos in Isaac generante Iacob, & nonaginta in Iacob generante Ioseph, centum & decē a natiuitate Ioseph, usq; ad mortē eius, remanent anni centū quadraginta quinque, a morte Ioseph usq; ad legem datam. Et ne quis propter scripturas, quibus significatur, quod habitatio filiorū Israel in Ægypto fuit quadringētorum & triginta annorum, & quod accola esset semen Abraham futurum in terra aliena, seruitutiq; subiceretur annis quadringētis triginta, arbitretur longe plures annos intercessisse a morte Ioseph usq; ad legem datā. Sciendū est, quod mater Moyse, Iocabeth nomine, erat filia Leui, quæ nata erat ei in Ægypto. Leui autē cum descēderet in Ægyptum, erat ferme xlv. annorū. Anni autē uitæ Leui fuerunt centum triginta septem, ut dicitur Exodi sexto. Ex quo consequēs est, Leui in Ægypto uixisse annos xcij. Generationem Moyse habes in libro Numerorum. Leui genuit Caath, Caath genuit Amram, qui habuit uxorem Iocabeth filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto: hæc genuit ipsi Amram uiro suo filios, Aaron, & Moysem, & Mariam, eorū sororem, Numeri xxvi. Ex quibus consequēs est, Amram duxisse uxore suam amitam, qua de re loquitur Hieronymus in quæstionibus primi Paralip. Traditur (inquit) Moysem post acceptam legem in eremo patri iniūxisse, ut matrem dimitteret, eo quod illius amita esset; filia em̄ fuit Leui, post cuius diffidium Amram duxisse uxorem aliā, ex qua suscepit filios duos, Eldad & Medad, &c. Hæc Hieronymus. Ioseph post ingressum Leui in Ægyptum uixit annos unum & septuaginta. Ex quibus consequēs est, a morte Ioseph usq; ad natiuitatem Moyse, nō potuisse annos esse multo plures, q̄ lxxv. alioquin Iocabeth in sterilem iam uenisset etate. Vnde & Philo ceteriq; Hebræi a morte Ioseph, usq; ad mortē Moyse computant annos sexaginta quinque. Cui sententię consentiūt & Christiani interpretes. A natiuitate autem Moyse usq; ad legem datā, sunt anni octoginta. Exodi vij. Fuerunt ergo a morte Ioseph usq; legem datā anni centum & quadraginta quinque, quibus si iungantur anni iuxta tertiam hanc & quartam conclusionem collecti, habebis ab ortu Abraham usq; ad legem datam annos quinque supra quingentos. Quinta conclusio: A lege data seu ab egressu filiorum Israel ex Ægypto, usq; ad templum inchoatum sub anno quarto regni Salomonis, sunt anni quadringēti & octoginta, ut patet iij. Reg. vi. ubi sic dicitur: Anno quadringētesimo octogesimo egressiōis filiorū Israel ex Ægypto in quarto anno regni, in mense secundo, Salomon cepit ædificare domū dñi. Potest & numerus iste annotū ex scripturis libri Iudicum, & pri. Reg. demonstrari, præsupposito ex traditione Hebræorū numero annorum, quibus populo illo præfuerunt Iosue, Samuel, Saul, quorū trium hominum annos, quibus præfuerunt scriptura sacra nō tradit. Cæterorum autē annos sacra designat hystoria, & id quidem hoc pacto: Moyse præfuit annis quadraginta, Iosue uero præfuit annis xxvi. Hunc autem numerum annorum ducatus Iosue, ut iam patuit, habemus ex traditione seniorū. Nam scriptura sacra quot fuerūt anni ducatus huius tacet. Mortuus est Iosue famulus dñi centum & x. annorum, Iosue ultimo, & Iudicum tertio. Post mortē Iosue consulerūt filij Israel do-

Annab ortu
Abrahę usq;
legem datā,
505.

A lege data
usq; ædifica
tionem tem
pli, 480.

minum, dicentes: Quis ascendit ante nos contra Chananiū, & erit dux bellis? Dixitq; dñs: Iudas ascendet, iudicū i. Iudas itaq; in tribu Iuda, ex cōsilio dñi primus expugnauit hostes in terra sancta. Verū & iste & ceterę tribus cito deseruerunt uiam dñi, ineūtes foedus cū hostibus suis, & neq; subuerētes aras eorum, seruiērūt dijs alienis. Ideoq; alienigenę primū tenuērūt filios Israel subiectos annis octo. Sed poenitētib; orātibus, & clamātibus eis suscitauit saluatorem noīe Othoniel, q; pręfuit annis xl, ut patet Iud. iij. Sed in his xl. annis, iuxta Hebręorę traditionē includūt anni viij, supradicti, qbus filij Israel alienigenis seruiērūt. Testis est huius rei Eusebius in chroni. Tēporibus huius Codmus Thebarę rex Gręcas literas adinuenit, post Othonielē Aiocht ambi dexter pręfuit annis lxxx. Iud. iij. Delbora & Baruch pręfuerūt annis xl. Iudicum v. Deinde & Gedeon annis xl. Iudicū viij. & huius tpe Tyrus est condita, ut inquit Iosephus. Abimelech pręfuit annis tribus, Iudicum ix. Thola item pręfuit annis ij. & xx, Iudicū x. Post illū Iair habēs triginta filios, pręfuit annis xxij, Iudicū x. Huius temporibus Carmentes literas Latinas adinuenit, Iepte, q; & filiam immolauit, pręfuit annis sex, Iudicū xij. Abessan de Bethleem, q; triginta filios, & totidē filias generauit, pręfuit annis septem, Iudicum xij. Post hūc pręfuit Archialon Zabulonites annis x. Iudicum xij. Iste in lxx. interpretibus cum suis decē annis nō habetur, sed neq; Eusebius illius meminit, pro cuius annorę damno (ut inq; Beda) supplendo, Eusebius plures annos, q; in Iosepho legebat, ipsi Iosue, Samueli, & Saul assignauit, quatenus ab egressu filiorę ex Aęgypto usq; ad ædificationē templi quadringentorę & octoginta annorę summā, quā scriptura prędicat, haberet. Labdon, q; habuit xl. filios, pręfuit annis octo, Iudicū x. Sampson fortissimus, q; multo plures interfecit moriens, q; ante uiuus occiderat, pręfuit annis xx. Iudicū xvi. Heli sacerdos annis xl. i. Regū iij, Samuel & Saul annis xxxij, iuxta supputationem Iosephi. Ex sacra autē scriptura ueteris testamēti q; diu hi duo pręfuerūt nō patet. Dauid primus ex tribu Iuda, regnauit annos xl. Salomon item filius eius regnauit annis 40. Collige annos hos simul oēs, & uidebis q; quartus annus regni ipsius Salomonis fuerit quadringētesimus octogēsimus ab egressu filiorum Israel ex Aęgypto. Ab inchoato itaq; ligneo templo in deserto, usque ad inchoatū lapideū templū sunt anni cccclxxx. In deserto cum dareē lex inchoatum fuit tabernaculum foederis uice templi stabilis. Verū q; populus stabilis nō erat in deserto in una mansione, & nondū ad regnū stabile in terrā promissionis puenerat, ideo templū portatile ac mobile iussu diuino fabricatum fuit, ut populus ille ad idololatriā inclinatissimus utcūq; religione teneret. Conclusio vi. A quarto regni Salomo. anno, sub q; fuit templū inchoatum usq; ad Ioas, q; iuxta Philonē & lxx. seniores Hebręos, fuit primus rex Hierusalē, ex linea ipsius Nathan fratris Salomonis, fuerunt anni octo & 30. supra centū, q; colligunt ex 3. & 4. Regū, & ex 2. Paralip. hoc modo. Salomon a quarto anno regnauit annis 36. In anno quarto huius fundata est domus domini, mense 310. ipse est mensis secundus, & in anno undecimo mense Eluil, ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in omnibus

uten

uten filibus suis, ædificauitq; eam annis septem, iij. Regum vi. Roboam filius eius regnauit annis septēdecim. Sub hoc seditione orta, regnum Israel est bipartitum. Apud decem tribus Israel in Samaria regnante Hireboam, seruo Salomonis. Roboam autē regnate in Hierusalē super tribum Iuda: fuitq; bellum inter Roboam & Hieroboam cunctis diebus, iij. Reg. xliij. Abias filius Roboam regnauit annis tribus. Afa filius eius regnauit annis uno & quadraginta. Iosaphat regnauit annis xxv. In annis regni huius regnauit Achab super Israel, sub cuius regis tempore extiterūt; Helias, Helizæus, & Abdias prophete in regno Israel, filiusq; uiduę Sareptanę, qui fertur fuisse Ionas propheta, a morte suscitatur per Heliam prophetam. Pluuia quoq; tribus annis & mensibus sex, per eundem Heliam continetur atq; impeditur propter peccata Achab & populi Israel, iij. Regum xvij. & xvij. Ioram regnauit annis octo. Ambulauit Ioram in uis Achab regis Israel. Filia quippe Achab uxor erat Ioram. Iste occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Iuda, ij. Paralip. xxi. Prædicti Ioram filius, noīe Occhosias, qui & Ahazias appellatur, in quo iuxta Philonem, Salomonis linea fuit extincta, regnauit anno uno. Sub hoc Helias curru igneo rapitur. Attalia uero Occhosias uxor regnauit annis septem, cōnumerato anno, in quo ipsa interficitur. Nam ij. Paralip. xx. ipsa legitur regnasse annis sex, sed iij. Reg. xi. textus cōmunis solet habere: Attalia regnauit super terram annis septem. Verum hic sciendum hoc, quod dicitur: annis septem, nō haberi in codicibus emēdatis, neq; reperitur in Hebræo textu, quō in septuaginta interpretibus annis septē regnasse perhibeatur. Hic uidēs filium suū Occhosia mortuū, interfecit omne semen regium. De hoc sic loquit scriptura ij. Paralip. xxi. Ambulauit Ioram in uis regū Israel, faciēs malum in cōspectu dñi, sicut egerat domus Achab, filia quippe Achab erat Attalia uxor ipsius, quod (ut inq; Hiero. in quæst. super ij. Paralip.) intelligēdum est scdm imitationē & educationē filia, nō scdm gnationem. Nam in capite uigēsimosecūdo, ij. Paralip. Attalia appellat filia Amri, patris Achab. Quæstio ualde perplexa ex cap. xxi. & xxij. secūdi libri Paralip. oboritur occasione horum duorę regum, Ioram uidelicet & Occhosias: dicit em̄ illic scriptura Ioram regnasse annis octo, & uixisse annis xl. & Occhosiam filiū eius cum regnare cœpisset, fuisse xliij. annorę. Quod si ita est, consequitur uel Occhosiam duobus annis natum esse, prius q; Ioram ipse illū gnauit: qd ridiculū est, uel longū tempus intercessisse inter mortē Ioram & initium regni Occhosie. Neq; em̄ potuit Ioram generare Occhosia ante annū suū xij. Occhosias ergo si regnare cœpit anno ætatis suę xliij. quemadmodum scriptura dicit, consequēs est, inter mortem Ioram, & initium regni Occhosie, intercessisse ad minus tempus annorę xliij. Et ita sentētia huius conclusionis de annorę numero uidet nō solū nō esse in scripturis fundata, sed & scripturis ipsis cōtraria. Solut hęc perplexitatē diuus Hierony. in quęst. ij. Paralip. dicens, collationē libri Regū huic quæstioni soluendę magnū præbere auxiliū. Dicitur em̄ iij. Regū viij. Viginti duorę annorę erat Occhosias cū regnare cœpisset, & uno anno regnauit in Hierusalē. Ipse autē Ioram pater

m ij eius

Diuisio regni Israel.

Helias, Helizæus, Abdias.

Hierony.

Inueniuntur Gręcę literę

Inueniuntur Latine literę.

Reges Iuda eorūq; anni, quibus regnauerunt a Dauid usq; Ioas.

eius iuxta annis quadraginta, & regnavit xxviij. octo aut̄ anni, q̄ & in regno tribuūt ipsi sunt anteq̄ fr̄es occideret, cū adhuc innocent̄ uiueret. xx. uero anni, q̄bus regnavit, ideo a nūero regni eius auferunt, quia in lāguore & tribulatione deduxit eos. Ideo filio eius tribuunt, qui non amplius q̄ uigintiduos annos habens regnasse phibet. Sed ex hac conclusione uidet̄ nasci contra supradictā cōclusionem scrupulus urgētior. Nā lorā si regnavit annis .18. post mortem Iosaphat patris sui, cōsequens uidet̄ numerz̄ in hac cōclusionem collectum, esse diminutū & breuiorē in uiginti annis. Sed hoc non sic esse colligitur ex numero annor̄, scđm quem scriptura designat regnasse reges Israel p̄fatis regibus Iudæ cōtemporaneos. Om̄es ergo annos collige simul, & habebis a quarto Salomonis anno usq̄ in finem ultimi anni regni Aualie annos .18. ex scripturis sacris demōstratos. Septima cōclusio. A primo anno regni Ios, qui iuxta Philonē primus regnavit in linea ex Nathan usq̄ ad desolationē Hierusalē destructionēq̄ templi, sunt anni trecenti & duo. Patet: Nam a principio regni Ios usq̄ ad spontaneā transmigratiōē Ioachim ex scripturis sacris colligit̄ unus & nonaginta anni supra ducentos, cōnumeratis annis decem, quibus regnavit Amon captiuo patre suo Manasse, qui alio nomine uocabatur Her. A trāsmigratiōē aut̄ illa usq̄ ad desolationē Hierusalē & destructionē tēpli anni xi. Ex quibus cōsequens est, q̄ a Ios usq̄ ad desolationē fluxerunt anni duo & trecenti, qui colliguntur ex scripturis sacris in iij. lib. Reg. & ij. Paral. Ios regnavit annis xl. Iste bonus fuit in principio, pessimus in fine: inter cætera q̄q̄ facinora Zachariā filiū Iosae summi sacerdotis interfecit, ij. Paral. xxiiij. Is credit̄ esse Zachariæ filius Barachiz, qui a Ch̄so in euāgelio recitat̄ occisus inter templū & altare. Post Ios regnavit Amasias annis xxix. Pro intellectu scripturar̄ hic sciendū est, q̄ tres reges supradictos uidelicet Ochosiā (qui & ij. Paral. xxi. & xxij. uocatur Iosachā & Ahasias.) Item Ios & Amasiā euangelista Mattheus in Ch̄si genealogia tacuit dicens, Ioram genuisse Osiam: iste Osias qui fuit Amasiaz filius alio noīe uocatus Afarias, lepra percussus regnavit annis liij. Sub hoc prophetauit Amos, Ionas q̄q̄ ad Ninive mittitur, & Sardanapalus ultimus Assyrior̄ rex in plio ab Arbace uictus semet incendio cōcremauit. Post Osiam filius eius Ioathan regnavit annis xvi. Sub inijs regni huius Olympias prima numeratur, ut tradūt Africanus, & Eusebius. Post Ioathan filius ipsius Achā regnavit annis xvi. Sub hoc cōdita est Roma, post quē filius ipsius Ezechias regnavit annis xxix. Sub Ezechia hoc extinctū est regnū Israel, & decem tribus ab Assyrijs ducuntur in captiuitatē. Insup sub his regibus, Osa uidelicet Ioathan, Achā & Ezechia pphetauerunt Esaias, Osee, Iohel, Michæas. Post Ezechia regnavit Manasses annis lv. Hic Manasses (ut Hebr̄ei tradunt) interfecit Esaiā prophetam. De hoc Manasse scribitur secūdi Paralipomenō xxxiiij. quod fecerit malum coram dño iuxta omnes abominatiōes gētium, instaurans excelsa, quæ pater ipsius Ezechias destruxerat, construens aras Baalim, adorans omnem militiam cœli, faciens transire filios suos ignem in ualle Behennon, quæ (ut inquit Hieronymus) alio nomine Gehē

Reges Iuda, eorūq̄ annis, quibus regnauerūt a Ios usq̄ ad desolationē Hierusalē.

Regnū Israel ducitur in Assyriam.

non dicitur, id est, uallis filior̄ Ennon, quæ nō procul est ab Hierusalem, de qua & in Hieremia & in Regū lib. plene scribitur. Ab ea enim originē accipit nomen gehenna. Hæc Hierony. in calce quaestionū ij. libri Paralip. Principes exercitus regis Assyrior̄ eundē Manassē uinctum catenis & compedibus, captiuum duxerūt in Babylonem, ubi iuxta septuaginta senior̄ sententiam, captiuus est retentus annos decē. Qui postq̄ sic est coangustatus, deprecatus est deum, & egit poenitētiā, cuius orationē exaudiuit dñs, & reduxit ipsum in Hierusalem. Post quē filius ipsius Ammon, connumeratis decem, absente patre regnavit duodecim. Sciendū est em̄, q̄ ex scripturæ sacre textu habemus annos solum duos regni Amon, reliquos aut̄ decem septuaginta seniores tradunt adijciendos, quibus pater captiuus fuit: sic recenset Philo, Eusebius quoq̄ secutus, ut ipse inquit, septuaginta interpretationē. Beda insuper in libro de temporibus, recitat septuaginta interpretes sic dicere, quibus numerū annor̄ nō supputet secundū illor̄ sententiā. Iosias regnavit annis uno & triginta. Deinde Ioachim filius eius mensibus tribus, post quē alter filius noīe Ioakim annis .11. Post quē filius eius Ioachim, mensibus tribus. Post quē Sedechias Iosie filius, cuius anno regni undecimo facta est desolatio. Sed hic sciendum, q̄ in septuaginta interpretibus, Iosias triginta duobus annis regnasse legitur. Vnde & Eusebius, ut & Beda inquit, & in Chronicis ipsius Eusebij uidere licet inter regnum illius, & Ioakim alium de suo adiecit annum propter menses bis ternos, quibus Ioachim & Ioachim regnauerūt. Verū quid ueritas habeat, Hieremias cap. xxv. pandit, perhibens a decimotertio anno Iosiaz, usq̄ in annum quartū Ioakim, qui est & primus annus Nabuchodonosor, se prophetaisse uiginti tribus annis, & Nabuchodonosor incepisse regnare quarto anno Ioakim. Decimonono aut̄ anno regni eiusdē Nabuchodonosor Hierosolymam fuisse destructam. Sub anno ergo decimotertio regni Iosiaz Hieremias prophetare cepit, prophetauitq̄ usq̄ in desolationē Hierusalem, in qua & ipse captus est. Post Iosiam filius ipsius Ioachim regnavit mensibus tribus, quem Pharaon Nechao uinctum & captiuum duxit in Ægyptum, constituens Ioakim fratrem eius Iosue filium regis in Hierusalem. Iste aut̄, q̄ & Eliachim dicitur, regnavit annos undecim. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor, & uinctum catenis duxit in Babylonem, & cum eo transmigraverunt Daniel, Ananias, Afarias. Post Ioakim regnavit tribus mensibus filius eius Ioachim, alio nomine dictus apud Mattheū Iechonias, apud Lucam aut̄ capite tertio uocatus Neri, alibi etiam uocatus Elih, qui & quarto mense dum exercitus Babylonior̄ ueniret contra ipsum, ultro se dedit, & in Babylonem transmigravit. Cum hoc, secundum Hieronymi sententiā, Mardochæus iuxta historiam Hester & Ezechiel propheta in Babylonem adducuntur. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio esse Ioakim, qui in Ezechielis exordio Ioachim scribitur. Post Ioachim est Sedechias constitutus rex, qui regnavit in Hierusalē annis xi. & facta est desolatio, dum templum per exercitum Chaldeor̄ est igni consumptū, ciuitas, muri, & domus Hierusalē subuersa, principes & nobiles, potētes & diuites, aut interfecti, aut uincti sunt ducti in

Origo noīis gehenna.

Babylonem. Sedechias filijs occisis, oculisque effossis, est in Babylonē tractus, quarti Regum uicesimo quinto: completurque in ipso uaticinium Hieremias, quod canebat: Intrabis in Babylonem, & nō uidebis eam. Sub hac desolatione ipse quoque Hieremias in Babylonem captiuus ducitur. Collige simul annos omnes omnium regum, a Ioas usque in annum undecimum Sedechiae, & habebis ex scripturis sacris collectos trecentos & duos annos. Haec tamen numerus annorum a principio mundi usque ad desolationem Hierusalem, collectus ex scripturis sacris: in quo conueniunt catholici tractatores cum Hebraeorum chronographis. Ratio autem differentiae, quae modica est, patebit in sequentibus. Quae autem a desolatione Hierusalem usque ad Christum sequuta sunt tempora, ex scripturis sacris colligere non possumus. Nam etsi post desolationem seu destructionem Hierusalem, historiam rerum gestarum contineant libri Esdrae, usque in tricesimum annum illius Artaxerxis, sub quo muri Hierusalem sunt reaedificati, ex illis tamen libris non possumus sic certum annorum numerum colligere, neque item in Christum usque in ipsis protenditur historia. Ex supradictis conclusionibus recapitulantes, possumus colligere numerum annorum ab aetate qualibet, uel a regno quolibet, usque in tempus desolationis huius, seu destructionis templi & ciuitatis. A principio mundi usque in hanc desolationem, seu destructionem, sunt anni 3777. A diluuiō usque in hanc desolationem sunt anni 1777. Ab ortu Abrahāe usque in hanc desolationem sunt anni 1477. Ab egressu filiorum Israel in anno, quo & tabernaculum, seu templum ligneum est inchoatum, usque in hanc desolationem, sunt anni nongenti uiginti. A quarto anno Salomonis, quo inchoatum est templum lapideum, usque in destructionem eiusdem templi, sunt anni quadraginta supra quadringentos. Et quia undecimo anno Salomonis perfectum & consummatum est templum in omni opere suo, & in uniuersis utensilibus suis, ut dicitur tertio Reg. sexto, consequens est ipsum stetit in sua perfectione annis quadringentis, & triginta tribus. Ceterum & hic sciendum est, a principio mundi usque in hanc desolationem templi defluxisse quatuor aetates mundi inter septem, quae solent assignari. Aetas prima a principio mundi usque diluuium, continet annos mille sexcentos & quinquaginta sex, & in hoc annorum numero concordēs sunt Hebraei & Latini chronographi, computatione facta secundum textum Hebraicæ ueritatis, secundum quam reperiemus Mathusalem ipsum esse mortuum eodem anno, quod uenit diluuium, ut ex scripturis demonstrat Hieronymus in quaest. super Gen. Secundum septuaginta uero interpretum additionem si supputare uelis, conuinceretur Mathusalem quatuordecim annis uixisse post diluuium: quod concessio, non uidebitur stare scriptura, docens octo tantum animas per arcam Noe fuisse seruatas. Aetas secunda, a diluuiō neque ad ortum Abrahāe, est annorum ducetorum, & nonaginta duorum. In hoc item numero, quod & ex scripturis demonstrat, consentiunt uniuersi probati chronographi. Tertia aetas, ab ortu Abrahāe usque in primum annum regni Dauid, continet annos duos & quadraginta supra nongentos. Hic etiam annorum numerus ex scripturis patet, & ideo consentiunt uniuersi. Quarta aetas, a principio regni Dauid usque in regni Sedechiae annum xi. in quo subuersum est templum

Epilogus
dicam sup-
putationum.

Quatuor aetates mundi defluxisse usque ad desolationem Hierusalem.
Prima mundi aetatis 1656. annorum.
De obitu Mathusalem.

II. aetas mundi 292. anno.

III. aetas 942. annorum.

III. aetas 474.

templum & Hierusalem, fluxerunt anni quadringenti & octuaginta quatuor. Ratio autem propter quam Beda & ceteri recenseant in hac aetate annos solum quadringentos & lxxiij. patet ex supradictis. Nam ipsi numerant Amon regnasse annis solum duobus, quorum meminit scriptura, tacentes x. annos, quibus secundum lxx. seniores regnauit idem Amon absente patre captiuo. Attaliam quoque supputant regnasse annis sex, quam lxx. censent regnasse annis septem. Quinta aetas a desolatione seu destructione templi & Hierusalem, usque in annum natiuitatis Christi, est annorum quingentorum & xvi. Beda uero recenset hanc aetatem esse in septem annis breuiorem, ponens eam esse quingentorum & octuaginta non uem annorum. Huius aetatis annorum numerum non ex scripturis sacris, sed ex probatis chronographis in conclusionibus sequentibus demonstrabimus, coasumpris etiam scripturis de lxx. annis desolationis, & de lxx. Danielis hebdomadibus, usque ad Christum ducem. Sexta mundi aetas, quae nunc agitur, cuius & initium Christus suo aduentu consecrauit, nulla temporum serie nobis certa, sed ut aetate decrepita, ipsa totius seculi morte finienda est. Insuper ex superioribus conclusionibus potest demonstrari, quantum annorum numerum contineat unus aut alter scripturae sacrae liber. Historia libri Genesis a principio mundi, usque ad mortem Ioseph, continet annos 3108. Historia uero Exodus post numerum filiorum Israel, qui cum Iacob seu Israel ingressi sunt Aegyptum in capite libri promissum, incipiens a morte Ioseph protensa usque ad diem qua Moyses completum tabernaculum in deserto montis Sinai erexit, unxit & sanctificauit cum omnibus uasis inferens in illud arcam foederis, continet annos c. & xlvi. Nam per conclusionem iij. superius positam a morte Ioseph usque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, sunt anni cxlv. Ab egressu autem usque ad erectionem tabernaculi, est annus unus, quia primo die mensis filij Israel sunt egressi, & 1. die mensis secundi anni erectum est tabernaculum, Exo. xl. Tradit autem Exodus liber ingressum Iacob in Aegyptum cum lxx. aetate de se more eius. Tractat & de morte Ioseph, & de multiplicatione & oppressionem filiorum Israel post mortem ipsius, & de dicto imperij Pharaonis occidendi Hebraeorum masculos infantes, & de natiuitate Moyse, & de missione eius ad Pharaonem, de plagis decem, & de exitu filiorum Israel de Aegypto per mare rubrum, de subuersione Pharaonis atque Aegyptiorum a die egressionis ex Aegypto, recensens mansiones duodecim, in quibus castrametati sunt filij Israel peregrinantes in deserto, donec mense tertio egressionis uenirent in desertum montis Sinai, ubi & Moyses ascendens in montem, audit legem dei iubentis audita referri ad populum, & eundem populum sanctificari in diem tertium, in quo auditis tonitruis sonituum fulgurum & buccinarum, tradit deus Moyse decalogi legem, aliarumque praecipua quaedam iudicialia & ceremonialia. Item de altari construendo & de tabernaculo ligneo uice templi construendo, de archa, de uasis, instrumentis, cultu & ornatu archae & tabernaculi, de uestibus Aaron & filiorum eius, & de erectione tabernaculi cum omnibus ad se pertinentibus, & de unctioe tabernaculi, uasorum ac ministrorum eius. Liber autem Leuiticus ab illa erectione tabernaculi, usque in diem quod praecipit deus Moyse, ut filios Israel a uicesimo anno & supra, ad bellum aptos, numeraret, continet tempus unius mensis. Nam in primo die primi mensis anni

Quinta aetas
596. annorum.

Sexta aetatis
annorum numerus nobis
occultus.

tempo Gene-
& Exodi.

Tempus Le-
uitici.

secundi egressionis de Ægypto tabernaculum est erectum, & tum (quemadmodum tradit initium libri Leuitici) dñs deus de tabernaculo testimonij uocauit Moysem, tradēs illi holocaustorū ritum, alia quoq; que spectāt ad ministrōs tabernaculi, usq; ad primū diē mensis secūdi. Patet, Nā primo mensis sis secūdi, anno altero egressionis de Ægypto, iussit dñs Moyse, ut numeraret summam uniuersę congregationis a uigesimo anno & supra, ut patet Numeri 1. Congruo igitur ordine post erectionē tabernaculi, tractat Leuiticus de ritu holocaustorū, oblationum, festorū, coniugiorū, puerperarū, summi sacerdotis, & uestimentorū eius, tradens scilicet præcepta, ceremonias atq; iudicia, quę præcepit dñs per Moysem referri ad populum. Liber autē Numerorum, a primo die secūdi mensis, anni secūdi egressionis de Ægypto, protensus usq; ad mansionē in campestribus Moab super Iordanē, ubi & mortuus est Moyse, continet annos ferme trigintanouem. Quod hinc patet. Nam quē admodum est ex scripturis manifestum, Moyse educitū ex Ægypto populū in deserto regit annis quadraginta, ex quibus Exodus & Leuiticus continēt primi anni acta, sicuti iam patuit. Et quia liber Numerorum continet ea, quę sub Moyse sunt acta, usq; ad undecimū mensem quadragimi anni, consequens est eundē librum numerorū completi seriem temporū xxxix. annorū, incompletis tñ mensibus duobus, quorū duorū mensiū acta, hoc est, undecimi & duodecimi mensis eiusdē ultimi anni, qui est quadragimus ab egressu filiorum Israel de Ægypto, continet liber Deuteronomij, ut patet Deut. 1. Designat autē liber iste filiorum Israel numeros, aliāq; multa in deserto Sinai acta, de ritibus & officijs Leuitarū, & de leprosis eijciendis extra castra, de lege zelotopie, tabernaculi erectione, de ordine mouēdi castra, & alijs quibusdam in Exodo descriptis. Vnde inter oēs mansiōes, ea quę est duodecima fuit maxima, ibi loquitur deus cum Moyse facie ad faciem, sicut homo solet loqui ad amicū suū, ibi quinquagesimo die ab egressu de Ægypto lex est accepta, ibi tabernaculū erectū, ibi Exodus, Leuiticus, & Numerorū, usq; in caput x. descriptus. Nam ut scribitur Numeri x. anno ij. mense ij. xx. die mensis eleuata est nubes de tabernaculo scēderis, profecti sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharam. Et quia filij Israel primo die mensis tertij egressionis de Ægypto uenerūt in hanc solitudinem Sinai, consequens est eos undecim mensibus & xx. diebus commoratos esse in mansionē ista, quę & inter quadraginta duas mansiones descriptas, Numeri xxxij. duodecima computatur. Idem autē liber Numerorū a capite x. usq; finem designans & mansiones reliquas triginta, & ea, quę in illis sunt gesta, protensus usq; ad primum diem mensis undecimi anni quadragimi egressionis de Ægypto, continet annos xxxviij. menses ix. & dies xx.

Liber, qui Deuteronomium .i. secunda lex inscribitur, continet acta duorum mensium nouissimorum anni quadragimi in campestribus Moab contra Iordanem, in quibus Moyse ea, quę prius in diuersis mansionibus dicta sunt ac gesta explanat: quibus completis Moyse moritur. Vnde liber iste est recapitulatio seu explanatio breuis & lucida eorū, quę sparsim prius dicta & gesta sunt

Tempus libri Numerorū.

Tempus Deuteronomij.

sunt recollectio, quemadmodum in 1. cap. eiusdem libri dicitur: Quadragesimo anno, mense undecimo, primo die mensis loquutus est Moyse ad filios Israel oia, quę præceperat illis dñs, ut diceret eis postq̄ percussit Seon, regē Amorreorū, qui habitauit in Efebon, & Og regem Basan, coepitq; Moyse explanare legem, & dicere, &c. A morte itaq; Ioseph descripta in principio libri Exodi, usq; ad mortem Moyse, designata in fine Deuteronomij sunt anni clxxxv. Continent ergo quinque libri Moyse tempus annorum 222. Quot autē annorū historias contineant reliqui scripturę libri, ut Iosue, Iudicum, Regum, & Paralip. potest facile ex superioribus conclusionibus supputari. Hactenus ergo ex scripturis demonstratus est annorū numerus, a principio mūdi usq; ad desolationē Hierusalem, per Nabuchodonosor Babyloniorū regem. Octaua conclusio: Ab hac desolatione, seu subuersione templi & urbis, & populi Hierusalem, usq; ad primū annum Cyri, sub q̄ soluta est Babyloniorum captiuitas, sunt anni lxx. Huic conclusioni consentiūt Iulius, Africanus, Philo, & septuaginta seniores. Ab euerione Hierusalem usq; ad initium Cyri regis Persarum, supputātes annos septuaginta. Dissentiit quidem ab horum sententiā Eusebius, & ipsius sequaces in temporū libro, triginta solum annos supputātes a destructione Hierusalē usq; ad Cyri regis Persarū initium. Sed nō est quod rationabiliter nos in huius sententiā moueat. Nam & de supra dicta conclusione uidetur esse textus satis expressus secūdi Paralipo. ultimo, & primi Esdre primo. Hūc insuper numerū desolationis annorū expresserūt Hieremias & Daniel propheta. Daniel quidem cap. ix. In anno (inquit) primo Darij, de semine Medorū, qui imperauit super regnum Chaldæorū, anno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerū annorū, de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetā, ut complerētur septuaginta anni desolationis Hierusalem. Ad idem Hieremias capite xxv. Adducam (inquit) Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum, contra ciuitatem istam, & contra habitatores, qui in circuitu illius sunt, & interficiam eos, & ponam in solitudines sempiternas: & erit uniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem, & seruiēt oēs gentes istę regi Babylonis lxx. annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni uisitabo iniquitatē regis Chaldæorū. Ecce plane uides septuaginta annos finitos esse, dum regis Babylonis iniquitas uindicata est diuinitus: & hanc uindictam esse factam in Baltasare interfecto per ministerium Darij, manifestum est ex scriptura Danielis capite v. Vnde Baltasar ipse irritam putās dei pollicitationem, fallumq; promissum, uersus in gaudium, fecit grande conuiuium, insultās quodammodo spei Iudæorum, & prophanās sacra templi dei uasa. Sed statim ultio secuta est. Deniq; & eandem sententiā, qua dicitur ab euerione templi facta, anno xix. regni Nabuchodonosor, usque ad initium regni Darij & Cyri, interficiētium Baltasarem in Babylone, fluxisse annos septuaginta, approbāt & ethnicorum chronographi, ut mox patebit. Ex his manifestum est, annos septuaginta desolationis, de quibus loquuntur prophete, supputādos esse nō a spontanea transmigratione Iochin, qui primo anno regni sui ultro & se, & matrem suam, & seruos, & principes

Epilogus.

Supputatio temporū a destructione Hierusalem usq; Cyri.

Daniel.

Anni desolationis Hierusalē quō computantur.

&

& eunuchos, & thesauros domus dñi, cæteraq; omnia dedit in manus Nabuchodonosor, in Babylonem transmigrās, ut dicitur iij. Regum xxij. Sed a destructione templi & desolatione Hierusalem, facta sub Sedechia, undecim annis post eiusdem Ioahin transmigrationem. Hactenus ergo habes annorū supputationē a diluuiō usq; ad Cyrum, ex sacris literis demonstratam. Sequitur pars huius capituli secūda de supputatione temporū ex monarchijs ethnicorum conformiter ad sacras literas: reliquum est iam ostēdere per ipsas monarchias, quoniam pactio hāc annorū supputationem, a diluuiō in Cyrum, approbent & ethnici scriptores probatissimi, Berosus, & Manethon, & Metasthenes chronographi ueteres, quorū meminerūt Iosephus, Eusebius, Hieronymus, cæteriq; patres. Verum hic in primis sciēdum, qd is, quem appellat scriptura Noe, apud Berosum & alios ethnicos uocatur Ogyges & Ianus, quæ nomina eiusdē esse personę ipse Berosus etiā exprimit, appellās ipsum Noam. Qui autē in scripturis sacris uocatur Nymbroch, robustus uenator corā deo, apud ethnicos dicitur Saturnus, qd fuit pater Beli, seu Iouis, & auus Nini. Hic sane Ninus ambitione dominādī, cupiditateq; monarchiæ, uitare cœpit aureum seculum. A diluuiō ipsius Noe uocatur, seu (ut inquit) Ogygis, usq; ad regnum præfati Nini regis Assyriorū, supputat præfati Berosus & Metasthenes annos ducētos, xlix. A Nino usq; ad finem regni Sardanapali, Metasthe. supputauit annos mille ducētos, trigintaquinq; numerans annos in singulis regibus Assyriorū, a Nino usq; ad Sardanapalum, in quo sane Sardanapalo extincta fuit Assyriorū monarchia. Prosecutus est Berosus tempora decem & octo regum Assyriorum, deinde Manethon, ubi Berosus reliquit, prosecutus est ceteros Assyriorum reges. Post Sardanapalum, ut tradit Metasthe. monarchia fuit bipartita in duo regna, unum Medorum ac Persarum, alterū Babyloniorū, utroq; regno trecentis & quatuor annis suos proprios reges tenēte, donec præfatus Cyrus Medorū & Persarum rex, Balthazarem regem Babyloniorū interficeret, factusq; Babyloniorum rex transferret monarchiam illam, sic bipartitā rursus unitā in Persas & Medos. Sciēdum est em̄, qd a Nino usq; ad Sardanapalum, rex Assyriorum unus erat monarcha, & Medorum, & Persarum, & Babyloniorum. Post Sardanapalū ergo monarchia sic in duo regna mansit diuisa annis trecētis & quatuor usq; ad Cyrum. Collige oēs ānos simul per Berosum & Metasthenē designatos a diluuiō usq; ad Cyrum, & habes octoginta septem annos supra mille & septingentos, quæ summa prorsus est eadem cum summa annorum ex sacris libris collecta. Collegit autē Metasthenes numerum istum annorum per numeros annorum, quibus reges primum apud Assyrios in monarchia unita, deinde apud Babylonios in monarchia bipartita regnauerūt. De numero annorum, quibus regnatum est a diluuiō usq; ad Ninum, & a Nino in monarchia apud Assyrios usq; Sardanapalum, Metasthenes in sua Chronographia sic loquitur: Berosus, apud quem (inquit) fuit apud Assyrios publica & probata fides, omne tempus Assyriorum digessit ex antiquorū annalibus, quem solū uel maxime unum Persæ nūc sequimur; is tradit ante Ninum ducētis & qua-

Annorū sup-
putatio a di-
luuiō usque
Cyrū ex eth-
nicorū chro-
nicis.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III Fol. CCXI,
dragintanouem annis regnatum fuisse sub tribus dijs regibus, quorum qui primus, uniuerso imperauit orbi, fuit Ogyges, qui præfuit inundationi terrarum. Deinde Saturnus, fundata Babylonia, regnauit annis sex & quinquaginta. Belus, Iuppiter eius filius, duobus & sexaginta. Ninus eius filius, qd primus Monarchiam cœpit, annis quinquagintaduobus. Semiramis quadragintaduobus, &c. Et cæteros sic consequenter secundū successionis seriem supputat Metasthenes, partim ex Beroso, partim ex Manethone, recensens singulorū regum & nomina & annos, quibus regnauerunt usq; ad Sardanapalum, colligens a Nino usq; in finem imperij Sardanapali, annos mille ducētos trigintaquinq;. Et quia Eusebius noster eosdem reges, eorumq; tempora ad longum a Nino usq; ad Sardanapalum supputat, colligens a Nino usque in finem imperij Sardanapali, mille ducentos & quadraginta annos, non est opus hic prolixius immorari, præsertim quum Eusebius non deficiat in numero isto annorum a Nino usque in ipsum Sardanapalum. In numero autem annorum regni ipsius Sardanapali deuiat a Beroso & Metasthenē in annis quinq;, describens Sardanapalum regnasse annis uiginti, quē Metasthenes scribit regnasse solum annos xv. Secundum Berosum ergo & Metasthenē Manethonē supputādo annorū numeros, omne tēpus a Nino usq; ad finem Sardanapali, est mille ducētorū trigintaquinq; annorū. De numero annorum a fine regni Sardanapali usq; ad Cyrum, sic loquitur Metasthe. Interfecto (inquit) Sardanapalo, & ipso flammis iniecto, monarchia bipartita fuit inter Phul Belochum, & Arbacem, ea lege ut Arbaces Mediam & Persas regeret, Phul Belochus Babyloniā. Apud Medos hi regnauerūt annis iij. & trecentis, Arbaces uigintiocto, Mandanes quinquaginta, & sic consequenter recitat singulorū regum nomina & annos usq; ad Cyrum. Et qd scriptura sacra meminit eorū regum, qd in monarchia bipartita apud Babylonios regnarunt, idcirco scire nomina & numeros annorū, quibus regnauerūt, plurimum per oēm modum confert ad intellectum scripturarum. Et ideo hic textum ex Chronographia Metasthe. inserimus, Apud Babylonios (inquit) annis quatuor & trecentis hi regnauerūt, primus Phul Belochus annos quadraginta octo, Phul Assur xxv, Salmanasser decem & septē, Sennacherib septē, Assar Adon decem, Merodach duos & quinquaginta, Benmerodach unum & uiginti, Nabuchodonosor primus xxxv, Nabuchodonosor magnus quinq; & quadraginta, Amilinus Euilmerodach triginta, filius huius primus Regassar tribus, secundus Lab Asserdach sex, tertius Balthasar quinq;, quem interfecit Cyrus Medus. Post Sardanapalum ergo apud Babylonios primus regnauit Phul Belocus annis quadraginta octo. Iste Phul sic a Metasthene designatus est, cum quo componere debuit rex Israel argento dato, quarti Regū decimo quinto. Post hunc regnauit Phul Assur uiginti quinq; annis. Iste est, qui contulit partem decem tribuum uidelicet, Galilæam & uniuersum populū Neptalim in Assyrios, tunc regnante Phacee, filio Romilig, super decem tribus in Samaria, in diebus Acham regis Iuda, ut dicitur quarti Regum decimo quinto & decimo sexto. Post istum Phul regnauit Salmanassar decem &

Reges Ba-
byloniorum
a Sardanapa-
lo usq; Cys-

septem annis. Huius quoque meminit scriptura. Nam iste est, qui Osee regem Israel, decemque tribus Samarie transtulit captiuas in ciuitates Medorum in diebus Acham regis Iuda, iij. Regum xvij. In diebus huius Salmanassar captus est Tobias, de tribu & ciuitate Neptalim, qui in captiuitate positus uiam ueritatis non deseruit, omnia quae habere poterat quotidie fratribus concaptiuis impartiens, Tobie 1. Post hunc Salmanassar regnauit Sennacherib annis decem & octo. Iste Sennacherib anno xiiij. regis Ezechie, ascendit contra Iudam & Hierusalem, & cepit ciuitates uniuersas praeter Hierusalem, deditque ei Ezechias rex Iuda centum talenta argenti, & triginta talenta auri, omneque argentum, quod poterat inuenire in domo domini. Sennacherib autem nihilominus contra Hierusalem infans noluisset pacem dare, blasphemans deum Israel: quamobrem & percussit deus exercituum eius, centum & octoginta quinque milia hominum nocte una, ipso rege Sennacherib in templo domini sui tandem iugulato a proprio filio suo, ut habet scriptura Isaiae xxxvij. Iste est, qui propter plagam a deo factam in exercitum eius, ob blasphemiam a Iudaea fugiens, multos filiorum Israel occidebat, quorum corpora Tobias dum sepeliret, iussus occidi, cum uxore sua & filio fugit. Rege autem post quadraginta quinque dies occiso e proprijs filijs, Tobias reuersus est in domum suam, Tobie 1. Post hunc regnauit Assaradon annis decem, qui interfecto Sennacherib patre, successit ei in regnum, iij. Regum xix. Huius meminit Esdras capite 4. De hoc & de patre illius interfecto sic habet historia 4. Regum 19. Sennacherib cum adoraret in templo deum suum, Adramelch & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum, & regnauit Assaradon filius eius pro eo. Post hunc regnauit Merodach annis quinquaginta duobus. Huius meminit scriptura quarti Regum uigesimo. Ipse est, qui misit literas & munera regi Ezechiae, ut habetur Isaiae xxxix. Post hunc regnauit Benmerodach annis uiginti & uno. Istius non meminit scriptura sub nomine proprio. Ipse tamen est, qui principes suos misit contra Iudaeos, & qui Manasse regem uinctum catenis duxerunt in Babylonem, ubi Manasses coangustatus uinculis & carceribus humiliavit semetipsum, orans dominum, qui & liberauit ipsum e Babylone, secundi Paralip. tricesimo tertio. Post Benmerodach regnauit Nabuchodonosor primus triginta quinque annis. Huius non meminit scriptura: regnauit enim diebus Iosie regis Iuda, sub quo regnum Iuda nihil passum legitur a Babylonijs. Post hunc Nabuchodonosorem regnauit Nabuchodonosor magnus quadraginta annis. Iste est, qui regem Ioachim regem Iuda, Danielelem, Ananiam, Atariam, & Misaelem, una cum uasis templi uinctum duxit in Babylonem. Rursus iste Nabuchodonosor est, qui eodem anno Ioachim filium supradicti Ioachim sponte exeuntem de Hierusalem, suscepit illum, una cum matre, seruis, eunuchis, principibus, & thesauris templi conferens in Babylonem, iij. Regum xxiiij. Iste Nabuchodonosor est, qui in Babylonem duxit Ioachim, Ezechielē, & Mardocheum. Iste est Nabuchodonosor, qui anno decimonono regni sui destruens templum & urbem Hierusalem, posuit Iudaeam in desolationem, ducens Sedechiam captiuum, Hieremieae quinquagesimo secundo. Iste est Nabuchodonosor, qui Danielelem somnium

Facinora Na
buchodono-
for magni.

somnium sui interpretem exaltauit in principem super omnes prouincias Babylonis, Danielis ij. Iste est Nabuchodonosor, qui Danielelem nolentem adorare statuam auream, una cum pueris tribus iussit mitti in fornacem ignis. Iste est Nabuchodonosor, qui septem annis uersus in amentiam, inter bruta animalia uixit, & radicibus herbarum alitus est, & postea per misericordiam dei restitutus in regnum, laudauit & glorificauit regem caeli, Danielis iij. Sunt qui huius scripturae historiam, de transformatione uidelicet eiusdem Nabuchodonosor in bestiam, ad sensum mysticum referunt, asserentes nequaquam potuisse fieri, ut fenore per septem annos uelceretur homo, qui nutritus fuerit in delicijs, & septem annis absque ulla laceratione corporis uixerit inter bestias, & quod per septem annos imperium sit illi reseruatum, praesertim cum historiae Chaldaeorum nihil tale contineant. Sed his sufficiat responsio, homines amantes aestimare se ista facere, & haec etiam suo modo facere. Iste igitur est Nabuchodonosor, cuius passim meminit scriptura multis in locis, ut in libro Danielis, in Hieremie, in iij. libro Regum, & in ij. Paralip. Annus quartus regni Ioachim, fuit primus annus regni Nabuchodonosor, ut dicitur Hieremie xxv. Annus decimus Sedechiae, fuit annus decimus octauus Nabuchodonosor, ut dicitur Hieremie tricesimo secundo. Annus undecimus regni Sedechiae, fuit annus xix. Nabuchodonosor regis, & tum facta est desolatio templi & ciuitatis Hierusalem: & ideo ab hoc decimonono anno regis huius, qui fuit undecimus Sedechiae, incipiunt septuaginta anni desolationis. Post hunc regnauit Euilmerodach annis triginta, de quo Hieremie ultimo, & iij. Regum ultimo sic dicitur: Factum est in anno tricesimo septimo transmigrationis Ioachim mense duodecimo, uigesima quinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare coeperat, caput Ioachim regis Iudae de carcere, & locutus est ei benigne. Ex hac scriptura consequitur, primum annum regni Euilmerodach fuisse tricesimum septimum a transmigratione Ioachim, & uigesimum sextum a desolatione Hierusalem. Et ita ex scripturis consequens est, a principio regni Nabuchodonosor usque in primum annum regni Euilmerodach, esse tempus quadraginta quinque annorum, quibus regnauit Nabuchodonosor, quod numerus est & ab ipso Metasthene designatus. Post illum regnauit Regassar, primus filius Euilmerodach, annis tribus. Post illum Labassardach, secundus Euilmerodach filius, quibus horum duorum regum sacra scriptura expresse non meminerit, nequaquam tamen possunt iusta ratione praetermitti, praesertim quia Metasthenes scriba, auctoritate publica scribens tempora, ipsos simul & numerum annorum, quibus regnauerunt designauit, cuius Metasthenis sententiam magister quodam historiarum scholasticarum repetit, quam & Philo in sua temporum descriptione secutus est. Postremum chronographia sic designata, magis uidetur esse conformis scripturae sacrae, quae distinguens transmigracionem Ioachim, a desolatione Hierusalem supputat lxx. annos, non a transmigracione ipsius Ioachim, sed a desolatione Hierusalem, qua uniuersa Iudaeorum terra facta est in solitudinem & stuporem, ut patet Hieremie xxix. & ij. Paralip. ultimo. De qua & Hierem. in lamentationibus: Quomodo sedet sola ciuitas plena olim populo. Supputandi sunt

Cyrus fit
monarcha p
farū & Ba-
byloniorū.

ergo anni illorum regum duorum fratrum, secundum successionem regnantis. Post illos regnavit Baltasar tertius, præfati Euilmerodach filius, annis quinque, quæ interfecit Cyrus rex Persarū, simul factus Babyloniorū rex, de quo Danielis quinto. In hoc itaque Cyro, iuxta Danielis testimonium, reunita sunt Persarum & Babyloniorum regna in unam monarchiam, quemadmodum & ipse Metasthenes tradidit. Ex hac ergo Berosi & Metasthenis chronographia iuuatur sacrae theologie studiosus, ad intelligendas scripturas prophetarum, easdemque illo uel illo tempore impletas esse: ex hac luce clara uidentis, a decimonono anno magni Nabuchodonosor, usque in ultimum annum regni Balthasaris, esse tempus annorum septuaginta præcise, quos & scripturæ prophetarum passim commemorantes, uocant annos desolationis. Vnde & ex scripturis sacris ipsa chronographia Metast. demonstrat esse uerissimam, dum in illa a uigesimo nono anno Nabuchodonosor, usque in primum annum Cyri intimantur esse septuaginta anni, quemadmodum & eadem scripturæ sacrae docent. Secundo ex Chronographia hac plane uidemus in primo anno imperij Cyri (qui interficiens Balthasarem, soluit captiuitatem Iudæorum, ut patet primi Esdræ primo) impletum esse uaticinium Hieremiæ, qui prædixerat: Seruient omnes gentes istæ Iudæorū regi Babylois septuaginta annis. Tercio ex hac uidemus in nece Balthasaris Babylois impletam esse prophetiam, qua dicitur: Cum impleti fuerint septuaginta anni, uisitabo super regem Babylonis, & super gentem illam iniquitatem eorum, & ponam terram Chaldæorum in solitudines sempiternas, Hieremiæ xxv. Quarto ex hac Chronographia uidemus ueram fuisse prophetiā Hieremiæ xxvij. in qua dicitur: Seruient oēs gentes istæ regi Babylonis & filio eius, & filio filij eius, donec ueniat tempus terræ eius. i. donec ueniat tēpus ultionis etiā super terrā ipsius Babylonis. Seruiērūt Iudæi captiui primū regi Nabuchodonosor, deinde & ipsi Euilmerodach, seruiērunt & tertio filijs ipsius Euilmerodach, donec ueniret ultio super ipsos. Vnde & tres filij ipsius Euilmerodach, secundum successionis seriem regnauerunt, quorū tertius Baltasar (ut inquit scriptura, & tam sæpe diximus) est interfecit. Et quia sunt, qui inter Nabuchodonosor & Balthasarem non ponunt reges ullos intermedios, propterea quod in capite Danielis Balthasar dicitur esse filius ipsius Nabuchodonosor, & ipse Nabuchodonosor pater ipsius: sciendum est (inquit Hieronymus) hunc Balthasarem non esse filium Nabuchodonosor, ut uulgo legentes arbitrantur. Sed iuxta Berosum, qui Chaldæam scripsit historiam, & Iosephum, qui Berosum sequitur. Post Nabuchodonosor, qui regnavit quadraginta quinque annis, successit in regnum filius eius, qui uocatur Euilmerodach, ut patet Hieremiæ ultimo. Post Euilmerodach successit in regnum Regassar, post quem Labassardach, post huius mortem filius eius Baltasar regnum tenuit, qui interfecit est a Darii rege Medorū, qui fuit Cyri regis Persarum auunculus. Hunc Dariū in Græcis uoluminibus quidā Astyagem, alij Astyagis filium putāt. Hæc Hieronymus in commentarijs Danielis v. Quod ergo in Daniele Baltasar filius Nabuchodonosor dicitur, hoc non, ut uulgo, proprie filium accipit, dici intelligitur

Quod Balthasar non fuit filius Nabuchodonosor.

ligitur: sed nomine filij in scripturis significatur nepotes & pronepotes. Deinde & filij in scripturis non nascendo solum, sed & imitatio uocatur: quemadmodum & gignere, seu generare non solum accipitur secundum carnem & sanguinem, sed & secundum morum instructionem, aut imitationem: quod ad longum declarat Hieronymus in questionibus secundi Paralip. Sic ergo apud Danielem Nabuchodonosor, pater ipsius Balthasar appellatur, qui non uulgari modo pater, sed auus fuit ipsius. Sub primo anno huius Balthasar, ostensa est Danieli uisio de quatuor uentis cœli, pugnantibus in mari magno, & de quatuor bestijs magnis inter se diuersis, de mari ascendentibus, Danielis septimo. In anno tertio eiusdem regis, ostensa est Danieli uisio de arietē & hirco, Danielis viij. In quarto & ultimo anno regni sui, ipse Baltasar grande cœuiuium faciens, & bibēs una cum suis concubinis ex uasis sacris, uidit manum scribentis in pariete, & interfecit est nocte illa, Danielis quinto. Quinto ex superioribus manifestum est, sacrae theologie studiosum non oportere cōturbari ex uarijs aliorū chronographijs, uarijsque magistrorū expositionibus, uarie sentientium de fine aut principio istorū annorū septuaginta. Sunt, qui annos septuaginta istos incipiunt ab anno undecimo regis Ioachim, in Babylonem transmigrantis. Sunt qui incipiunt eos post Ioachim transmigrationem, undecim annis completis, uidelicet in undecimo anno regni Sedechie, in quo destructa sunt templum & oppidum ipsum Hierusalem, in desolationem & solitudinem redactum. Sunt qui finiunt annos istos septuaginta in Cyro. Sunt rursus qui finiunt multis annis post Cyrum elapsis. Prouenit autem hinc error & diuersitas inter ipsos, quia falsis & diuersis innituntur chronographijs. Si uero innitantur chronographijs eorū, qui publica & probata fide annales regū ethnicorum conscripserūt, quales sunt Berosus, Metasthenes, Philo Hebræus, plane uidebimus scripturam sacram huiusmodi ethnicos reges commemorantem, esse lucidiorem, atque uerificatā esse sub tali & tali anno, unitus aut alterius regis. Si autem innitatur chronographijs aliorum, qui non publica fide, sed per opinionem scripserūt, ingentes nascentur difficultates super numeris annorum designatorū in sacris literis. Et idcirco in enumeratione istorum annorum septuaginta, & septuaginta hebdomadarū Danielis, non est standum authoritati, neque Iosephi, neque Talmudistarum, neque aliorū, qui sumplerunt tempora annorū regum Babyloniorum ex horum scripturis. Sed de his in sequentibus, cum tractabitur de septuaginta hebdomadibus, dicetur. Ex hac ergo Metasthenis chronographia collige omnes annos, simul in bipartita monarchia, & habebis a principio Phul Baloci, usque ad Dariū & Cyrum, annos quatuor & trecentos. Quemadmodum ergo supputantes annos simul omnes a diluuiō usque ad imperium Cyri & Darij, colligimus mille ethnicoꝝ cū sacra scriptura conueniūt in annis a diluuiō usque ad imperium Cyri.

Chronica
ethnicorū cū
sacra scriptura
conueniūt
in annis a di-
luuiō usque
ad imperium
Cyri.

a diluuiō usque ad ortum Abrahæ, sunt anni ducenti nonaginta duo, per consuetudinem

Epilogusan
nortū a dilu-
uio vsque ad
Cyrum.

clusionem secundam. Ab ortu Abrahæ usq; ad mortem Ioseph in Ægypto sunt anni trecenti sexaginta, per conclusionem tertiam. A morte Ioseph usq; ad legem datam in deserto, seu ad egressum filiorū Israel ex Ægypto, sunt anni centum quadragintaquinque, per conclusionē quartam. A lege data usq; ad inchoatum templum, anno quarto regni Salomonis, sunt quadringenti octoginta, per quintam conclusionē. A quarto anno regni Salomonis usq; ad desolationem & destructionē templi, sunt anni quadringenti & quadraginta, per conclusionē sextam & septimam. A desolatione usq; ad Cyrum & Darium, qui captiuitatē relaxauerunt, sunt anni septuaginta. Iunge simul annos omnes, & habebis mille septingentos octoginta & septē annos a diluio usq; ad imperium Cyri & Darij. Huic annorū numero si adiunxeris mille sexcentos quinquaginta sex annos a principio mundi usq; diluuium, habes a principio mundi usq; ad Cyrum, ter mille quadringētos & quadragintatres annos. Neq; turbari oportet in eo, qd Beda & cæteri, a diluio usq; ad Cyrum habent breuiorem temporis seriem. Nam & ratio huius differētis est ex superioribus manifesta. Ex his ergo cum pateat, chronographiam Beroli & Metasthenis hac in parte esse ueram, & conformem annorū numeris, descriptis in scriptura sacra, consequens est reiiciendos esse oēs chronographos ab istis ita discrepantes, ut temporibus in scriptura sacra designatis nequeant coaptari. Nam in scripturis sacris intelligendis, etiam ab ethnicis est accipiendum, præsertim in historijs & temporū supputationibus, quicquid scripturæ sacræ consonum est & conforme: quicquid autē ab hac dissentit, est reiiciendum. Insuper & ex his manifestum est, qd ea, quæ docet sacra historia in libro Genesis, de uniuersali diluio sub Noe, aliq; multa illic recitata, etiam fuerint utcunq; ethnicis cognita. Neq; deus absq; sui ipsius cognitione prorsus reliquit gentes. Vnde & præter naturæ talenta ipsi naturę insita, uelut semina quedā, quæ auditu & uoluntate exulta fructificant, testimoniū reatoris etiam multa gesta & miracula in sacris literis deignata, quæ sola fide ex auditu cognoscunt, nō fuerūt illis prorsus abscondita. Sed de his in alijs. Hactenus ergo tam ex scripturis sacris, q̄ ex probatissimorum ethnicorum chronographijs habes certum annorum numerū, conformiter traditū a diluio usq; in primum annum imperij Cyri, qui interfecto Balthasare regnare cepit super Babylonis os. A Cyro autē usq; ad Alexandrum magnum, & ab Alexandro conlequēter usq; ad Christum nō habemus scripturas sacras, ex quibus colligamus certum annorū numerum: sed oportet huius temporis annos mutuare ab alijs scriptoribus, & eis quidem probatoribus. Vnde præfatus Metasthenes in supputatione temporū probatus, usq; ad sua tempora, uidelicet usq; ad imperium Alexandri magni nobis tempora describit. Sit ergo hæc nona conclusio: A Dario & Cyro ad Alexandrum magnum, qui interficiens Dariū ultimum Medorum, Persarū, ac Babyloniorū regem, transtulit imperium in Græcos, sunt anni centum nonagintaunus, quemadmodū supputat ipse Metasthenes, designans in singulis regibus & nomina, & numeros annorū, quibus regnauerunt. Et q̄ scire horū regū & nomina, & numeros annorū, quibus regnauerunt,

De annis a
Cyro vsque
Christū agit

uerunt, plurimum per omnem modum confert ad intelligendū scripturas, & ad supputandū Danielis hebdomadas, aliasq; prophetias & historias in Daniele, in Efdra, in Aggæo, & Zacharia, commemorantes hoc, uel illo anno, aut Darij, aut Artaxerxis, aut Nabuchodonosor accidisse. Idcirco probatā chronographiam hic inseremus ipsius Metasthenis dicētis, qd Balthasare interfecto regnauerunt simul Cyrus & Darius annis duobus. Deinde Cyrus solus, duobus & uiginti. Post quem Priscus Artaxerxes Assuerus, filius Darij, annis uiginti, ultione interea sumpta de factione Tamitica, quæ per dolū tradiderat patruum Tamirę. Post Priscum illum Artaxerxem duo filij eius, Artabanes & Darius Longimanus, vij. mensibus, p imperio dimicauerūt, & septimo mēse cessit uictoria Dario Longimano, qui regnauit annis septē & triginta. Post quem filius eius Darius Nothus regnauit annis decem & nouem. Post illum Magnus Artaxerxes. Darius Mnemon regnauit annis quinquagintaquinque, post quem Artaxerxes Ochus sex & uiginti. Nostra ætate Artes regnauit annis quatuor. Post quem Darius ultimus, sex. Post quē Magnus Alexander, qui transtulit imperium in Græcos, regnauit annis duodecim. Seleucus Nicanor, qui nunc agit annum tricesimum, successit toti Asiæ & Syriæ. Hactenus Metasthenes. Ex his igitur manifestum est, quod a primo anno, quo Darius & Cyrus, interfecto Balthasare, simul regnauerūt usq; ad imperium Alexandri Magni, sunt anni centum nonagintaunus. Sunt qui numerum annorū a Cyro usq; in Alexandrum, longe maiorem ponunt, & hi quidē inter se adhuc sunt uarij atq; diuersi. Verū supradicta & regum, & temporum ipsorū descriptio, uidetur nobis pbator, & scripturis in libris Efdre, in Daniele, in Hieremia conformior, præterq̄ in ætatibus duorum hominū, Mardochei uidelicet, & Neemiæ, qui secundum hanc chronographiam uidetur uixisse longius, q̄ ferre possit naturalis humanæ uitę cursus. Sed hanc difficultatem soluere habent Eusebius, Beda, aliq; ueteres chronographi, ponētes historiam Hester contigisse sub Artaxerxe Mnemone. Vnde & secundū Eusebij ac Bedæ chronographiā, a transmigratione Ioachin, cum quo Mardocheus dicitur esse in Babylonem translatus, usq; in duodecimum annum Darij Mnemonis, sub quo & ipsi constituunt historiam Hester & Mardochei, defluerūt anni sex & ducenti: quo fit, ut ætas Mardochei magis obuiet illorum chronographiæ, q̄ chronographiæ Philonis & Metasthenis. Conclusio decima: Ab Alexandro, qui monarchiam Persarum, Medorum, ac Babyloniorum transtulit in Græcos, usq; in finem regni Persis ultimi regis Macedonum, per Romanos superati, circiter primū annum ducatus Iudæ Machabæi, sunt anni clxxiij. A fine autē regni Macedonū, seu a primo anno ducatus Iudæ Machabæi usq; ad Iulium Cæsarē, sunt anni cxv. A primo autē anno Iulij Cæsaris usq; in Christū sunt anni xlvi. Patet hæc conclusio ex chronographia Eusebij, per Olympiades supputando, demonstraturq; in parte sequenti latius.

Anni ab Alexandro magno vsq; Christi sum.
Epilogū omnium prædictarū supputationū vñ de in capite proximo.

Tertia pars huius capituli de regum ethnicorum, quos scriptura commemorat, temporibus collatis ad gesta in eisdem scripturis recitata.

PRO intellectu scripturarum, operæpretium est horum ethnicorum regum tempora conferre ad gesta in scripturis sacris recitata. Sciendum est ergo quod in principio primi anni regni illius Darij, qui cum Cyro simul regnavit Daniel est honoratus, sed per satraparum invidiam accusatus, in lacum tandem leonum missus, Danielis vi. Insuper & in principio eiusdem anni ostensum est Danieli tempus instare quo implerentur anni desolationis Hierusalē, in quo & eidē Danieli intimatus est numerus septuaginta hebdomadarum usque ad Chrm. Danielis nono. Deinde & in eodem anno primo Darij, facta est Danieli visio de nouissimis temporibus, & de Antichristo, Danielis undecimo. Eiusdem Darij anni primo, Cyrus dedit ludæis in Babylone captiuis facultatem redeundi in Hierusalē, soluens captiuitatem, & restituens uasa sacra. Secundo regni huius Darij & Cyri anno, Iesus filius Iosedech, & Zorobabel iecerunt templi fundamenta, prophetibus Aggæo & Zacharia prophetis, primi Esdræ ij. Deinde mox ipsis per hostes uicinos impeditis, cessatum est ab edificando usque in secundum annum Darij Longimani. Ceterum ut magis elucidentur scripturæ ex supradictorum regum ethnicorum temporibus, & annorum numeris habita consideratione & collatione ad nomina & ad tempora regum in sacris literis designata, operæpretium est de his hic inserere lxx. seniorum sententiam, iuxta discretissimi Philonis sententiā. Populo, inquit, ludæorum præfuerunt duces ex domo Dauid, & sacerdotes ex Leui seorsum, usque ad tempora Machabæorum, & de his lxx. seniores in scriptis sic reliquerunt: Iesus filius Iosedech magnus pontifex cum Barachia, Sorobabele, filio Mezebelis anno primo Cyri uenit Hierosolymam, & dum hi secundo anno iacerent fundamenta templi, prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis ob mortem Darij Hystaspis, impeditum est opus, nec adiri potuit Cyrus, qui bello Tamirico erat impeditus. Successit interfecto Cyro, Priscus Assuerus Artaxerxes, qui bellum parabat contra Artaxat, factionis Tamiricæ fautorem. Ad Assuerum qui intra Babyloniā sese continebat Iesus pontifex, quia duces Syriæ contra Hebræos scripserant, se contulit, relicto in pontificatu, anno duodecimo Assueri, filio suo Ioakin, qui & Elij. Ergo quia eo anno erat Assuerus occupatus bello, non est auditus Iesus. Assuerus uictor cum sequenti anno missum a se Holifernum a ludæis tructatum audisset, edicto publico uenit templum erigi. Successerunt duo filij eius de imperio contendentem, sed Dario Longimanno, quorum relaxandi edictum patris emiserat septimo mense, uictoria cessit. Anno huius Darij primo reuersus Iesus, hortantibus eiusdem prophetis, ædificare templum annixus est. Gessit ergo Iesus pontificatum primum, usque ad duodecimum annum Assueri Prisci, annis sex & triginta. Ioakin filius eius in absentia annis octo, is & gesta Iudith conscripsit, & anniuersaria liberationis memoriā quotannis agenda instituit. Idem Iesus reuersus, prosequutus est pontificatum annis uiginti, usque ad uiginti annum Longimani, natus annos triginta & centum, cui successit Ioakin, secundo ite pontifex annis quadraginta octo, usque ad duodecimum annum Magni Artaxerxis Assueri. Hic item Ioakin gesta Hester conscripsit, & memoriam Phurim, id est, sortium, instituit, hortante illum per

Pontifices a
captiuitate Iu
daica per Cy
ri salutata.

per literas Mardochæo, qui decem & octo annos ætate Isaac superauit. Tertius pontifex successit Eliafibus annis uno & uiginti, usque ad triginti tertium annum Magni Artaxerxis supradicti. Hic Eliafibus primus posuit Hierosolymis portam gregis. Quartus pontifex Ioada gessit pontificatum annis uiginti quatuor, & eisdem Ioathan usque in finem Ochi Artaxerxis. Vltimus sub Persis fuit Iudith pontifex laddua annis decem, usque in Alexandri imperium. Hastenus septuaginta seniorum sententiæ. Ex quibus consideratis mirum in modum illustrantur multa scripturæ sacre loca obscura in libris Esdræ, Danielis, Aggæi & Zachariæ. Primum ex illis patet, quod duo fuerunt Darij, unus Medus, uidelicet Cyri patruus, appellatus Darius Hystaspes. Alter Darius Longimanus, & quod sub utriusque Darij anno regni secundo iude fuerunt prophete uaticinantes: Aggeus scilicet & Zacharias, eadem persone edificantes templum, Iesus uidelicet & Zorobabel. Hæc omnia patent primo Esdræ secundo, tertio, quarto & quinto capitulis. Et hinc iam Aggæi primo, Zachariæ primo, & sequentibus capitulis, dum dicitur, Verbum domini factum esse ad prophetas illos anno secundo Darij, emergit obscuritas & difficultas inter expositores, quibusdam dicentibus Darium Medum, qui cum Cyro regnauerat illic significari, propterea quod Zachariæ primo dicitur: Iam septuagesimus annus est, qui sub Dario Medo completus fuit. Alijs uero contradicentibus, illic Darium Longimanum significatum esse, propterea quod Zachariæ septimo dicitur: Anno quarto Darij regis. ubi oportet intelligere alium Darium, quam Darium Medum. Hic enim post solutam ludæorum captiuitatem, solum regnavit cum Cyro annis duobus, & mortuus est, ut patet ex supradictis. Sed de hac difficultate infra latius. Secundo patet iacto templi fundamento secundo anno Darij Mediceonem anno morientis, impeditum esse opus templi omnibus diebus Cyri. Patet primo Esdræ quarto. Impeditum quidem opus, non per Cyri personam, qui bello Tamarico impeditus, adiri non potuit, sed per principes uicinos ludææ hostes. Qui etiam post Cyrum in regno Assueri Artaxerxis scripserunt accusationem aduersus ludæos ad eundem Artaxerxem, significantes ei, quod si Hierusalem ciuitas rebellis reædificetur, ludæi tributum & uectigal non dabunt. Quibus rescripsit ipse ut prohiberent illis ne ædificarent: & tum intermissum est opus usque ad annum secundum Darij regis Persarum. Primi Esdræ iij. Tertio patet, quod qui in libro Iudith appellatur Nabuchodonosor, is primi Esdræ iij uocatur Assuerus atque Artaxerxes, ab ethnicis uocatus etiam Cambyzes. Insuper patet Iesum summum sacerdotem, posteaquam sub Cyro uenit in Hierusalē reuersum esse in Babylone, ut illic apud regem sollicitaret pro amouendis impedimentis, quæ præstabant hostes ludææ, impediens ædificare templum, quod & ipse Assuerus in principio regni sui, suggerentibus aduersus Iudæos hostibus, edificare prohibuerat, ut patet i. Esdræ iij. Quod autem Iesus ipse primum sub Cyro, deinde sub Dario isto ex Babylone ascenderit in Hierusalem, patet tertij Esdræ quinto. Quinto patet, quod ex huius Assueri regis anno duodecimo usque in uiginti annum regni eiusdem annum, Ioakin filius Iosue pon-

tificatum uice patris gessit, qui & historiam conscripsit Iudith uiduæ cōmorantis in Bethulia ciuitate, quæ anno decimotertio regni eiusdē Assueri occidens Holofernum principem exercitus Nabuchodonosor, liberauit populū Israel, cuius liberatiōis anniuersariū diem quotānis celebrādam instituit ipse Ioakin, qui & capite quarto libri Iudith eliachim appellatur. Vnde ex libro Iudith patet, q̄ rex iste Assuerus deuicto Artaxat eleuatus in superbiam, cogitauit suo imperio subiugare oēm terram, mittēs Holofernum principē militiæ suæ. Assuerus autē audiēs, ut inquit septuaginta seniores, tandem eundē Holofernum principem suum occisum esse a muliere Hebræa, edicto publico uetuit templum erigi. Sexto patet, quod Assuero illo Artaxerxe mortuo, duo filij eius pro imperio dimicauerunt mensibus septem, & quod uictoria cessit Dario Longimano, qui uotum deo cœli fecerat relaxandi edictum patris, si uictor euaderet: de quo uoto habes in prædicta sententia septuaginta seniorū, & tertij Esdræ tertio & quarto capitulis. Vnde adolescens noīe Ioachin filius Sorobabelis coram rege isto anno regni eius secundo, loquēs sermōnes mirificos, demonstrauit ueritatē sup̄ oīa uincere, qui & ideo unus inter tres iuuenes inuentus est sapientior. Vnde & rex ait illi: Inuētus es sapientior. pete quod uis, & dabo tibi. Cui adolescens: Memor esto, inquit, uoti tui quod uouisti ædificare Hierusalē in die qua regnum accepisti, & remitte re omnia uasa quæ ex Hierusalem sunt. Impleas o rex uotum quod uouisti regi cœli ex ore tuo. Tum surgens rex Darius scripsit literas ad omnes dispensatores & præfectos, ut eum deducerent in Hierusalem. Et tum ascenderunt Iesus filius Iosedech, & Ioakin filius Sorobabelis. Patent hæc tertij Esdræ quarto & quinto capitulis. Hic sane tertius liber, hac in parte de uoto Darij emissio, conformis est sententiæ lxx. seniorū & Philonis, quamuis sit apocryphus & in multis deprauatus, ueluti cum in quarto capite dicitur: Tertius us qui dixerat de mulieribus & ueritate, hic est Sorobabel, cœpit loqui, &c. Hoc quod dicitur, Hic est Sorobabel, per sciolum quendā adiectū est: Nam sub secundo anno Darij huius, ipse Sorobabel non potuit esse adolescēs. De inde & in capite sequenti: Hic qui loquutus est mirifica coram Dario isto, plane asseritur esse Ioachin Sorobabelis filius. Darius ergo Longimanus memor uoti sui, Iudæis facultatem dedit ædificandi, scribens epistolas, quibus & relaxaretur patris edictum, & deduceret Ioakin filius Sorobabelis, ac Iosue sacerdos magnus, filius Iosedech, ac omnes quotq̄t erant in Babylonia ex Iudæis, & traderentur ligna cedrina a Libano in Hierusalem ad opus ædificandi, & remitterentur in Hierusalē omnia uasa templi ex Hierusalē asportata, quæ separauerat Cyrus a prophano regis Babyloniōis templo, præperatq̄ mitti in Hierusalem. & ut dicitur tertio Esdræ v. misit Darius rex una cū eis equites mille, qui deducerent eos in Hierusalem cum pace, cum musicis & cū tympanis: quibus & in Hierusalē uenientibus, Aggo atq̄ Zacharia propheta tantibus anno secundo Darij, quæadmodū in libris ipsorū prophetis continetur, surrexerunt Sorobabel filius Salathiel & Iosue filius Iosedech, & ceperunt ædificare tēplū dei in Hierusalē, & cum eis prophetæ dei adiuuantes. Ad

eos autem iam ædificantes uenerunt hostes duces trans flumen perturbantes & conantes impedire illos, & missis literis ad Darium, significauerunt ei q̄ cum uellent prohibere ne ædificarent, Iudæos respondisse, Cyro imperante se hoc facere, & propterea iubeat quærere in domo thesaurorū, an Cyrus talē dederit facultatē. Darius autē acceptis literis, iussit inquire in archiuis, seu bibliothecis, quæ nam olim fuisset super hoc uoluntas Cyri, & inuētum est uolumen unum in quo scriptū erat decretū Cyri, ut domus dei in Hierusalē edificaretur, sumptusq̄ de domo regis darentur, & uasa templi remitterentur. Quo decreto inuento, Darius iste anno secundo regni sui decreuit, ut domus dei edificetur, & de arca regis sumptus dentur, & uniuersa quæ ad hostias offerendas sunt necessaria ministrantur, ut offerant oblationes deo cœli, & rentq̄ pro uita regis, & pro uita filiorū eius. A me ergo (inquit Darius) positum est decretū hoc, ut omīs qui mutauerit hanc iussionē, tollatur lignū de domo ipsius, & figatur in eo, domus autē eius publicetur. i. Esdræ vi. Septimo patet a Cyro usq̄ ad imperium Alexādrī eundem annorū numerū, quæ supra diximus esse olim ante mille quadringentos annos designatū in chronographia lxx. seniorū, & Philonis per sex pontifices, quos Neomias capi. xij. enumerat. Iesus seu Iosue sacerdos genuit Ioakin, Ioakin genuit Heliasib, Heliasib genuit Ioadā, Ioadā genuit Ionathā, Ionathā genuit Iedda. Horū pōtificiū annos quibus p̄uerunt populo Israel supradicti seniores supputant hoc pacto. Quemadmodū in superioribus dictū est Iosue, qui & Iesus, filius Iosedech soluta captiuitate, pōtifex fuit lxxiiij. annis, a primo uidelicet anno Darij & Cyri, usq̄ in uigesimum annū Darij Artaxerxis Longimani, uicēs annos centum & triginta. Post hunc Ioakin alio noīe uocatus Elich, extitit pontifex xlviij. annis, a uigesimo scilicet anno Darij Longimani usq̄ ad annū duodecimū Darij Mnemonis: qui Darius in libro Hester undecimo capite uocatur maximus Artaxerxes, & Assuerus, qui & maritus Hester fuit, sub cuius anno regni duodecimo, missa est in urnā fors, quæ hebraice dicitur phur, coram Aman. quo die & quo mense gens Iudæorū deberet interfici. Hester tertio. Insuper iste Ioakin est, ad quem, & ad uniuersum populū Iudæorū scripsit Mardocheus literas, ut decimū quartū & decimū quintum diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honore: quia in ipsis diebus se ulti sunt de inimicis suis, dum Aman & filij eius molientes uniuersum genus Iudæorum extinguere, suspenduntur in patibulo, ut patet in libro Hester capite noīo. Instituit itaq̄ Ioakin pontifex summus diem Phurim quotannis solenniter celebrandam, hortante illum per literas Mardocheo. Post Ioacin extitit Heliasib pontifex annis uno & uiginti usq̄ ad uigesimum tertium annum præfati Darij Mnemonis Magni Artaxerxis. Sub hoc pontifice urbs Hierusalem muris & portis clauditur, secūdi Esdræ tertio. Sub hoc pontifice fuit Neemias, qui anno uigesimo Artaxerxis uenit in Hierusalem ad muros instaurandum, qui rursus & anno trigesimo secundo eiusdem Artaxerxis uenit in fine dierum suorum ad regē ipsum, cupiēs habere facultatē recludi in Hierusalē, ut patet Neemiæ decimotertio.

Annipontificiū a captiuitate soluta per Cyriū vsq̄ Alex. magnū.

Et quia secundum superiores sententias a principio imperij Cyri, usq; in trigessimum secundum annum Artaxerxis Mnemonis, sunt anni centū & triginta duo, cōsequens est Neemiam istum uixisse circiter annos centū quadraginta: si tamen ipse est idem Neemias, qui primi Esdrę secundo recitatur. Primo anno Cyri reuersus esse in Babylonem cum Sorobabel & Iosue. Vnde & Africanus non multum ab hoc annorū numero discordat, ponens ab initio Cyri usq; in uigessimum annum illius Artaxerxis, quo muri sunt constructi annos quindecim supra centū. Post Eleasib extitit Ioadā in pontificatu annis quatuor & uiginti usq; ad annum secundū Artaxerxis Ochi. Hic Ioadā iam habebat filios natu grandes, ex quibus poterat fieri gener ipsi Sanabalath, secundi Esdrę ultimo. Post Ioadā extitit Ioathan pontifex annis totidem, id est, quatuor & uiginti usq; in finem regni Artaxerxis Ochi. Post Ioathan fuit Iaddua pontifex annis decem usq; ad Alexandrum, magnū. Collige simul annos omnes, & habebis summā annorū centū nonaginta & unius, quæ summa resultat ex temporibus regū scđm Metasthenē, supputatis a Cyro usq; in eundem Alexandrum. En uides summam annorū designatorū per lxx. seniores, & per disertissimū Philonē a Cyro usq; ad Alexandrū prorsus cōuenire cum summa, quam in sua chronographia Metasthenes designauit. Octauo patet & eadem annorū summa, supputando tempora ducum, qui post solutionem captiuitatis præfuerunt populo Iudæorū usq; in tempus eiusdem Alexandri. Vnde Ioachim rex Iudæ captiuus alio nomine (ut inquit Philo) uocatus Neri per Euilmerodach solutus & liberatus e carcere in Babylone genuit Salathiel, uocatum alio nomine Mesezebel. Salathiel genuit Sorobabel, Sorobabel autē alio nomine appellatus Barachias primus dux in solutiōe captiuitatis præfuit annis octo & quinquaginta, usq; ad decimū quartū annum Darij Longimanni. Post Sorobabelem filius eius uocatus Misciola, secundi Esdrę tertio, apud Lucam uocatus Resa, præfuit annis sex & sexaginta, usq; ad uigessimum sextū annum Darij Mnemonis. Hic anno xx. Artaxerxis ædificauit muros Hierusalē una cum Eliasib, alijsq; principibus, ut patet Neemię tertio. Post Resam Ioanna filius eius dux, præfuit annis tribus & quinquaginta, usq; in annum uigessimū Artaxerxis Ochi. Post Ioannam dux fuit Iudas primus cognomine Hircanus, qui dux præfuit annis xliij. usq; in annum primum regni monarchiæ Alexandri. Hactenus Iudæi Philonis sententiæ, ex quibus & intellectus patet eius, quod apud Matthæū dicitur, tofi as genuit teconiam & fratres eius in trāsmigratiōe Babylonis, & post trāsmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salathiel. Iosias non fuit in trāsmigratione, ideo neq; ullos genuit in trāsmigratiōe filios: sed tēpore illo, quo iam instabat trāsmigratio genuit filios, qui fuerūt in trāsmigratiōe, utpote Ioachim, qui trāslatus fuit in Ægyptū, Ioakim & Sedechiā, & Ioachim nepotem suū, qui trāslati fuerūt in Babylōnē. Ioachim Iosie ex filio nepos per Euilmerodach solutus carcere in Babylone genuit Salathiel. Sed hic ne in genealogia conturbetur lector ex scripturis sacris, operæpretium est sanæ & recte intelligere generationē Ioakim, primi Paral. tertio, ubi sic dicitur. De Ioakim

Duces q; Iudæis p̄fuerūt a soluta captiuitate vsq; Alexandrū magnū.

Matth.

Chariones Ioachis.

natus est Iechonias & Sedechias. Filij Iechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel, Melchiram, Pedaiah, Senneser, Iecemia & Saba & Madabia. De Pedaiah orti sunt Sorobabel & Semei. Sorobabel genuit Missollam & Ananiā. Filius autē Ananię Phalcias pater Hieseie, & reliqua. In hac generationis serie, Sorobabel uidetur designare filius Pedaiah, & esse genitus nō de Salathiele, sed de Pedaiah fratre ipsius Salathielis: quod repugnare uidetur genealogia Matthæo & Luca descriptæ. Sed hic sciendum, q; secundum Hebræos, eiusdem personæ nomina fuerunt Asir, Salathiel, Melchiram, Pedaiah. Et hæc ne confingere uideamur, audiamus de his sententiam Hieronymi, in quæstionibus 1. lib. Paralip. Filij Iechoniæ (inquit) Asir, Salathiel unum nomē est, ipse est Pedaiah pater Senneser filius Iechonię, in Esdra Gesbaser nominatur, cui Cyrus annumerauit uasa domus dñi. Hæc ille. Proinde quod textus dicit de Pedaiah, orti sunt Sorobabel & Semei, perinde est ac si diceretur: de Salathiel orti sunt Sorobabel & Semei. Et hoc ita esse constat ex scripturis, q; Sorobabelem plane appellat filiū Salathielis, Aggei 1. & ij. & secūdi Esdrę quinto, Matthæi primo, Lucæ v. In eo ergo quod dicitur 1. Paralip. iij. Filij Iechonię fuerūt Asir, Salathiel, Melchirā, Pedaiah, Sennasar, & Iecemia, Saba & Nadabia, solum designātur quinq; filij, quorū primus fuit quatuor nominum appellatione uocatus, uidelicet Asir, Salathiel, Melchiram, Pedaiah. Vnde de sensu textus est: Filij Iechoniæ fuerūt, primus Asir, qui uocatur Salathiel, Melchiram, Pedaiah. Sed hæc pro scripturarum cōcordia. Vnde & hos duces uidelicet Ioannam, Resam, Sorobabelem, Salathielem, Neri, id est, Ioachim, q; & apud Matthæum uocatur Iechonias, nominatim etiam ponit Lucas in genealogia Christi. Verum Lucas ex Iechonia ascendit ad Dauid per Nathan Salomonis fratrem. Matthæus autē a Dauid per Salomonem descendit ad Iechoniam. De huius obscuritatis difficultate in alijs. Ad numerum annorum redeuntibus manifestum est ex supradictis, q; a principio mūdi usq; ad principium regni monarchiæ Græcorum, quæ incepit ab Alexandro magno, defluerint anni ter mille sexcenti & triginta quatuor. A diluuiō autē usq; in eundem primum annum monarchiæ Alexandri, concorditer iuxta suppositionē ex scripturis collectam, simul & iuxta numerum annorū in regibus ethnicis, ex Berofo & Metasthene & Manethone desumptum, sunt anni mille nongēti, septuaginta octo. Ab ortu autē Abrahę usq; in eiusdem Alexandri imperiū, sunt anni mille sexcenti octoginta sex. Nono patet alium fuisse Dariū & Artaxerxem, sub cuius anno regni sexto consummatum est templum: alium Dariū Artaxerxem, sub cuius anno regni uigesimo construuntur muri & portæ Hierusalem: & ita alius Artaxerxes, de quo primi Esdrę septimo, & Neemię primo & secundo. Decimo patet, Neemiam & Esdrā sub Dario Mnemone ascendisse ex Babylone in Hierusalem. Sub anno duodecimo huius Darij Mnemonis contigit historia Hester, periclitata est tota gens Iudæorum Aman iussu regis a cunctis genibus flexis adoratur. Mardocheus non adorans illum accusatur, fors in urnam mittitur, quo die gens Iudæorum sit prorsus delenda decernitur, Hester ieiunium & orationem a populo fieri potestulæ

Hierony.

Epilogus prædictarū supputatiōnū a principio mūdi vsque Christum.

IO ANNIS DIEDO. DE SUPPUTATIONIBVS

stulat, & indua regalibus uestimētis regi grata, quicquid uult ab eo impetrat, Mardocheus exaltatur, Aman suspenditur, gens Iudeorum liberatur. Patent hæc oīa ex scriptura sacra in libro Hester. Vndecima conclusio: A principio imperij Alexandri usq; 3^o annum principatus Herodis, sub q̄ natus est Christus, sunt anni trecenti & trigintaquinque. Ista cōclusio per chronographos fide probata scribētes admittitur. Vnde Philo ab Alexādro usq; in Iudā Machabēum, per undecim duces ex domo Dauid usq; ad Iudam Machab. supputat annos centum & septuagintaquatuor. A Iuda autē Machabæo, qui primus simul dux & pontifex, ducatum a domo Dauid surripuit usq; ad Herodem per septem duces, unamq; ducem Alexandram nomine, supputat annos centum & uiginti nouem. Ab Herode autem usq; ad natiuitatem Christi, sunt anni trigintaduo, Iunge simul ab Alexādro annos usq; in Christi natiuitatē, & habebis annos trecentos trigintaquinque. His sic positis, si annos omnes a principio mundi usq; in Christi natiuitatem simul digesseris, habebis annos ter mille, nongētos, & sexagintanouem. Quod autem Beda minorem numerum ponat, recensens a principio mundi usq; in natiuitatem Christi ter mille annos nongētos & quinquagintaduos, supradictis nō obuiat. Nam hæc differentia in septendecim annis, quos ipse a principio mundi usq; in Christum pauciores habet, prouenit de industria Bedæ, qui sequutus textum Hebraicū, ponit Aman filium Manasses regnasse annis solum duobus, prætermittens annos decem, quos regnauit absente patre, quos tamen nos adiecimus, secuti septuaginta seniorum traditionem secundum Philonis chronographiā. In reliquis autē annis septem differentia prouenit in supputatione unius anni regni Attaliæ, & in supputatione temporis ab euerfione Hierusalē usq; ad Christū, in quibus temporibus supputādis sacra deficit historia, & ideo in horum temporum supputatione secuti eam (quæ uisa est probatior) sentētiā, iuxta Philonem & Metast. & in monarchia Græcorū ipsum etiā Eusebiū, ceterosq; probatos, annorū numerū recensuimus. Secundum has ergo cōclusiones, a principio mundi usq; ad Christū, sunt anni 3969. A diluuiō autē usq; ad Christum, habebis annos bis mille trecentos & tredecim. Ab ortu uero Abrahæ usque ad Christum, bis mille & xxi. A desolatione Hierusalem, seu templi destructione usq; ad Christum, habebis annos quingētos & xvi. A Cyro, seu solutione captiuitatis Iudeorum usq; in Christum, quingentos & xxvi. A secūdo anno Darij Longimani, q̄ obtenta uictoria satisfaciēs uoto suo facto deo oīa potenti, dedit Iudæis facultatē perficiendi templum, olim sub Cyro inchoatū, usq; ad Christi natiuitatē, habebis annos quadringētos & octogintaunum, qui faciunt sexaginta octo annorū hebdomadas, & annos v. Vnde secūdus annus Darij Longimani est, in q̄ de consummādo templo pridē fundato, & de Hierusalem reedificāda prophetauerūt Aggeus & Zacharias ex ore dñi dicentis: Reuertar ad Hierusalem in misericordia, domus mea edificabit in ea, & perpendicularum extendē super Hierusalem, Zachariæ r. Et q̄a ab illo anno numerātes usq; ad Christum, uenimus in sexagesimānonam hebdomadam, consequens est in secūdo illius Darij anno factū esse exitū sermonis, de quo

Ab Alexandro usq; ad Christum 335. anni.

Anni a mundo condito usq; Christum natum 3969.

Epilogus oīum annorū.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SAC. LIB. III. Fol. CCXVIII

quo scribit Danie. ix. ut mox patebit. Item a xx. regni Darij Mnemonis anno usq; in annū natiuitatis Christi xxix. si cōputaueris, habebis annos 434. q̄ precise constituunt hebdomadas 62. post quas occisus est Christus. Vnde consequens est, ab illius Darij anno uigesimo computandas esse Danielis hebdomadas sexagintaduas, de quibus dicitur: Rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporis, & post hebdomadas 62. occidetur Christus. Ex supra dictis uideri potest, nostrū Eusebiū ab ortu Abrahæ usq; Christi natiuitatē in numero hoc annorū nō discordare, nisi in annis quatuor, recensentē ab ortu Abrahæ usq; ad Christū, annos bis mille 25. Vnde & annos istos quatuor propter dies & menses in tanto annorū numero, ab ortu Abrahæ usq; ad Christū excrefentes, credimus numero annorū ex supradictis cōclusionibus esse adijciendos, ut a diluuiō usq; ad Christū supputent 2317. Ab ortu autē Abrahæ usq; ad Christum 2025. Quod autē ipse a principio mundi usq; ad Christū, supputet 5000. annorū & ferme ducētos, his, q̄ supradicta sunt, non obuiat: propterea q̄ differentia illa in annis mille & ferme trecētis, prouenit ex annis supputatis ante ortum Abrahæ scdm̄ editionē uulgarē, hoc est, 70. interpretū, secundum q̄r̄ textū a principio mundi usq; ad ortū Abrahæ, inueniūtur anni longe plures, q̄ habeat Hebraica ueritas, quemadmodū supra patuit. Nobis autē standum & permanēdum est in editione diui Hiero. & aliorū patrū iuxta Hebraicā ueritatē nobis propositā, qua & ecclia per uniuersum orbē iam utitur. Neq; in ob id sancti p̄res in cæteris suis dogmatibus sunt arguēdi, a principio mundi usq; ad ortum Abrahæ, & usq; ad Christū, ex textu 70. interpretum, longe maiorem numerū supputātes: quippe q̄ textu a ueritate Hebraica alieni usu sunt, numerū annorū sic maiorē ex illo textu didicerūt. Vnde & Hierony. & Aug. suspicātur æditionē 70. olim fuisse deprauatā, de q̄ in superiori libro. De hoc habes Aug. iudiciū xv. de Ciui. dei, cap. xiiij. Quod insuper Eusebius, & oēs, q̄ sequūtur ipsius chronographiā, ut Hiero Aug. Beda, longe a supradictis in monarchia scdā, q̄ est Persarū & Medorū dissentiat, describentes longe alium numerū annorū, quibus regnauerūt tales & tales reges ethnici, usq; ad Alexandrū, hoc superioribus nō repugnat. Nam & ipse Eusebius in illa monarchia, ut iam est demonstratū, aliorū sentētiā tradit, secutus eos, q̄ in supputatione temporis monarchie Medorū, & Persarū, & Babyloniorū, nō sunt recipiēdi. Sciendū est in, q̄ etsi pleriq; patres catholici longe dissentiant interdū in numeris annorū, uel regni alicuius, uel imperij aut Persarū, aut Græcorum, aut Romanorū, nō sic multū in dissentiūt in summa annorū, uel ab ortu Abrahæ, uel a desolatione templi, usq; in natiuitatē Ch̄i ex superiorib. collecta. Nam qd̄ in uno regno aut impio minus ponūt, in altero regno uel imperio plus ponūt. Quod Eusebius a destructione tēpli usq; ad Cyrū minus ponit, hoc supplet in tēpibus a Cyro usq; ad Alexandrū. Item qd̄ Euseb. a Cyro usq; in natiuitatē Ch̄i plus ponit, hoc minus ponit a destructione tēpli usq; ad Cyrū. Vñ sciendū, q̄ etsi annorū numerus ab ortu Abrahæ usq; in natiuitatē Ch̄i, scdm̄ Eusebii chronographiā supputatus, nō nisi in 4. annis supradictis excedat numerū annorū ex supradictis cōclusionibus ab ortu Abrahæ usq; in Ch̄i

Supputatio 72. hebdomadarū Danie.

A diluuiō ad Christū usq; anni 2317.

stum collectum. Attamē annorū numerus secundū Eusebii chronographiā, uel a Dario, uel ab Artaxerxe, uel ab alio quopiā supputatus, longe distat ab annorū numero, supputato ab eodem rege Cyro, uel Dario, uel alio secundū prædictas conclusiones: quod certe euenit propterea, quod Eusebius ponit reges illos regnasse sub hac uel illa olympiade, & sub tali uel tali seculo, & sub uno aut altero annorū numero, sub quo non regnauerūt, designās etiā nūc breuiorem, nunc longiorē numerū regni uniuscuiusque, quod habeāt conclusiones supradictæ: & id quidē in monarchia Medorū ac Persarū, quæ est a fine regni Sardanapali usque ad Alexandrū magnum. Et idcirco Eusebius, quous in numeris annorum supputatis uel ab ortu Abraham, uel a lege data, uel ab ædificatione templi Salomonis, uel ab alia qualibet ætate ante euerisionē Hierosolymitanā inchoatam usque ad Christū, uel euerisionē Hierosolymitanā sub Tito factā, in paucis admodū, utpote in iij. uel v. annis solū discordat a numero colligēdo secundū conclusiones suprapositas: multū tamen discordabit, si fiat cōputatio ab aliquo rege in regno Persarū, utpote a Dario, sub quo constructū est templum, usque ad Christū: uel ab Artaxerxe, sub quo reedificati sunt muri Hierosolymitanæ: quia Eusebius supradictos reges Persarū sub alijs ponit olympiadibus, quod ponūt Philo & Metasthenes, aliter etiā quod isti recenset illorū Persarū regum annos. Secundū Eusebiū a Darij ij. anno, sub quo rursus templum est ædificatum, usque ad templi destructionē, lxxiij. anno a Christi natiuitate sub Tito factā, sunt 592. anni. Secundū conclusiones autē supradictas, a ij. anno Darij Longimani, usque ad præfatā templi destructionē, sunt anni 574. Ab ortu autē Abraham, & a Nino usque ad finem regni Sardanapali, uel etiā usque ad Christū, aut usque ad euerisionem templi sub Tito factā, & ab initio imperij Alexandri usque ad Christū, non sic discordat Eusebianus calculus. Proinde Eusebius a diluuiō usque ad monarchiam Assyriorū, & deinceps in monarchia Assyriorū, usque ad Sardanapalum recipiendus est, modo fiat a diluuiō usque ad ortū Abraham calculus secundū Hebraicā ueritatē. Accipitur etiā ab Alexandro usque ad Christū. A Sardanapalo autē usque ad Alexandrum non est recipiendus propter supradictas rationes. Et quia patres ueteres in descriptionibus regum ethnicorū plerumque secuti sunt Eusebii chronographiā, aut Iosephi, aut aliorū aliter scribentiū, idcirco in suorū temporū descriptionibus non sunt recipiendi, si discordēt a calculo secundū probatos chronographos designato, & cōformiter scripturis sacris demonstrato. Sunt autē hæc summopere considerāda sacre theologie studioso, ne turbetur ex diuersitate & uarietate magistrorū, in hoc numero regum & annorū uarie loquentiū. Eusebius ponit Cyri regnasse annis xxx. Post illum autē Cambisē annis octo. Et post illū duos fratres Magos menses 6. Post illos Darium xxxvi. & sub anno regni sexto templū esse consummatū. Post illū autē Xerxem filiū Darij annis xx. Post illū autē regnasse Darium Longimanū annis xl. & sub huius regni anno xx. muros & portas Hierosolymitanæ esse reedificata. Post Longimanū autē regnasse Xerxem & Sogdianū mensibus x. Post illos Darium Nothū Artaxerxem Mnemona annis xl. sub quo ait historiā Herodotus contigisse: & sic consequēter supputās noīa regū, & numerū annorū eorū qui

qui post Cyrum regnauerūt usque ad Alexandrum, longe alio modo recitat, quod Metasthenes, Philo, ceterique probati chronographi noīa regū & annos eorū descripserūt. Alij uero etiā aliter atque aliter designāt numerū, diuersique inter se sunt etiā catholici tractatores, & a desolatione Hierosolymitanæ usque ad Cyrum, & a Cyro usque ad initium imperij Alexandri, alium numerū Iosephus, aliū Iulius Africa, alium Euseb. alium Hyppolitus, aliū Apollinaris, aliū Clemēs Alexandrinus, alium Origenes. Proinde & in supputatione 70. hebdomadarū Danielis longe sunt inter se dissentientes, quemadmodū uidere licet in commentarijs Hierony. super Dan. cap. ix. Iosephus in x. Antiquitatū lib. cētum fere annos recenset ab euerisionē Hierosolymitanæ, usque in primū annum Cyri, faciētis euerisionē regni Chaldeorū. Africanus autē recenset solum annos 70. Eusebius uero annos solum 30. Et hinc ita prouenit inter chronographos uarietas magna in numeris annorū ab ædificatione templi sub Dario, usque ad euerisionē illius, sub Tito factā: quia illum, sub quo templum est ædificatū, unus sub una statuit olympiade, alius sub alia: unus ponit illū regnasse tot annis, alius tradit illū ante illū, alius post illū regnasse. Quibus factū est, ut multis in locis textus scripturæ sacre adeo factus sit obscurus & difficilis, ut non facile ualeat & explicari sententia, & concordari sacra scriptura cum regū ethnicorū temporibus designatis a probatis Persarū & Chaldeorū chronographis. Secundū chronographiā autem Metast. Philonis, & aliorū, probata & publica fide scribentiū de regibus istis, & de numero annorū, quibus regnauerūt, supputātes: uidebimus scripturas magis sibi esse cōsonas, prophetiasque suis temporibus adimpletas: quod ut pateat euidentius opere præteritū est ostendere exemplis, per septuaginta hebdomadas Danielis.

Quarta pars de septuaginta hebdomadibus Danielis, ceterisque prophetiis de Messia, per dominum nostrum adimpletis.

Primū igitur sciendū est, quod appropinquāte iam Christo, & præsertim sub eo seculo, quod Herodes alienigena regnabat, & deinceps usque in Christi tempore erat fama & opinio publica apud Iudeorū scribas, sapientes & sacerdotū principes iam instare, & prope esse in annis tempus, quod Christus nasceret, oibus Iudeorū sapientibus peritis in lege Moyse, & in prophetis plane conijcientibus, tunc aut finitas esse, aut prope finē esse 70. Danielis hebdomadas, prophetiā quoque Iacob adimpletā, qua dicitur: Non auferet sceptrū de Iuda, neque dux de femore eius, donec ueniat, quod mittendus est: & ipse erit expectatio gentiū. dum Herodes 30. principatus sui anno Zanedrim (ut inquit Philo). i. collegium sceptri de domo Dauid delens. Deinceps anno regni sui tyrannici 32. receptus est in regem Iudeorū, quod sane Iudei tum fessi eiusdem Herodis tyrannide ultro se dederūt ipsi, præstātes eidē & posteris suis iuramentū fidelitatis, quemadmodū noster scribit Eusebius ceterique patres catholici. Vnde August. xvij. de Ciuita. dei, cap. xlv. Iudei post solutionē captiuitatis de Babylonia, reuersi in Hierosolymā, non reges, sed duces uel principes habuerūt usque ad Aristobolum, quod sumpto diademate & rex, & Pontifex factus est. Cui successit Alexander, etiā ipse rex & pontifex, quod crudeliter in suos regnasse tradit. Post hūc uxor eius Alexandra regina Iudeorū fuit, ex cuius deinceps tempore mala sunt seculi

Quod sapientes Iudeorū conijciebant instare Christi natiuitatem.

Augustinus.

ta eis grauiora. Filij quippe eiusdem Alexãdre, Aristobolus & Hircanus, inter se de imperio dimicãtes, vires aduersus Israeliticã gentẽ puocauere Romanas. Hircanus nãq; a Romanis contra fratrem poposcit auxiliũ. Tunc iam Roma subiugauerat Africã & Graciã, lateq; etiã imperans alijs orbis partibus. Pompeius ergo populi Romani præclarissimus princeps, Iudæã cũ exercitu ingressus ciuitatẽ capit, templũ referat, & ad sancta sanctorũ, q̄ nisi summũ sacerdotẽ nõ licebat intrare, ut prophanator accedit: cõfirmatoq; Hircani pontificatu, & imposito subiugate Iudæorũ genti custode Antipatro, uinctũ adducit secũ Aristobolũ. Et ex illo die Iudæi etiã tributarij Romanorũ esse cõperunt. Postea Cassius etiã templũ expoliãuit. Deinde post paucos annos etiã Herodẽ alienigenã regem habere meruerũt, q̄ regnante natus est Chr̄s. Iam enim uenerat plenitudo temporis, significata prophetico spiritu per os patriarche Iacob, ubi ait: Nõ deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de foemore eius, donec ueniat cui repositũ est: & ipse erit expectatio gentium. Non ergo defuit Iudæorũ princeps ex Iudæis, usq; ad istum Herodẽ, quẽ primũ acceperunt alienigenã regem. Tempus ergo iam erat, ut ueniret ille, cui repositum erat, quod nouo promissum est testamento, ut ipse esset expectatio gentium. Fieri autẽ nõ posset, ut expectarent gentes eum uenturũ, sicut eum cernimus expectari, ut ueniat ad faciendũ iudiciũ in humilitate patietie. Hactenus Augustinus. Et ut hisce in rebus fides nostra, intellectusq; noster in scripturis sacris intelligendis adiuuet etiã ex scripturis eorũ, q̄ sunt a Christo alieni, sciendum est, q̄ Philo temporũ & historie Iudæorũ supputator, in libro sue chronographie recitat, q̄ Hircanus ex Hebræis fuerit ultimus dux & pontifex Iudæorum, & q̄ dum is a Parthis esset captus, relicta uxore, filia, & eius fratre Aristobolo, mox Herodes alienigena Idumæus, iubente senatu Romano, inuitis Hebræis tyrannice regnum arripiens, sumpsit sibi uxore p̄dicti Hircani filiam, & q̄ Aristobolum, eiusdẽ Hircani filium, declararit pontificẽ, ut Iudæorum animos ad se inclinaret, & q̄ dum anno xxvi. regni sui aduertet Hircanum reuersurũ, interfecerit illum sibi socerũ, & socrum, & filiam eorũ sibi uxore, & duos insuper ex ea susceptos liberos, & Aristobolum, & q̄ ipse anno xxx. principatus sui tyrannici deleuerit Zanedrim. i. collegium sceptri, siue publicæ potestatis, de domo Dauid, & q̄ proprium filium, quẽ suscitauit ex uxore de tribu Iuda, interemerit, propterea q̄ diceret natus iam Christus, in lege promissus: & q̄ fessi tandẽ Hebræi, multisq; calamitatibus affecti, ultro sese obtulerunt eidem Herodi, ac posteris eius regnum, iurantes se permãuros in fide ipsius ac posterorũ. Habes igitur testimoniũ Iudæi Philonis, q̄ hoc tempore defecerit a Iudæis pontificum principatus, & q̄ super eos regnauerit Herodes alienigena, & quod defecerit sceptrum a populo Iudæorũ. Ex quibus ipsi Iudæi certis argumẽtis poterant colligere, tunc tempus, quo nasceretur illis Christus, in lege promissus, aut adesse, aut uicinũ esse, completãq; esse prophetiã, quæ per Moysen loquit: Non auferetur sceptrũ de Iuda. Cum igitur ex his testimonijs sanctorũ patrũ, ac Iudæorũ chronographia clara luce pateat, primum annum, quo Herodes susceptus est Iudæorum rex, consentiente & iurante populo Iudaico in sceptrum eius, fuisse & primum annum do

Romani Iudæorũ regnũ occupant, & fiunt tributarij.

Herodes cõstituitur rex Iudæorum.

mini nostri Iesu Christi nati, consequens est prophetiam Iacob de nõ auferẽdo scepro, esse completam in dño nostro Iesu. Ceterum de tyrannide Herodis in locerum, in locrum, in filios & cognatos, partim in Iosepho, partim in Eusebio, partim in alijs legimus. De Zanedrim uero deletione (ut inquit Anæneus) Hebræi scribunt in Talmud, & c. ubi sic legitur: Herodes Ascalonita, seruus fuit Asmanaym, q̄ suscepto per uim regno, interfecit uniuersos Zanedrim, lxx. iudices, uno seruato Baba, filio Bota, cui eruit oculos. Porro de filio interempto Macrobius in Saturnal. ij. meminit, dicẽs: Augustus cũ interpueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorũ, intra bimatiũ iussit interfici, filiũ q̄q; eius occisum audisset, ait: Melius est porcũ Herodis esse, q̄ filium. Cæterum propheta Danielis, q̄ sese extendit usq; ad nouissimã Iudæorũ exterminationem, pro intellectu eorũ, quæ in scripturis prophetis olim prænunciabantur futura super populũ Iudæorũ, considerãde sunt quatuor monarchie, seu quatuor generalia regna sibi succedẽtia. Prima monarchia est Assyriorũ, a Nino inchoata: sub cuius anno imperij xliij. nascitur Abraham, durauit usque in finem regni Sardanapali annis 2235, Eusebius in Sardanapalo plures habet annos 7. Secunda monarchia est Chaldæorũ, quæ est Medorũ simul cum Persis & Babylonijs, incipiens ab Arbace & Phul Beloco in diebus Osiregis Iuda, prophetante Isaiã: durauit annis 495. usq; ad imperiũ Alexãdri Macedonis, q̄ interfecto Dario Persarũ atq; Medorũ rege, transtulit imperiũ in Græcos, ut patet 1. Machab. 1. Tertia monarchia, quæ est Græcorũ, incipiens ab Alexandro, paulatim defecit per Romanos. Vnde post mortem Alexandri monarchia hæc diuisa est in regna multa. Nam mox Philippus, præfatũ Alexandri frater, successit in regnum Macedonũ. Seleucus autẽ Nicanor successit tandem toti Asiæ & Syriæ. Macedonũ ultimus rex, noie Persis, fuit per Romanos superatus. Ab initio autẽ imperij Alexandri, usq; in huius Persis finem, q̄ & initium est principatus Iudæ Machab. recte supputat Euseb. olympiades xliij. & annos ij. q̄ constituũt annos 774. A principio autẽ imperij eiusdem Alexandri, usq; ad Philippum ultimũ Syriæ regẽ, etiã per Romanos superatum, in q̄ & Syria trãsiit in ditionẽ Romanorũ, recte supputat Eusebius olympiades, unam & lx. & annos duos, q̄ constituũt annos 246. Ab isto anno, quo Syria tota & Asia sunt translata in ditionẽ Romanorũ, poteris cõputare initium imperij Romanorũ, & ab illo usq; ad Christũ recte supputat Euseb. olympiades xxij. & unum annũ, q̄ constituũt simul annos lxxxix. Hęc quatuor regna sibi succedẽtia ratione congrua, intelligunt in quatuor bestijs apud Iohelẽ designata. Residuũ eruce comedit locusta, residuũ locustę comedit bruchus, residuum bruchi comedit rubigo. Regnum Assyriorũ in eruca designatũ, decem tribus per Salmanasar captiuas transtulit in ciuitates Medorũ. Deinde idem regnum per Sennacherib illius successorẽ ascendit ad uniuersas ciuitates Iudæ, & uastauit eas, cui & Ezechias dedit omne argentũ, q̄d erat in templo, iij. Reg. xvij. Regnũ secundum, in locusta designatũ, per Nabuchodo. Babyloniorum regẽ comedit, seu uastauit residuum Hierusalem, faciens captiuitatem uniuersalem, demoliens templum & ciuitatem, quarti Regũ xxv.

De 4. monarchijs sibi succedentibus.

Iohel.

Monarchia tertia designata in bestia tertia. i. in bruchio per Antiochū Epiphānem seu illustrē, comedit seu uastauit reliquias Hierlīm, exurens templum & ciuitatem, r. Mach. r. Postremum, monarchia iiii. quę est Romanorū, in rubigine designata, per Titum & Vespasianū anno a passione dñi xliij. fecit uniuersalem Iudeorū euerfionē oīm maximā, usq; in finem seculi duraturā, sine templo, & sine sacrificio uero in Hierusalem. Trium deuastationū harum causa, fuit p̄ctm̄ idololatrię, ut patet in iiii. libro Regum, & in ij. Paralip. Causa uero desolationis nouissimę, fuit contemptus Christi, occisio illius & apostolorū, quam causam assignauit & Christus in euāgelio, cum uidens ciuitatem super eam fleuit, post multa adijciens: Non relinquet̄ in te lapis super lapidem, eo q̄ nō cognoueris tempus uisitationis tuę. Et de hac desolatione loquit̄ Danielis prophetia. Ciuitatem & sanctuariū dissipabit populus in duce uēturō, & erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad consummationē, & in finem perseuerabit desolatio. Capitulum hoc Danielis de lxx. hebdomadibus multa mirabilia continet, nulliq; dubium, quin prophetia sit de aduētu Ch̄i, qui post lxx. hebdomadas apparuit. Et quemadmodū incarnatio dñica annūciata est uirgini Marię per Gabrielem archangelum, ita & eiusdem incarnationis tunc futurę tempora sunt Danieli reualata per eundē Gabrielē, dicentem ipsi Danieli: Nunc egressus sum ut docerem, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem ueni ut indicarem tibi, q̄a uir desideriorū es. Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige uisionem; Septuaginta hebdomades abbreviatę sunt super populum tuum, & super urbē sanctam tuam, ut consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & desoleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorū. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum ædificet̄ Hierusalem usq; ad Christum ducē hebdomadas septem, & hebdomades sexaginta duę erunt. Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuariū dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autē pactū multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad consummationē & finē perseuerabit desolatio. Hactenus Gabrielis archangeli ad Danielē prophetica uerba. Pro quorū intellectu præmittēda est terminorū expositio. Primo igitur sciendū est, per hebdomadā in hac prophetia significari septenarium annorū numerū, q̄ sit, ut lxx. hebdomadę constituāt annos xc. supra quadringētos. Septem hebdomadę constituūt annos xlix. Sexaginta duę hebdomadę faciūt annos xxxiiij. supra quadringētos. Sexaginta nouem hebdomadę annos faciunt lxxxiiij. supra quadringētos. Dimidiata hebdomada constituit tres annos & semis. Dicuntur autē hebdomadę istę abbreviatę, nō q̄ earum anni sint aut breuiorē solaribus annis, aut secundū lunę cursum supputādi, sed q̄ talis illarū hebdomadarum numerus diuinitus sit decifus, definitus, seu constitutus super populum del.

Deo. hebdo
madib. Dan.
cap. 9.

Quid p̄ heb
domadē in
telligatur.

Hebdomadę
abbreviatę
quid.

dei. Et quia sunt uenerabiles patres, q̄ has hebdomadas tradūt propterea dici abbreviatas, q̄ anni earū sint accipiēdi lunares, & nō solares, quemadmodum sunt Iulius Afric. & Beda, eorūq; sequaces. Sciendū est, q̄ annus lunaris cois est cōstitutus ex xij. mensibus lunaribus, sicut annus solaris ex xij. mētib; solaribus. Mensis autē lunaris cōtinet dies 29. & semis; mensis uero solaris, accipitur ut est duodecima pars anni solaris, est triginta dierū, & horarū x. Ex quibus sequit̄ annū coiem lunare cōtinere dies cccxliiij. annū uero solare cccxlvi. & horas vi. ex quibus sex horis quarto q̄q; anno cōstituit̄ dies unus, q̄ intercalatur 6. Calend. Martij, & uocat̄ annus ille bisextus, propterea q̄ litera, super quam in Calendario assignat̄, sextus dies ante Calend. Martij illo anno bis numeretur, duosq; cōtineat dies. Ex his cōsequēs est, coiem annū lunare esse breuiorem anno solari in diebus undecim: quę sane annorū diuersitas in 70. hebdomadibus, & anno uno, est in annis 15. Nam anni lunares 490. coies faciūt solum 975. annos solares. Verum hic sciendū est, q̄ Hæbrei supputātes etates hominum & tpa, nō scdm̄ lunares annos supputāt, sed secundū solares, quę admodum & nos. Nam etsi menses initiarū mensū supputēt secundū lunę cursum, in supputādis tñ annis obseruat̄ solis introitū in uernale æquinoctiū, numerumq; dierū undecimi ab uno anno solari deficientiū, in uno anno lunari cōstituto ex xij. mensibus lunaribus, supplēt per embolismos. i. per augmētā, intercalatiōe scilicet, seu interpositiōe, debito ordine interserētes annos q̄sdā maiores etiā solarib; annis, ad supplendū ea, q̄ in alijs coibus lunę annis fuerāt diminuta a numero dierū solaris anni, apponētes embolismū. i. augmētū unius mensis triginta dierū, cōficiētes scilicet annū illum embolismi ex xiiij. mensibus cōstituētib; dies 324. Quibus sit, ut sicut annus lunaris cois, breuior est cōmuni anno solari in diebus xi. ita & annus lunaris, auctus per suū embolismum longior est anno solari in diebus xix. Vnde & ipsi secundū mēses lunares mensurātes anni tpa in nouendecim annis solaribus, semper faciūt embolismos. i. septem annos auctos, constitutos scilicet ex trecentis & lxxxiiij. diebus: reliquos uero xij. annos ex illis nouendecim conficiūt coies ex xij. lunaribus mensibus, ex quibus conficiūtur dies 314. & ita quod in illis coibus xij. annis deest, per septem embolismos suppleat̄, interserētes illos uel tertio, uel secūdo, ubi decet, anno. Hinc & circulus decem nouenalis, quę designat numerus, q̄ uulgo appellat̄ aureus, cōpositus est protēsus ad numerū usq; nouēdecim, qui sane numerus propter multa inuentus est. Primo ad cōquandū nouendecim annos solares, nouēdecim annis lunaribus, debito ordine dispositis cum septem suis embolismis. Deinde ad inueniendū nouilunū, & initiū primi mensis lunaris, quem Hæbrei faciūt primū, considerationē habentes ad anti solaris initiū, q̄ uidelicet sol ingrediū uernalis æquinoctij gradū. Vnde ipsi secundū legem Moyfi maxime student legitimo tpe obseruare Paschalē solennitatē, cuius obseruatio ex duobus pendet principijs: æquinoctio scilicet uernali, & nouilunio proximo illi, quorū utrūq; in Romano Calendario de cursu tēporis defluxit a sua sede propter fractiones quāsdam, quę longis annorum curricularis faciūt errorē sensibile. Æquinoctiū olim a patribus cōstiti-

Annus luna
ris.
Annus sola
ris.

Annus bisex
tus.

Hæbrei etate
s & tēporis
supputant se
cundū annos
solares, ut
nos.

De emboli
smis anno.

Ad qd uale
aureus nume
rus.

De tpe cele
brandi Pa
scha, eiusq;
errore.

tutum tanq̄ esset fixū xij. Calē. April. iam diē illū antecedit x. uel xi. diebus. Si
 militer noua quælibet luna, p̄ aureum numerū certo die designata, nō illo die
 contingit, sed v. diebus diem illū p̄uenit, q̄ sane diuersitas & in æquinoctijs
 & nouilunijs cōtingit, propterea q̄ neq̄ xix. anni lunares cū septē suis embolismis
 constituant p̄cise xix. annos solares, neq̄ medius lunę motus sit p̄cise
 se xxix. dieꝝ & semis, & xliiij. minutarū; neq̄ item sol cursum suū mediū cō-
 plet p̄cise in 365. diebus & horis sex, sed in tpe breuiori, uidelicet in tot die-
 bus, horis 5. & 49. minutis, q̄ horę quinq̄, earūq̄ fractiones simul collactæ in
 annis quatuor nō possunt constituere diem, q̄ uocāt bisertilis. Quo fit, ut an-
 ni 4. solares secūdu rationē Calēdarij supputati sint maiores, q̄ 4. anni solares,
 secūdu cursum solis in cælo supputatū, adeo ut singuli centum & xxxiij.
 anni secūdu Calendariū constituāt unum diem integrū super centū & tris-
 gintaquatur annos solares: & ita propter huiuscemodi fractiones contingit
 diem illū æquinoctij olim fixe designatū xij. Calē. Aprilis iam diem illū an-
 tecedere diebus decē & ultra: q̄bus fit, ut Romana ecclia plerūq̄ celebret so-
 lennitatē Paschalē in mense anni secūdo. Sed de his plura sunt dicta in, de cor-
 rectione Calēdarij Romani. Sufficiat autē in p̄sentiarū pro intellectu hebdo-
 madarū Danielis hoc scire, q̄ Iudæi per annos solares, sicut & nos numeros
 annorū, supputāt: obseruant q̄dem in mensibus anni circuitū lunę, ponentes
 uniuscuiusq̄ mensis initiū in nouilunio, sed cū hoc obseruant etiā anni solaris
 initiū, q̄ sol ingredit arietē, tradētes primum anni mensem semper inchoari
 in ea coniūctione lunę cū sole, cuius xliij. dies uernale æquinoctiū uel attingit,
 uel proxime sequit. Proinde decimoquarta lunę p̄ueniēs initiū illud æqui-
 noctij, etiam etsi ad unū tantūmodo diē fiat p̄uētio, ultimi mēsis & nō pri-
 mi mensis anni est plenilunū. Vnde ipsi Hebræi si numeros annorū supputa-
 rent scdm lunares annos cōies, facerētq̄ unumquēq̄ annū solū ex xij. mensi-
 bus lunaribus, nō apponētes in certo ordine unq̄ embolismos, lxx. hebdoma-
 dæ annorū lunariū essent breuiores lxx. hebdomadibus annorū solarium in
 duabus annorū hebdomadibus, & uno anno, i. in numero annorū quindecim.
 Nūc autē q̄a Hebræi nō sic computāt annorū numeros scdm xij. menses luna-
 res solum, sed congruo ordine faciūt embolismos, q̄ cæterorū annorū cōmu-
 nium damna supplēt: nō est putandum angelū in sua temporū supputatione
 uoluisse intelligere lxx. hebdomadas annorū lunariū. Vnde & scriptura sacra
 recēnsens annū aut xx. aut xxx. aut aliū quēuis annū Artaxerxis, aut Nabucho-
 donosor, siue alterius, nō lunares annos intelligit, sed uulgares, hoc est, q̄s uul-
 gus æstimat scdm solis cursum, ac reuersionē in eundē cœli locum. Fallūtur
 igitur (inq̄t Beda) q̄ putāt Hebræos annis lunaribus solū usos, alioqui tota ue-
 teris testamēti series uacillaret, nec ullius gr̄as tāta, q̄ta scripta est, deberet in-
 telligi, sed ad lunę cursum stringi. Hactenus de acceptiōe noīs hebdomadæ, &
 mēlura seu quāritate anni, & cur hebdomadæ dicātur abbreviatę. Deinde sci-
 endum, q̄ in hac p̄phetia, in ceterisq̄ scripturis Ch̄s appellat iustitia sempia-
 terna & sanctus sc̄torū, sine cuius gr̄a & redemptiōe nemo ex Adā p̄pagatus
 p̄t fieri neq̄ iustus, neq̄ liber a p̄cō, neq̄ dignus uita æterna, & ita p̄ctū p̄
 Christum

Christus ap-
 pellat iusti-
 tia, sanctus
 sanctorum,

Christum finē accepit, & cōsummata seu cōsumpta. i. terminata est p̄uarica-
 tio, nō q̄ hęc amplius post Ch̄i aduētum nō sint in mundo isto, sed q̄ p̄ ipm
 ut mediatorē inter deū & hoīm genus, oīs p̄uaricatio omneq̄ p̄ctū remit-
 titur oībus, q̄ inuocāt illū: & oībus, q̄ per lauacrū sanguinis eius regenerātur,
 ut efficiant mēbra in corpore ipsius. Hoc insuper sciendū, q̄ d̄r Hebraice
 Messias, is d̄r Græce Ch̄s, & unctus Latine. Filius autē Marię, ut d̄r Ch̄s aut
 unctus, nō indignit ulla uisibili unctiōe, aut sacramēto lauacri seu baptis-
 mi, sed ipse a suę cōceptionis exordio unctus fuit in uirginis utero inuisibilis gr̄e
 & latitię oleo: & ideo in Ch̄i incarnatione unctus est sanctus sanctorū, utq̄
 impleri cœpit uisio & p̄phetia: nā & oēs p̄phetę tendūt in Christū, & in
 opa redēptionis n̄c, per ipsum exhibēda pro nobis in carnē sua mortali. Pos-
 tremo pro intellectu p̄phetię huius scdm eam partem, qua dicit: Scito ex-
 go & aiaduerte ab exitu sermōis, &c. Operæ p̄cū est cōsiderare quisnā fue-
 rit sermōis exitus, a q̄ angelus intimat sumendū esse initium harū hebdomada-
 rum. Nam tota obscuritas hinc nascit, q̄ angelus Gabriel nō expressit nobis
 tēpus ullum, sub q̄ factus sit exitus iste. Intimauit q̄dem exitū sermōis esse ad
 faciēdum populū reuerti, & ad reedificādum Hierl̄m: sed q̄ tpe, sub q̄ rege,
 aut p̄pheta exitus ille aut fieret, aut factus esset tacuit. Quatenus ergo habeat
 ratio tāte inter expōsitores uarietatis de ista re, sciendū est, q̄ in scripturis sa-
 cris multiplex reperit exitus sermōis de captiuitate 70. annorū, & de reuersiōe
 populi in Hierl̄m, & de reedificatiōe tēpli ac ciuitatis. Anno regni Ioachim 4.
 q̄ (ut d̄r Hiere. 25. fuit annus primus regni Nabuchodonosor, nondū ulla trās-
 migratione in Babylonē per Nabuchod. facta, fuit exitus q̄dam sermonis ex
 ore Hiere. p̄phetæ loquētis de captiuitate Iudęorū tūc futura per regē Ba-
 byloniorū, & de seruitute Iudęorū 70. annis in Babylōe duratura, & de Baby-
 loniorum desolatione cum impleti fuerint 70. anni, ut patet Hiere. xxv. sed q̄a
 in illa captiuitate nihil d̄r neq̄ de reedificatiōe ipsius, idcirco nō est illic ac-
 cipiendus sermōis exitus in Daniele designatus: neq̄ legi ullos expōsitores, q̄
 exitū sermonis ab hoc tpe supputāt. Deinde xij. anno sequēti. i. anno quarto
 regni Sedechig, q̄ fuit & xij. regni Nabuchod. templo in Hierl̄m adhuc stan-
 te, sed Ioachim & Ioachim filijs ipsius iam in captiuitatē deductis, fuit exitus
 quidā uerbi d̄ni ad Hiere. loquētis de reditu ex Babylonia post lxx. annos, ut
 patet Hiere. 26. Iste exitus 6. annos antecessit destructionē tēpli, urbisq̄ Hieru-
 salem. Sunt q̄ existimāt exitū sermonis, initiūq̄ hebdomadarū Daniel. sumē-
 dum esse ab hoc tpe. Cuius sentētię sunt Nicolaus de Lyra, & Raymundus,
 cæteriq̄ nonnulli. Sed huic sentētię nō consentiūt ueteres ulli, neq̄ tpa concur-
 rent. Nam ab hoc exitu, seu a quarto anno Sedechig, usq̄ in annum natiuitatis
 Christi scdm probabiliorē calculum colligunt anni 60. q̄ longe excedunt nu-
 merum 70. hebdomadarū. Tertio de reuersione in Hierl̄m, & de reedificatiōe
 ne illius, fuit exitus sermōis angeli Gabrielis ad Danielē p̄phetā loquētis.
 Ab hoc exitu Tertul. & Eusebius tradunt sumēdum esse hebdomadarū initiū,
 supputantes lxx. hebdomadas usq̄ ad initium regni tyrannici Herodis, qui
 constituit pontifices alienigenas, nequaq̄ ex successione sacerdotalis generis
 assumptis

Messias nun-
 cupat Ch̄s.

Causa obscu-
 ritatis in Da-
 niele.

Vñ sumēdū
 sit initiū 70.
 hebdomad.
 Herodē con-
 stituisse pon-
 tifices alienā
 genas.

assumptis pontificibus, neq; perpetuate secundum legem Moyli, deo seruis
entibus. Sed neq; ab hoc exitu supputatis usq; ad Christum annis, concurrere
(inquit Africanus) tpe, & multa reperietur contraria. Verum quidem est, qd
exitus sermonis angeli ad Danielem loquentis de hebdomadibus, precesserit
exitum sermonis Cyri laxatis captiuitatem, sed non precessit in annis, qd pri-
mus annus Darij Medi regnatis super Babylonios, fuit primus annus Cyri,
laxatis Iudaeorum captiuitatem: & ideo pro eodem accipimus exitum sermonis ab
angelo ad Danielem, & exitum sermonis Cyri laxatis captiuitate: tamen si sint
Tertullia. qui inter exitus illos ponat longam annorum distantiam. Quod autem Tertullia-
nus ab hoc exitu sumat harum hebdomadarum initium, patet ex eo libro, quem con-
tra Iudeos scripsit, ubi exponit Danielis prophetiam hoc pacto: O Daniel,
scito qd a die hac, qua tibi nunc loquor. Erat autem annus primus Darij, qui occi-
dit Balthasar, regnumq; Chaldaeorum in Persas & Medos transtulit, usq; in
septuagesimam annorum hebdomadam, haec per partes populo tuo accidet, & re-
liqua. Quarto de reuersione Iudeorum, & instauratione templi, tunc ante XLIIII.
annos sub Cyro fundati, & p Samaritas hostes impediti, fuit exitus sermonis
Darij, in principio regni sui hoc impedimentum p edictum publicum auferetis, con-
fectis desuper literis ad uniuersos Iudaeae hostes, sub cominatione confiscationis
bonorum, & mortis eorum, qd populum Israel ab hac aedificatione impeditet,
de q. r. Esdræ v. & vi. capitulis. Eodem insuper anno fuit exitus sermonis Ag-
gei & Zacharie prophetantium de hac aedificatione, Iudeos qd ad hoc opus
adhortantium, ut patet in Aggeo & Zacharia prophetis: & non solum de templo
reaedificatio fuit hic sermonis exitus, sed & de ciuitate Hierusalem reaedifica-
da, ut patet Zach. i. Adhuc perpendiculum extendetur super Hierusalem, ad-
huc affluent ciuitates meae bonis, Zach. i. Quis & in libro hoc Zacharie non
nulla sit obscuritas, propterea qd Darius ille, sub cuius anno secundo propheta-
uerit, Zacharias, uidetur esse non ille Darius, qui iuxta Metasthenem xx. anno a
morte Cyri regnare cepit, sed Darius Medus, qd simul cum Cyro Balthasa-
rem interfecit, sub cuius anno primo iam erat septuagesimus annus desolatio-
nis, ut dicit Zach. i. & insinuari uidet Zach. vii. Sed ex superioribus patet huius
solutio, Aggeum uidelicet & Zachariam prophetasse sub utroq; Dario, uideli-
cet & anno ij. Darij Medi, & anno ij. Darij regis Persarum. Deinde patet, Za-
chariam non intellexisse tunc primum fuisse solum septuagesimum annum deso-
lationis impletum, sed qd tunc diu fuerat transactus. Unde & ex ea considera-
tione, qua uidebat lxx. desolationis annum diu esse transactum, clamat ad dominum:
Domine exercituum, usquequo non misereberis Hierusalem & urbium Iuda, quibus
iratus es: iam septuagesimus annus transactus est. Quinto fuit exitus sermo-
nis de reuersione in Hierusalem, & de reaedificatione illius, sub anno xx. Ar-
taxerxis praeficientis Neemiae pincernam suam, ad reaedificandum Hierusalem,
mittentisq; illum ex Babylone in Iudaeam, una cum principibus militum & equi-
tibus, confectis desuper literis publicis, de non praestando impedimento operi
instaurationis, & portarum urbis Hierusalem, Neemiae ij. Audita muri edificatio-
ne Sabalach & Tobiah coniuratione facta, clam uenerunt pugnare contra Hie-
rusalem.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SAC. LIB. III. Fol. CCXXXIIII

rusalem. Sed detecto eorum consilio, iubet Neemia, ut gladios, arcus, lances
asq; capiant, & media pars iuuenum opus faciebat, altera pars armis instru-
cta faciebat opus manu uita, gladium autem tenebat manu altera. Et quia erant edi-
ficantes a semet remoti, iussit Neemia, ut ubicunq; fonium buccinae audierint
conueniant, positis custodibus in medio ciuitatis Hierusalem, Neemiae iij.
Completi sunt muri & portae Hierusalem in quinquaginta duobus diebus,
Neemiae vi. Africanus in quinto temporum uolumine tradit, ab hoc exitu se-
ptuaginta hebdomadas habere principium, hoc est, xx. Artaxerxis anno, quo
egressus est sermo, qd extruende urbis & circumdande muris daret facultatem.
Ex hoc (inquit) tpe si numerare uelis hebdomadas usq; ad Christum poteris
inuenire. Quod si harum (inquit) hebdomadarum principium ab alio tempore
uolueris sumere, & tempora non concurrent, & multa reperiemus contraria.
Nam si a Cyro, & prima eius indulgentia, qua Iudaeorum est laxata captiuitas,
septuaginta numerent hebdomadae, centum & eo amplius inueniuntur annos,
qui statutum septuaginta hebdomadarum numerum excedant: & multo ma-
gis, si ex die, qd locutus est angelus Danieli; additurq; amplior numerus, si ca-
ptiuitatis exordium uolueris hebdomadarum habere principium. Permanit
enim (inquit) regnum Persarum, usq; ad initium Macedonum ducentis triginta
annis, & ipsi Macedones regnauerunt annis trecentis, atq; exinde usq; ad an-
num xv. Tyberij Caesaris, quoniam passus est Christus, numerantur anni sexaginta,
qui simul faciunt annos quingentos nonaginta, ita ut centum anni supersint.
Auigesimo autem anno Artaxerxis regis usq; ad Christum, complent (inquit)
hebdomadae septuaginta, iuxta lunarem Hebraeorum supputationem, qd menses non
iuxta solis, sed iuxta lunae cursum numerant. Haec Africanus, qui & reliqua
ad longum prosequitur, ut recitat Hieronymus in commentarijs ix. cap. Daniel.
Similiter Eusebius & Beda de initio & fine harum hebdomadarum, suas pro-
sequuntur sententias secundum chronographias sibi propositas, ut uerissimi-
les. Et quia periculosum est (ut inquit Hieronymus) de magistrorum ecclesiae iudi-
care sententias, & alterum praeferre alteri, lectoris arbitrio relinquo, cuius ex-
positionem sequi debeat. Interim tamen sub iudicio sanctae matris ecclesiae, & omnium
melius sentientium, prosequar harum hebdomadarum declarationem secun-
dam chronographiam Metasthenis, in superioribus recitata, quae in monar-
chia Assyriorum & Persarum, ceterisque Graecorum chronographijs uidetur
probatio, quae & secutus est in supputationibus temporum ipse Philo Hebraeus. An-
no sexto Darij, multis annis post Cyrum, consummatum esse templum in Hie-
rusalem, olim sub eodem Cyro fundatum. Sub anno item xx. Artaxerxis por-
tas murosq; Hierusalem in quinquagintaduobus diebus esse instauratas, est
ex scripturis sacris in libris Esdræ manifestissimum. Sed quisnam fuerit Da-
rius ille, an uidelicet is, quem historiae uocant Longimanum, an alius: et si fue-
rit alius, an posterior, an anterior illo. Et quisnam fuerit Artaxerxes, sub cuius
anno uigesimo muri Hierusalem sunt reaedificati: an uidelicet idem ipse sit, qd
Darius, sub quo templum est consummatum, an alius posterior illo, & quanti-
is annis alter alterum praecesserit, & sub quocumque olympiade uterq; regnare cee-
p

Senentia au-
thoris de mi-
tio 70. hebdo-
madarum.

perit, non est sic ex scripturis manifestum. Quæ tñ scire est necessarium ad hebdomadarum numeros, a ij. anno Darij, & a xx. Artaxerxis anno supputandos usq; in Christum, Vnde Eusebius & Beda docuerunt septuagesimū Babylonie captiuitatis annum, fuisse secundū annum illius Darij, sub cuius anno sexto templum est consummatū, defluxit annis xlvi. a fundatione ipsius, sub Cyro facta, propterea q; in Zacharia dicitur de secūdo anno Darij, iste septuagesimus annus: sed hanc sententiā neq; esse uerisimile, neq; probabile, in superioribus ostendimus. Et quia in rebus istis de successione regum ethnorum, & numero annorum, quibus regnauerunt, non habemus historiam sacram & canonicam, oportet horum regum annos & tempora, quibus regnauerunt, mutare ex historijs uerisimilibus, & eorum præcipue authorum, q; probatori fide comperiuntur scripsisse. Sciendum est ergo, q; etsi fuerint, qui docuerunt Darium, sub quo templum est consummatum, fuisse eundē, qui Artaxerxes appellatus; sub cuius anno uigesimo portæ & muri Hierusalem sunt consummati, ut uidere licet in commentarijs super cap. vii. primi Esdræ, & secundi Esdræ secundo. Hæc tñ sententiā non est consona, neq; his, que scribuntur in libris Esdræ, neq; temporibus & numeris annorum, quibus Philo & septuaginta seniores, post solutam a Cyro captiuitatem, designant præfuisse ac præfuisse Iudæorum duces & pontifices. Proinde & patres ferme oēs, ut Africanus, Eusebius, & Beda, alium ponunt regē Darium, sub cuius anno sexto templum est consummatū; alium Artaxerxem, sub cuius anno xx. urbs Hierusalem est reedificata. Africanus ab initio imperij Persarū Cyri, usq; in uigesimum annum Artaxerxis, sub quo portæ & muri Hierusalem fuerūt extructi, ponunt annos centum & quindecim: & hæc annorum summa non longe distat a Philonis & Metasthenis chronographia, secundum quam a Cyro usq; ad annum xx. Artaxerxis Mnemonis, colliguntur centum anni & uiginti. Longe autē ante sub Dario quodam templum erat consummatū, utpote xlvi. uel vij. annis post fundationem illius sub Cyro factam: quo fit, ut secundū sententiā Africanus, inter annum consummationis templi sub Dario, & annū consummationis murorum Hierusalē, intercesserint anni plures, q̄ septuaginta. Itē Eusebius in chronicis quibus ponat muros Hierusalem fuisse instauratos, anno uigesimo Darij Longimani, & illo anno Eliasib fuisse summum Iudæorum pontificem, longe tamen ante sub alterius cuiusdam Darij anno sexto, ponit templum fuisse consummatum, recēnsens septuaginta annos inter illius Darij annum sextum, & uigesimū illius Artaxerxis annum, sub quo muri Hierusalē sunt reedificati. Vnde secundū Eusebianum calculum supputando a primo anno Cyri, soluentis captiuitatem, usq; in uigesimum annum Darij Longimani, in quo (ut ipse arbitrat) muri Hierusalem sunt reedificati, recēnsent anni centum & quatuordecim, aut quindecim supputatis mensibus. Sic & Beda secutus Eusebium, inter sextum Darij annum, in quo templum est consummatum, & uigesimū Artaxerxis Longimani annū, quo muri Hierusalē sunt extructi, ponit interuallum annorum lxx. Idem quoq; annorum numerus colligitur secundū chronographiam Metast. & Philonis, supputando a sexto Artaxer-

xis

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III. Fol. CCXXIII
 *is Longimani anno, usq; in annum uicesimum Artaxerxis Darij Mnemonis, Hoc ergo communi consensu nunc sit præsuppositum, q; & in Esdræ libris satis est intimatum, alium fuisse Darium Artaxercem, in cuius anno vi. templum est constructum & perfectū, alium uero Artaxerxem posteriorem, in cuius anno uigesimo urbs Hierusalem est muris circumdata. Annum insu per septuagesimum seruitutis, aut desolationis, seu captiuitatis Babylonice, de quo locutus est Hieremias, esse accipiendū non iuxta secundum annū Darij, sub cuius anno sexto templum est consummatū: sed iuxta primum annū Cyri laxantis captiuitatem, ut patet ex primi Esdræ primo, & ex Hieremie uaticinio, in quo significatur, q; seruitus illa septuaginta annorum esset futura sub rege Babyloniorum, & sub filio eius, & sub filio filij eius, & q; deus post septuaginta annos esset uindicaturus peccatū regis Babylonis: quæ sane oīa sunt sub Cyro adimpleta per Darium Medum Cyro conregnantem. Post Cyrum autem non legitur populus Iudæorum fuisse in seruitute ulla ullius regis Babylonis, neq; filij, uidelicet Nabuchodonosor, neq; filiorum filij ipsius. Proinde & eorum sententiā, qui a destructione Hierusalem tradunt usq; ad Cyrū fuisse septuaginta annos, uidetur omnino magis consona sacris literis, q̄ sententiā eorum, qui dicunt a destructione Hierusalem usq; ad Cyrum, defluxisse annos solum xxx. quemadmodū tradiderunt Eusebius & Beda, docētes annum illū septuagesimū fuisse quadraginta annis post Cyrū, sub ij. uidelicet anno illius Darij, in cuius anno sexto templum est consummatū. Quibus præmissis secundum conclusiones supradictas de numero annorum a Cyro usq; ad Christum, uidetur initium harum hebdomadarum esse sumendū in regno Darij Longimani, & id quidem a quarto sermonis exitu superius recitato, q̄ factus est secundo anno eiusdē Darij, dantis Iudæis facultatē ad iterum ædificandū templum, quod olim sub Cyro fundatū fuerat. Nam si ab hoc anno numeres septuaginta annorum hebdomadas, usq; in Christum iam tunc incarnatū peruenies, uidebisq; non frustra harum hebdomadarum diuisionē ab angelo esse factam. In primis ergo accedentibus ad expositionē prophetie, per angelū Gabriellem reuelatæ Danieli, operæpretiū est & septem illius particulas considerare, simul & harum hebdomadarum diuisionem, quā in suo sermone fecit angelus. Prima pars habet septuaginta hebdomadas abbreviatas esse super urbem sanctam, ut finem accipiat peccatū, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur propheta, & ungatur sanctus sanctorum. Secunda pars habet ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hierusalem, usq; ad Christum ducē, hebdomadas septem, & hebdomades lxij. erunt, hoc est, hebdomades lxxix. In hac ergo iam parte angelus hebdomadā ultimā, seu septuagesimā non supputauit. Tertia pars habet: Et rursus ædificabitur platea & muri in angustia temporū. Quarta pars habet: Et post hebdomadas lxij. occidet Christus, & non erit eius populus, qui eum est negaturus. Quinta pars habet: Ciuitatē & sanctuariū dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Sexta pars habet: Confirmabit autē pactum multis, hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrifici-

p ij cium

Sub q̄ Dario fuerit templū Hierosol. cōsummatum.

Vñ sumendū sit exordium 70. hebdomadarum.

Discuit prophetiā Danielis.

cium. Septima pars dicit: Et erit in templo abominatio desolationis, & usque in consummationē & finem perseverabit desolatio. Veritas primę partis prophetiæ patet, nam ab anno secundo Darij huius Longimani, supputates iuxta chronographiã superius positã, hebdomades lxx. hoc est, 490. cõcurrimus in tempus Christi iam tunc incarnati, uidelicet in nonum annum a natiuitate ipsius. Vnde ne quis arbitretur has septuaginta hebdomadas, usq; in primũ annũ natiuitatis Christi, integre & cum præcisione futuras esse, continuo adijciens partem secundã, posuit hebdomadas solum lxx. dicens: Scito ergo, q; ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hierusalem, usq; ad Christiũ ducem, hebdomadas septem & lxx. erunt, hoc est, hebdomada lxx. quæ constituitur annos 490. Patet ergo ueritas partis secundæ. Nam hoc secũdo anno inclusiue supputando tempora usq; in annum natiuitatis Christi, colliguntur anni 490. qui constituunt hebdomadas lxx. Et q; in hoc anno fuerit exitus sermonis de reuersione, & reædificatione non solum templi, sed & ciuitatis Hierusalẽ, patet ex supradictis. Vnde iuxta septuaginta teniorũ sententiam, Iesus per hostes ab ædificando impeditus, ex Hierusalem reuersus fuerat in Babylonem, & sub huius Darij anno secundo, impetrata facultate perficiendi opus tẽpli, olim per ipsum sub Cyro fundati, reuertitur in Hierusalem una cum Ioakin Sorobabelis filio, alioq; comitatu. Vide historiã tertij Esdrę quarto & quinto capitulis. In hac igitur parte secunda, quã dicit: Scito ergo, & auimaduerte, q; ab exitu sermonis, & c. angelus per partes incipit recitare, quæ nã mirabilia in istis hebdomadis lxx. sunt futura super populum Iudęorũ, interponēs atq; adijciens etiã illa, q; sunt futura post lxx. hebdomadarũ complementum. Nam primum intimat, q; in istis lxx. hebdomadis Christus sit dux uenturus, ante ultimã, hoc est, ante septuagesimã: nam in lxx. Christus natus est. Deinde infra istas lxx. hebdomades rursusq; ædificabitur platea, & muri Hierusalem in angustia temporis. i. breuissimo tpe, q; completus est murus in lxx. diebus, xx. anno Artaxerxis, quemadmodũ dicitur Neemię sexto. Et post hebdomadas lxx. supputatis uidelicet ab ædificatione plateæ & muroꝝ occidit Chrs. Hanc partem quartã esse adimpletã, patet. Nam a uigesimo anno Artaxerxis Mnemonis computãdo hebdomadas lxx. hoc est, annos 434. iuxta conclusiões in superioribus positas cõcurrimus in annum xxix. ætatis Christi, qui & in hebdomada sequenti, hoc est, in hebdomada añnorũ sexagesimatertia, supputatis hebdomadis ab ædificatione illa Hierusalem, est occisus, & id quidẽ in dimidio hebdomadis illius. Glossa interliniaris hæc partem interpretatur: Post hebdomadas sexagintaduas. subaudit & septem, ut sensus sit: Post hebdomadas sexagintaduas & septem, occidetur Christus. Sed hæc supputatio inuenitur alteri chronographiæ, supponens muros & portas Hierusalem extructas esse sub anno uigesimo Darij Longimani, & ideo patet huius diuersę expositionis ratio. Secundũ superiores aut conclusiones supputatis annis, nõ est opus additione ista. Nam uigesimo Artaxerxis Mnemonis anno, usq; in annum xxix. natiuitatis Christi, sunt lxx. hebdomadæ, post quas occisus est Christus. Vnde annus natiuitatis Christi (quemadmodum a patribus accepimus)

primus) fuit annus xxxij. regni Herodis, q; fuit annus xliij. Octauiani Cæsaris, sicut testat Irenęus in lib. iij. aduersus Valentinũ, cap. xxv. Natus est (inquit) dñs noster Christus circiter annũ xli. imperij Augusti. Dicit signanter circiter primum & xl. quia tum annus ille xli. credit fuisse cõpletus, q; tpe exijt ab eodẽ Cæsare edictũ, ut describeret uniuersus orbis, ut testat Lucas euangeli-
sta. Ascendit autẽ tum & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudęã ciuitatem Dauid, quę uocat Bethleem, eo q; esset de domo & familia Dauid, ut profiteret cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autẽ dum esset ibi, impleti sunt dies Mariæ ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio. Anno autẽ xv. Tiberij Cæsaris (ut inquit Lucas) Ioannes Zachariæ filius, in deserto iuxta Iordanẽ prædicat baptismũ penitentię in remissionẽ peccatorum. Et factum est cum baptizaret ois populus, ipse q; Iesus est baptizatus. Et ipse erat incipiens quasi annorũ triginta, Lucę iij. Ex euãgelio igitur Lucę patet, q; Christus circiter annum ætatis suę trigessimũ fuerit baptizatus, qd tempus cõcurrebat in annum circiter xv. Tiberij Cæsaris, quod & facile ex chronographia Eusebiana calculari potest. Tempus autẽ passionis & mortis Christi, fuit annus Tiberij xvij. Computantes autẽ a xv. anno Tiberij Cæsaris, in quo Christus cepit prædicare, usq; in annum eiusdem Tiberij xvij. comperiemus Christum prædicasse annis tribus, & per tempus aliquod in anno xvij. Quinta pars prophetiæ huius habet: Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Hęc pars non ad septuaginta hebdomadas, sed ad posteriora tempora pertinet, scilicet ad ea, quę futura erant super Hierusalem, postq; occisus esset Christus. Populum enim intelligit Romanorũ exercitum, ducem autẽ uenturum intelligit Titum cum Vespasiano, qui anno a morte Christi xliij. ueniẽtes contra Iudæos, urbem Hierusalem, olim sub uigesimo anno Artaxerxis instauratam, & sanctuarium, id est, templum olim sub sexto Darij anno consummatũ, pugnauerunt: atq; ita demoliti sunt uniuersa, ut nõ relinqueret lapis super lapidem, quibus facta est uastitas. i. desolatio ciuitatis usq; in finem. Supradicta quinta parte per anticipationẽ interposita in parte sexta, reuertitur ad ea, quę futura erant post hebdomadã lxx. supputando eam ab ædificatione muroꝝ & portarũ Hierusalem: Confirmabit (inquit) pactũ multis, hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: secundũ hanc sextã partem esse impletam huius prophetiæ promissionẽ, patet ex ipso euangelio. Nam ipse Christus iam baptizatus circiter annum eius trigessimũ, ductus est a spiritu in desertũ, & post ieiuniũ quadraginta dierũ, cõsummata & superata omni tentatione diaboli, cepit prædicare in synagogis, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorũ. & electis apostolis, fama exijt de illo per uniuersam regionẽ, ut patet Matth. iij. & Lucę iij. ac iij. cap. Christus ergo baptizatus, incipiẽs annũ ætatis suę trigessimũ, & id quidẽ inchoato anno xv. Tiberij Cæsaris, confirmauit pactum olim patribus promissum. i. legem euangelicę gratiæ, hebdomada una, & in dimidio illius hebdo-

Christi occisus anno regni Herod. 32.

Cap. 22.

Cap. 1.

Externa Hierusalẽ desolatio, anno a morte Christi 42.

Chrs prædi-
cauit, annis
& 6. mensib.

madis completis, scilicet annis tribus & mensibus tribus deficiet hostia & sacrificium. Vnde Eusebius de hoc sic loquitur; Chrs tribus annis & sex mensibus, iuxta euangelistã Ioan. Euangelium prædicauit, & confirmauit ueri dei cultũ multis, haud dubiũ quin apostolis & credentibus, qñ post passionem in dimidia rursum hebdomada deficit hostia & sacrificiũ. Quicquid em̄ in templo post Christum semel in cruce immolatũ factum est, nõ fuit sacrificiũ dei, sed cultus diaboli cunctis in commune clamantibus; Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Septima uero huius prophetie pars, quæ apud eundẽ Danielem sequitur; Et erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. Non ad illud dimidium hebdomadis, sed ad sequentia tempora pertinet, cuius prophetiæ ueritatem, & historiam ueterum, & nostrorũ hodie temporũ testatur euentus. Cernimus usq; nunc desolationẽ templi & urbis Hierusalem, sub Tito & Vespasiano factã. Hæc aut̄ dicta sint nõ tanq; præiudicantia aliorũ patrum interpretationibus, sed tanq; documenta quædam consequentia ex præsupposita chronographia Metasthenis & Philonis, de numero annorũ regum ethnicorũ in monarchia Persarum. Si quis aut̄ in hac monarchia probatiorem temporũ descriptionẽ scripturis sacris cõsonã inuenire ualuerit, secundũ eam poterit etiam alijs modis hanc prophetiã hebdomadarũ interpretari. Ex supradictis patet primum nõ frustra esse factam hæc hebdomadarũ diuisionem per angelum Gabrielẽ, ut primũ diceret hebdomadas lxx. deinde hebdomadas septẽ, & lxxij. Tertio, hebdomadas lxxij. Postremo, hebdomadã unam, & eam in duas partes sectã. Secundo, iuxta hanc interpretationẽ patet, tres nouissimas hebdomadas ex illis sexagintaduabus, post quas occisus est Christus, esse extra numerũ lxx. hebdomadarũ, de quibus in principio prophetie. Quibus sit, ut secundũ hæc computationem aliud initium habeant sexagintaduẽ hebdomadẽ, post quas Christus designat occidendus; aliud aut̄ lxx. hebdomadẽ usq; ad finẽ transgressionis, seu usq; ad Christũ ducem. Nam lxx. hebdomadæ hñt initium sub imperio Darij Longimani, sexaginta uero duẽ hebdomadẽ initium hñt sub anno xx. Darij Mnemonis. Tertio patet nõ ualere argumentũ aliorũ contra sententiã istam opponentium, nõ posse uidelicet harũ hebdomadarũ initium assignari in aliquo anno sequenti tempus illud, sub q; Danieli facta est reuelatio, propterea q; hinc (ut inquirunt) sequerẽt, q; Daniel per hanc reuelationẽ sibi factã nõ fuisset certificatus de tpe, q; implenda fuerat ea, quæ petebat. Præterea si exitus ille sermonis futurus erat post Danielis mortẽ, qua (inquirunt) ratione dixisset ei angelus; Scito ergo & animaduerte, q; ab exitu sermonis, & c. Hęc (inquam) argumenta nõ concludere, hinc patet: nõ deus reuelauit huic Danieli tanq; gerenti personã fidelis populi, ut & clauderet sermones, signaret in libro, traderetq; illos posteris legendos. Vnde & de temporibus Antichristi reuelauit eidem Danieli, q; tribus annis cum dimidio esset regnaturus; nõ tñ reuelauit ei tempus certũ, in q; tres anni illi cum dimidio suum haberent principium. Hæc oia de lxx. annis desolationis, & de septuaginta hebdomadibus usq; ad Christum ducem, & de initijs & finibus eorũ, sub iudicio melius sentientium dicta

Tempus regni
Antichristi.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SAC. LIB. III. Fol. CCXXVI
dicta sint, & collecta tanq; conclusiones consequentes ex collatione sacre scripturæ, cum his, quæ de temporibus & regũ ethnicorũ chronographia Berosi, Manethonis, & Metasthenis. Isti enim ethnici chronographi inter ceteros sunt probatiores, nempe cum in supputationibus temporũ & annorũ, quorũ sacra meminit historia, inueniantur probati, & scripsisse conformiter numeris annorũ designatis in eadẽ sacra scriptura, quemadmodũ supra ostendimus; consequens est & illos etiam habẽdos esse ut probatiores in numeris annorũ illorũ, qui post editum ueteris sacre scripturæ canonẽ supputantur, quales sunt anni inter desolationem Hierusalem & Christum dominum. Proinde in monarchia Medorũ & Persarũ, omissis sententijs Græcorũ & Talmudistarum, insuper & Latinorũ sequentium ipsos (qui & longe super annorũ numeris inter se sunt diuersi) supradictum calculum recensui. Siue iste calculus sit uerus & secundum scripturæ sacre sensum designatus, siue alius quispiam secundũ aliam chronographiã probatorẽ, aut inuentã, aut inueniendã, putetur probator, & prophetiis dictis conformior, non multũ refert ad rem gestã. i. ad Christum iam incarnatũ, præsertim cum interpretes uniuersi consentiant, has septuaginta hebdomadas iam diu esse transactas. Demum & illas adimpletas esse in dño nostro Iesu, ex duobus præcipue commonstratur. Primum, q; oia quæ in prophetis de Messia, seu de Christo domino sunt prænunciata, uide-
mus ex ipsis rerum factis adimpleta in domino nostro Iesu, & in ecclesia illius. Secundo, q; omnia, quæ Christus in carne uisibili ore proprio futura prædixit, ab euangelistis lucidissime expressa, comperimus sic euenisse, & quotis die euenire, quemadmodũ ipse illa prædixerat. Primum prædixerunt prophetæ natiuitatem domini Messia, & aduentum eius in carnem futurum in humilitate, & locum, in quo nasceretur, & tempus quando nasceretur, & uirginem, ac tribum de qua nasceretur designantes, & templum per Sorobabelem edificandũ, in quo conuersaretur, & conuersationem uitæ illius in prodigijs & miraculis, quibus præstaret cæcis uisum, surdis auditum, claudis gradum, infirmis sanitatem. Insuper prædixerunt, quod & populus ipsius, pro his omnibus beneficijs retributuri essent illi mala, & quod perforaturi essent manus & pedes illius, & potaturi eũ felle & aceto, missuri super uestẽ ipsius sortem, & quod illisuri essent illum opprobrijs & ludibrijs, quibus reputatus esset tanquam leprosus & nouissimus uiuorum expresserunt, & genus mortis ipsius, cum iniquis reputandus, & sepulturam illius, resurrectionem, & ascensionem eius, missionem apostolorum in omnem terram, euerisionem rei publicæ Iudegorum, & dispersionem eorum extra Iudæam in omnem terrã, sine altari, sine templo, sine sacrificio, usq; in consummationem seculi, congregationem gentium futuram cum deo Abraham, qui olim in omnibus gentibus fuerat incognitus. Hæc & id genus alia prophetarum uaticinia uide-
mus adimpleta, per aduentum domini nostri Iesu in carnem. Deinde & omnia, quæ prædixit Christus ore proprio, & de semetipso, & de sua ipsius traditione a discipulo suo, de sua passione, morte, & resurrectione, de apostolorum suorũ dispersione ac fuga, de Petri negatione, de facto mulieris fundẽ

Hebdoma-
das 70. esse in
Christo cõ-
pletas

Ois prophete
tiæ de Mes-
sia sunt com-
pletæ i Christo

tis alabastrum, publicando in uniuerso mundo, de subuersione Hierusalem, & euerfione templi, & de illa ciuitate nō amplius futura Iudæorū ciuitate, de ecclesia sua, & fide euangelij sui dilatanda in omnes gentes per uniuersum orbem, usq; ad insulas maris, de persecutionibus uarijsq; tormentorum generibus aduersus ecclesiam suam futuris, & q; inter hæc omnia portæ inferi non essent superaturi eandem suam ecclesiam, usq; in consummationē seculi. Vni uersa hæc adeo lucide, adeoq; aperte olim ecclesiastici patres, Ireneus, Cyprianus, Ambrosius, Chrysofomus, aduersus Iudæorū incredulitatem demonstrauerūt esse adimpleta, ut nulla ualeant tergiuersione celari. Tres fuerūt crucifixi eodem tempore, eodem in loco, sub eodem iudice, Christus unus solus in medio duorum latronum in uniuerso mundo adoratur. Euangeliū huius, & doctrina eius in uniuerso mundo annunciat, ueneratur, & colitur. Iudas indignè ferens mulierem, quæ effudit alabastrum unguenti pretiosi super caput Iesu, reprehenditur, & dicitur ei, q; euangeliū factū huius in toto mundo publicabitur. Euenit quod prædixit. In omnibus (inquit Chrysofomus) ecclesijs, appellari audiuimus mulierem hanc. Sunt reges, consules, duces, nobiles, illustres, splendidi, in quamcunq; orbis partem ueneris, summo cum silentio, magnæ cum ueneratione audiunt officium mulieris huius. Neq; est ulla mundi plaga, quæ ignoret factum istud. Toto terrarum orbe mulier hæc decantatur, neq; persona erat celebris, neq; factū ipsum insigne, neq; locus publicus. Neq; enim hoc fecit per theatrum, sed in domo paucis duntaxat presentibus. Attamen neq; personæ uilitas, neq; testium paucitas, neq; loci obscuritas, neque ulla res alia potuit huius mulieris abolere memoriā. Ipsa igitur rerum a Christo prædictarum ueritas contra Iudæos clamitat, ex ipsis factis & euentibus declaratur ipse uerus esse agnus, pro nobis immolatus, in agno ueteris legis ceterisq; sacrificijs designatus. Ipse suo diuino & incomprehensibili consilio disposuit, ut sacrilegi Iudæorū principes & impij sacerdotes, qui sequenti in ipsum sæpe occasiones quæsierant, non nisi in solennitate Paschali, qua solet agnus immolari, furoris sui acciperent potestatem, ut ipse sua sponte in cruce tum immolatus, ostenderet se uerum esse agnum, in agno illo paschali figuratum, ut agnum significatiuum agnus uerus remoueret, & omnia, quæ de immolatione agni erant instituta, doceret in se fore completa. Ex quibus omnibus, nisi essent cæca & pertinacia Iudæorū corda, certis argumentis conuiceretur Ixx. annorū hebdomadas designatas a Daniele usq; ad Christum ducem, esse adimpletas in domino nostro Iesu, per quem peccatū habet finem, & deleta est iniquitas, & adducta est iustitia sempiterna, impleta est uisio & propheta. Vnde & sub temporibus Christi adeo publica erat apud Iudæos fama, regem Messiam, aut tum uenisse in carnem, aut tempus eius prope esse, ut Herodes ueritus, ne rege nato propelleretur a regno, occiderit nedum infantes alienos a bimatu & infra, sed & proprium filium suum, quem ex uxore de tribu Iuda suscitauerat, quemadmodū in superioribus patet ex dictis Iudæi Philonis alieni a fide Christi. Cæterz in ethnicorū cōmentarijs miracula in Christi passione facta ad uerbum scripta reperimus. De his (inquit) Eusebius scripsit

scripsit Phlegon, olympiadū egregius supputator in xiiij. lib. ita dicēs: Quarta autē anno 202 olympiadis magna & excellens inter oēs, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam noctem est uersus, ut stellæ in cælo uisæ sint, terræq; motus in Bithynia Nicenæ urbis multas gædes subuerterit. Insuper & Iosephus Iudæus a fide Christi alienus, scribēs temporibus illis de eodem dño Christo in xvij. lib. Antiquita. cap. ix. sic loquitur: Fuit autē iisdem temporibus Iesus, uir sapiens, si tñ uirum eum nominare fas est, erat em̄ mirabilium operū effector, & doctor omnium eorum hominū, qui libenter audiunt ueritatem, & multos quidem Iudæorū, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorū nostræ gentis uirorum, cum Pilatus cruci agendum decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum uiuus, secundum quod diuinitus inspirati propheta, uel hæc, uel alia de illo innumera miracula futura prædixerant. Sed & in hodiernū diem Christianorū, qui ab illo nuncupati sunt, & nomen perseuerat, & genus. Hæc ille. In eodem libro cap. xiiij. de sanctitate & morte iniuriosa Ioannis Baptistæ sic loquitur: Quibusdā Iudæorum uidebatur ideo perisse Herodis exercitum, quod in eum satis iuste indignatio diuina commota sit, pro uindicta Ioanis, qui uocabatur Baptista. Hunc enim Herodes occidit uirum ualde bonum, q; præcipiebat Iudæis uirtuti operam dare, iustitiā colere, in deum seruare pietatem, per baptismum in unum coire. Quæ cum ab eo præcepta huiusmodi docerentur, atq; ad audiendum eum q; plurima multitudo concurreret, ueritus Herodes, ne forte per suasionem doctrinæ ipsius populi a suo regno discederent, in castellum machærunta uinctum adducit Ioannē, eumq; gladio occidi iussit. Demum in xi. Antiquitatum libro, capite uigesimo de Iacobo fratre dñi, sic loquitur: Ananus pontifex credens se inuenisse tempus opportunum Festo mortuo, Albino in itinere constituto concilium fecit iudicū, & quosdam deducēs ad semetipsum, inter quos & fratrem Iesu, qui dicitur Christus, noie Iacobum, quasi contra legem agentes accusans, tradidit lapidandos. Hæc sunt euangelij nostri testimonia, etiam a fide Christi alienis desumpta. Omnibus igitur prophetarum uaticinijs, & septuaginta Danielis hebdomadibus, luce clarius adimpletis in Christo domino nostro, frustra carnales Iudæi expectant alium carnalē Messiam in terrena Hierusalem. Dominus noster Iesus Christus de uirgine natus est uerus Messias in lege promissus, de tribu Iuda, de domo & familia Dauid ortus. Temporibus eiusdem dñi nostri Christi in carne uisibiliter conuersariis, creditum & manifestum erat omnibus apostolis ac alijs etiam Iudæis, Mariam matrem ipsius esse de familia & progenie Dauid. Vnde & Ioseph ibat in ciuitatem Dauid, ut profiteretur cum eadē Maria sibi desponsata pregnante. Manifestum est (inquit Apostolus) q; ex tribu Iuda dominus noster ortus est, ad Hebræ. septimo. Deinde omnes Iudæi admittebant Christum Mariæ filium esse ex semine Dauid, interrogantibus eis, cuius filius ipse Christus esset, responderūt esse Dauid. Sed ex genealogia Christi aliter a Luca, aliter a Mattheo descripta, ingentes nascuntur difficultates. Primum, quod alius pa-

De eclipsis
lis & terræ
motu in m
re Christi.

Iosephus de
Christo testat.

Ioseph. de Io-
anne Bapti-
sta testatur.

Ioseph. de Iac-
obo testat.

Iudæos frus-
tra expecta-
re carnalē
Messiam.

ter, alius auus, alius abauus ipsius Ioseph recitatur a Matthæo, alius aut a Luca. Quomodo unius Ioseph possunt esse duo patres. i. Heli & Iacob: quomodo etiam duo paterni aui, Nathan & Melchi; deinde quamobrem Matthæus transit a Dauid ad Christum per Salomonem. Lucas aut ascendit a Christo ad Dauid per Nathan. Insuper quomodo potest Maria mater Christi esse de tribu Iuda, cum fuerit cognata Elizabeth, quæ ut dicitur Lucæ i. erat una de filiabus Aaron, de tribu Leuitica, quæ erat sacerdotalis, præsertim cum apud Iudæos tribus non poterat per coniugia commisceri? Tertio, quomodo stare potest quod Sorobabel, Salathiel, & Neri. i. Ioachim, ponantur in utraque genealogia, cum Matthæus tractat seriem ipsius Salomonis, Lucas uero seriem generationis ipsius Nathan? Fieri autem nequit, ut hi tres a Dauid descenderint per Salomonem, & simul per Nathan Salomonis fratrem? Quarto, quomodo pater & auus & abauus Neri. i. Ioachim recitantur apud Lucam, Melchi addi Thofan, & sic consequenter, cum Matthæus alios parentes nominet, quos neque liber Paralip., neque liber Regum commemorat? Quinto, qua ratione Matthæus a Zorobabel usque ad Ioseph recenset undecim duntaxat generationes, cum Lucas ab Zorobabel usque ad eundem Ioseph Mariæ uirum, ponat generationes octo & decim? In his soluendis olim occupati fuerunt patres, Eusebius, Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus: & quibus plerique inter se sint uarij, consentiunt tamen uniuersi, quod Ioseph duorum filius est dictus, non ab utroque generatus, sed ab altero generatus, ab altero autem secundum rationem aliquam legis filius appellatus. Et quia sunt modi multi, propter quos quispiam filius solet alicuius uocari: Primus scilicet secundum adoptionis legem, quæ cum non ualeat ad demonstrandum originem aut genus, non conducit huic proposito. Alter secundum legem coniugij. Tertius per suscitationem seminis fraterni, secundum legem Moyse iubentis, ut frater accipiat relictam fratris sine liberis defuncti, ad suscitandum seminem defuncto fratri. His modis duo sunt unius filij patres: Vnus lege coniugij aut Moyse, alius iure generandi. Secundum hunc postremum modum appellandi filium, soluunt Ambrosius & cæteri patres obscuritates in genealogia ista. Sunt alij, qui dicunt Matthæum recitare genealogiam Ioseph, qui descendit a Dauid per Salomonem: Lucam uero recitare genealogiam Mariæ, quæ descendit a Dauid per Nathan Salomonis fratrem. Ioseph (inquiunt) sui filius Iacob generationis natura. Idem autem Ioseph fuit filius Elih, id est, ipsius Ioseph patris Mariæ lege uxoria: secundum quam consuetudo est filium meum appellare etiam, qui est maritus filia: meæ. Cum enim uir & uxor sint una caro, qui pater est uxoris meæ, is congrua ratione dicitur & pater meus esse. Secundum hanc ergo sententiam, Ioseph Mariæ uir, de Iacob generatus, appellatur filius Annæ & Ioachim patris Mariæ, qui alio nomine uocabatur Elih. Secundum istam autem legem coniugij sufficienter probatur, origo sanguinis uxoris, per generationem mariti apud Iudæos, qui cogebantur uxorem accipere de sanguine cognationis suæ. Sunt alij, qui dicunt in Ochofia Salomonis lineam extinctam esse, inter quos est Philo Iudæus. Secundum hunc dicendi modum, neque Christus, neque Ioseph descendisse secundum carnem de

Quo Ioseph
dicat filius
duorum.

de Dauid per Salomonem, sed per Nathan ipsius Salomonis fratrem. Secundum modum istum Sorobabel, Salathiel, Ioachim & Ioachim, non ex linea Salomonis, sed ex Nathan descendissent: quod uidetur esse contra textum scripturæ Paralip. iij. ubi dicitur filius Salomonis Roboam, cuius Abia filius genuit Afa. De hoc natus est Iosaphat pater Ioram, qui Ioram genuit Ochofiam, ex quo ortus est Ioas, eius filius Amasias genuit Asariam. Porro Ioathan Asariæ filius procreauit Acham patrem Ezechia, de quo natus est Manasses, qui Manasses genuit Amon patrem Iosij. Filij autem Iosij fuerunt primogenitus Ioanna, secundum Ioakim, tertius Sedechias, quartus Sellim. De Ioakim natus est Iechonias & Sedechias. Filij Iechonij fuerunt Asser, Salathiel, Mechira, Phadaia, & Senefer Iecena. Hactenus scriptura sacra, in qua plane uidetur significari non modo in Ochofia non esse extinctam Salomonis lineam, sed & eundem Ochofiam ex Salomonis linea genuisse Ioas, quia dicit de Ochofia ortum esse Ioas, & huius Ioas filium fuisse Amasiam, & Amasiam genuisse Asariam, alio nomine uocatum Osiam, de quo natus est Ioakim pater Ioachim. Amplius autem iij. Regum xi. & xij. Ioas appellatur Ochofia filius. Sed hic habent Philo & sequaces illius scripturas alias, quibus significatur omnes fratres Ochofia interfecit, & omnes anime de domo Achaz occisi, iij. Regum x. Deinde significatur Attaliam matrem Ochofia, cum uideret unicum filium suum Ochofiam interfecit, interfecisse omne semen regium. Sororem autem Ochofia clam tulisse & furatam esse Ioas de medio filiorum regis, qui interficiebatur, ut dicitur iij. Regum xi. Ibi filij regis appellantur non filij Ochofia: neque enim Attalia uoluisset interficere filios filij sui, sed filij appellantur propterea, quod nutritij erant Ochofia, qui ex linea Nathan custodiebantur ad succedendum in regnum, in casu quo deficeret Salomonis linea, & ita Ioas, quis primus (ut inquiunt) fuerit ex linea Nathan, dicitur tamen filius Ochofia, & ortus esse de Ochofia, secundum consuetudinem locutionis scripturæ sacrae, appellantis filios, & ortos seu genitos esse etiam eos, qui ut cognati & nutritij educantur tanquam filij, apti succedere in locum filiorum deficientium. De his in alijs latius. Secundum hunc modum, Elih seu Ioachim beatae Mariæ pater, & Nathan eiusdem Mariæ auus paternus, Leui & Melchi abauus, & attauus ex linea Nathan, descenderunt a Dauid. Vnde recitat Ioannes Anneus ex dictis Hieronymi se didicisse, quod Melchi xxv. annorum genuit Leui, qui quadragenarius genuit Nathan. Hic agens annum tricesimum sextum genuit Ioachim, qui & Elih, patrem quidem naturalem Mariæ, & legalem Ioseph, Ioachim autem anno quadagesimo sexto natura sterilis genuit Mariam, quæ & ipsa anno decimo quarto ætatis suæ peperit saluatorem. Ad aliam difficultatem, qua dicitur, Maria fuisse cognata Elizabeth de tribu Aaron, dicimus neque esse impossibile, neque absurdum, unam & eandem personam habere ortum ex duobus fratribus uterinis per mulierem, quæ ab altero illorum fratrum descenderit: sic Ioannes Baptista & mater ipsius Elizabeth simul de tribu Iuda & de tribu Leui ortum habuerunt. Vnde ex traditione patrum didicimus Mariam & Elizabeth fuisse filias duarum sororum uidelicet Anne & Esmeria, quarum utraque erat Bethleemica de domo Dauid

Quo virgo
Maria erat
cognata Elizabeth, quæ
erat de alia
tribu.

quæ

quæ erat in tribu Iuda. Anna uero Joachim accepit maritum, de tribu Iuda, & de domo Dauid, Efmeria aut uirum accepit Leuiticū, de familia Leui, & ideo Elizabeth ratione patris, erat Leuitica; ratione autē matris, erat de tribu Iuda; uirgo autē Maria ratione utriusq; parentis de tribu Iuda extitit. Neque huic matrimonio Efmeriæ obuiat lex Moyfi, de nō commiscendis inter se intricem tribubus per coniugia. Nam contra legem nō erat, qm̄ eam familiā alteri commixtam, non sequebatur illius tribus hæreditas, sic habet lex Numeri ultimo: Nubant quibus uolunt, tm̄ ut suæ tribus hominibus ne commisceat possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Sunt autē qui sentiunt, Mariam si mul fuisse de tribu Iuda, & de tribu Leui, & Lucam scripsisse familiam Christi sacerdotalem, per Nathan sacerdotem atq; prophetā: Matthæum uero familiam Christi regalem, per Salomonem; ex quibus consequens esset, Christum esse de familia sacerdotali simul & regali. Huius sententiæ sunt Ambrosius & Beda, sed eis nō consentiūt ceteri multis ex rationibus, neq; n. Nathan propheta filius Dauid erat. Iam si dixeris: In historijs quibusdā legimus Leui genuisse Melchi, & Melchi genuisse Panther, hunc autē Barpanther, a quo natus sit Joachim, pater Mariæ. Respondet Anneus, Iudæos quosdam in primitiua ecclesia fingentes se Christianos, ad obscurandum genealogiā Christi, quā & Lucas claram ponit ex linea Mariæ, & Matthæus itidem claram tradit ex linea Ioseph, transmūtatis nominibus dixisse Panther pro Melchi, & Barpanther pro Leui, & qd Heli quasi alter a Joachim, fuerit pater Ioseph, legalis per suscitationem seminis fratēni. Contra quos inquit, scribens beatus Hieronymus de ortu beatæ uirginis: Quid (inquit) Pantheris & Barpantheris, & fratēni seminis suscitatore opus fuit ad genealogiam Mariæ, quæ clara est: nisi quia falsi fratres, sub specie angeli lucis ad eludendum euangelia, quasi illa expositura hæc finxerūt. Vide & reliqua apud Ioannem Anneum in commentarijs chronographiæ Philonis. Verum hic sciendum, qd liber iste Hieronymi de ortu beatæ Mariæ uirginis, nobis nondum prodijt in lucem. Quod autem Matthæus dicit Sorobabelem genuisse Abiud, hoc in Paralip. nō sic legitur. Sed hic sciendum Abiud fuisse filium Zorobabelis binominem. Qui dictus est Ananias in Paralip. is & appellatur Abiud apud Matthæū: sicut primogenitus Sorobabelis Missiolla appellatus est Refa, quod Lucas posuit, & Philo expressit. Sunt rursus alij, qui dicunt alium fuisse Sorobabelem expressum a Matthæo, alium a Luca. Sorobabel (inquiunt) quæ designat Matthæus duabus generationibus, post transmigratiōem natus est: is autē quem commemorat Lucas & Zacharias, ante transmigratiōem natus est: qd pateret (inquit) ex uerbis domini, ad Aggeum prophetā cap. ij. dicētis: Loquere ad Sorobabelem filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Iesum filiū Iosedech, & ad reliquos populos: Quis est ex uobis derelictus, qui uidit domum istam in gloria sua prima? Ex quibus uidetur Sorobabelem uidisse domū istam. Sed hoc argumentum nihil concludere manifestum est. Fit enim sermo non solum ad Sorobabelem, sed ad plures, inter quos poterant alij esse, qui olim uiderant domū primam. Vnde a destructione templi usq; in annū ij. Darij Longimani, sunt anni

Hierony.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III. Fol. CCXXIX, anni centum & sedecim. Longioris autē uitæ poterunt sub illo secundo anno Darij homines inueniri, quemadmodū & ipse Iosue, filius Iosedech, uixit annos centum & triginta, ut testatur Philo. De Ioiada pontifice ante captiuitatē legitur, qd fuerit centum & triginta annorum, ij. Paralip. xxiij. Quod autem fuerit idem Sorobabel, qui in captiuitate genitus, fundauit templum sub Cyro, qui & sub Dario ipsum consummauit, patet Zachariæ iij. Ex eo item, qd apud Lucam plures generationes interponuntur, q̄ apud Matthæum, nō est consequens non esse eundē Zorobabelem, ab utroq; designatū. Nam secundum consuetudinem coniugij, aut legem Moyfi pauciores personæ recitatę in genealogiā Matthæi, potuerunt longeuam uitam transigere, plures autem apud Lucam immatura ætate decedere.

Sequitur pars vltima huius quinti capitis, pro intellectu scripturarum de rebus & temporibus futuris in nouissimo Christi aduentu.

EX superioribus recapitulādum est, regnum dñi nostri Messiae. i. Christi, in scripturis prophetis pronunciatum, olim a patriarchis expectatum, non esse accipiendū tanq̄ durans eo solum tempore, quo Christus secundum uisibilem carnē in Iudæa mirabilia operatus erat, nascendo, euangelizando in prodigijs, in miraculis, eligēdo apostolos, & mittēdo, resurgēdo, & ascendēdo, ut tunc intelligatur regnum etiā extinctum in hoc mundo, cum iam euauit ex corporalibus oculis mundi huius, & intelligatur tunc omnia esse impleta, quæ in prophetis de ipso ac regno eius sunt prophetata: sed accipiendū est regnum illud tunc incepisse manifestari, & crescere, & permutationem seculi, & ipsum Christum non desisse regnare unq̄, sed in æuum omnipotentem regem, ueram uitem, uerum caput suæ ecclesiæ, & regnare in hoc suo regno tanq̄ ducem & bellatorem fortē per spiritum sanctum desuper missum, qui & tandem in resurrectione in nouissimo die tradet id ipsum suum regnum deo patri, absorpta iam prorsus morte, tribulatione & angustia ab omnibus eiusdem regni membris. Ex hac iam consideratione contra carnales fidei nostrę hostes, q̄ ex prophetis suo sensu intellectis, arbitrantur Christum in terrena Hierusalem regnaturę seculis multis, habeatur clauis quædam ad aperiendū multa scripturæ claustra in lege & prophetis, de Christo & regno illius uaticinantibus. Nam & ex ipsis prophetis discimus ipsius Messie natiuitatem temporalem, & conuersationem uitę eius in paupertate & humilitate, prædicationem & operationē miraculorū eius, mortem eius & ascensionē, & desuper missionem sancti spiritus in apostolos, qui in oēm terrā erant euangelizaturi. Ex quibus consequens est, ea quæ per prophetas prænunciata sunt super regno Christi militante in hac uita, usq; in consummationem seculi, ex parte impleta esse in primo aduentu illius, dum in carne mortali nobiscū usq; in mortem conuersatus est, & tunc completa fuerūt oīa redemptionis humane gn̄is officia, quę pronunciatæ erant per ipsum futura in carne sua mortali, quemadmodum ipse priusq̄ in cruce emitteret spiritū ait: Consummatum est. Deinde ipse sic per mortem contra diabolū triumphāte, oīa quę de regno

(Perpetuum esse regnum Christi in ecclesia ipsius.

Matth. 27.

IOANNIS DRIEDO. DE SVPPVTATIONIBVS

eius, seu ecclesia futura pronunciantur, quotidie implētur & implebunt usq; in finem seculi, & tunc demum in secundo scilicet aduētū, prorsus consummabuntur, cum nō erit amplius in ullo regno Christi neq; militia, neq; tentatio, neq; bellum, neq; gladius, sed pax sempiterna. Vnde prophetia de regno illius, secundū primum aduentū eius, q; tanq̄ mons eleuandus super oēs colles. i. super oēs terræ principes in fortitudine uenturus esset, & q; regnaturus esset in Hierusalem, & sederet super sedem Dauid patris sui, & in domo Iacob in æternum, & q; de monte Syon lex illius esset transitura in omnem terram, & q; idola essent penitus conterenda, & q; ad eum fluerent oēs gentes & populi multi, & q; dominaretur a mari usq; ad mare, & q; ad illius imperiū tacerent insule maris. Huiusmodi prophetie, siue falso intelligantur ad literam, quem admodum accipiunt Iudæi, uane expectantes Messiam regnaturū in terrena Hierusalem; siue uere intelligant secundū spiritualem sensum, quemadmodū intellexerunt prophete, & exposuerunt eas Christus & apostoli, nō sunt adimplere tempore primi aduentus, intelligendo primi aduentus tempus illud solum, q; Christus cepit in terra conuersari usq; ad mortē, resurrectionē, & ascensionē solum. Christus enim dum uiueret, & apostoli ante resurrectionē nō prædicauerūt nisi in Iudæa, & finibus eius. Vnde neq; tunc ad legem eius fluebant gentes. Postq̄ autē morte sua triumphabat super diabolum, exoluens deo patri poenam debitā pro pctō humani generis, resurgēs a mortuis regnare cepit super gentes, & crescere cepit regnū eius. Hac ratione & Christus ipse, qui erat prænunciatus, q; esset expectatio gentiū, q; a deo patre missus ad hoc uenit in mundū, ut esset saluator totius mūdi, uere dicit: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Qui dum in mortali carne adhuc uiueret, suis discipulis præcepit: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatē Samaritanorū ne intraueritis: sed ite ad oues, quæ perierūt domus Israel. Post resurrectionem uero in carne gloriosa manifestās se suis discipulis & fratribus multis numero, præcepit apostolis, ut euntes in uniuersum mundum docerēt oēs gentes, & prædicarent euangeliū regni sui omni creaturæ. Non oportet igitur ex scripturis concludere, q; Chrs in terrena Iudæa scdm mortālē carnē uisibiliter habitans, & euangelij legem constituens, fuerit mille annis & ultra, aut diebus suis fuerit dominatus a mari usq; ad mare, & q; eisdē temporibus confluxerint oēs gentes ad obedientiā euangelij eius, & q; oīa idola fuerint in nationibus gentiū contrita: sed q; tunc inceperit regnum eius, sub q; paulatim hæc oīa complētur in Chro per mortē, & per resurrectionē contra diabolum triumphante, iuxta Danielis uaticinium cap. ij. Lapis abscissus de monte sine manibus percussit statuam in pedibus suis ferreis, & conterens quatuor præfatę statuæ mēbra, factus est mons magnus, q; impleuit terrā uniuersam. Vnde de regnū Chri per fidē euangelij ipsius cepit crescere in uniuerso mundo, in omni loco & gente. Terrena principūt ac ducū corda ceperūt transferri in regnū charitatis Chri, cepit & idololatria paulatim cōminui inter gentes, quæ licet magna ex parte per apostolorū prædicationē in uniuerso mundo fuerit cōminuta, nō tñ penitus fuit contrita. Nam usq; ad Constantini tpa regnabat idololatria

Math. 11.

Math. 10.

Math. 11.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III Fol. CCXXX.

idololatria sub Romano imperio, cui restiterūt sancti martyres, Sixtus, Laurentius, Vincentius, cæteri q; usq; ad mortem. Deinde ad hæc usq; secula putātur in Asia esse quedā regna, quæ colunt idola. Ceterū prophetarū sermo crebro commiscet duas uniuersales Iudæorū captiuitates longis temporū interuallis, uidelicet 670. annis a se distantibus, unam uidelicet sub Babylonij, alteram sub Romanis, Tito & Vespasiano, intermiscēs etiam eam, quæ fuit sub Grecis ab Antiocho illustri, ex qbus plerūq; transit ad nouissimā persecutionem aduersus populū dei futurā in regno Antichristi. Et ideo cōsiderare tempora regum, sub qbus unusquisq; propheta suas prophetias locutus est, multum lucis adfert ad intelligentiam scripturarū, & ad intelligendū numeros annorum designatos in libris prophetarū. Duodecim sunt prophete, q; uocamus minores: quatuor autē, quos uocamus maiores. Horum autē prophetarū ordo in libro Bibl. nō textitur scdm ordinem successionis temporū, qbus prophetauerūt. Nam Abdias, q; post quatuor maiores prophetas, quartus inter minores ponitur, longe ante Isaiam ceterosq; oēs prophetauit. Item Osee, Iohel, Amos, Micheas, quis post Hieremiā, Ezechielem, Danielē, inter duodecim minores prophetas sunt collocati, añ illos tñ sunt uaticinati. Abdias, Ionas, Amos, Isaias, Osee, Iohel & Micheas prophetauerūt ante captiuitatē populi Israel, & nō solum ante captiuitatē populi duarū tribuum, Iuda uidelicet & Benjamin, sub xi. anno Sedechiæ factam, sed & ante decem tribuū captiuitatem, quæ illam antecessit annis 136, quemadmodū ex superioribus conclusionibus demonstrari potest. Abdias in diebus Achab regis Israel, & in diebus impijssimæ Isebel prophetaffe traditur. Ex regibus, q; ponūtur in titulis, cognosimus tres prophetas, uidelicet Isaiam, Osee, Amos incepisse prophetare sub uno atq; eodē rege, uidelicet sub Osia rege Iuda. Micheam autē incepisse prophetare sub rege sequenti, uidelicet sub Ioathan, nondū x. tribubus translatis per Assyrios. Nahum uero iam x. tribubus in captiuitatē ductis per Assyrios, ad earundē decē tribuum consolationē prophetare cepisse aduersus Ninuen, Assyriorū metropolim Ezechij temporibus. Isaiam quoq; & Osee sub eisdem quatuor regibus, secundū seriem successionis in regno Hierusalē succedentibus, uidelicet sub Osia, Ioathan, Acham, & Ezechia prophetaffe. Iohel q; q; q; mox absq; titulo ullo regis sequitur Osee propheta, iuxta regulā Hebræorum prophetaffe intelligitur sub eisdem regibus, qbus & Osee prophetauit. Amos uero, quemadmodū & titulus indicat, in diebus solius Osie regis. Micheas uero in diebus Ioathan, Acham, & Ezechia regum Iuda. Postea uero Sophonias & Hieremias ante transmigrationē Ioachin prophetaffe ceperunt in diebus Iosia regis Iuda, quemadmodū & ipsi testant in suis librorū præfationibus. Finem regni duarū tribuum, q; uocant Iuda & Benjamin, iam instare sub Iosia, ex iij. lib. Regū est manifestū. Illo em̄ interfecto, filij eius & nepotes, q; postea regnauerūt, ut Ioacham, Ioachim, Sedechias, & Ioachin, non tam regnasse credendi sunt, q; ludibrio habiti fuisse ab Ægyptio rege, & Chalæis, & uarijs captiuitatibus mortibusq; cruciati, ut patet iij. Reg. xxij. xxij. & xxv. Quia igitur populus poterat se excusare in regibus malis, & dicere:

Adhuc sup-
esse idolola-
trias.

Incipit de re-
gno Anti-
christi.

De uno or-
dine ac tpe
prophetaffe

nos uolumus seruire deo, sed prohibemur a regibus, iam instante regni fine da-
tur populo Iosias rex iustus: quo zelante zelum dñi, & populo nihilominus
in idolorū cultu p̄seuerante, iusta irę causa profertur a dño, & incipit Sopho-
nias prophetare de euerfione Hierusalē, & uictoria Nabuchodonosor: quam
& Hieremias passim in suis uaticinijs interferit. Ezechiel aut̄ paulo post, iam
scilicet transmigratiōe Ioachim facta, prophetare cœpit ante desolationē, seu
euerfionem Hierusalem. Hieremias ergo & Ezechiel, imminēte iam euerfio-
ne Hierusalem & regni Iuda, texuerūt uaticinia: sed Hieremias in terra Iuda,
Ezechiel aut̄ in Babylone. Hieremias cum esset adhuc puer, cœpit propheta-
re anno xij. Iosia, prophetauitq; in imperio eius annis x. & ix, & postea sub
Ioachim filio eius annis xi. usq; ad quintū mensem, qñ a Babylonijs capta est
Hierusalem. Ioachim aut̄ & Ioachim terni menses: quorū alter in Ægyptū, al-
ter cum matre ductus est in Babylōnē, in supradictis annis computant̄, ac per
hoc Hieremias ab exordio prophetiæ suę usq; in captiuitatē Hierusalem, in
qua & ipse captus est, prophetauit annis xl. & uno, præter illud tempus, qñ
ductus est in Ægyptum, ibiq; prophetauit in Taphnis. Patent hæc oīa ex uo-
lumine Hieremię. Ezechiel aut̄ prophetare cœpit in anno transmigratiōis
Ioachim v. qui fuit & quintus imperij Sedechię annus, trigefimū usq; etatis eius-
dem Ezechielis. Insuper & trigefimus, supputatiōe facta ab anno Iosię regis
xv iij. sub quo inuētus est liber Deuteronomij in templo, iij. Regum xxij. Ex
his colligendus est intellectus exordij libri Ezechielis, ubi dicitur: Et factum
est in xxx. anno, & c. Daniel iam cum Ioachim in Hierusalem translatus ante
euerfionē tēpli & Hierusalē, prophetare cœpit usq; in iij. annū Cyri. Compu-
tantur autē a transmigratiōe Ioachim usq; in tertiu annū Cyri, anni lxxxiiij.
secundum conclusiones supradictas supputatiōe facta. Abacuc autem iam
duabus tribubus in captiuitatem deductis prophetauit, ut patet ex Danielis
historia. Quemadmodum enim Nahum propheta, quem Abacuc sequitur
in consolationem decem tribuum positarū in captiuitate Assyriorum, uaticinia
nium habuit contra Niniuem, metropolim Assyriorum, qui uastauerunt decē
tribus, quas scriptura uocat Israel: Ita & Abacuc in consolationem duarū tri-
buum (quas scriptura uocat Iuda) iam in captiuitate Babylonica existentium
prophetiam habuit aduersus regem Babyloniōrū, a quibus Iuda, Hierusalē,
& templum sunt subuersa. Postea uero eisdem tribubus duabus per Cyrum a
captiuitate solutis, prophetare cœperūt, Aggeus, Zacharias, & Malachias,
quem Hebræi (ut inquit Hierony.) arbitrant̄ fuisse Esdras. Ordo igitur pro-
phetarum, si scendum seriem temporum, quibus prophetauerūt, statuetur:
hoc pacto recensentur prophetarū libri: Abdias, Ionas, Amos, Isaias, Osee,
Iohel, Micheas, Nahum, Sophonias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Abacuc,
Aggeus, Zacharias, Malachias. Recitant quidem singuli prophetarū libri re-
ges, sub quibus prophetauerunt, præterq; Iohel, Abdias, Ionas, Nahum, Aba-
cuc, & Malachias. Verum hic sciendum, quod non absq; ratione propheta-
rum ordo, in libro Biblię aliter q̄ secundum ordinem temporum designatur.
Nam etsi in scripturis sacris non semper gestorum aut temporum ordo, aut
successio-

De Daniele
propheta.

Ordo pro-
phetarū iux-
ta r̄p̄a, quibus
prophetauer-
unt.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III. Fol. CCXXXI.
successionis series seruet̄, in eis tñ non est superuacūū considerare piam quan-
dam ordinis rationem, secundū quam placuit spiritui sancto unum alteri præ-
ponere, quemadmodū conuenit ex rebus in scriptura sacra, etiam absq; tem-
porum ordine recitatis, considerare ordinem diuinę prouidentię, oīa secun-
dum suam sapientiā in bonum suorū electorū dispensantis. Verbi gr̄a, in Isaiā
cum describuntur bella gesta, & onera, i. plagę super ethnicorū regna uidel̄
cet, aut super Damascum, aut super Ægyptū, aut super Assyrios, aut Babylo-
nios, Persas, ac Medos, & id genus alias superbas nationes, nō est arbitrandū
spiritū sanctū pro sola rerum gestarū historia noscēda, hæc nobis legenda pro-
ponere: sed ad consolationē aut commonitionē nostram hæc esse descripta, ne
confidamus in principibus, neue spem ponamus aut in hominibus, aut in ullo
temporali rege, sed in Christo rege iustitię, uero saluatore, sine quo neq; sa-
lus ulla est, neq; fortitudo. Contra dei iram Israel sperauit in Damasco, dirua-
tur ciuitas, quę aduersus dei uoluntatē impijs præstat auxilium. Iuda spera-
uit in Ægyptijs, destruetur Ægyptus. Ægyptij confisi sunt in Æthiopijs,
Æthiopes q̄q; uincant̄ ab Assyrijs. Assyrij superbierūt, nō dei, sed suarū uiriū
arbitrātes esse uictoriā, & ipsi uincantur a Babylonijs. Babylōn eleuauit con-
tra deum caput, seq; dei potentię coęquauit, in tantā elata arrogantia, ut au-
deret dicere: Super sydera cœli ascendam, ipsa quoq; a Medis & Persis supe-
retur. Persę & Medi in sua sunt fortitudine gloriantes, ueniant Macedones
& conterant illos sub pedibus suis. Macedones supra modum sunt erecti, ue-
niant Romani, & eos sibi subijciant. Et hæc nisi studiosus sacrę scripturę les-
tor animaduernerit in prophetarū libris, turbabitur super sententię conte-
xtu, nesciens ad quid pertineant, quorsumue tendant ea, quę de oneribus, aut
Babylonis, aut Moab, aut Damasci, aut Ægypti, aut Tyri inter prophetias
de Christo interferuntur, ut uidere licet apud Isaiam a cap. xij. usq; in caput
xxxiiij. Vnde cap. xxxi. spiritus sanctus coarguit eos, qui descendunt in Ægy-
ptum in equis sperantes, & fiduciam habentes super quadrigis & equitibus,
quia multi & præualidi sunt, & non sunt confisi super sanctum Israel. i. super
Christum sanctificantem Israel. Christus enim est scopus & finis, in quem ten-
dit omnium prophetarum spiritus. Proinde & passim interferit ea, quę ad
Christum & ad regnum ipsius, & ad principatum, potestatem, iustitiā, equi-
tatem, legem, & ad futurum illius iudicium pertinent, cuius regnum est sta-
bile, forte, sempiternum, & regnum omnium seculorū. Quotquot aut olim fue-
runt, aut in posterū futuri sunt huius mundi reges, siue Pharaones, siue Da-
rij, siue Artaxerxes, siue Alexandri, siue Nabuchodonosor, suos habuerūt re-
gni atq; imperij terminos ac fines. Desijt Assyriorū regnum in Sardana palo
per Belochum suum clandestinū hostem, militię suę præfectū, qui Sardana
palo interfecto cum Arbace Medorum principe monarchiam partitus est ea
lege, ut ipse Mediam & Persas, Belochus uero Babyloniā regeret. Desijt Ba-
byloniorum regnum in Balthare interfecto per Cyrum Medum, q̄ rursus
monarchiam Babyloniōrū uniuert̄ Persis & Medis. Medorū aut̄ & Persarū im-
perium tenens Babyloniā sibi unitā, perijt in Dario per Alexandrū Mace-
dōnē
q iij donē

Docet, p̄phe-
ta in deo, nō
in hoīe spe-
randum.

Isaiā 14.

Successio-
nis regno-
rū interitus.

donem uictio. Macedonū uero, quod est Græcorū regnum, perijt per Romanū imperiū. Sic & cetera huius mundi regna suos hnt fines ac terminos. Solum autē Christi regnum nō concludit̄ ullo locoꝝ aut tempoꝝ termino, sed est æternum, qđ ubiq; dilatatur, ubiq; porrigit̄ Christus, ubiq; regnat, ubiq; colitur, & adoratur in omni loco & gente, quæ fidem habet in illum. Proinde de omnia illorū ethnicorū regum & gesta & onera, & bella & prælia sunt nobis proposita, tanq̄ exempla & specula, quibus & perueniamus & permaneamus in regno Christi, quod est regnū iustitiæ sempiternæ in consummatione seculi, transferendū in regnum plena pace securū. Quibus præmissis ad intelligendum scripturas commemorātes opa & ipa futura in fine mundi: sciendum est, qđ prophete & apostoli, in super & ipse Christus oīm prophetarum & apostolorū dñs, de nouissimo aduentu, & de nouissimo Christi iudicio sic prophetauerunt, ut mirabilia quoq; opera, signa & prodigia prænuiciauerint in uniuerso mundo prius esse uentura. Verum inter signa diem illū nouissimi iudicij præcedentia, quædā longius diem illū præcedūt, q̄ iam oculis nris cernimus aut impleta, aut quotidie impleri; quædā aut̄ uicinius & proximus, alia uero proximis temporibus, & iam die illo instante sunt præcessura. Primi generis signa, utpote diem iudicij præcedētia, quæ & iam cernimus aut impleta, aut quotidie impleri, sunt hæc: destructio templi Iudæorū in urbe Hierusalem, euersio reipublice, ablatio sacerdotij & sacrificij a loco sancto secundū legem Moysi, ad sacrificandū deputato, eiectio eorū extra Iudæā, dispersio eorū in oēm terrā, excæcatio credentiū mendacio, iugiter usq; in finē seculi uana fide de expectantiū terrenum quendā Messiam, absq; in idololatria credentiū scilicet in unum deum, cæli & terræ creditorē. Deinde in nouissimis tēporibus, conuersio eorū ad Christū. Insuper & prædicatio euāgelij crucifixi in uniuerso mundo, usq; ad insulas maris, fideiq; in eundē Christum crucifixum incrementum, per oēs gentes prælia, terræ motus, seditiones. Rursusq; declinante ad uesperā mundo, atq; senescente decrementum eiusdem fidei deficientis & transeuntis de regno in regnum. Hæc & id genus alia prænuanciant̄ esse uentura, priusq̄ ueniat dies dñi magus & horribilis. Hæc sunt & per prophetas & per apostolos prænuanciata multis in locis, quæ & Christus in euāgelio apostolis interrogantibus, quodnā esset signum instantis & appropinquantis aduentus dñi, & consummationis seculi, ipse expressit respondēs *Matth. xxiii.* præmonens nos ne seduceremur, quasi tunc instaret dies dñi; Oportet enim (inquit) hæc fieri, sed nondum statim finis. Multi pseudopropetæ surgent, & seducent multos: qm̄ abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Qui aut̄ pseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. Et prædicabit̄ hoc euāgelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet consummatio, id est, finis mundi. Tunc (inquit) ueniet. tanq̄ dicat, nō ante ueniet, sed qm̄ post (inquit August.) ueniet incertū est nobis, ante in nō esse eum uenturū dubitare nō debemus. Proinde & ipse Chrs apud Lucā *xxi. cap.* loquēs de tempore post euerisionem Hierusalem, per Titum & Vespasianū factam: Cum uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tūc scitote qđ prope est desolatio eius. Er̄it pressura magna super terrā. subaudi illam Iudæā, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducent̄ in oēs gentes, & Hierusalē calcabitur a gentibus, donec impleantur tpa nationū. Hæc etsi olim sic futura esse plano sermone prænuanciat spūs propheticus ex ore angeli ad Danielem: *Dan. 9.* Ciuitatem & sanctuariū dissipabit̄ populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et infra: In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad consummationē & finem perseuerabit̄ desolatio, *Dan. ix.* Idem spiritus propheticus loquens ad populum Israel *Osee ij.* Dies multos expectabis me, nō fornicaberis, & nō eris uiro, sed & ego te expectabo, qđ diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod: & post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dñm deū suū, & Dauid regem suū, & pauebūt ad dñm, & ad bonum eius in nouissimo die. Hæc oīa sic olim prænuanciata, cernimus oculis nostris partim esse adimpleta, partimq; adimpleri quotidie, partim uero expectamus adimplēda. *August. Augustinus;* in epistola ad Hesitium ostendit suo seculo nondū fuisse Christi euāgelium in toto mundo prædicatū. Sunt enim (inquit) apud nos .i. in Africa, barbaræ gentes innumerabiles, in quibus euāgelium nondū est prædicatū: ex his, quæ ducuntur inde captiui, quotidie nobis addiscere in promptu est. *Ambrosius Ambrosius;* uero in commentarijs ad *Roma. x.* innuit hoc signum per apostolos esse adimpletum: Vbi enim (inquit) præsentia hoīs prædicatis deficit, sonus tñ & fama peruenit: sicut opinio factorū miraculorū in *Ægypto* longe ad gentes puenit, quemadmodū testat̄ Raab meretrix: *Audiuimus* (inquit) qđ dñs deus uester sic cauerit aquas maris ad introitum uestrum, qm̄ egressi estis ex *Ægypto*, & hæc audientes pertinuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum uestrum. (dñs enim deus uester, ipse est deus in cælo sursum, & in terra deorsum.) De hoc & Hierony. loquitur in commentarijs super *Matthæum, cap. xxiii.* Cetera uero signa prædicta de euerisione terre Hierusalem, & de ablatiōe altaris & Iudaici sacrificij, sine rege & principe uidemus adimpleta esse. Aliud signum aduentus dñi propinquius instantis traditur, dum utriusq; testamenti scripturis passim prænuanciatur, ante nouissimū dei iudicium impius rex Antichristus esse uenturus, non occultus, sed manifestus, Christo & ecclesie ipsius aduersarius. Insuper & in eisdem scripturis explicatur qualitas & conditio regni ipsius, quibus uidelicet modis, quibus officijs, quibus legibus & utribus sit regnum suū instituturus. Deinde & locus in quo regnaturus est, postremum & quantitas durationis regni ipsius, & finis eius. De qualitate & conditione Antichristi regis & regni ipsius expressa est sententia prophetarū, in super & doctrina dñi nostri Iesu Christi, quam et *Paulus* plano sermone explicat *ij. ad Thess. ij.* præmonens eos, ne leuiter & facile recipiāt opinionem quamlibet de hoc nouissimo iudicij die, tanq̄ iam prope imminente ac instante, neue terreantur: Rogamus uos fratres (inquit) per aduentum domini nostri Christi, et nostræ congregationis in ipsum, ut non cito moueamini a sensu uestro, & non terreamini, ne que per spiritū, nec per sermo.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SAC. LIB. III Fol. CCXXXII

Agere incipit de futuris in ultimo iudicio.

Signa præcessura diem iudicij.

Matth. 24.

Dan. 9.

Augustinus;

Ambrosius;

Hierony.

Thess. 2.

sermonem, neq; per epistolam, tanq; per nos missam, quasi instet dies dñi. Ne quis uos seducat ullo modo, quia nō ueniet dies dñi, nisi uenerit apostasia seu discessio & defectio primum, & reuelatus seu manifestatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur deus, & supra omne quod colitur: ita ut in templo dei sedeat, ostendēs se tanq; sit deus. Et paucis interpositis: Eius aduentus est secundum operationē sathanae, in omni uirtute, in signis & prodigijs mendacibus, in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, quem dñs deus interficiet spiritu oris sui, destruēs ipsum illustratione aduentus sui. De regno Antichristi, qualenam sit futurū, ostendit Daniel cap. viij. in uisione prophetica, qua uidit quatuor regnorū monarchias de terra ortas. i. terrena cupiditate imperantes, sibijnuicem succedentes, designatas in quatuor bestijs magnis, inter quas quarta erit fortis & terribilis nimis, habens cornua decem, & ultra hęc aliud paruulum cornu, ortum de medio eorū, in quo (ut inquit sancti doctores) designatur Antichristus, ignobili & obscuro loco nasciturus, qui crescet, & potentior erit prioribus, & sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, & putabit q; possit mutare tempora & leges, & tradentur in manū eius usq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. De hoc quoq; eodem rege loquitur in finem capitis sequentis: Post regnum (inquit) eorum cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in uiribus suis, & supra q̄ credi potest, uniuersa uas stabit, & interficiet robustos & populum sanctorū secundum uoluntatē suā, & dirigetur dolus in manu eius, & magnificabit cor suum, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum consurgent, & sine manu conteretur. Danielis viij. Quod tractans Hieronymus: Antichristus (inquit) per insidias & fraudulentiam obtinebit principatū, & expugnet brachia regnantis populi Romani, qui & conterētur ab eo. Et hoc faciet, q̄a simulabit se ducē scederis legis & testamēti: multa quoq; per se deceptis largietur munera, & terram diuidet gratis, & quos terrore uincere nō poterit, subiugabit auaritia. Hęc omnia sceleratissimi regis opera, insuper & mortem eius absq; contritione manū sermone plano expressit & apostolus Paulus secundæ ad Thessal. secundo, ut supra iam patuit. Ex his ergo scripturis patet qualitas & conditio futuri regni Antichristi, q̄ uidelicet impium eius regnum non erit occultum, sed manifestissimum secundum operationem sathanae in omni uirtute, id est, in omni potestate, in signis & prodigijs, & mendacijs supra omnem huius mundi potentiam, etiam supra ipsum Romanum imperium: quemadmodum sancti intelligunt ex supradicta Pauli doctrina, ante nouissimum dei iudicium futurum esse discessionem seu defectionem imperij Romani. Non ueniet dñs, nisi uenerit (inquit Paulus) defectio primum. siue ut alia litera habet, discessio: ubi originalis lingua, quæ Græca est, habet apostasia, per quam Lactantius, Origenes, Chrysost. Hierony. Ambrosius, August. ceteriq; patres tradunt Romani imperij abolitionē esse intelligendā. Nam apostasia est, cum quis desciscit a suo duce. Significat ergo Christus nō esse

Daniel, 7. de Antichristo.

Quale erit Antichristi regnum.

Roma. imperij desitum.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SAC. LIB. III Fol. CCXXXIII. esse ad iudicium uenturus, nisi Romanum imperium fuerit ante desolatum. De hoc habes Ambrosiū & Theophylactū in commentarijs, August. ij. de Ciuitate dei, cap. xix. Vnde Hierony. in epist. ad Algasiā, in solutione qua stionis xi. Non uult Apost. aperte (inquit) dicere, Romanū imperium esse destruendum, qd ipsi æternum putant, sed adumbrate (ut inqt Theophyl.) dicit: nō em̄ temere uoluit sibi Romanorū inimicitias uendicare. Locum, in q̄ futurū est regnū ipsius, explicat scriptura uniuersum mundū. Nam sub temporibus Antichristi prgnunciat futura tribulatio, & persecutio sanctorū in uniuerso orbe, quemadmodū explicat Daniel propheta cap. xi. de Antiocho illustri. i. insigni & impio tyrāno transiens ad Antichristū futurū oīm tyrannorū principem. Ipse (inquit) faciet iuxta uoluntatē suam, eleuabit & magnificabit aduersus oīm deum, aduersus deum deorū loquet̄ magnifica, & diriget̄, donec impleatur iracundia. Deum patrū suorū nō reputabit, nec deorū quenq; curabit: & erit in concupiscētijs sceminarū, & aduersus uniuersa consurget. Et paucis interpositis, capite sequenti: Veniet tempus, quale nō fuit ab eo, ex q̄ gētes esse coeperūt, usq; in tempus illud. Quantitatē durationis tyrānidis eius, qua regnaturus est, explicat scriptura triphariā: Primo per tempus, & tpa, & dimidium temporis: secundo, per menses: tertio, per dies. Per tempus quidē & tpa, & dimidium tps Danielis viij. Tradentur in manu eius usq; ad tempus, & ad tpa, & ad dimidium temporis. Per tempus, & tpa, & dimidium temporis, secundum oīm doctorū interpretationē, tam Hebræorū, q̄ catholicorū, intelliguntur unus annus, duo anni, & dimidiū, hoc est, tres anni & semis, in quibus diabolus est soluendus. i. permittendus scuire totis uiribus suis per ipsum Antichristum & satellites eius, ut reprobi, qui in sordibus erunt, fors descant adhuc: quibus, eo q̄ charitatem non receperunt ut salui fierent (ut inquit apostolus Paulus) mittet tunc deus spiritū erroris, ut credant mendacio. Secundo scriptura eandē tēporis quantitātē explicat per menses xliij. Apoca. xiiij. de Antichristo loquens: Quis similis bestig huius, & quis poterit pugnare cum illa? Datum est ei os loquens magna & blasphemia, & data est ei potestas facere bellum menses xliij. Menses aut̄ xliij. constituunt præcise annos iij. cum dimidio. Tertio, hanc quantitatem temporis, qua regnaturus est Antichristus, explicat scriptura per dies mille ducentos & nonaginta, supputando a tempore, quo ablatum erit iuge Christi sacrificium, & abominatio cultus Antichristi posita fuerit in desolationē ecclesie, usq; ad mortē Antichristi ut patet Dan. xij. Idē patet per dies mille, ducētos & sexaginta. q̄bus prophetauit Enoch & Helias contra Antichristū, ut patet Apocal. xi. Aliud signū proximum imminētis aduentus Christi, est Enoch & Helias sublati ab hominibus oculis, qui adhuc uiui seruantur in corpore, ante nouissimum dei iudicium uenient prædicaturi, dominum nostrum Christum fuisse uerum Messiam, regnumq; eius in scripturis prophetatum, esse nō carnaliter, sed spiritaliter intelligendum, secundum sanctificationem spiritus in uitam cœlestem & immortalem. Quod autem hi prophetae adhuc uiui seruentur in corpore patet, nam de Enoch est scriptura Genesis: Facti sunt omēs dies Enoch

Quāditu Antichristus sit regnaturus.

Enoch & Helias extremū iudicij præcessuros immediate.

Genesis 7. treccēti

trecenti sexagintaquinque anni, ambulauitque cum deo, & non apparuit, quia tulit eum dominus. Et ne quis hanc scripturam alio modo interpretetur, sciendum, quod secundum hunc sensum exponit eam nobis Apostolus ad Hebræos xi. Fide (inquit) Enoch translatus est, ne uideret mortem, & non inueniebatur, quia tulit eum dominus. Ob quam autem finem sit translatus ne uideret mortem, significauit spiritus Ecclesiastici xliiij. Enoch placuit deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus sapientiam. De Helia scriptura est Malachię iij. Ecce ego mitto ad uos Heliam Thesbitę prophetę, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis. Hęc est & omnium catholicorum sententia, quod Helias Thesbitęs curru igneo raptus de rebus humanis, uenturus sit in nouissimis diebus, qui conuertet Iudæorum corda ad apostolos, faciens ut Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari religione consentiant. De hoc est Hierony. libro primo aduersus Iouinianum. Augustinus libro primo de mirabilibus sacrę scripturę, libro item primo contra aduersarium legis & prophetarum. Vnde & postquam transfiguratus est Christus, apparentibus Moyse & Helia, discipuli hac opinione de Helia ante Christum uenturo suffulti interrogauerunt: Quid ergo scribę dicunt, quod Heliam oportet uenire primum. Helias cum uenerit, restituet omnia iuxta sententiam Christi apud Malachię dicentis: Ecce mittam uobis Heliam, qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum, ne forte ueniens percutiam terram penitus. Vnde & in hodiernum usque diem Hebręorum traditiones habent, prius quam ueniat Messias, Heliam esse uenturum, qui restituat eis omnia temporalia, preparetque corda ad Messiam suscipiendum. Vnde & dominus ut Christus apud Ioannem in Apocal. cap. xi. de his duobus testimonijs suis loquitur: Dabo (inquit) duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducētis, & sexaginta, & amicti saccis, & cum finierint (inquit) testimoniū: bestia, quę ascendet de abyssu faciet aduersus eos bellum, & uincet eos, & occidet illos. per bestiam intelligēs Antichristum. De qua sane bestia alio in loco commemorās: Vidi (inquit) bestiam ascendētem de mari, habentem capita viij. & cornua x. & super caput eius nomē blasphemię: & dedit illi draco uirtutē suam & potestatem magnam, & admirata est uniuersa terra post bestiam, & adorauerunt bestiam, dicētes: Quis similis bestię huic, & quis potuit pugnare cū ea? Et datum est ei os loquens blasphemias, & data est ei potestas facere menses quadragintaduos, qui faciūt annos tres cū dimidio. Hęc bestia est cornu paruulum, quod in quarta bestia uidit Daniel oriri de medio decē cornuū, ut patet Danielis viij. Pro cuius prophetię intellectu sciendū est, quod ipse Daniel per bestias quatuor significauit (sicuti & ipse in textu interpretatur) quatuor monarchias, siue quatuor regna. Primum est Assyriorum, quod possumus proterendere usque ad Sardanapalum, quemadmodum supra dictū est: uel potius conformiter uisioni Danielis usque ad Cyrum, qui regnās super Persas & Medos uniuert sibi Babylonios, Baithasare Babyloniorum rege interfecto, Dan. v. Secundum est regnū Persarum & Medorum, in quo regno Cyrus (ut iam patuit) Babyloniam sibi uniuert. Tertium est Gręcorum, ab Alexandro ortū. Quartū est Romanorum, ex quo sunt cornua decem orta, & in medio eorum cornu paruulum, quod quem-

Augustinus.
Hierony.

Matth. 17.

Traetat de
4. bestijs Da
nielis 7

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SAC. LIB. III Fol. CCXXXIII
quemadmodum Hierony. ceterique ecclesiastici scriptores tradiderunt, intelligit Antichristus homo ignobilis, in quo totus sathanas corporaliter est habitaturus, quia sermones contra excelsum loquetur: & sanctos altissimi conteret, & perurabit quod possit mutare tempora & leges. Regnum autem quintum in fine regnorum illorum suscitatum, est Christi regnum, de quo commemoratis quatuor regnis supradictis Daniel subiūxit: Suscipient autem sancti regnum dei altissimi, regnum sempiternum, cui seruient omnes reges, & id quidem in nouissimo die cum throni ponentur, & antiquus dierum sederit, & libri aperti fuerint ei, cui assistent decies centena milia, ut tradit in prefato capite Danielis viij. Vnde & regna ista quatuor Daniel. ij. designantur in statua, cuius caput aureum, pectus argenteum, uenter æreus, tibie ferreæ. Regnum Christi æternum ibidem in fine quatuor regnorum suscitatum, in eodem cap. ij. designatur per lapidē abscissum de monte sine manibus, qui in fine mundi percutiet, conteret, atque comminuet regna hæc omnia de terris orta. Danielis ergo prophetia cap. vij. manifesta est de Antichristi regno, futuro ante diem iudicij nouissimum, in quo & aperti sunt conscientiarum libri. Vnde secundum omnes doctores catholicos, diabolus in Antichristo suisque satellitibus, ires annos & sex menses totis suis uiribus est sequiturus in ecclesia Christi, quemadmodum demonstrant Augustinus & Hierony. Augustinus quidem xx. de Ciuitate dei ualidissimis scripturę testimonijs probat in diebus nouissimis sequissimum ac crudelissimum regnum Antichristi esse futurum aduersus ecclesiam Christi, sed breui tempore sustinendum. Præmissa signa in scripturis sacris designata, suis temporibus tam manifeste uidebuntur adimpleri, ut ex ipsis iustus quisque & fidelis Christianus poterit intelligere, tum illud nouissimum dei iudicium instare, & prope esse. Increduli autem reprobi, & quotquot impie uiuunt secundum desiderium seculi huius, hoc neque intelligent, neque aduertent, nimirum non habentes fidem, neque de ullo hoc iudicij die, neque de illius euangelio, aut cœlesti regno. Patet hæc sententia Danielis capite duodecimo. Et ex hac sententia iam intelliguntur scripturę, quę de fine huius mundi loquentes, uidentur inter se pugnare, quibusdam doctibus, in temporibus illis tribulationes prope finem mundi esse futuras, easque tam grandes, ut nisi breuiati essent illarum persecutionum dies, nemo permaneret saluus. Vnde apud Matthæum inquit Christus: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque nunc, neque fiet: & nisi abbreviati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Et ne quis arbitretur post tribulationes illas futurum esse tempus quietis & pacis, pauca interpositis adiecit, tandem post tribulationem illorum dierum: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stelle cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur, & apparebunt signa filij hominis in cœlo, & planget omnes tribus terre. Item apud Lucam cum dixisset Christus: Erunt signa in sole & luna, & in stellis continuo adiecit: Et in terris pressura gentium per confusione sonitus montium & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quę supueniet uniuerso orbi. Alijs uero scripturis e contrario doctibus in temporibus prope finem mundi pacem & securitatem, omnium rerum copiam esse

De Christi
beatorum re
guo.

Concordaz
script. de uil
timo iudicio
loquentes.

Matth. 24.

esse futurum. Vnde apostolus Paulus 1. ad Thessa. v. De temporibus autē & momentis fratres, nō indigetis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quā dies dñi, sicut fur in nocte, ita ueniet. Cum enim dixerint: Pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in utero habentis nō effugient. Quibus uerbis significat diuini iudicij interitus super impios uenturus inopinate, & ex improviso. Cui & consonare uidetur uerbum Christi apud Matth. similitudinē adijcientis: Sicut erant (inquit) in diebus Noe, edentes & bibētes, & nuptui tradentes, & non cognouerūt donec uenit diluuium, & tulit oēs: Ita erit aduentus filij hominis. Sed hæc inter se non pugnare demonstrat Augustinus, docens quod tribulatio, quæ uentura est uniuerso orbi in fine mundi, futura est super eos, qui ad ecclesiam Christi pertinent: nō super eos, qui pertinent ad ecclesiā Antichristi, & satellitū eius: quod interfectis Enoch & Helia dicent, Pax & securitas, & mittent inuicem munera, quibus dum perturbantur omnia esse in tuto interfectis sanctis, superueniet repentinus interitus: quemadmodū deducit Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus, ex xi. cap. libri Apocalyp. Vnde Augustinus in epistola ad Hesitium: Tribulatio, quæ uentura est in fine seculi orbi uniuerso, ad ecclesiam pertinet, quæ in orbe uniuerso turbabitur, non ad eos qui tribulant, quod dicet: Pax & securitas, edentes & bibentes, quibus repentinus superueniet interitus. Item Ambrosius tradens illud uerbum Apost. Quoniam dies dñi in nocte sicut fur ueniet. Subito (inquit) & ex insperato apparebit Christus iudicaturus, habens militiam dei patris ad perditionem Antichristi & satellitū eius. Cum enim illi perfidi fuerint securi de regno diaboli, interfectis sanctis Enoch & Helia, læti de uictoria inuicem sibi mittētes munera, sicut dicit Apocalypsis, tum repentinus illis ueniet interitus. Hæc ille. Nobis ergo expectantibus beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, sit conclusio libri huius ea, quam Christus Lucæ xxi. prænunciāns omnia mala hæc futura, tradidit dicēs: Vigilate omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere omnia mala ista, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Ex supradictis epilogum seu conclusionem compendiosam facientes possumus colligere multis ex causis, scripturas sacras studioso lectori sacræ theologiæ esse difficiles seu obscuras: primum, quod in eis sunt æquiuocationes multæ dictionum, propriarum, locorum, aut personarum, aut communium rerum, & uariæ unius & eiusdem præpositionis aut coniunctionis acceptiones: quæ sane æquiuocationes sunt etiam in uocabulis originalis linguæ, quibus ædita seu composita est scriptura sacra. Secundo, quod in eis sunt multæ locutiones ambiguae, tum propter casuum, numerorum, aut temporum, aut modorum, aut suppositorum incertitudinem, tum propter multiplicem distinctionem aut prononciationē. Tertio, quod in eis sunt multæ locutiones uniuersales, aut secundum certum numerum expressæ, hyperbolice, ironice, & in absolute atque præpostere, aut secundum recapitulationē prononciatæ. Quarto, quod in eis uarij sunt sermones tropologici, id est per metaphoram accipiendi, multaque religionis Christianæ dogmata parabolis designata. Quinto, quod in eis est frequens mutatio temporum, personarum, & numerorum, sub eodem sententiarum contextu, frequens

Math. 24

Aug. cōcilium
at scrip. de
ultimo iudicio

Ambrosius

Epilogus
causarum
unde in
scrip. oritur
difficultas.

ANNO. ET HEBDO. IN SCRIP. SACR. LIB. III. Fol. CCXXXV
quens in super affectionum uarietas. Sexto, quod in eis sunt res fidei sublimes, & de trinitate personarum in unitate deitatis, & de filij dei incarnatione, secundum quam duæ naturæ uniuertur in unitate personæ: quibus fit, ut unus deus sit tres personæ, & unus filius dei, sit immortalis deus simul, & mortalis homo. Septimo, quod in eis occultus fit transitus de litera ad spiritum, de historia ad mysticum sensum, & quod in eis Christus & ecclesia intimitur ut una persona, sub qua occultus fit transitus nunc de Christo ad corpus eius, quod est ecclesia, nunc de ecclesia ad Christum, cum tamen scriptura uideatur sermonem facere secundum unam & eandem personam. Deinde quod in eis diabolus & satellites eius intimitur, plerumque ut una & eadem res, sub qua occultus fit transitus, nunc de diabolo ad membra eius, nunc de membris ad diabolum. Octauo, quod in eis promiscue seu mixtim sunt posita ea, quæ ad primum Christi aduentum, cum eis, quæ ad secundum aduentum illius pertinent. Et ea item, quæ fiunt in ecclesia militante, cum his, quæ fiunt in ecclesia ipsius regnante in plena pace. Nono, quod in eis sunt apparentes contrarietates multæ in sententijs, præceptis, & prohibitionibus, quæ tamen propter tacitam diuersitatem causarum, rationum, locorum, aut temporum inter se non pugnant, & quod istæ contrarietates apparentes inde oriuntur, quod plerumque contraria tribuantur ei, quod uel habet diuersas in se partes seu naturas, uel intimitur ut una quædam res, quæ tamen non est una, sed res multæ, quæ propter unionem quædam intimitur ut res una. Decimo, multæ nascuntur ex scripturis difficultates ex numero temporum & annorum, ex supputatione mensium, hebdomadarum, atque dierum.

Eorum, quæ in nouissimo capite superioris libri de numero annorum, a principio mundi, usque ad dominum nostrum Iesum dicta sunt, ocularis demonstratio.

Prima ætas a principio mundi usque ad diluuium, continens annos 1656.

Secunda ætas, a diluuiio usque ad ortum Abrahamæ, continens annos 292.

| | | | | |
|-----------|-----------|-----------------|----------------------|------------------------|
| Adam | cxxx. | genuit Seth. | Sem post diluuiū ij. | gen. Arphaxat. |
| Seth | cv | an. gen. Enos. | Arphaxat | xxxv. genuit Sale |
| Enos | xc | gen. Caynan. | Sale | xxx. genuit Heber. |
| Caynan | lxx | gen. Malalehel | Heber | xxxiiij. gen. Phalech. |
| Malalehel | lxv. | genuit Iareth. | Phalech | xxx. genuit Zeu. |
| Iareth | clxij. | genuit Enoch. | Zeu | xxxij. gen. Saruch. |
| Enoch | lxv. | ge. Mathusalē. | Saruch | xxx. genu. Nachor. |
| Mathusalē | clxxxvij. | gen. Lamech | Nachor | xxix. genuit Thare. |
| Lamech | clxxxij. | genuit Noe. | Thare | lxx. gen. Abraham |
| Noe | cccccc. | usque diluuium. | | |

Summa oīm 1656. quæ demonstratur ex cap. v. libri Geneleos.

Supradictus annorum numerus secundæ ætatis cccxij. annorum demonstratur ex scriptura Genes. xi.

r Potest

Potest & numerus iste annorū etatis secundę per scriptores ethnicos, Be-rosolum, Metasthenē, & Manethonē demonstrari, ut infra patebit.

Tertia ætas, ab ortu Abraham usq; in regnū Dauid, continens annos 942.

| | |
|---|-----------------------|
| Abraham c. | genuit Isaac. |
| Isaac lx. | genuit Jacob |
| Jacob xc. | gen. Ioseph. |
| Ioseph cx. uixit, & mortuus est. | |
| A morte Ioseph lxxv. usq; ad natiuitatem Moyfi. | |
| Moyfes lxxx. usq; ad exitum Israel de Ægypto. | |
| Moyfes xl. dux fuit in deserto. | |
| Iosue xxvi | dux fuit. |
| Othoniel xl. | Iudex in Israel |
| Aioth lxxx | iudex in Israel. |
| Delbora & Baruch xl. duces. | |
| Gedeon xl. | iudex in Israel. |
| Abimelech iij. | iudex in Israel |
| Thola xxij | iudex in Israel. |
| Iair xxij | iudex in Israel. |
| Iepte vi. | iudex in Israel. |
| Abeslan vij | iudex in Israel. |
| Archilaon x. | iudex in Israel. |
| Labdon viij | iudex in Israel. |
| Sampson xx. | iudex in Israel. |
| Heli xl. | sacerdos in Is. |
| Samuel & Saul xxxij. | pręfuerunt in Israel. |

Collige annos simul oēs in ætate hac tertia, & habebis annos nongentos, quadragintaduos. Supradictus numerus annorū in hac ætate tertia, demonstrat partim ex libro Genesis, partim lib. Exodi, partim ex lib. Iosue, Iudicum, & primi Regum, sicut & in superioribus per diuersos sacre scripturę locos ostensum est.

Quarta ætas, a principio regni Dauid usq; in subuersionē tēpli & urbis Hierlm p Babylō. continēs 484. an. Dauid regnauit xl. iij. Regū secūdo. Salomon xl. tertij Regum xl. Roboan xvij tertij Regum xliij. Abias iij. tertij Regum xv. Afa xli. tertij Regum xv. Iosaphat xxv tertij Regum vlti. Ioram viij quarti Regum viij. Ochosias i. quarti Regum x. Attalia vij quarti Regum xi. Ioas xl. quarti Regum xij. Amasias xxix quarti Regū xliij. Osias, seu Asarias lij. quarti Reg. xv. Ioathan xvi quarti Regum xv. Acham xvi quarti Regum xvi. Ezechias xxix quarti Regū xvij. Manasses lv. quarti Regum xxi. Amon xij quarti Regum xxi. Iosias xxxi quarti Regū xxij. Ioacham tribus mensibus. Ioakim xi. quarti Regū xxiiij. Ioachim mensibus tribus, & facta est transmigratio quarti Regum xxv. Sedechias xi. quarti Regum xxv. Hic facta est euersio templi & urbis Hierusalem in anno 19. regni Nabuchodonosor regis Babylō. iij Regū xxv. Demonstratur igitur numerus annorū etatis quartę ex scripturis sacris esse 484. annorum a principio regni Dauid usq; ad euersionē Hierusalem. Huc usq; Hebręorum diuinę scripturę annales temporū continēt. Ea uero, q̄ post hæc apud illos sunt gesta, partim in Hierem. partim in libris Esdrę, usq; ad 32. annum regni Artaxerxis, in q̄ muri Hierlm sunt reedificati, continēt. Quę aut post Alexandri imperium sunt facta, in libris Machab. recitatur, sed neq; protrahuntur usq; ad Christum, neq; ex illis

illis potest sic colligi certus annorū numerus secundum seriem successio- nis. Quinta ætas ab euersionē Hierlm usq; ad Christum cōtinet annos 596. Hic aut annorū numerus, quanq̄ ut iam patuit ex scripturis sacris demōstrari non possit, utiq; tñ probari potest tam per ethnicos, q̄ per catholicos probata fidei chronographos, collatione facta cū scripturis sacris: & id quidē triplici uia. Primū p duces, deinde per pontifices, q̄ pręfuerūt populo Iudeorū, tertio per tpa regū Persarū, Græcorū & Romanorū ab euersione Hierlm usq; ad Christū.

Sequit tabula per duces Iudęorū. Ab euersione ur- Hierem. xxv. bis usq; in solutio 70. & xxix. & Da- nē captiuitatis ni. ix. 1. Esa. 1. Sorobabel primus dux post captiui- tatis solutionem, pręfuit annis lvij. Resa qui & Misciola lxyi. Ioanna pręfuit liij. Iudas Hircanus xliij. Post hūc incēpit monarchia Alexan- dri. A solutionē igit captiuitatis usq; ad Alexandrū per duces, quorū tpa Philo recenset, sunt anni cxc. Iudas Hircano succedit Iosephus 1. Iosephus primus vij. Abner Semei xi. Elich Matathias xij. Afa Maath ix. Nagid Artaxat x. Agai Hellus viij. Mastoth Nahum vij. Amos Seyrach xliij. Matathias Siloa x. Iosephus iunior Arfea honoratus a Ptolemæo. lx. Ianeus Hircanus secundus xvi. Per fratres Hircani turbatur princi- patus annis x. Summa annorū a Iosepho duce pri.

usq; in principatū Machabęorū 174. Sequit principatus Machabęorū .i. pugnantiū. Iudas Machabęus, q̄ simul cum pontificatu etiam duca- tum (ut inquit Philo) a domo Dauid surripuit, correptis armis cōtra Antiochum illustrem, & filium eius Eupatorē atq; Demetriū, pręfuit an- nis quinq;. Iudas Machabę. quinq;. Eusebius autē ponens solum annos tres, prętermittit annos duos, q̄bus pugnauit cum Antiocho illustri. Ionathas frater eius, de q̄ r. ix. & x. & duodecimo Machabęo. xix. Simon frater ab Antiocho viij. Sedete immunitatē accipiēs, de quo r. Mach. xv. Ad finem usq; principa- tus huius protendit Machabęorum liber. Nam de fratribus istis tribus: Iuda, Ionatha, Simone, q̄ secundū suc- cessionis seriem fuerūt duces & pon- tifices annis 32. est historia 1. lib. Ma- chabęorū. Inter Ionathan & Simonē Egesippus ponit Ioannē seniorē fra- trem natu, & Eleazarum iuniorem cæteris pro religione in mortē usq; certasse. Ioannes Hircanus Priscus xxvi. Aristobolus, q̄ Antigonum fratrem interfecit, ut tradit Egesippus x. Alexander xxvij. Alexandra uxor eius ix. Hircanus ultimus xxxliij. Iste Hircanus & Aristobolus frater eius, filij Alexandrę contra se de im- perio dimicantes, occasionē prębue- runt Romanis ut Iudęā inuaderent. Dū esset Hircanus a Parthis captus relicta uxore ac filia, & eius fratre Aristobolo, mox Herodes iubente senatu Romano, inuitis Hebręis, re- gnum tyrannicū inijt, sumpta uxore Hircani filia, declarato Aristobole r ij pon

pontifice. Herodes iste alienigena regnauit tyrannico principatu an. 31 Idē Herodes principatu legitimo, ut loquitur Philo. i. Iudæis in eū cōsentientibus & adiurantibus regnauit annis vi. In primo legitimi principatus sui anno, q̄ est trigēsimus secūdus regni eius, natus est Ch̄s. Sūma annorū a Iuda Machabeo usq̄ ad Ch̄m, est 161. annorū. Collige simul annos oēs & habes annos 596. in quinta mundi etate, per duces Iudæorū supputata. Eadē v. mūdī etas supputata per tpa pontificū a Philōe, a 7. senioribus & alijs pbat̄e fidei authorib. designata. Ab euerfione Hierl̄m usq̄ in solutionem captiuitatis, sunt anni lxx Iosue filius Iosedech, pontifex prim. in solutione capti. p̄fuit annis lxiiij Ioakin filius illius xlviiij Eliafib xxi Ioada xxiiij Ioathan xxiiij Iaddua x. Post hūc incipit monarchia Alexād. Imperante Alexād̄o, Manasses frater Iaddug, p̄fuit annos xx. Istū p̄termisit Philo, incipiens ab Onia, q̄ 6. anno a morte Alexan. pontificatu accepit, ut patet ex Eusebio. Onias Priscus xxviij Simon Priscus xij Eleazarus Antiochi Theos inimicus xx Manasses Seleuco Gallinico amicus xxviij Simon Iustus honoratus a magno Antiocho xxviij Onias filius eius per Seleucum templo spoliatus xxxix Sequit̄ Iudas Machab. q̄ simul, ut inquit Philo, cum pontificatu etiam ducatum a domo Dauid surripuit.

Sunt autē anni a Iuda Machab. usq̄ ad tyrānicū principatū Herodis, secundū Philo. supputati 129. A tyrannico autē principatu Herodis usq̄ in annū natiuitatis Ch̄i, sunt anni 32. Collige annos simul oēs ab euerfione Hierl̄m, usq̄ ad Ch̄m p̄ pontifices Iudæorū a Philo. designatos, & habes bis annos 596. Bisaria ergo ostendit, numerus annorū huius etatis quinte. P̄t̄ & tertio demonstrari p̄ ethnicos probat̄e fidei scriptores, ut patet pagina sequenti. P̄fatus annorū numerus a diluuiō usq̄ ad Ch̄m per ethnicos probat̄e fidei scriptores, Berofum, Metasthenem.

Ætas secunda.

Ogyges, alio noīe dictus Noam, qui p̄fuit inundationi aquarū, imperauit uniuerso orbi annos. cxxxij Saturnus uocatus Nymbroch, fundata Babylonia regnauit annos lvi Belus, qui & Iuppiter lxij Ninus filius eius, q̄ primus monarchiam ccepit, regnauit annos lxx Semiramis uxor Nini xliij Sameis xxxviij Cōpleto vij. anno huius Noe morit̄, uiuens 350. annis post diluuiū. Gen. 9 Arius xxx. Anno nono huius successē sunt Sodomā & Gomorra. Aralius xl. Xerxes xxx Armatrites xxxviij Belochus Priscus xxxv Baleus Iunior liij Anno 27. huius Iacob cum filijs suis ingredit̄ Ægyptū, natus an. cxxx Atadas xxxiij Mamutus xxx Mancaleus xxx Espherens xx Mamelus xxx

| | | |
|--|---------|---|
| Sparetus | xl. | ascendit ad uniuersas ciuitates Iuda |
| Ascades | xl. | munitas, & cepit eas, iij. Regū xvij. |
| Amyntes | xlj. | Assaradon x. de quo i. Efd. iij. & iij. |
| Belochus iunior | xxv | Regum 19. Morodach liij |
| Bellepares | xxx | Benmerodach, xxi. de q̄ iij. Reg. x. |
| Lamprides | xxxij | Nabuchodonosor primus xxxv |
| Sofares | xx | Iste regnauit tpe Iosue regis, q̄ nihil |
| Lampares | xxx | mali passus est a Babylonijs. |
| Pammas | xlj | Magnus Nabuchodonosor xlv. |
| Sofarmus | xix | Huius diuersis in locis meminit scriptura. |
| Mytreus | xxviij. | Euilmerodach xxx. de quo Hieremię v. Regassar filius eius iij. |
| Tantanos | xxxij | Labassardach vi |
| Teytus | xl. | Tertius filius Baltasar, v. de q̄ Danielis ultimo. Balthasare interfecto, |
| Dercylus | xl. | regnauerunt simul Darius & Cyrus annos duos. Cyrus solus xxij. |
| In uigēsimono anno huius Dercyli Dauid regnare ccepit. | | |
| Eupales | xxxviij | Priscus Artaxerxes Assuerus xx. |
| Laofthenes | xlj. | Iste est de quo in libro Iudith. |
| Pyrithidias | xxx | Darius Longimanus xxxviij. de quo primi Efdæ quarto & quinto. |
| Ophiateus | xx | Darius Nothus xix |
| Ofraganeus | l. | Magnus Artaxerxes Mnemon lv |
| Oescrazapes | xlj | de quo i. Efd. 7. & 2. Efdæ 2. |
| Sardanapalus | xv | Artaxerxes Ochus xxvi |
| Hucusq̄ Berofus de v̄bo ad v̄bū de 36. regibus Assyriorū, a Nino, q̄ 2. annos & recensuit Euseb. nec in illo anno defecit, p̄terq̄ in Sardanapa. quē admodū ex superioribus patet. | | |
| Collige annos a diluuiō, usq̄ in finē Sardanapali, & habebis an. 1484. | | |
| Que hic sequunt̄ ex Metast. desumpta sunt. Post Sardanapa. ap̄d Babylonijs regnauit Phul Belochus xlviiij annos. Iste Phul uenit cōtra Manahē regē Israel, iij. Reg. xv. Teglat Phul Assur. xxv. Iste est, qui uenit contra Phacee regē Samarię, ad quē & Acham misit, ut iuaret ip̄m contra regem Samarię, iij. Re. xv. xvi. Salman Assur, xvij. Iste cepit Oseā regē Samarię an. 6. Ezechij, iij. Re. xvij. q̄ & trāstulit decē tribus in Assyrios. Sennacherib vij. Iste est, qui | | |
| ascendit ad uniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas, iij. Regū xvij. | | |
| Assaradon x. de quo i. Efd. iij. & iij. | | |
| Regum 19. Morodach liij | | |
| Benmerodach, xxi. de q̄ iij. Reg. x. | | |
| Nabuchodonosor primus xxxv | | |
| Iste regnauit tpe Iosue regis, q̄ nihil mali passus est a Babylonijs. | | |
| Magnus Nabuchodonosor xlv. | | |
| Huius diuersis in locis meminit scriptura. | | |
| Euilmerodach xxx. de quo Hieremię v. Regassar filius eius iij. | | |
| Labassardach vi | | |
| Tertius filius Baltasar, v. de q̄ Danielis ultimo. Balthasare interfecto, | | |
| regnauerunt simul Darius & Cyrus annos duos. Cyrus solus xxij. | | |
| Priscus Artaxerxes Assuerus xx. | | |
| Iste est de quo in libro Iudith. | | |
| Darius Longimanus xxxviij. de quo primi Efdæ quarto & quinto. | | |
| Darius Nothus xix | | |
| Magnus Artaxerxes Mnemon lv | | |
| de quo i. Efd. 7. & 2. Efdæ 2. | | |
| Artaxerxes Ochus xxvi | | |
| Arxes iij. | | |
| Darius ultimus. quē magnus Alexander percussit, 6. de q̄ i. Macha. 1. | | |
| Hucusq̄ Metasthenes de v̄bo ad uerbū super numeris annorū. Collige annos a Phul Belochō, usq̄ ad Alexandrum, & habebis annos 495. | | |
| Que sequuntur ab Alexandro, usq̄ ad Christum, ex annalibus Græcorū & Latinorū probat̄e fidei authorū desumpta sunt. | | |
| Magnus Alexander, de quo Machabeo. i. qui transtulit imperiū in Græcos, regnauit annos xij. | | |
| A morte Alexandri usq̄ ad Seleucū Nichanor, qui successit toti Asię & Syrię, sunt anni xij | | |
| Seleucus Nichanor xxxij | | |
| r iij Antio | | |

Antiochus Soter xix
 Antiochus Theos xv
 Seleucus Gallinicus xx
 Seleucus Ceranneos iij
 Antiochus Magnus xxxvi
 Seleucus Philopater xij
 Antiochus Epiphanes, xi. id est, illustris. Hic est, q̄ templum expoliavit atq̄ prophetauit. 1. Machabæ. 1.
 Antiochus Eupator filius eius ij.
 Cōtra istos duos Antiochos pugnavit Iudas Machabæus, 1. Machabæ. vi.
 Demetrius Soter Seleuci filius xij
 De quo primi Machabæ. vij. & x.
 Alexander Antiochi filius, x. q̄ prædictum Demetriū interfecit, primi Machabæorum decimo.
 Demetrius præfati Demetrii filius, iij captus ponitur in custodia, 1. Machabæorum xiiij.
 Antiochus Sedetes, præfati Demetrii filius ix
 Demetrius iij
 Antiochus Grippus xij
 Antiochus Ciriceus, xvij. Hic Antiochus in Parthos fugiēs, Pompeio se deinceps tradidit.
 Philippus, ij. Hoc Philippo captivo Syria in Romanorū ditionē cessit anno 1. olympiadis 172. Ab hoc anno usq̄ ad primū annum Iulij Cæsaris, sunt olympiades xi. quæ constituant simul annos xliij. A Iulio Cæsare usq̄ in xliij. Octavianī annū, quo natus est Christus, anni xlvij. Collige summā annorū ab Alexandro ad Christū usq̄, & habebis annos 335. Collige annos simul oēs ab Ogyge, sub quo fuit diluuium, usq̄ in annū natiuitatis Christi exclusiue, & habebis annos 311. Ex supradicta chronographia, partim per Berosum, partim per Metasth. descripta, primum sequitur a diluuiō, usq̄ ad primū

annū monarchiæ Nini, esse annos 249
 In q̄ annorū numero conueniunt Berolus, Metasth. Xenophō, Fabius pictor, & Cato. Secūdo sequitur a diluuiō usq̄ in xliij. annū imperij Nini, esse annos 292. Et quia in superioribus ex scripturis sacris ostēsum est a diluuiō usq̄ ad ortū Abrahæ, tempus secūdæ ætatis mundi, esse annum 292. consequēs est Abrahā natū esse in xliij. anno Nini, & ab illo anno incipere tertiam ætatem. Tertio sequitur, a xliij. anno Nini, usq̄ ad xxix. annum Dercili, esse annos 942. Et quia in superioribus demonstratum est ex scripturis sacris tēpus ætatis tertiæ, ab ortu Abrahæ usque ad primum annū regni Dauid, esse 942. annorū, consequens est Dauid incepisse regnare xxix. anno Dercili, quē admodum & Eusebius erudite notauit. Quarto sequitur ex supradictorum chronographia, a xxix. Dercili usq̄ in annū regni Magni Nabuchodonosor xix. sub quo iuxta historiam scripturæ sacre euersa est Hierusalem, defluxisse annos 584. Et quia in superioribus ex scripturis sacris demonstratū est, tempus quartæ ætatis mūdi, ab initio regni Dauid, usq̄ in euersionē Hierusalē, esse annorū 484. consequens est euersionē illā esse factam xix. anno Nabuchodo. quē admodum & sacra testat historia iij. Regū xxv. Quinto ex supradicta ethnicorū chronographia sequitur, a xxix. anno Nabuchodonosor, in quo Hierlm est euersa, usq̄ ad xliij. Octavianī Cæsaris annum, q̄ natus est dominus noster Iesus, defluxisse annos quingētos xcvi. Et quia in superioribus demonstratum est per probatos Hebraicæ ueritatis authores, tempus quintæ

quintæ ætatis mūdi ab euersione Hierusalem usq̄ ad Christū, esse 596. annorū, consequens est numerū annorum ab ethnicis p̄bate fidei scriptoribus designatum, esse consonum annorum numeris, quos ex patrib. & probatæ fidei authoribus acceptos, collegimus. Vnde secundū Eusebianum calculum, per olympiades supputādo ab euersione Hierlm, usq̄ in annum natiuitatis Christi, sunt anni 592. Nam ipse ponit euersionē Hierusalem in tertio an. olympiadis xlvij. natiuitatē autē Christi ponit in tertio anno cxciiij. olympiadis. Vnde consequens est secundū Eusebianā chronographiam, ab euersione Hierusalē usq̄ in annū natiuitatis Christi, esse olympiades cxlvij. quæ constituunt annos quingētos nonagintaduos: q̄ numerus quatuor annis breuior est numero collecto secundū descriptiones supradictas. Neq̄ em̄ hic est difficultas ingerenda propter quatuor aut quinq̄ annos. Nam huius differētiae ratio est in superioribus declarata. Nam & ipse Eusebius in olympiade cxlix. summā faciens ab Abrahæ ortu, usq̄ ad Christū, colligit annos 2025. Neq̄ hic Eusebius sibi aduersatur in olympiade 202. dicēs ab Abraham & regno Nini, & Semiramidis usq̄ in xxx. annū natiuitatis Christi, esse annos bis mille, xliij. quia illic non dicit, ab ortu Abrahæ, sed a regno Nini & Semiramidis, hoc est, a fine regni Nini, seu pri. regni Semiramidis anno, q̄ erat nonus ætatis Abrahæ. Computādo autē ab ortu Abrahæ usq̄ in 30. annū natiuitatis Christi sunt anni 2055. si recta fuerit computatio per eundē facta, ab ortu Abrahæ usq̄ in Christū 2025. Sexto ex su

prædicta ethnicorū chronographia potest quisq̄ deprehēdere tpa ethnicorum, q̄ sacra meminit historia, omnino inter se consona esse & coaptata sententijs in sacra scriptura designatis. Septimo patet sacre theologie lectorē, in huiusmodi supputationibus temporū, nō debere innitiuarijs aliorū sententijs, q̄ huiusmodi numeros temporū & annorū, & nōia regū mutuauerūt uel a Grecis, uel ab alijs, q̄ per solas opiniones, & nō probata & publica fide scripserūt historias, frequēter etiā usi codicibus mendosis & deprauatis in huiusmodi annorū numeris. Noster Hieronymus in huiusmodi annorū ethnicorū regum numeris & nōibus secutus est Euseb. Eusebius autē in monarchia Persarū & Medorū, nō Manethonē, nō Metasthenem, qui publica fide annales apud Persas descripserunt, sequutus est: sed Græcos, qui inter sese dissentientes scripserūt de regibus Persarū & Medorū, atq̄ eorū t̄pibus per solum auditū & per opiniones. Proinde in monarchia hac aliter Iosephus, aliter Egesippus, aliter Eusebius sentit, propterea q̄ alius Græcos authores secutus est hic, alios ille. Eusebius a primo anno Cyri, usq̄ in vi. annū Darij Xerxis, in quo regnū Persarū destructū fuit, recenset annos 211. aut circiter, si menses computant, & ita habet xl. annos plures, q̄ designantur in supradicta descriptione, sed xl. annos, quos in hac serie regum Persarum plures habet ipse, q̄ habeāt Philo & Metasthenes, hos minus habet ab euersione Hierusalem usq̄ ad Cyrum, ponens illic solum annos triginta: quo fit, ut summa annorum ab euersione Hierusalem, usque in

monarchiā Alexādrī cōcordet, quis discordet ab euerfioe Hierl'm usq; ad Cyrū, & a Cyro usq; ad Alexandrū. Proinde quis numerus annorum ab Eusebio designatus, uel a principio mundi, & a diluuiō, & ab ortu Abrahā usq; ad Ch̄m cōcordet cū descriptione supradictā, nō tñ inde consequens est, numerū annorū ab Eusebio designatū ab euerfione Hierl'm usq; ad Cyrū, uel usq; ad Dariū, uel Artaxerxē, aut aliū quēlibet Persarū regem, consonū esse numero scdm̄ prædictas descriptiones designato. Item Egesippus lib. 1. de excidio Hierosolymitano, a solutiōe captiuitatis usq; ad Aristobolū Ioānis Hircani filiū, qui imponēs sibi diademā, principatū sacerdotij uertit in potentiā regni, recēset annos 475. cū tñ scdm̄ descriptionem supradictā sunt anni solum 423. Et ut uideas errorē contra scripturā manifestū a tpe, q̄ p̄res egressi sunt de Aegypto, usq; ad edificatiōem tēpli, qd̄ Salomon condidit per xij. principes sacerdotū (si tñ codex mēdosus nō sit) supputat annos 212. cū tñ scriptura iij. Re. vi. plane tradat tps illd̄ fuisse 480. annorū. Idem Egesip. lib. ij. tradit, q̄ Cyrus p̄miserit Iosedech, q̄ simul abductus fuerat in Babylonē, redire in Hierl'm, ut solennitas ritus ueteris, p̄ assueti sacerdotis sententiā reformaret: cum tñ scriptura nō doceat Iosedech, sed Iesū filiū Iosedech a Cyro remissū in Hierl'm. Iosephus q̄tū in numeris annorū regū Persarū ab alijs dissentiat, facile considerat a studiosis lectoribus historiæ ipsius. Vnde in libro xi. Antiquita. enumerando reges Babylonis ab euerfioe Hierl'm, usq; ad euerfionē regū Chaldeorū, colligit annos circiter centū. Secundū descriptionē aut̄ supra dic-

ctam sunt anni solū 70. ab euerfioe illa Hierl'm, usq; ad Baby loniorū de uastationem, quē admodū Hierem. propheta designasse uidet̄ cap. 25. Idē Iosephus in 7. lib. de bello Iudaico, capite xvi. A prima structiōe templi, quam Salomon inchoauerat, usq; ad excidium, qd̄ euenit ij. anno principis Vespasiani, eodē (inquit) mense & die, q̄ primū templum a Babylo nijs erat incensum, recēset annos 1010. menses 7. & dies 15. Secundū chronographiam aut̄ in superioribus demonstratam, a prima illa templi cōstructione, usq; in hanc nouissimā incensioe eius, sunt anni 1108. Insuper idē Iosephus a posteriore templi destructione, quā secundo (inquit) Cyri regis anno Aggeus fecerat, usq; ad excidium, qd̄ Vespasiano imperante sustinuit ciuitas, anni (inquit) sunt 639. dies 17. Secundū descriptionē aut̄ supradictā, ab hac secūda cōstructione tēpli fundati in anno 2. Cyri usq; in hanc nouissimā euerfionem illius sunt anni 597. Item Hierony. in libro commentariorū Aggei, ab anno viij. post secundū Darij annum, q̄ Soro babil & Iesus cœperūt ædificare tēplum, usq; ad Iuliū Cēsare, supputat annos 464. secutus Eusebiū. Secundū supradictā aut̄ descriptionē est breuior annorū series annis 38. Proinde, si ueri sunt Romanorū annales, q̄bus eorū res publica post Tarquinij Superbum a Bruto expulsū designat̄ 464. annos esse p̄ consules administrata, tum initū Roma. consulū, nō sub regno Darij, dantis Iudæis facultatē tēpli edificandi, sed sub Cyri imperio est statuedū. Sūt rursus, q̄ p̄ hac etate v. utpote ab euerfioe Hierl'm, usq; in annū regni Herodis 32. q̄ ē 42. Octauiani Cēsā. in q̄ natus est Ch̄s, cōp̄t̄

tant solū annos 500. Sunt qui pauciores. Sed hos deuolare & crebro etiam nō constare sibi metipsis demonstrari hoc pacto pōt. XLII. Octauiani annus, in q̄ iuxta cōiēm oīm sententiā, Ch̄s nascit̄, est iij. annus olympiadis centesimæ & xciiij. ut recte notauit Euseb. & tradunt cōiter oēs, q̄ annales Roma. regū descripserūt. Olympiades aut̄ exciij. quare quilibet cōpletur tēpus annorū quatuor, constituitur annos 776. Si ergo primus annus olympiadis primē recte designatur in anno 50. regis Osiæ, sicuti nota uerunt Africa. & Euseb. consequens est ab euerfioe Hierl'm usq; ad Christum esse annos 592. aut circiter, quādo quidem numerus annorū a 50. anno regni Osiæ, usq; in euerfionē Hierusalem, ex scripturis sacris colligitur esse 104. annorū, q̄bus detractis a 776. annis, remanent 592. anni. Longe igit̄ deuiat, q̄ tradit̄ etate quintā, q̄ est ab euerfione Hierl'm, usq; ad Christū, esse solū annorū quingētorū aut paucorū. Præterea in centū annis & supra errant neoterici Iudæi, q̄ dicunt templū secundū durasse in p̄fectione sua solum annos 420. qd̄ secundū descriptiones supradictas in sua p̄fectione stetit circiter annos 548. Octauo ex superioribus patet, q̄ in annum numeris a principio mudi usq; ad euerfionē Hierl'm, p̄ Baby lonios factam, nō est ulla inter magistros diuersitas, nisi ea, quā in superioribus diximus contingere, aut propter lxx. interpretēs, de annis ante diluuiū, & de annis usq; ad ortū Abrahæ, aut propter annos Amon, q̄bus regnauit ab sente patre. Deinde ab euerfioe Hierusalem usq; ad Christum, aut nulla, aut admodū modica, est inter Euse-

bium & prædictā descriptionē uarietas in annorū numeris: & ideo in annis ab initio mundi usq; ad Christū conuenimus cū Eusebio, mō fiat supputatio scdm̄ textū Hebraicę ueritatis. Proinde si placeat studioso lectori ab euerfione Hierl'm usq; ad Alexandrū Eusebiū sequi, nō immobilit̄ reluctamur: sed qd̄ uisum fuit in his probabilibus, & textui sacre scripturæ conforme, hoc studui aperire. Sufficiat dedisse studioso lectori rōnes, propter quas est tāta magistrorū uarietas. Nono patet, q̄ etsi Iudas Machabæ. de gñe sacerdotali sustulerit, ut inquit̄ Hebræi, ducatur simul cū pontificatu a domo Dauid, existētis de tribu Iuda, nō tñ consequens est septrum tum esse ablatū a tribu Iuda: nā septrū erat in collegio seu consistorio Iudæorū, qd̄ dī Sanedrim, ad qd̄ ptinebat iudicādi & cōstituēdi ducē ptās. Qd̄ sane collegiū, ut & ipsi Iudæi fatent̄, Philoq; testat̄, sublatū est prorsus p̄ Herodē alienigenā Idumęum, q̄ primus Iudæis in uitis regnare cœpit, Romanorū auxilio fretus, depellens Antigonū regē Iudæorum, de gñe Machabæorū, occidens etiā doctores, q̄ erāt in tēplo, & cōburnens libros de genealogia regū, ut sic auferret a Iudæis omne mediū recuperandi septrū. Deinde, eo q̄ Philo dicit Machabæos de gñe sacerdotali surripuisse ducatum a domo Dauid, nō ab oibus approbat̄. Sunt enim, q̄ dicunt Machabæos fuisse de domo Aaron, simulq; de domo Dauid, q̄ erat de tribu Iuda, q̄ poterāt tribus sacerdotalis & tribus regalis cōmisceri, ut patet de Ioanne Baptista, q̄ de domo Aaron erat cognatus Mariæ, de domo Dauid.

LIBER QVARTVS

DE DOGMATIBVS EXTRA CANONEM

scripturæ sacræ constitutis, & de libris apocryphis.



IN hoc libro differendum est de dogmatibus & traditionibus ecclesiæ & conciliorū, de canonibus, constitutionibus, & decretis pontificum, & de libris sanctorū, & doctorū patrum doctrinis, extra canonē scripturæ sacræ constitutis, quā uim, efficaciam, & autoritatē habeant; an apocryphum sit, quicquid est extra canonem scripturæ sacræ, & utrum hæreticum sit omne tale rejicere, an potius oporteat alijs quibusdā doctrinis adhibere fidem, tanq̄ canonicis literis. Sunt his in rebus argumenta, quibus probari uidetur, unumquēq̄ absq̄ temeritatis uitio, posse rejicere omnem fidei & morum doctrinā, quæ ex scripturis sacris ex necessitate non consequitur.

Primum: Doctrina Christi & apostolorū in canonicis sufficiens esse uidetur ad salutem. Neq̄ enim aliud Christus suæ iniunxit ecclesiæ in apostolorū collegio designatæ, q̄ ut euangelium prædicarent omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hoc est, qui crediderit Christi euangelio, & baptizatus in nouitate uitæ perseverauerit, saluus erit. Si doctrina cuius gelij sufficiat cuilibet ad salutem, continet ergo omnia dogmata, ad salutem minimum necessaria; non uidentur igitur necessaria, uel ecclesiæ, uel conciliorum, uel sanctorum patrum dogmata. Neque uidebitur hæreticum rejicere quicquid ex illis pro fide & moribus adducit, si nō in canonicis libris habeat.

Secundum argumentū: Apostolus Paulus docet non aliud esse prædicandū, q̄ euangelij doctrinā semel acceptam. Sed licet nos (inquit) aut angelus de cælo euangelizet uobis, præterq̄ quod euangelizauimus uobis, anathema sit: sicut prædiximus uobis, & nunc iterum dico: Si quis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Item Deuteronomij decimo ait deus ad populum per Moysen: Et nunc Israel audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te. Non addetis ad uerbum, quod ego uobis loquor, nec auferetis ex eo. Item Deuteronomij duodecimo: Quod ego præcipio tibi, hoc tantum fac, nec addas quicquid, nec minuas. Ex quibus consequens uidetur, nullam ueritatē canonicam querendā esse in libris sanctorū patrum extra scripturā sacrā constitutis.

Tertium argumentū sumitur ex eo, q̄ doctores sancti etiam in his, quæ ab illis æstimantur esse ad salutem necessaria, inueniuntur contrarij. Quemadmodum docet Augustinus contra Petilianū, cap. xliij. Duo (inquit) erāt eminentissimarum ecclesiarū, Romanæ scilicet, & Carthaginensis, episcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate catholica constituti: q̄r̄ alter, Stephanus scilicet, nō solum non rebaptizabat hæreticos, uerum etiā hoc facientes, uel ut fieret decernentes, excommunicandos esse censebat, docens baptismum Christi in nullo iterandū esse. Cyprianus autem in heresi, uel schismate baptizatos, tanquam non habentes baptismū Christi, baptizandos in ecclesiā catholica existi

Argumenta
q̄ solis scri-
pturæ in fide et
religiōe ni-
tendū sit, &
soluunt pro
pe finē huius
libri.

Gal. 1.

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCRY. LIB. III. Fol. CCXL.

existimabat, multi catholici cum illo, multi cum isto sentiebant. Hæc August. Ex quibus consequens est doctores sanctos errasse, & inter sese contrarias docuisse sententias, etiam in his, quæ fidei sunt, utpote de baptismi sacramento. Nulla igitur uidetur autoritas danda doctrinis sanctorū patrum, si in libris patrum reperiat ulla falsitas, nulla est igitur earū autoritas. Sic em̄ August. arguit in epistola quadam ad Hierony. de scripturis sacris: Si ad illas (inquit) fuerint admissa, uel officiosa mendacia, quid in eis permanebit autoritatis? Et uide an nō hoc quoq̄ manifestum sit ex sententia eiusdem dicētis: Solis eis scripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum eorū auctorem scribēdo aliquid errasse firmissime credam. Alios aut̄ ita lego, ut quantumlibet præpoileāt, nō ideo uerum putē, quia ipsi ita sentiunt, sed quia mihi uel per illos canonicos auctores, uel probabili ratione persuadere potuerunt. Idem docet libro ij. contra Donatistas, & in epistola ad Vincentium, tradēs episcoporū scripturas, & Hilarij, Cypriani, atq̄ Africani literas, non sic esse legendas, ut aut contra sentire non liceat, aut testimoniū ex eisdem sit proferendum. Et in epistola ad Fortunatū: Neq̄ quorumlibet disputationes, quibus catholicorum uel laudatorū hominum, ueluti scripturas canonicas habere debemus, ut nobis nō liceat salua honorificentia, quæ hominibus illis debetur, aliquid in eorum scripturis improbare. Et tertio de Trinitate: Noli (inquit) meis literis, quasi canonicis deseruire. Et alibi: In scripturis sacris quicquid est utile inuenitur, & quicquid est noxium damnatur. Ex quibus uidetur consequens esse, extra scripturas sacras nō esse ullam Christianæ fidei ueritatem, & in libris sanctorū patrum aut conciliorum nō esse ullam canonicam autoritatē. Quod & palam sententia indicat Hieronymi in commentarijs super Mattheum: Quicquid de scripturis sacris autoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Item in prologo galeato docet inter apocrypha ponendū esse, quicquid extra canonem scripturæ fuerit. Quartum argumentū, quo comprobari uidentur hæc omnia: Nam ecclesia est societas hominū, qui & falli, & fallere possunt, dicēte scriptura: Omnis homo mendax, deus aut̄ uerax: ergo quicquid ecclesia docet, potest haberi tanq̄ incertum, seu suspectum, si non uerbo dei seu scriptura sacra fuerit comprobatum. Præterea totius ecclesiæ consensus residet in generali concilio, sed generalia concilia leguntur interdum errasse, dicente Augustino libro ij. contra Donatistas: Plenaria (inquit) concilia priora sæpe a posterioribus emendantur, dum aliquo rerum experimento aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat. Amplius autē, patribus in concilio inter sese differentibus, nō potest nobis esse certum, in utra illarum partium maneat uera Christi ecclesia, præsertim cum spūs ueritatis fidei Christianæ non semper residet in oibus, quæ forinsecus habentur ut ecclesiæ membra, non semper in clero, nō semper in turba, in multitudine, nō semper in maiori parte. Unde oportet nos magis rustico credere, aut mulieri uetule scripturam sacram alleganti, quam toti concilio extra scripturā aliquid definiēti, cum Paulus doceat magis credendū esse euangelio, q̄ sibi cæterisq̄ apostolis, etiā angelis de cælo, licet nos,

Aug. de scrip-
tis patrum, le-
gendis.

Aug. de gēn-
libus concilij

(inquit)

Gala. 1
Argumēta i
cōtrariā par
rem.
Lucæ 10.
Math. 23.
Math. 18.
Aug. de con
suetudinibus
ecclesiæ.
Grego. de 4.
conclij.

(inquit) aut angelus de cœlo euangelizet uobis præter id, quod accepistis, ana
thema sit. Vnde & in concilio Niceno unius Paphnutij sententia præualuit
supra cæterorum patrum sententias. Sed pro contraria parte uidentur scripturæ.
Christus ad apostolos loquitur: Qui uos audit, me audit; & qui uos sper
nit, me spernit. Super cathedram Moyse sederunt scribæ & pharisæi, quæcūq;
dixerint uobis seruate, & facite: Item, qui ecclesiam non audit, habendus est tan
quam ethnicus & publicanus. Item Augustinus ad Casulanum: In his rebus,
de quibus nil certi statuit diuina ecclesia, mos populi dei, & instituta maiorum
pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita trans
gressores ecclesiarum consuetudinum coercendi sunt. Dicit Gregorius: Sicut
sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & uenerari me
fateor: Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedo
nense. Item Leo, eius nominis Papa quartus, distinctione xx. cap. de libellis: Lu
culentius & magna uoce pronuntiare non timeo, quod qui illa, quæ prædiximus
sanctorum patrum instituta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, siue
episcopus, siue clericus, siue laicus, non indifferenter recipere conuincitur, nec
catholicam, & apostolicam fidem, nec sancta quatuor euangelia utiliter & ad
effectum suum retinere uel credere probatur. In hac materia quincup per ordi
nem sunt consideranda, secundum quæ & presentem librum in sex capitula di
uidemus. Primum de scripturis apocryphis, & de autoritate librorum, quos
in ecclesijs legēdos ediderunt ecclesiastici patres. Secundum de uera Christi
ecclesia, quemadmodum sit una, & quænam sit, & apud quos sit, & qua ratio
ne inter nos possit. Tertium de ecclesia Petri, apud quam est sedes apostoli
ca. Vtrum necessarium est eam, quæ est Romana ecclesia, honorare tanquam ca
put & matrem omnium ecclesiarum, & an oporteat omnes Christianos subia
cere Romane ecclesiæ episcopo, tanquam pastori uniuersalis ecclesiæ. Quartum
de autoritate & potestate ecclesiæ catholicæ, & utrum oporteat nos adhære
re definitionibus ecclesiæ, perinde atque canonicis scripturis. Quintum de mul
tis sententijs propter autoritatē ecclesiæ orthodoxa fide tenendis, quas ex sa
cris scripturis demonstrare non possumus, & de multis erroribus propter au
thoritatem ecclesiæ refutandis pro hæresibus, quas neque ex eisdem scripturis
possumus efficacibus argumentis refutare. Sexto ad argumenta iam facta
respondebitur.

PRimum igitur differendum est de scripturis apocryphis, & de au
thoritate librorum, quos ediderunt ecclesiastici patres. Sciendum est
ergo, quod omnis liber apocryphus extra canonem est, sed non econtra
rio. Neque enim consequens est mox librum, si sit extra canonem scripturarum,
apocryphum esse. Apocrypha consueuerunt patres appellare, quæ recondita
sunt, occulta, & suspecta falsitatibus, non edita ab his, a quibus edita designan
tur. Vnde Origenes homilia prima super Canticum: Scripturæ (inquit) apo
cryphæ appellantur eo, quod multa in eis corrupta sunt, & contra fidem inueni
untur tradita. Idcirco non placuit ecclesijs dei locum dare illis, nec admittere
in autoritatem. Illud tamen est palam, multa uel ab apostolis, uel ab euange
listis

listis extra esse prolata, & nouo testamento inscripta, quæ in scripturis canoni
cis a populo Hebræorum ad nos deuolutis nusquam legimus: in apocryphis in
inueniuntur, & euidenter ex eis ostenduntur esse assumpta, sed non ob id apocry
phis dandum est in canone locus. Neque enim transeundi sunt termini, quos statu
erunt patres nostri. Potuit enim fieri, quod & apostoli & euangeliste dei spiritu su
merent quod ex illis sumendum esset, & refutarent quod refutandum. Nobis
autem non est absque periculo aliquid tute præsumere, quibus non est tanta spiritus
abundantia. Hactenus Origenes. Item Hieronymus ad Lætam, postquam tradidit
ei de studio diuinæ scripturæ, quam canonicam appellamus, saluberrima
præcepta tandem de fugiendis apocryphis, & de legendis sanctorum patrum li
bris, sic loquitur: Caueat omnia apocrypha, & si quando ea non ad dogmatum uerita
tatem, sed ad signorum reuerentiam uoluerit legere, sciat non eorum esse, quorum
titulus prænotatur, multaque his annexa uitiola, & grandis esse prudentiæ au
rum in luto quærere. Cypriani opuscula semper in manu habeat, Athanasij
epistolæ & Hilarij libros inoffenso decurrat pede, illorum tractatibus, illorum
delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non uacillat: cæteros sic legat,
ut magis iudicet, quam sequatur. Hic Hieronymus scripturas diuinas separat a scri
pturis sanctorum patrum. Scripturas insuper eorundem patrum, diuidit ab apo
cryphis. Et ideo quod alibi dicit: Quicquid extra hos est, id est extra canonicos li
bros, inter apocrypha ponendum est. Hoc accipere oportet secundum sensum
loco illi, ubi dictum est conuenientem. Proinde in apocryphis (ut inquit Au
gustinus) etsi inueniatur aliqua ueritas, tamen propter multa aut falsa, aut sus
pecta, nulla est canonica autoritas: quæ idcirco (inquit) apocrypha appellantur,
quod occulta eorum origo non claruit patribus, a quibus uariarum scripturarum
autoritas ad nos certissima & notissima successione peruenit. Scripsisse non
nulla diuina Enoch illum sextum ab Adam, negare non possumus, cum hoc
in epistola canonica dicat apostolus Iudas: sed idcirco quæ illius scripta feruntur
non sunt in canone, qui diligentia succedentium sacerdotum seruabat, quod
ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt: nec reuera hæc utrum essent, quæ
Enoch ille scriperat, poterat inueniri, cum patres secundum successionis seriem
non reperiantur ullum talē librum Enoch custodisse. Sic multa sub nomi
ni prophetarum & apostolorum scripta sunt, quæ per patres diligenti exami
natione præmissa, sunt remota ab autoritate canonica, cuiusmodi sunt euang
gelia, quæ falso ascribuntur apostolis cæteris, ut euangelium Andreæ apo
stoli, euangelium Thomæ, euangelium Bartholomæi, libellus de saluatoris in
fancia, Itinerarium Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis, & id ge
nus alia a sacro canone separauit ecclesia, quod nullus antiquorum sanctorum
meminerit huiusmodi euangeliorum, nullus scriptorum ueterum reperiat: ut
ex eis probasse fidei testimonia, omnibus ecclesijs apostolicis ab initio celebra
tibus solum hæc quatuor, quæ habemus euangelia, & alia sacra apostolorum
uolumina recepta in canone, & ad hæc usque tempora per seriem successionis
ad nos deuoluta. Apostoli & apostolorum discipuli missi inter gentes, uia uo
ce magis, quam scriptis prodesse studuerunt. Ad fundandum enim ecclesias no

De testimo
nijs sumptis
ex apocryp.Hier. de cauē
dis apocryp.
& alexan
dis patrum
scriptisScripta pa
trū non esse
apocrypha.Enoch quæ
dam scripsitDe diuerso
rum euange
lij.Quid appel
latur apocry
phum.

uas & semina fidei inferendum gentiliū & paganorū cordibus, nō scripturas, quas nullas habebāt sacras, sed uiuis spūs sancti uocibus erat opus. In euāgelio legitur Christum misisse discipulos, nō ad scribendum, sed ad predicandum aut docendum euāgelium. Et ita non oportet opinari ceteros apostolos quaedam etiam scripsisse euāgelia, & hæc esse deperdita, aut ab hereticis deprauiata. Ceteri apostoli, si quibus sunt euāgelij scriptis usi, nō alijs extra hæc quatuor sunt usi. Iacobus Zebedæus duodecim tribubus, quæ erant in dispersione predicauit euāgelium, gladio ab Herode occisus anteq̄ ullum scripturū esset euāgelium. Simon Petrus scripta euāgelia scdm̄ Matthæū, Marcū & Lucam ecclesijs legenda tradidit, affixus cruci priusq̄ Ioannes suū scripsisset euāgelium, nec aliud ullum ipse edidit euāgelium. Sed euāgelium secundum Marcum, q̄ & auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri aut̄ noīe eius inscripti, quorū unus (inquit Hierony.) actorum, unus euāgelij, tertius prædicationis, quartus apocalypsis, quintus iudicij inscribit̄, inter apocryphas scripturas reputantur. Bartholomæus iuxta Sophronij sententiā, profectus in fortunatā Indiam, euāgelium quod est secundū Matth. tradidit, ut habet̄ apud Hierony. in lib. de uiris illustribus; sic & ceteri apostoli atq̄ discipuli ab initio extra hæc quatuor nō inueniuntur usi ullo euāgelio, uiua uoce prædicantes euāgelium in prouincijs dei prouidentia deputatis, Andreas Scythis, Sophendianis & Saccis. Philippus Phrygijs. Thomas Parthis, Medis, Persis, Germanis, Hircanis, Bractis, & Magis. Simon frater Iacobi episcopi, succedens eidem in episcopatu, in Iudæa prædicauit euāgelium, uiuens annos uiginti supra centum. Matthias in altera Æthiopia. Crescens eunuchus Candacis reginæ Æthiopiæ in felici Arabia & Taprobona prædicauit. Et singuli horū nō leguntur uspiam edidisse aliam ullius euāgelij scripturā, nec inueniunt̄ sancti patres ab exordio usi fuisse testimonijs ex ullo euāgelio sub noīe alterius apostoli inscripto. Proinde quotquot euāgelia iam olim fuerint sub noīe bus aliorū apostolorū inscripta, ea habuit ecclesia Christi ut apocrypha, & tanq̄ ab hæreticis conscripta. Sic argumentat̄ Augusti. lib. i. contra aduersarium legis & prophetarū, cap. xx. Euāgelia sub noīe apostolorū, Andree aliorumue conscripta, si reuera illorū essent, receptæ essent ab ecclesia, quæ ab illorū temporibus, per episcoporū successiones certissimas usq̄ ad nra, & deinceps tpa perseverat, & immolat deo in corpore Christi sacrificium laudis; quæ sane ecclesia est Israel secundū spiritū distincta, ab Israele secundū carnē. Veteres patres orthodoxi sumunt interdum sententias ex ethnicorū libris, nō q̄ illos aut comprobent, aut autoritatē habere uelint, sed quatenus nos doceant aut arguant super his, quæ etiam ethnici agenda uel omittenda considerant: non tñ leguntur assumpsisse ulla testimonia ex aliorum apostolorū euāgelij, quemadmodū apostolus Paulus ex Gentiliū scriptis citat testimonia. Sic Ambrosius super Lucā in fine cap. i. ex cap. vii. quarti libri Esdræ citat testimonia: Reuelatur filius Iesus cum his, q̄ cū eo iocundabunt̄. Etiam morietur filius meus Christus, & seculum conuertetur. Et tñ diuus Hierony. tertium & quartum libros Esdræ appellat somnia, hortans ne q̄s delectet̄ eis. Sed

Libri falso intitulati Petro.

Loca in quibus apost. prædicauerunt

Aug. de relictis euāgelij.

Quatenus fit uendū testimonijs apocryphorum,

Sed in huiuscemodi (ut iam diximus) considerandū est, q̄ dicit Augustinus in apocryphis reperiri aliquam ueritatē, sed nō esse in eis aliquam canonicā autoritatē. Oportet enim ad uertere, q̄ aliud significamus dicentes, in apocryphis non esse ullam canonicam autoritatem; aliud aut̄ dicentes, in ipsis non esse ullam canonicam ueritatem. Et ita nec oportet mox aliquid falsum esse, si fuerit aut in apocryphis libris scriptum, aut ex apocryphis desumptum. Ex supradictis primum liquet, q̄ apocrypha & ecclesiasticorum patrum scripta conueniunt, & differunt. Conueniunt quidem, q̄ neq̄ in istis, quemadmodū neq̄ in illis est canonica autoritas. Non enim, q̄ Hieronymus sic uel sic docet: non, quia Augustinus, ac alius quiuis ex patribus sic asserit, idcirco uerū est, & tenendum tanq̄ orthodoxe fidei sententia: sed quia Hierony. Augustinus, ac ceterorū patrum quispiā demonstrauit uel ex scripturis canonicis sic esse, uel uniuersalem ecclesiam ab initio apostolorū sic tenuisse & credidisse, idcirco tenendum est tanq̄ fidei, & de canonica Christianæ religionis sententia. Ex parte igitur conueniunt sanctorum patrum scripta cum apocryphis, q̄ utraq̄ sunt exclusa ab autoritate canonica: sed differūt, q̄ in illis (ut inq̄t Hieron.) cōperta est pietas fidei nō uacillare. Et idcirco nō solum sine periculo fidei, sed & cum fidei Christianæ lucro sunt recepta, tanq̄ digna quæ legantur in ecclesia. In istis aut̄ uel comperta est falsitas, uel suspecta est fidei pietas, & idcirco remota sunt a patrum scriptis, tanq̄ quæ aut non sine periculo, aut non sine irrisione fidei Christianæ legantur in ecclesijs. Ab hæreticis & infidelibus contemptibilis redderetur ecclesie fides, si uideret nos credere falsa quædam, quæ ipsi occulte sub nomine alicuius apostolici uiri consinxissent. Et idcirco ecclesia ab initio prouide gessit curam, ne quid publice legendū proponeret, quod non certo authore sub fidelium attestacione relatum sciret. Pietas aut̄ fidei intelligitur affectio, Christianæ fidei circūspecta ratione auxiliatrix. Hæc idcirco non uacillat in ecclesiasticis patribus & eorū libris, quia zelatores fuerunt fidei, & in nullo a consortio sanctæ ecclesie deuiarunt, usq̄ ad ultimum uitæ permanentes in ecclesia, omniaq̄ in eorum libris asserendo dicta, uidentur ædificare fidem & mores, elucidare scripturas, resonare dei iustitiam, aut domini nostri Iesu Christi clementiam seu bonitatē, & aut scripturis, aut rationibus demonstrata, aut alias ex coniecturis uerisimilia, sub attestacione prædecessorum uirorum fide dignorum tradita. Sic em̄ permanentes in unitate ecclesie, æstimanda sunt tanq̄ uiri fide digni, & tales, qui neq̄ mentiri unq̄, neq̄ fallere uoluerunt. Quippe qui feruentes spiritu fidei restiterunt hæreticis, scripturarū enigmata reserarunt, nodos apparētes & contrarietates earundem soluerunt, dilucidarunt obscura, & declararunt ambigua: scd̄ de apocryphis, quæ Christianorū schola ab initio habuit suspecta, uel tanq̄ ab hereticis conscripta, uel ab inimicis ecclesie, uel ab his, in quibus fidei pietas uacillabat. Proinde quæ scripserunt ecclesiastici patres, sunt recepta ab ecclesia: non q̄ oīa, quæ ipsi dixerūt sint ex necessitate fidei credēda, & de nullo possit aut dubitari, aut disputari: sed q̄ sint aut declaratiōes scripturæ sacræ, aut utilia in doctrina religionis Christianæ, facta ex aliqua ratione uerisimilia, uel fide

Ex Scripta patrum differre a patrum scriptis

Quæ ob re ecclesia sp̄ tan topere uita rit apocry.

Quid sit pietas fidei.

Laus modestiæ patrum

Quatenus patrum scripta sint ab ecclesia recepta.

delium quorundā attestatiōe comprobata, sine commixtione falsitatis noxiæ: & idcirco nō contēnenda, sed reuerenter tractanda, tanq̄ oīa sint dicta a uiris, q̄ spiritu sancto adiuti, neq̄ uoluntatē mentiēdi habuerūt, neq̄ hoīes fellerūt, nisi forsitan cum in recitādo res gestas falsi sunt ab hoibus, quos humana infirmitate decepti æstimauerunt ueraces. Vnde & in talibus intendūt nō suas nobis asserere, sed aliorū referre sententias. Et ita nō oportet credere, q̄ sancti patres oīa, quæ docuerūt, sint ex spiritu sancto docēte locuti. Quem admodum eīn prophete, tametsi nihil in scripturis sacris asseruerūt, quod nō a spiritu sancto dictatū fuerit, nō tñ semper potestātē habuerūt quodlibet dicendi ex prophetico spiritu, quorū neq̄ mentes semper prophetico tangebātur lumine: Ita & mens doctoris sancti, ex spiritu charitatis scripturas sacras interpretantis, nō semper tangit instinctu diuini spiritus erudiētis, & docētis ad cognoscendū & dicendum ueritatē. Vnde & ipse Helizeus ait: Dñs zelauit uerbum a me. Et Nathan loquens Dauid de ædificādo templo, nō ex prophetico spiritu, sed potius sensu suo humano id dixit. Sancti ergo patres referantes scripturā: a nigmata & obscuritates, q̄uis in omnibus, quæ dixerint, serauerint spiritū fidei & charitatis, nō oportet tñ inde consequē esse, q̄ in omnibus ex eodem spiritu docētes, semper autigerint ueras scripturā, aut aliarum rerum sententias. Verum quidem est, quod spiritus sanctus, qui & spiritus est nō mendaci, sed ueritatis, neq̄ mentiat̄ unquam, neq̄ doceat falsum: sed nihilominus etiā manet plerūq̄ ueritatis iste spiritus in eo, q̄ quod falsum est, credit uerum esse. Spiritum sanctum habēs Augustinus, nō uult si dem haberi omnibus suis dictis, tanq̄ prolatis reuelatione & instructione diuini spiritus. Et ita ecclesiastici patres, quæ suis in scriptis docuerunt, tametsi omnia ex spiritu charitatis scripserūt, nō tñ consequens est eos omnia, aut ex uirtute fidei Christianæ tradidisse, aut reuelatione diuini spūs, illustrātis mentes earum ad cognoscendum & loquendum ueritatem, locutos esse. Sunt quædam (inquit Augustinus) in quibus inter se aliquando etiā doctissimi atque optimi fidei catholicæ defensores, salua fidei cōpage, & spiritu charitatis dissonans: alius alio melius de aliqua re dicit, in quibus non immobili sententiā definiēdo locuti sunt. Quemadmodum ex imperio uoluntatis quandoq̄ mouentur membra in opus aliquod perficiendum, quod deus nō uult fieri: ita & intellectus plerūq̄ ex imperio charitatis mouetur ad opinandum uera esse, quæ tamen sunt falsa. Exemplum habes scripturæ de Abraham, qui & uoluit & opinabatur offerre filium suum unigenitū, quem deus offerri noluit. Doctores igitur sancti, præsertim in his, quæ sunt facti, nonnulla ad fouendam fidem & charitatē locuti sunt, aut conijcētes, aut opinātes, aut recitantes pias aliorū sentētiās magis, q̄ immobili atq̄ inflexibili sententiā definientes. Quædam (ut inquit Hierony.) sunt, de quibus satius est pie dubitare, q̄ temere definire. Quædam sunt, quæ non tanq̄ conficta prorsus irridere, contemnere, res probare, aut rejicere debemus, quibus neq̄ tam firmiter & immobiliter, q̄ scripturis sacris debemus adherere: neq̄ item tam firmiter & pertinaciter, q̄ oppositis fidei nostræ dissentire: sed in quibus oportet uia media incedere, pie sentiēdo

Lib. 1. contra
Donatistas,
cap. 17

In sermone
de assumptione
ne Mariæ.

sentiēdo de ueritate sanctorū uirorum, quibus sic uisum fuit. Quæ tametsi si ecclesia sancta nobis legēda reliquerit, non tñ tanq̄ canonicas scripturas haberi uoluit: sed tanq̄ sententias quasdam fidē promouētes, & aut attestatiōibus hominum, aut rationibus argumentorū olim uel probatas, uel factas probabiles & uerisimiles, & idcirco non temere rejiciēdas. Et ita non oportet consequens esse, si ecclesia non uelit aliquid tanq̄ canonicē scripturā accipi, quod idcirco quisq̄ rationabiliter possit aut negare, aut contemnere illud. Neq̄ eīn de omnibus, quæ extra scripturam canonicam sunt, licet dubitare. Ecclesia nobis quædam proponit, tanq̄ uerissimorum hominum testimonijs sufficiēter comprobata: quædam uero proponit, tanq̄ semiplene probata, & tanq̄ uerisimilia, aut probabilia: quædam, tanq̄ non contemnenda & rejicienda. Et hic iam aperta est uia quædā recte pieq̄ sentiēdi de canonizatione sanctorū, & de rebus gestis, & de miraculis eorum. Vnde quædam leguntur per uniuersam ecclesiam, cœlitus ex scripturis sacris edoctam, ueluti sunt gesta sanctorū in scripturis sacris, quales sunt beati Stephani, Iacobi apostoli historiæ. Quædam uero leguntur quidem per uniuersam ecclesiam, nō sic ex scripturis sacris, sed aliter edoctam, ueluti sunt historiæ, quas de gestis, miraculis, & gloriosis triumphis sanctoū scripserūt probatissimi patres: Athanasius, Basilus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus & alij probatissimi uiri, in quibus fidei ueritas non uacillauit. Huius generis sunt sancti, quorū memoriā agimus in canone sacrificij missæ, ut Sixti, Laurentij, Agnetis, Cecilie, & aliorū post ædificatum canonem missæ, quorū gloriose uitæ conuersatio & exitus sanctus innotuerunt toti mūdo, sicuti beati Martini, Nicolai, Benedicti, Bernardi, & aliorum. Quædam autē leguntur nō sic generaliter per uniuersam ecclesiā, sed per loca & prouincias, in quibus ipsi sancti miraculis & sanctimonia uitæ claruerunt. Et ne per angelum sathane, qui sese nonnunq̄ transfiguratur in angelū lucis, populus illuderetur, aut falsis testimonijs, aut confictis miraculis, ecclesie censura moderamen canonizationis adhibuit. Et quanq̄ censura tales canonizandi, non antiqua, sed noua sit obseruatio, cultus tñ & memoriā sanctorum, ut infra uidebit̄, antiqua res est. Antiquitas ex certissima uitæ sanctitate, præsertim attestantibus plerūq̄ miraculis publicis, incepit populus colere & uenerari sanctos, & celebrare diem gloriose uitæ eorū, quemadmodū patet ex diuersis Cypriani epistolis, & aliorū antiquorū patrum scriptis. Quidā ergo sunt sancti in cœlo, de quibus q̄ sint sancti, iam in cœlo regnātes, oportet credere ex fide Christiana, reuelatione desuper facta in scripturis sacris. Abel, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, cæterosq̄ multos patriarchas & prophetas, Iohannem Baptistam, Stephanum, & xij. apostolos, Iatronem in cruce morientē, cui dicit Christus: Hodie mecum eris in paradiso. Paulum, & alios multos iam sanctos in cœlo uiuere, & regnare credimus eadem fide, qua credimus articulis ceteris in scriptura sacra expressis. Alij autē sancti sunt in cœlo, de quibus q̄ sancti sunt oportet credere, sed nō sic ex reuelatione desuper facta in sacra scriptura, q̄z laudabilis uita, & gloriose exitus illustrauit iam olim totā ecclesiam in uniuerso mūdo: idcirco de illis q̄ sancti sunt, rationabiliter aut ne-

De canonizatione sanctorum.

gare aut dubitare non possumus. Si stupidus & temerarius censeretur, quis quis negare presumeret res prophanas de regibus, ducibus, principibus, aut philosophis huius seculi, in toto mundo uulgatis: quanto magis temerarius erit, qui uniuersalis ecclesie iudicium, iam olim tot episcoporum, tot doctorum, tot hominum, secundum seriem successionis succedentium consensu firmatum, negare presumpserit? Alij sunt sancti, qui in diuersis regnis & prouincijs claruerunt mirabili uitae sanctimonia, quorum uita laudabilis, gloriosus exitus innotuit toti aut regno, aut prouinciae, super quibus & ecclesia ex fidelium hominum testimonijs alijsue indicijs, censuram suae canonizationis adhibuit. Et hic sunt gradus multi, secundum quos uita sanctitas sub miraculorum attestacionibus, in alijs plus, in alijs minus emicuit. Et quis non oporteat nos omnium horum sanctitatem tam firma, tamque immobili fide credere, quam credimus sanctitatem eorum, qui in canonicis scripturis describuntur. Super istis enim credere aut dubitare ecclesiam posse fuisse delusam, heresis est. Nam hoc est dubitare de autoritate scripturae canonicae, ne forte ipsa possit nos fallere. Super illis autem credere aut dubitare, ecclesiam potuisse deludi & decipi, non est heresis. Neque tamen possumus aut contemnere, aut nihili facere obseruationem ecclesie, quasi olim ipsa fuisset aut delusa, aut leuitate usa, instituens celebrandum huius uel illius sancti memoriam. Verum quidem est ecclesiam in his, quae sunt facti errare posse, & angelum sathanae se interdum transferre in angelum lucis, aut simulatione sanctitatis, aut miraculis falsis, signisque mendacibus, qualia praenunciat Christus per Antichristum futura. Sed haec omnia per satellites suos, utpote haereticos aut hypocritas, iam olim & fecit sathanas, & nunc facit, & facturus est per Antichristum, ut populum fidelem fallat, deludat, a fide et a charitate Christi auertat. Ecclesiae autem instituente sanctum aliquem colendum aut ex necessarijs, aut ex uerisimilibus argumentis, iam olim persuasum erat, sanctos canonizandos nihil tale fecisse, sed usque ad exitum permanisse in professione fidei & charitatis, in pace & unione totius ecclesie. Proinde nostri iudicij non est secundum humanas nostras phantasias contra piam fidem, quam habuit ecclesia de sanctimonia uitae sanctorum canonizandorum, praesumere quicquam definire, nisi aliquo rerum experimento error, qui latebat nobis fuerit demonstratus, & compertum fuerit, ecclesiam in his quae facti sunt fuisse delusam: alioquin in huiusmodi sanctius esset cum ecclesia & fidei populo Io errare, quam aut temerarie praesumere, aut quod latenter uerum est irridere. Iam olim ecclesiastici patres & pontifices utique nouerant scripturas, quibus dicitur: Qui cito credit, leuis est corde Non omni uerbo credas. Innocens omni uerbo credit. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Angelus Sathanae se transfiguratur in angelum lucis. Verum ecclesiam Christi sic honorare debemus, ut sentiamus eam haecenus neque cito .i. absque prouida circumspectione, neque omni spiritui credidisse: sed uigilantem fuisse contra angelum sathanae, transfigurantem se in angelum lucis. Proinde omnibus modis est praesumendum, eosdem patres in celebrandis quorumlibet sanctorum memorijs, nihil temere aut instituisse, aut admiscuisse: sed matura deliberatione praehabita

& di

& diligenti examinatione sufficienter praemissa, confisos diuino adiutorio, quod uidebat pro deuotione fidelis populi amplianda, statuisse. Qui hunc in modum de prouidentia & circumspectione ecclesiae, in qua & habitat spiritus, tam pie sentit, perniciose non sinitur errare, etiam si quem forsitan sanctum esse credat, qui non sanctus foret. Nam deus ad fidem respicit orantis, secundum quam ipse colens & uenerans creaturam coelitus sanctificatam, & postulans illam apud deum habere intercessorem, non in ullam creaturam, sed in deum suam ponit fiduciam, quemadmodum glossa magistralis docet in supradicto uerbo Apostoli: Angelus sathanae transfiguratur se. Angelus sathanae (inquit) cum se fingens bonum, ea uel facit, uel dicit, quae congruunt bonis angelis: si credat bonus, non error periculosus ac morbidus, nisi quod sathanae adhaereat, dum ad sua mala & falsa incipit adducere. Sicut & nihil est periculi, si quis unumquemque uiuorum ex coniecturis fructuum, siue operum externorum, reputet bonum Christianum, fidelem, iustum, castum, quod forsitan talis non est. Ex fructibus eorum (inquit saluator) cognoscetis eos. Neque hoc est cito omni spiritui credere, sed est diligenter secundum spiritum charitatis credere omnia, quae audit bona & laudabilia dici de eo, quae diligit. Unde spiritum charitatis habens, credit omnia, quae sunt secundum charitatis spiritum credenda, sicut & charitas sperat omnia, quae sunt ex charitate speranda. Spiritus autem charitatis non est suspiciosus, non cogitat malum de proximo, non temere iudicat. Qui uerax est in omnibus secundum charitatis spiritum, facile aestimat & ceteros esse ueraces. Quemadmodum autem quis interdum pie & sancte credit id, quod falsum est, uerum esse: interdum autem quis impie & temerarie credit uerum esse, quod uerum est: ita contingit interdum eos, qui falsis sententiarum assentiunt ueros esse catholicos: eos autem, qui ueris temere assentiunt esse pertinaces. Haec quis uideantur forsitan huic rei impertinentia esse, diligenter tamen considerata iuuabunt ad dissoluendum improborum quorundam argumenta. Amplius autem hic sciendum est, quod etsi oporteat nos credere sanctos regnare in caelo, non ob id tamen credere oportet, quae de huiusmodi sanctis & apostolis, siue de domina nostra Maria, aliisque publice in libris quibusdam leguntur conscripta, praesertim in his, quorum ignorant auctores, in quibus neque ecclesia unquam habuit testes idoneos. Proinde nec illis sedes apostolica, nec sancti patres praebuerunt assensum, eo quod uel ab haereticis, uel infidelibus sub nomine apostolorum uel sanctorum suspicatur esse composita. In quibus tamen si utilia nonnulla inueniantur, & antiquus Christianae ecclesie status dinoscitur: ecclesia tamen semper illa, ut suspecta, & a scripturis sanctorum patrum censuit aliena. Quemadmodum manifestum est ex decretis Gelasij pape, qui iam olim cum innumera, tam haereticorum, quam catholicorum uolumina inuenirent promiscua granum a paleis separauit, recensens opuscula sanctorum patrum, quae post ueteris & noui testamenti scripturas, & concilia a sanctis patribus instituta, in ecclesia catholica recipiuntur. Opuscula (inquit) beati Cypriani martyris, Chartaginensis episcopi, opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi, opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi, opuscula beati Basilij Cappadocensis episcopi, opuscula beati Ioannis, Constantinopolitani Episcopi, opuscula beati

Distinct. 19.

s. iij. Hilar.

Hilarij Pictauiensis episcopi, opuscula Augustini Hipponēsis episcopi, opuscula beati Ambrosij Mediolanensis episcopi, opuscula Hieronymi presbyteri, opuscula beati Prosperi religiosissimi uiri, epistolā beati Leonis ad Flavianum episcopum, opuscula insuper omnium patrum orthodoxorū, qui in nullo sanctæ a Romanæ ecclesię consortio deuiauerunt, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt: sed communionis ipsius gratia usq; ad ultimum diem uitæ sue participes fuerūt, legenda decernimus. Item decretales epistolę, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab urbe Romana, pro diuersorū patrum consultatione dederunt, uenerabiliter suscipiendæ sunt. Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiāt. Quis ita esse catholicorū dubitet, & maiora eos in agonibus esse perpessos, & dei gratia & adiutorio, nō suis uiribus uniuersa tolerasse? Sed ideo secundum auctoritatem uel consuetudinem antiquam, singulari cautela in sancta Romanorum ecclesia non leguntur, quoniam eorū qui scripsere nomina, penitus ignorantur, & aut ab infidelibus, aut dictis superflua, minusq; apta, q̄ fuerit rei ordo, scripta esse putantur. Nos tamē cum ecclesia catholica omnes martyres & eorum gloriosos agones, qui deo q̄ hominibus magis noti sunt, omni deuotione ueneramus. Item uitas patrū, Antonij, Pauli, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen uir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. De Ruffini operibus illa sentimus, quæ beatus Hieronymus sentire cognoscimus. Origenis quædā opuscula, quæ beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autē omnia cum auctore suo dicimus esse remouēda. Chronicon Eusebij Cæsariensis, atq; eiusdem historiæ ecclesiasticę libros, non usquequaq; dicimus remouendos. Item Orosij eruditissimi, Sedulij, & Vincentij opera insigni laude proferimus. Quæ uero ab hæreticis conscripta sunt, nullatenus recipit catholica & apostolica Romana ecclesia. Item nouellas quasdam reuelationes, ueluti scripta de inuentione sanctę crucis, & alia de inuentione capitis Ioannis, nonnulli catholici legunt: sed hæc cum ad catholicorū manus peruenerint, beati Pauli teneatur sententia: Omnia probate, quod bonum est tenete. Hactenus Gelasius primo loco in catalogo ecclesiasticorū scriptorum, statuens Cyprianum, quem præcefferunt quidem multi, qui suis dogmatibus ecclesiam in fide & moribus illustrarunt, utpote Dionysius Areopagita, cuius etsi non meminerit Hieronymus, ex eius tñ libris citauit ante mille circiter annos sententias beatus Gregorius. Clemens Romanæ ecclesiæ episcopus, Ignatius ecclesiæ Antiochenæ, Irenæus ecclesiæ Lugdunensis, & alij quidā Dionysij, Clemens Alexandriæ episcopus, omnes uiri catholici, & martyres gloriosi, quorū opuscula etsi non expresse, tacite tñ approbat generali sermone, adijciens: Opuscula insuper omnium orthodoxorū patrum, q̄ in nullo a Romanæ ecclesię consortio deuiauerūt. Idcirco autē non expresse forsitan approbat, quod multa, quæ ipsorum dicebantur esse, aut comperta, aut suspecta erant, aut non esse ipsorū, uel esse ab hæreticis deprauata, aut etiam in erroribus quibusdam dictata, nondū plane intellectis ab illis prophetarū scripturis: quem admodū

Homilia 14.
de 100. ouibz.

modum diuus Hieronymus in commentarijs super caput xxxvi. Ezechielis testatur de libris quibusdā Tertulliani, Lactantij, Victorini, Seueri, Irenæi, & Apollinarij, intelligentiū ex scripturis futuram esse rerum omnium felicitatem in terrena Hierusalem, de quo uide & eundem Hieronymū super uerbo, Papias, de uiris illustribus. Sic & ipse Gelasius testatur de octo libris Clementis Romani episcopi, in quibus (teste Hieronymo) Eunomij dogma asseritur, filium dei creaturam asserens, quod & interdum reperiri dicit in libris Clementis Alexandrinę ecclesię episcopi. Octo libros recognitionū Clementis, Ruffinus Hieronymo contemporaneus in epistola ad Gaudentium, testatur se simul & epistolam ad Iacobum uertisse e Græco in Latinum. Linum quoq; & Cletum fuisse quidem episcopos ante Clementem in urbe Roma, sed uiuente Petro, uidelicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse apostolatus officium impletet. Deinde ante Cyprianū scripserunt Tertullianus, Origenes, Eusebius, Lactantius. De Tertulliano dicit Hieronymus, q̄ post mediam ætatem ab ecclesia defecit, & contra ecclesiam uolumina ædiderit. De Origene dicit, in multis eum errasse contra fidem catholicam. De Eusebio autē dicit, eum fuisse uirum quidem doctissimum, sed nō catholicum in sex libris, quos pro defensione Origenis conscripsit. De historia autē scholastica, quam uocamus tripartitam, sciendū est, q̄ olim ante tempora Hieronymi quati prator quidam Græcus, nomine Theodoretus, hic (ut inquit Beda) de ratione temporum scripsit historiā ecclesiasticā, a fine librorum Eusebij, usq; ad Leonis imperium. Scripserunt & eisdem temporibus Græci duo, Sofomenus & Socrates. Ex horum libris Cassiodorus senator, paulo post Gelasij, & ante Gregorij tempora, collegit trium istorum scripta in unum uolumen, quod propterea appellatū est tripartita historiā, q̄ ex tribus authoribus collecta, abbreviata, & ordinata. Canones, q̄s uocamus ap̄torū, quibus contineant multa uerba, quæ magna ex parte sunt sub ap̄torū temporibus constituta, ut infra patebit, tamen quia ab hæreticis sub nomine ap̄torū collecti & æditi dinoscuntur, idcirco sunt a canonica (ut inquit Isidorus) auctoritate remota. Verum his quoq; addiderim, nonnulla esse de sanctis scripta, quæ & apud ecclesias quasdam publice leguntur, suppressis tñ scriptorum illorū nominibus: quæ forte ratione iusta uidentur habenda tanq̄ suspecta, aut ab hæreticis conficta, ueluti cum narrantur sancti quidam in agone mortis constituti, aut monuisse, aut exegisse, ut translati ex hoc mundo colerentur, & inuocaretur ab hominibus uiuis constitutis in periculis quibuslibet, aut morbis. Neq; em̄ uerisimile est sanctos, aut de curandis corporū morbis fuisse sollicitos, aut huiusmodi honores desiderasse, qui orabant cum propheta Dauid. Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe. & cum Paulo uix audebant dicere: Nihil mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Verum ut discamus nō mox contemnere q̄dlibet pro nostra sententiā, hoc scire oportet, q̄ Paulus, q̄ dixit: Nihil mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. etiā iam imminēte resolutionis tpe fiducialiter ait: Bonū certamē certauī, cursum cōsummaui, fidē seruauī, in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi in die illū

Lib. de uiris
illustribus

Psalmo 141
1. Cor. 4.

1. Timot. 6.

iustus

iustus iudex. Dauid, qui in semetipsum spectans, dixit: Non intres in iudiciū cum seruo tuo. is & ait: In te dñe speravi, nō confundar in eternū. fiduciā iam habens in die iudicii. Proinde nō perniciose fallit pie credens, q̄ sancti in corpore uiui, igne charitatis accensi ad proficiendum ecclesie futurę in doctrina, & suę uitę exemplaris, & gloriosi exitus, solliciti nō de suis honoribus, post uitam sibi exhibendis: sed de honore & exaltatione noīs illius, ex cuius amore peruenerunt ad palmam martyrii, cogitauerunt de uiuis liberandis a periculis, a morbo corporis, ut per illam liberationē sua intercessione per Christum exhibendam, relinquerent posteris exemplum glorificandi, magnificandi nomen Ch̄i, opantis mirabilia in sanctis suis, & per illos in laudē glorię grę suę, sicuti ecclesie Christi in Paulo Christum predicante, deum glorificabāt. Item Christus ipse cum misit apostolos, dedit illis potestātē languores corporis sanādi in noīe suo. Sed de his infra latius, cum agetur de inuocatione sanctorum. Amplius autē sciendum est, q̄ in prædicta Gelasij decretali sancta ecclesia Romana, post illas noui & ueteris testamenti scripturas, quatuor etiam synodos suscipere mandat, in quibus, fidei doctrina in euangelij descripta plenissime declaratur, tam de patris, filij, & spūs sancti diuinitate, q̄ de dñi nostri Iesu incarnatione. Prima uniuersalis ecclesie synodus Nicæna, circiter annum a natiuitate dñi 324. sub imperatore Constantino, in qua damnat̄ blasphemia negantis Christū esse deum: contra quā patres definierunt, Christū esse uerum dei filiū, patri consubstantialē. Secunda synodus Constantinopolitana, iubente Damaso papa, sub imperatore Theodosio seniore, circiter annum a natiuitate Christi 383. In hac damnat̄ blasphemia Macedonij, negantis spiritū sanctum deum esse: contra quā patres definierunt spiritū sanctum esse uerum deum, p̄ri & filio consubstantialem. Tertia synodus Ephesina, circiter annum dñi 431. iubente Celestino papa sub Theodosio iuniore, in qua dānat̄ tur perfidia Nestorij, asserētis duas esse in Christo p̄sonas, uirginēq̄ Mariā non diē, sed hoīs esse genitricē. Quarta uniuersalis ecclesie synodus Chalcedonensis, circiter annū dñi 451. sub Martino principe, in qua damnat̄ p̄fidia Euticis, asserentis in Ch̄o uerbi & carnis unā solam esse naturā: contra quā p̄ p̄res definierūt in Ch̄o duas esse naturas, humanā scilicet & diuinā in unitate p̄sonę. Hęc iij. cōcilia secuti quatuor dei euāgelia, sunt uenerāda. Itē Gelasij seculo, opuscula, q̄ inter apocrypha computant̄, idem ostēdit dicēs, Ariminensem synodū a Constantino Cæsare Constantini filio congregatā, ex tūc & in eternū confitemur esse damnandā. Item, Itinerarium noīe Petri apost. q̄d appellat̄, sancti Clemētis libri viij. apocryphi. Actus & euāgelia extra scripturas canonicas sub noībūs apostolorū inscripta, apocryphi: liber de infantia saluatoris, apocryphus: liber, q̄ appellat̄, Pastoris, apocryphus: item liber intitulatus de filiabus Adę, uel de poenitētia Adę, uel transitu beatę Marię, apocryphus: historia Eusebij Pamphili, & liber, q̄ appellat̄ Canones apostolorū, opuscula Tertulliani, opuscula Cassiani presbyteri, Galliarū & Faustini, apocrypha. Epistola Iesu ad Abagariū regem, & item Abagarij ad Iesum, apocrypha. Hęc & his similia multa, annos fere centum ante pontificatum beati Gregorij

Gregorij papę recenset Gelasius, quæ ecclesia a scripturis sanctorū patrū separauit circiter annum a natiuitate dñi nonagesimū supra quadringētesimū. Deinde q̄a in primo lib. dictum est, euāgelij secundum Matth. esse Hebraice scriptum, & usq̄ in Hieronymi t̄pa fuisse custoditum in Cæsariensi bibliotheca, sciendum est in Cæsariensi bibliotheca sub Hierony. seculis fuisse custoditum euāgelium quoddā Hebraicis literis scriptū aliud, q̄ est illud, q̄d apud ecclesiam iuxta Matthæum inscribitur, ut manifeste patet ex doctrina Hieronymi libro tertio aduersus Pelagianos, citātis euāgelium quoddā Chaldaico Syroq̄ sermone, sed Hebraicis literis scriptū, & in Cæsariensi bibliotheca custoditum, ex quo & citat̄ ibidem testimonia, quæ in euangelio nostro nō habentur: quo etsi Hieronymus ibidem doceat nō esse utendum ad authoritatē, concedit tamen eo uti saltem ad ostendendum antiquitatem, qd omnes ecclesiastici uiri senserint. Vnde consequens est euāgelium illud, quo & utendi data fuit Hieronymo copia, fuisse aliud, q̄ est illud, quod apud ecclesiam iuxta Matthæum inscribitur: sed nō inde consequens est, uerum Matthæi euāgelium, quo semper uniuersalis usa est ecclesia, non fuisse primum Hebraice a Matthæo scriptum, præsertim cum id testentur ueteres, & ipse quoq̄ Hieronymus in prologo super quatuor euāgelia: sed de hoc in primo libro dicta sufficiant. Cæterum & hoc sciendum, quod etsi librorum apocryphorum authoritas non sit tanta, quanta sanctorum patrum, qui nunq̄ a sancta Romana ecclesie unione se separauerunt: utiliter tamen libri quidam apocryphi ab antiquis conscripti, in ecclesia leguntur secundum spiritum directionis a uiris studiosis, considerantibus ex eisdem antiquum ecclesie statum, ueteres ecclesie mores, ritus, & consuetudines, & bonas, & rectas quasdam sanctorum scripturarum explanationes. Beatus Cyprianus Tertulliano magistro utitur, eiusq̄ tanquam ardentis, & eruditi uiri delectatur ingenio: sed tamen non sequitur in libris illis Montanum, Maximillamq̄ hæreticos, authoris hæresis Cathaphrigarum, damnantium secundas nuptias, & sese ab ecclesia Romana separantium. Hieronymus, cæteriq̄ patres Origenem legerunt, In præfat. homili. Cant. & prologo lib. Hebraicorum noīs

Euāgelij
Matth. Hebraice scriptum.

Circa principium libri

In præfat. homili. Cant. & prologo lib. Hebraicorum noīs

librum ædedit ante Gelasij tempora. Amplius aut post Gelasij tpa, nō defuerunt ecclesiæ eruditissimi sacrę theologię interpretes: Cassiodorus, Fulgentius, Boetius, Gregorius magnus Papa, Isidorus, Theodorus, Beda, Alcuinus, Remigius, Anselmus, Bernardus, qui sudoribus multis, & laboribus sacrosanctam theologiam reddiderunt illustrē. Sed oīm horum dogmata sunt distinguenda ab autoritate sacrarū literarū. Non enim sic scripta sunt, tanq̄ ex eis testimonium proferatur, ut aut dissentire, aut suspicari, aut dubitare non liceat: nec idcirco uera sunt ea, q̄a ipsi authores ita sentiūt, aut quia in eorum libris leguntur. Nam & ipsi tradiderunt quædam non tanq̄ sententias, quas ipsi firma fide crederent, sed tanq̄ pias opiniones, aut probabiles, aut uerisimiles, aut non contumaciter reiiciendas, quibus necessitati fidei impertinentes, aliquid tñ si uera supponantur ad intellectum sacrarum literarū facientes. Id genus multa sancti patres exponentes scripturas, ex gentilium historijs sunt mutuati. Deinde & ipsi nonnulla suis in libris & scripserunt, & crediderunt secundum humanum sensum, innixi opinionibus hominum, præsertim in describendis historijs, rebusq̄ gestis hominum, siue bonorum, siue ue malorum, in quibus cognoscendis collegerunt rumores aut opiniones, secundum humanę infirmitatis conditionē, mutuantes ab alijs res gestas, quas in scripturis inuenerunt eorū, q̄ solo auditu forsitan & per opiniones scripserunt. Sic & antiquissimus Irengus, per solum auditum scripsit Christum post quadragesimum suę ætatis annum esse passum, inductus etiam argumentis, quæ id efficaciter non probant. Ait enim, & euangeliū, & oēs seniores, qui in Asia apud Ioannem conuenerant, id testari, & Ioannem id ipsum tradidisse illis. At uero testimonium illorum seniorum in Asia, quibus innixus est uenerabilis Irengus, non esse uerū, ex eo possimus considerare, quod beatus Ignatius ipse in Asia eiusdem Ioannis discipulus, de ætate dñi non illam, sed communem tenet ecclesię sententiam in epistola ad Trallianos, dicens q̄ Christus triginta annos habens est baptizatus, tribus annis prædicauit euangeliū, faciens coram Iudæis signa & prodigia, die parasceue hora tertia accepit sententiam a Pilato, sexta uero hora crucifixus est, nona aut emisit spiritum, ante solis occasum depositus est de cruce, sepultus in monumento, sabbato mansit sub terra in sepulchro, descendit ad inferna solus, ex inferno aut ascēdit cū multitudine, dirumpens maceriem, quæ erat a seculo: dominica aut die resurrexit a mortuis. Hæc Ignatius. Non est igitur hac in re standum sententię Irengi, innixi testimonio non uerisimili. Cæterum ethnici scriptores Græci, ex opinione & per auditum, ut libui de temporibus & nenealogijs multa tradiderunt, nihil certi affirmantes, & ut cuiq̄ uisum est diuersas proferentes sententias, ut author est Iosephus contra Appionem grammaticum, & Eusebius de temporibus in prima olympiade, quemadmodū & in superioribus est de claratur, ut non iniuria dixit Iuuenalis: Quicquid Græcia mendax audet in historia. Et ideo ecclesiastici tractatores in huiusmodi historijs, quas a Græcis acceperunt, non sunt usquequaq̄ recipiendi. Proinde Eusebius, qui in supputationibus temporū regumq̄ Persarum, & item Orosius, qui in supputationibus

DOGMA. VARIIS, ET LIB. APOCRY. LIB. III. Fol. CCXLVII
tionibus Assyriorum secuti sunt Græcorum historias, non usquequaq̄ recipiuntur: quemadmodū patuit in regulis interpretandi scripturas, in capitulo de supputationibus temporū. Vnde nec in eodem ordine cum Augustino & Hieronymo statuuntur in decretali præfata Gelasij. Sed hæc in eorum historijs aut sunt fidei impertinentia, aut secundum historiam scripturæ sacrę sunt corrigenda. In cæteris aut, quę ad necessitatem fidei & morum spectant religionis Christianæ, pro generali regula in omnibus sanctorū patrum libris obseruandum est studioso lectori, q̄ huiusmodi patres in ecclesia catholica, tam ante, q̄ post Gelasium differētes, quia usq̄ ad mortem in unitate fidei ecclesię in qua est cathedra Petri, permanserūt, non se aliter intelligi uoluerunt, q̄ catholica intelligit ecclesia. Et idcirco hæresibus nondum exortis, securius dixerunt multa, quę postmodum hereticis ad sensum alienum torquentibus, ciuili interpretatione indigent, accipienda tum ex his, quæ præmittuntur, uel sequuntur, tum ex alijs ipsorum scriptis. Exempli causa: Sancti patres, ante q̄ hæresis exorta esset Pelagiana, pro libero arbitrio contra Manichęos dixerunt multa, quæ fauere uidentur hæresi Pelagianæ, quæ & ipse Pelagius pro sua heresi corroborada citauit, ueluti qd Ioannes Chrysost. dicit, infantes nō habere pctā, quod ipse & alij dicunt: nostrum est incipere, nostrum est credere, nostrum est pulsare, orare & petere: dei aut est perficere, aperire, & dare postulata. Hæc & id genus alia Pelagius ad suam prauam intellexit sententiam. Contra quem mox Augustinus ex scripturis suam posuit doctrinam, pro gratia contra ipsum stabilienda, multa dicens, quæ posterioribus seculis rursus ad sensum a mente Augustini alienum deprauari coeperunt, ut uideretur liberum tollere arbitrium. Istud non intelligentes presumptuosi huius temporis hæretici, calumniatur patribus, Chrysostomo uidelicet & alijs, ante Pelagiū contra Manichęos pro libero arbitrio scribentibus, arbitantes illos nimium libero arbitrio tribuisse, & ita gratiam dñi nostri Iesu Christi redemptoris nō bene intellexisse. Sed frustra id putant, nō considerātes etiam nostra liberi arbitrii opera esse, quæ nos facimus ex illius gratia, non diceretur in scripturis deus nos adiuuare, nisi etiam nos censeremus uere aliquid agere, tanq̄ deo cooperantes. Huius generis multa sunt apud patres. Consilio igitur diuini spūs prodierunt nouissimi doctores, qui appellant Scholastici, ut Guilelmus Albertiiffiodorensis, Alexander de Hales, Thomas, Bonauentura, & similes, qui seposito omni uerborū ornatu, per quæstiones & argumenta, per propositiones, corollaria, per præcisas uerborum formas in rebus fidei procedentes, tutilliam nobis contra hereticos reddiderunt Theologiam: qui & auferētes hereticis occasionem prauę interpretandi doctrinas patrum, licentiam quodlibet dicendi coercuerunt: qui & quantum attinet ad intellectum eruditionem, sunt (inquit Gerson) compendiosiores, commodiosiores & utiliores, tamen si ueteres sint ad inflammandum affectus uehementiores. Hæreticis per quæstiones captiosas, uariarq̄ argumenta perturbantibus simplicem Christianorū fidem, absq̄ oīs secularis eloquentiæ fuco, spiritu sancto in sacris literis nobis propositam, opus fuit pro defensione fidei, in edificationem ecclesię, rationes con

tra eandem fidem soluere, & ex scripturis doctrinisq; ecclesiae multa dicere, quae uidebantur simplicitati Christianae fidei impertinentia, quae tamē reuera impertinentia non sunt, cuiusmodi sunt sententijs de futuris contingētibus, de diuinarum personarū processionibus, emanationibus, notionibus, & distinctionibus, & unitate essentiae, & de proprietatibus locutionū in arte Grammatica super dictionibus exclusiuis, & differentijs in modo significandi inter masculinum & foemininum genus. Hæc & id genus alia multa, quibusdā uisa sunt aut superflua, aut friuola, aut sacratissima theologia indigna, de quibus tñ tractare in sacris literis intelligendis est necessarium. Nam quo pacto poterimus defendere, cum dei præscientia & prouidentia stare, deum multa, que non facit, posse facere, nisi de futuris contingentibus, an possint non esse futura differamus, & gentiliū ac hereticorū perplexitates & nodos dissoluamus? Qua uia intelligemus sententias sermonum, quibus dicimus, q̄ non solus pater est deus altissimus, sed etiam Christus Iesus est altissimus, tñ nihil aliud a patre est deus altissimus, solus filius & non pater est factus deus altissimus, & tñ nihil aliud a patre est deus altissimus. Solus filius & non pater, est factus homo, cum tñ pater non sit alius deus a filio? Huiusmodi sententias non poterimus ostendere, nisi ex fide credētes distinctionem personarū in unitate essentiae, nouerimus proprietatem sermonis grammaticalis, intelligentes dictionē exclusiuam, solus, nunc excludere personam, nunc aut non personā, sed essentiam, ueluti cum dicimus: Solus pater domini nostri Iesu Christi, est creator cœli & terræ. excluditur non alia persona, sed alia natura: quia nihil aliud a deo patre est creator cœli & terræ. Cum autē dicimus: Solus pater generat filium, solus filius est incarnatus, exclusa intelligitur persona. Quo pacto penetrabimus sententiam, qua dicitur, pater esse alius, aut alia persona a filio, sed nō esse aliud a filio, nisi concipiamus, q̄ alius in masculino genere significat aliam personam, seu aliud suppositum: aliud uero in neutro gñe, aliam designat naturā, seu substantiam? Nec est his in rebus inter hereticos & ecclesiam controuersia solum de uocabulis & nominibus, sed de rebus ipsis, hoc est, de patre, & filio, & spiritui sancto, tribus personis, uno deo in una substantia. Arius hereticus, secundū tres personas simul & tres docuit esse substantias, seu naturas. Sabellius secundum unicam substantiam solum unam docuit in diuinis esse personam trinominem. Nequaquā igitur candorem sacratissime theologiæ poluimus friuolarum rerum sordibus, sed magis illustramus, dum in sacris literis, in sententiarū libris & in scripturis, ubi congruit, exponendis, utimur huiusmodi rebus & distinctionibus. Contra scripta diui Thomæ Aquinatis, Bonauenturæ, atq; aliorū recentiorū, qui suis in libris per quæstiones, per argumenta in utranq; partem, per conclusiones tractant Christianæ religionis dogmata. Solent aduersarij (quibus sola ueterum scripta placent) obijcere, calumniantes recentiores theologiæ tractatores, candorem castissimæ theologiæ ethnicorū philosophorū sordibus esse pollutū, multis in eorū libris sententijs assumptis de Platonis, Aristotelis, ceterorūq; philosophorū huius mūdi dogmatibus. Sed q̄ friuola sit hæc eorū obiectio, satis iam olim ostēdit diuus Hierony

ronys

DOGMA. VARIIS, ET LIB. APOCRY. LIB. III. Fol. CCXLVIII
 ronymus in epistola ad Magnum oratorem Romanū, recensens uiros eruditissimos patresq; sanctos ante suā secula, tam Græcē, q̄ Latine scribētes, quorum libri inueniunt referti philosophorū sententijs, accommodatis ad res ipsas Christianæ religionis. Ex Græcis recenset Quadratū apostolorū discipulum, ecclesie Atheniensis pontificem, Aristidem philosophum eloquentissimū illi contemporaneum, Iustinū, qui Antonio Pio & filijs eius totiq; senatui librū contra gentes tradidit defendens ignominiam crucis, & resurrectionē Christi tota prædicans libertate. Item Melitonem Sardensem episcopum, Apollinarium & Dionysium Corinthiorū episcopum, Tacianū & Irenæum Photiniani martyris successore, Pantænū Stoicę sectę philosophū a Demetriano Alexandriæ episcopo, missum in Indiam, ut Christum apud Brachmanas prædicaret, Clementem Alexandrię ecclesie presbyterū oīm eruditissimū, qui octo scripsit Stromatum libros, & totidē hypotyposon, & aliū contra gentes, quē imitatus est Origenes, comparans inter se Christianorū sententijs, & omnia nostrę religionis dogmata de Platone, Aristotele, Numenio, Cornutoq; confirmans. Scripsit Milciades contra gentes egregium uolumen. Hippolytus quoq; & Apollonius Romanæ urbis senatores, propria opuscula condiderunt. Extant & Iulij Africani libri, qui temporū scripsit historias. Theodori, qui postea Gregorius est appellatus, uiri apostolicorū signorū atq; uirtutū. Extant & opuscula Dionysij Alexandrini episcopi, Ananoli, Pamphili, Pierij, Luciani, Malchionis, Eusebij Cæsariensis episcopi, Eustachij Antiocheni, & Athanasij Alexandrini, Eusebij quoq; Emisēni & Triphillij Cyprij, & Asterij Scythopolite, & Serapionis confessoris. Titi quoq; Bostrensis episcopi, Basilij quoq; & Gregorij & Amphiloehij Cappadocum, q̄ oēs in tantum (inquit Hieronymus) philosophorū doctrinis atq; sententijs suos resarciunt libros, ut nescias quid in illis primum debeas admirari, eruditionem seculi, aut scientiam scripturarū. Veniam (inquit) ad Latinos, Quid Tertulliano eruditius? quid acutius? Septem libros aduersus gentes Arnobius edidit, totidēq; discipulus eius Lactantius, qui de ira quoq; & opificio dei duo edidit uolumina, quos si legere uolueris, dialogorū in eis Ciceronis epitomen reperies. Victorino martyri in libris suis, licet desit eruditio, tamen nō deest eruditionis uoluntas. Cyprianus, q̄ idola dñj non sint, qua breuitate, qua historiarum oīm scientia, quo uerborū & sensuum splendore perstrinxit? Hilarius eorū confessor tempore & episcopus, duodecim Quintiliani libros & stylo imitatus est, & numero. Iuuenius presbyter sub Constantino historiam dñi saluatoris uersibus explicauit, nec pertimuit euangelij maiestatem sub metri leges mittere. Hactenus Hieronymus de uiris, qui ante ipsius tempora, pro defensione Christianæ fidei libros ediderunt, assumptibus in eis sententias ex philosophorū libris, quia oēs pene omnium philosophorū libri, exceptis his, qui cum Epicuro literas didicerūt, eruditionis doctrinęq; plenissimi sunt. En uides quantam recenset diuus Hieronymus eruditissimorū uirorū pro Christiana religione scribentium cateruam, quorū in suo decretali non meminit Gelasius, qui sane omnes suis in libris miscuerūt ethnicorum philosopho

t ij rum

rum sententias. Neque enim naturalis philosophia per lumen rationis internæ adinuenta, est Christianæ religioni contraria, sed assumenda est ut pedissequa & ancilla. Præmissis consideratis rationalis & manifesta poterit uideri distinctio doctorum, sententias trifariam distinguendum, quasdam esse de necessitate fidei, alias de pietate fidei, alias fidei impertinentes. Item quandam falsitatem esse heresim, aliam quæ de hæresi est suspecta & sapit heresim, aliam heresi impertinentem. Scimus quod huius generis distinctiones oderunt omnes heretici, quorum omnium una est intentio, contemnere communem magistrorum doctrinam, & odisse (ut inquit Augustinus) ecclesiam, eamque opprobrijs & maledictis insectari. Nos autem immorantes his, quæ ueneranda nobis tradidit antiquitas, credimus omnem ueritatem esse de necessitate fidei, quæ uel in scripturis sacris est expressa, uel demonstrat ex necessitate consequi ex his, quæ in eisdem scripturis sunt tradita, uel definita traditione uniuersalis ecclesiæ. Ex necessitate consequitur Christum habuisse pulmonem, cerebrum, neruos & uenas, quæ tam in scripturis non reperimus expressa. Et quia iam multa sunt ex sacris scripturis elucidata, quæ olim sub ipsis fidei Christianæ rudimentis nondum erant ex illis declarata: idcirco nunc multa reputantur hæretica, de quibus tunc nondum ex scripturis sacris elucidatis, licebat olim aut dubitare, aut in utranque partem disputare. Ex definitione ecclesiæ apostolicæ credere oportet beatam Mariam permansisse uirginem post partum, quod tamen ex scripturis sacris non sequitur necessario. Ad pietatem fidei pertinet ueritas, ad quam ut non temere rejiciatur, sed credatur, pia affectio fidei Christianæ cõsulta ratione mouet. Nam pietas fidei, quemadmodum iam patuit, est affectio pia, qua circumsperta ratione fides Christiana adiuuatur. i. nutritur, fouetur, roboratur. Et idcirco ad pietatem fidei attinet, quicquid aptum est fouere fidem, & quod unumquodque pie affectum ad Christianam fidem ratione prudenter considerante uerisimilia aut probabilia quædam argumenta, non solum oportet non contemnere, sed & de cet potius credere sic esse aut gestum, aut factum, quam uis neque scripturis sacris, neque determinatione aut ecclesiæ, aut generalis concilij sit definitum. Et huius generis sunt sanctorum martyrum & confessorum ac uirginum uitæ, miracula & gesta, quæ sunt uel per uniuersam ecclesiam celebrata, uel a uiris probatissimis conscripta, quæ ecclesia non præcipit, non cogit, non definit, oportere nos credere tanquam gesta & miracula in euangelijs scripta, sed proponit tanquam probabilia, uerisimilia, relatione uirorum fide dignorum accepta. Veritas omnino impertinens fidei est, quæ neque ex necessitate, neque ex probabili argumento consequitur ex his, quæ sunt uel in scripturis sacris, uel in uniuersalis ecclesiæ aut apostolorum definitionibus expressa. Falsitas contraria alicui sententiæ primi generis, de heresi suspecta est. Patebunt autem hæc ex sequentibus. Naturalis & moralis philosophiæ documenta sunt fidei impertinentia, quatenus uel a philosophis, uel a gentibus sunt conscripta: multa tamen ex eis sunt de necessitate fidei, quatenus ex scripturis sacris possint uel tacite, uel expresse demonstrari. Naturalis philosophiæ documentum est, causas secundas cooperari primæ causæ operanti, & aliquid etiam

agere

agere, & idcirco non primam causam solam omnia facere. Id ipsum quod ex scripturis sacris discimus, docentibus deum omnium rerum conditorem, ab exordio impressisse creaturis suis uires proprietatesque agendi, ut patet Gen. 1. & 11. capitulis. Deus condidit terram, quæ germinaret, & quæ fructum faceret, & animalia, quæ crescerent, generarent & propagarent. Unde & Salomon deo docente cognouit rerum causas, animalium naturas, herbarum uires, cursus planetarum, dispositiones siderum, 11. Regum 11. & Sapientie 11. Proinde & hereticus est, quisquis pertinaciter asserere presumpserit, creaturas in hoc mundo esse ociosas, & nihil ex uiribus desuper datis operantes, deum solum omnia facere, creaturis solum presentibus & nihil operantibus, & ita hominem per lumen rationis internæ, liberumque suæ uoluntatis arbitrium nihil operari, sed in omni suo motu electionis sese habere, ut patiens diuinæ operationis subiectum. Insuper & hæresis est, asserere pertinaciter deum super his, quæ fiunt in hoc mundo iam esse ociosum, ita ut solum sinat seu permittat res, quas condidit, proprios agere motus. Sic & in moralibus philosophorum doctrinis demonstrantur furtum, adulterium, mendacium, homicidium, falsum testimonium, & id genus alia, esse mala, de quibus dicit Aristoteles, quod mox nominata conuoluta secum malitiam habeant, quæ & sacra theologia docet mala esse. Proinde & hæresis est pertinaciter asserere, aliquod adulterium uel furtum, aut falsum testimonium non esse peccatum: ueluti si quis amator libidinis, defenderet carnalem uoluptatem esse felicitatem hominis, aut pertinaciter defenderet licitum esse adulterium, ut alter uideret homicidium, aut licere furari a diuitibus ad largiendum elemosynas pauperibus. Sic primitiua apostolorum ecclesiæ hæreticum iudicauit Nicolaum ex septem diaconis unum, docentem uxores esse communes, & uiuendum esse secundum carnis desideria, prout libido fert animi. Sic & hæreticum iudicauit Simonem magum, qui negans operationes naturaliter iustas, docebat angelos, quod mundum fecerunt per præcepta huiusmodi operum naturalis legis, deduxisse homines in seruitutem, repromittens se sua gratia liberaturum eos ab imperio eorum, qui mundum fecerunt, ut liberati quæcumque uelint agant, sicuti & mystici huius Simonis sacerdotes libidinosè uiuunt: quemadmodum docet Irengus libro 1. aduersus hæreses Valent. cap. xx. Sed non inde consequens est, quod omnis incorrigibilis fur, aut moechus, aut adulter, aut falsus testis sit hæreticus. Nam & contingit aliquem sic esse pertinaciter criminiosum ex sola deprauatione affectus per libidinem & concupiscentiam deducti in consuetudinem, recto permanente iudicio ipsius intellectus. Ex superioribus patet, ante Cypriani tempora fuisse quidem multos eruditissimos uiros, qui scriplerant contra gentes & hæreticos uolumina eruditionis & doctrinæ Christianæ plenissima, uiri aut apostolis contemporanei, aut ab apostolis ordinati, eorumque successores, mox in ipsis apostolorum temporibus, Christianorum ecclesijs crescentibus in omnem regionem & prouinciã, per totam Asiam, Africã & Europam, ubilibet locorum iam sparsa domini nostri Iesu Christi doctrinæ fama: neque oportet consequens esse, si Gelasius horum libros nominatim non designauerit cum alijs ecclesiæ doctoribus, quod propterea censuerit omnium illorum libros habendos ut apocryphos, aut a lectione ecclesiarum prorsus

t. iij. alienos,

alienos. Sed quia in pluribus eorum libris nonnulli sunt errores respersi, & nonnulli etiam libri falso sub illorum nominibus inscripti, ideo cum ad catholicorum manus peruenerint, singulari quadam cautela sunt legendi, ne intermixti errores accipiantur tanquam sententiarum salutare, & ne credatur mox esse acceptandum, si quid apud eos legitur, quod deprehenditur esse contra communem uniuersalis ecclesie traditionem atque consuetudinem: qui sane errores annis iam multis satis uniuersis ecclesijs innotuerunt, satis etiam a patribus annotati & designati in eorum libris: qui paucis illis erroribus repurgatis, sunt eruditionis doctrinaeque Christianae plenissimi. Quis ergo nonnulla Irenaei, Papiae, Tertulliani & Origenis uolumina non mereant habere locum cum Cypriani, Hieronymi, Augustini, aliorumque doctorum castissime scribentium opusculis, neque tamen ipsi prorsus merentur priuari suo ordine, neque eorum opera cetera sunt ob id respuenda, quorum auctores manserunt usque ad finem uitae in unitate pacis ecclesiae. Nam & ipse Cyprianus in quibusdam errasse deprehenditur, ipse quoque Gelasius in praefata decretali nonnulla Origenis opuscula suscipienda esse & legenda decernit, reliquis, in quibus ipsum notauit beatus Hieron., cum suo auctore repudiatis.

Caput II. in quo demonstratur ecclesia esse una, aperiturque via internoscendi illam.

IAM operepretium est considerare, quoniam sit uera Christi ecclesia, & apud quos sit. Et partiemur caput istud in duas partes, in quarum una ostendemus, quae & qualis sit Christi ecclesia, & quae sit una ab initio mundi. In secunda demonstrabimus, ubi & apud quos sit huiusmodi ecclesia. Primum igitur sciendum est, quod inter haereticos & ueros Christianos uetus est haec controuersia, ubinam & apud quos sit uera Christi ecclesia, duabus praesertim ecclesijs inter se differens, & utrisque asserentibus, se uelle in fide saluatoris lesu permanere, in euangelicis apostolicisque doctrinis, in uera Christi fide, in religione Christianorum. Nam & ab exordio semper haeretici sunt conati defendere ueram Christi ecclesiam apud se permanere. Sub Tertulliani & Irenaei temporibus haeretici, a uera se ecclesia separantes, apud se esse ecclesiam dixerunt. Sic olim (ut inquit Cyprianus in epistola ad Iubanianum) Nouatianus simiarum more, quae cum homines non sint, homines imitantur, uoluit ecclesiae catholicae auctoritatem uendicare: & cum ipse in ecclesia non esset, sed contra ecclesiam rebellis foret, hoc unum sibi uendicabat, quod caeteros faciens haereticos apud se esse ecclesiam defendere praesumeret. Sic & Augustinus contra Donatistas eadem docet suo ipse accidisse. Controuersia (inquit) haec inter nos est, ubi uera sit Christi ecclesia, utrum apud uos, an apud nos. Quatenus ergo ualeamus ad huius rei intellectum peruenire facilius, primo de significatione nominis ecclesiae uideamus, ostendentes unam & eandem esse ecclesiam dei a principio mundi usque ad consummationem saeculi. Ecclesia interpretatur conuictus seu coetus, a coeundo seu conueniendo in unum. Per ecclesiae nomen multorum hominum communitas, unitas, seu potius unanimitas designatur. Ecclesia enim generaliter secundum institutionem accepto uocabulo, est multitudo hominum consentientium in unum, aut conuenientium in unam aliquam societatem, ueluti cum dicimus ecclesiam

ecclesiam Christi, significamus eos, qui conueniunt in Christo. Et cum dicimus ecclesiam sathanam, significamus eos, qui conueniunt & consentiunt in sathanam, quam & scriptura nominat ecclesiam malignantium, & ecclesiam impiorum. Ecclesia autem sancta, est multitudo, quae sancta unitate letatur: unitate intellectus non secundum congregationem in unam patriam aut prouinciam, in unum corporalem locum: sed secundum unionem unius signaculi fidei, unius spiritus uiuificationis in omni loco & gente, siue se facie nouerint, siue non nouerint. Esse in hac ecclesia non exigit certum locum, non tempus, non patriam, non gentem, aut congregationem, dicente scriptura: Non est distinctio Iudaei & Graeci, non est acceptio personarum apud deum, sed in omni gente & loco qui timet deum, acceptus est illi. Unde & appellatur ecclesia catholica. id est uniuersalis, generaliter extendens palmes suos in quolibet loca & tempore, praeterita, praesentia, & futura, secundum seriem successionis nascentium & decedentium, continuata sub uno duce inuisibili deo, in unitate fidei & religionis. Hisce nominibus interpretationibus intellectis, opere pretium est declarare unam esse ecclesiam Christi, quae secundum seriem successionis continuata est a principio mundi, usque in consummationem saeculi. Quod intelligere facile erit considerantibus fundamenta Christianae fidei. Adam & Eua cum ciues essent paradisi, fecerunt se seruos sub potestate diaboli, permissentque in eternum & ipsi & eorum posterum, nisi humano generi prouidisset gratia dei, segregantis eam, quam praedestinauit ecclesiam, Christi sanguine tunc redimendam de potestate diaboli. In Abel & Cain filijs Adae atque Euae, coepit dei ecclesia esse distincta ab ecclesia sathanam. Ab Adam, Abel iusto Seth & Enoch continuatur ecclesia dei usque ad Noe. Sub Noe declaratur manifestissime, dum ipsa ab ecclesia sathanam diluuium absumpta, in arcam segregata seruat, in uento Christo gratiae fundamento, quemadmodum deus ipse testatur: Noe inuenit gratiam coram me. Vbi cum adhuc parua & modica esset post diluuium, rursum ecclesiae diaboli in filijs Noe, in Cam uidelicet & Chanaan resuscitatae, corporaliter permisceat. Inde secundum successionem deuoluta usque ad ad domum Abraham, sub quo per datum sensibile fidei signaculum iterum manifesta, & ab ecclesia sathanam secernitur, tam per Noe arcam, quam per Abraham domum figurata, qualis futura esset in posterum. Abraham cum septuaginta quinque esset annorum, diuino dignus habetur eloquio: & quemadmodum dicitur Gene. xij. iubeat egressi de terra sua in terram Chanaan, accipiens promissionem benedictionis futurae in uniuersas terrarum cognationes. Ab hoc anno septuagesimo quinto Abraham usque ad egressum Moysi, gentisque Hebraeae ex Aegypto, suppurantur anni 430. de quibus Exodus xij. & ad Galatas v. De Abraham per traducem successio, non tam secundum carnalem propagationem & circuncisionis signaculum, quam secundum imitationem fidei ecclesia deriuatur in Isaac, Iacob, caeterosque patriarchas, qui pauci numero, utpote in animabus septuaginta duabus, descenderunt in Aegyptum, ubi & eiusdem ecclesiae membra honorabantur sub Ioseph super Aegyptum principe constituto. Ibidem multiplicati sunt ualde eiusdem ecclesiae filij: inter Aegyptios quidem corporaliter conuersantes, fide tamen & religione ab Aegyptijs segregati. Unde & tandem sub dura seruitute Pharaonis

Membra ecclesiae non loco conueniunt, sed spiritu & fide

Interpretatio nominis catholicae.

Lib. 4. epist.

Contra epist. Petilian. cap. 2

Interpretatio nominis ecclesiae.

nis, molientis hanc ecclesiam dei extinguere, persecutionē passi, profitebatur sese conuenire cum illa fide, cum illa religione & ecclesia, quæ olim ante se fuerat. i. cum Abraham, Isaac, & Iacob, deum suum uocantes, deum Abraham, deum Isaac, & deum Iacob. Huiusmodi ergo ecclesia sic in unitate fidei eiusdem secundū successionis seriem, ab Abel continuata usq; ad ingressum filiorum Israel in Ægyptū, & exinde in unam quandā rempublicā diuinitus congregata, rursus ab impijs segregat, deduciturq; ex Ægypto per mare rubrū sub Moyse duce, cui loquebatur deus facie ad faciem, sicut homo ad amicū suum loqui consueuerat, ubi & institutis ministrorū dei, sacerdotū, pontificū, Leuitici generis ordinibus, acceptis a deo iudicijs, ceremonijs, & sacramentis Christi nascituri, per signa & prodigia declarat eisdē Moyse cathedra esse ueri dei cathedra, sub qua & tanta & tam ampla fuit respublica, ut numerus filiorū ecclie potentium ad bella procedere, a xx. anno & supra, ascenderet ad tria & sexcenta milia uirorū, quingētos & quinquaginta, exceptis uiris de Leuitica tribu, quorū officium erat nō bellare, sed esse in ministerio dei, in tabernaculo foederis, quemadmodū docet scriptura in lib. Numer. cap. 1. numeratione facta sub Moyse, Aaron, & xij. principibus filiorū Israel. Ex Ægypto igitur translata dei ecclesia, & deducta per desertū, transplantat tanq; uinea electa in terrā promissam Abraham, ubi in unam rēpublicā congregata, coepit crescere sub ducibus, iudicibus & regibus: sed & illic increffata, impingua, dilatata, oblita est dei creatoris sui, & derelinquens illū conuersa ad gentiū idola, attritionibus, persecutionibus, bellis & captiuitatibus diuinitus exerceat, uarijsq; beneficijs expectata & prouocata ut faceret uuas, fecit labruscas, contemnens prophetas & iustos ad se missos: in tantū demum uenit odiū ueritatis & abominationem iustitię, ut occideret iustitię authorē Christum ad se missum, reprobans uerum angulārē lapidē uerumq; fundamentū: facta est eadē Iudæorum synagoga absq; fundamentō & schismatica, & abscondēs se a uero suo capite, repudiāns uerum suum ducem, non amplius habet uerę spiritum uitę, neq; inhabitat uerā dei ciuitatē, neq; tenet uerā Moyse cathedrā, neq; uerū altare, neq; uera sacrificia, neq; uerum sacerdotiū, quemadmodū diuinitus inspirati prophete de illa iam olim prædixerūt: q̄ sit, ut deus iam odio habeat caendas, solennitates, uictimas & sacrificia plebis Iudaicę, quę sane plebs iam olim sicut Sodoima & Gomorra perijisset, nisi dñs Sabaoth reliquisset semen, conseruās ex illa aliqd iustorū genus, in qbus permaneret uera dei ecclesia, cui coagularent gentes, in qua & conseruatu intelligeret semen Israel, & spūalia ciuitas sancta Hierlm, cui & deus in prophetis loquutus est: Non te deserā, neq; derelinquā. Nunq̄ mulier potest obliuisci infantē: &c. Et si illa oblita fuerit, ego nō obliuiscar tui. Hoc aut iustorū genus est ecclesia ap̄torum cætorumq; Iudæorū credentiū in Christū, per quos ab Hierlm coepit uera Chri ecclesia crescere in oēs gentes per unum semen Christum Iesum, copulantem utrumq; populum in unum, ut non amplius ueri sacrificij locus sit constitutus in sola Hierusalē Iudæorū terra, sed in omni loco & gente, iuxta Zacharię uaticinium: Ponam Hierusalem in omnibus gentibus. Ex his infero aliquot

Cathedra
Moyse.

Iudæorū synagoga facta schismatica, exuta est oibus spūalibus donis

Cui ecclesie factę sint p̄missiones.

conclusionēs. Prima est: Ecclesia, quę coepit in Adam, Eua, & Abel in hæc usq; tempora manet, neq; desijt unq̄, neq; transijt in aliam ecclesiā, suam deserens: sed ecclie cæterę, ab ipso deo alienę, transeunt in istam, dum gentes, q̄ erant in ecclia satanę, illam deseruerūt, iungētes sese deo Abraham & apostolicis uiris, patriarchis & prophetis. Et ita ecclesia spūalis Iudæorū ab ecclesia carnali Iudæorū expulsa, creuit in gentē magnam. Secūda conclusio: Hęc diligēter considerata, multū per oēm modum conferunt ad intellectū scripturarū, quę inter sese pugnare uident, quibusdā dicentibus domū Israel & domū Iacob deserendam, & fore sterilem: alijs uero dicentibus, domū Iacob neq; relinquendam, neq; fore unq̄ in obliuione apud deum, sed futurū ut germinet quasi lilium, & extendat palmites suos a mari usq; ad mare, & in oēs fines terrę. Deserta est carnalis domus Iacob, persistens in legis litera: creuit domus spūalis Iacob in gentem magnā. Tertia conclusio: Vna & eadē ecclia idcirco dicitur catholica, q̄a uniuersalis est, extendēs palmites suos in tpa quęlibet & loca, ut nō sit affixā aut determinata ulli loco, ulli regioni, ulli gēti, aut familie. Quocumq; fueris loco constitutus, scdm regulam nr̄i saluatoris, in uno p̄ris, filij & spūs sancti noie baptizatus, per spūitū charitatis membrū es ecclesie. Quarta conclusio: Quemadmodū humanū corpus suas habet temporū ætates, uicissitudines, suaq; augmenta, tam secundū membrorū quantitātē, q̄ secundū sensuū & discretionis incrementa, suis insuper uestit cibus, nūc istis, nūc alijs, nunc lacte, nunc solido cibo: ita & ecclesia, quę tanq; unum est corpus, una ciuitas, sua habet tpa, suas ætates, & ætatum accessus, suaq; incrementa & status. Ante legem modica erat & paruula, sub lege aut aucta, sub euangelio autē tanq; arena maris in omnes gentes multiplicata, uarijs tñ zizanijs permixta, tandē tota sub gloria, in coelo coronata, absq; macula & ruga. De ecclesia sub hoc statu glorię intelliguntur scripturę, quę loquuntur de ecclesia exhibenda sine macula & ruga, & de tollendis omnibus scandalis de regno dei, & de Hierusalem futura, ut non ultra pertranseat per illam in circūcilus, & q̄ nō erit amplius in ea luctus & fletus, aut timor & metus. Ecclesia aut sub hac peregrinatione constituta, nondū est sine fletu & luctu, nondum sine paleis & zizanijs, nondū sine macula & ruga etiā in membris uiuis. Item secundū sua incrementa suas habet leges, suos pædagogos, sua alimenta. Proinde & modus quidam uiuendi congruebat primitiue ecclesie Christi, qui nunc ecclesie nō conueniret, & econtrario: congregato nunc populo Christiano in unam rempublicā, modus quidā expedit hoc tpe, q̄ tunc nō conueniebat. Et idcirco nō oportet ritus in ecclesia Christi primitiua obseruatos a nobis seruari. Inter initia fidei omnes docebant. Omnes de clero (inquit Ambrosius in commentarijs epist. ad Ephe.) baptizabant, quibuscūq; diebus & locis & temporibus fuisset occasio. Neq; em̄ Philippus tempus quæsiuit aut diem, q̄ eunuchū baptizaret, neq; ieiuniū interposuit. Adhuc præter septem diaconos, nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret atq; multiplicaret ecclesia, oibus de clero inter initia concessum est & euangelizare & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est ecclesia, ex tunc constituta sunt con-

Quo domus Iacob, et q̄sio perpetuo per mansura

Ecclesia sua habet incrementa & ætates quō corpus humanū

uenticula, & rectores, & officia in ecclesia sunt ordinata, ut nullus de clero, q̄ ordinatus non esset, auderet præsumere officium, quod sciret sibi nõ esse creditum uel concessum. Et ita coepit alio ordine & prudentia gubernari ecclesia, quia si oēs eadem possent, irrationabile esset, & uulgaris res. uilissimæq; uideretur. Hinc est, ut nunc neq; diaconi in populo prædicant, neq; clerici, neque laici baptizant. Hactenus Ambrosij sententiæ. Sic & inter ipsa fidei initia oēs, qui ex Iudæis credebant, uiri & mulieres erant pariter, & oīa habebant coīa, possessiones & substantias uendebant, & illa oibus diuidebant, prout cuique opus erat. Sub initijs Christianæ fidei, oēs quidem Christiani spiritu sancto pleni sic faciebant, iungentes se in congregationem apostolorum; sed non inde consequens est, oēs credentes sic oportuisse facere. Nam in illis primitijs credentium, secundum traditionē sanctorum patrum, docebatur status perfectionis religionis. Qui primū inter Iudæos crediderūt, ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymitana, tam capaces (inquit August.) extiterunt spūs sancti, ut oīa sua uenderēt, eorumq; precium indigentibus ante apostolorum pedes distribuendū ponerēt, seq; totos dedicarēt deo, tanq̄ templum nouum, cuius terrenæ imagini, hoc est, templo ueteri seruibāt, qđ nullas gentium ecclesias fecisse scriptum est, quia nõ tam prope erant, quæ simulachra manu facta habebant deos. Hæc ille iij. lib. de doctrina Christiana. Bonū erat, quod siue Iudæi, siue gentes faciebant, qđ de sua substantia Christo ac discipulis necessaria ministrabant: sed melius erat qđ faciebāt, qđ oēm substantiā dimiserunt, ut expeditiores eundē dñm sequerentur. Proinde Martha & Lazarus, Maria, Zachæus, Ioseph ab Arimathæa, Simon leprosus, cæteriq; de sua substantia ministrantes Christo, non fuerunt in abrenunciatione temporalium rerum pares ap̄lis, qui nõ solū animi affectu, sed & abdicatione proprietatis & dominij reliquerunt omnia. Vnde & ex eisdē apostolorum actis patet Christianos habuisse se proprias possessiones & domos. Simon coriarius, apud quem multos dies morabatur Petrus. Item discipula noīe Tabitha, plena operibus bonis & eleemosynis. Cornelius centurio religiosus ac timens deum, Philippus euangelista, qui erat unus de septem. Ecclesie quoq; per loca & ciuitates constitutæ, nõ ponebant pretia ante pedes apostolorum, oibus quæ habebāt uenditis. Neq; ipsi apostoli imponebant baptizandis, ut possessiones & domos uenderent, sed tantum ut poeniterent, crederent euangelio, & baptizarent. Zachæus iustus, non totū, sed dimidium largiens pauperibus, commendat, & dicitur ei: Iam salus huic domui facta est. Paulus qđ ad discipulum suū loquens Timotheum: Præcipe (inquit) diuitibus huius seculi non alta sapere. nõ dixit: Præcipe diuitibus huius seculi oēs possessiones & domos uendere, & dare pauperibus. In ecclesia dum Christus uisibiliter uiuere, nõ opus erat uicariū gñalem ceteris apostolis prælatū constituere. Cum aut̄ iam secundū corporale cōuersionem abcessurus esset ex hoc mūdo ad patrē, ut scismatis tollere occasio, expediebat eidē ecclie uisibile habere uicariū toti ecclesie præfectū. Sic alias leges aliosq; ritus lex olim uetus habuit, alias nunc lex noua. Ecclesia illius legis indigebat sacramentis significantibus seu promittentibus, nunc uero

Oēs credentes ex Iudæis oīa in initio habebant coīa.

Actuum 10. Act. 9. Act. 10. Actuum 11.

Lucæ 19.

1. Timot. 6.

opus

opus habet sacramētis, quæ sunt rerum significantarum & exhibitarum testimonia. Ante legē in gradibus consanguinitatis & affinitatis nonnulla coniugia erāt licita, quæ adueniente lege Moyfi amplius nõ licebant. Rursus in lege Moyfi multa in gradibus quibusdā fuerūt coniugia licita, quæ aduenientibus legibus humanis facta sunt illicita: quemadmodū probat August. xv. de Ciuitate dei, cap. xvi. Item in ueteri lege nascebant sacerdotes ex gñe Aaron Leuitæ, neq; poterant ex alia tribu consecrari pontifices: nunc aut̄ oēs ex gñe sunt sacerdotali, dicere Petro ap̄lo: Quia estis (inquit) genus electū, & regale sacerdotium. Ideoq; ex populo (inquit Ambro.) potest fieri sacerdos. Habes igitur secundū alium & alium ecclesie statum, esse alias & alias leges ac consuetudines. Alius erat Ecclesie Romanæ status sub Petro, qñ astiterūt reges terræ & imperatores Romanorum, sequentes aduersus dñm & aduersus Christum eius; alius nunc, cum reges terræ eruditi suscipiunt, intelligunt, uerentur dominū, & Iesum Christū eius. Proinde & aliæ humanæ leges illis, alię istis (inquit Augustinus) conueniunt temporibus. Quemadmodū iam post lapsum humana natura est facta mutabilis, & respublica instabilis & uariabilis: ita & lex humana, quæ pro loco, tpe, causa, ratione, & personarum qualitate est iusta & equa: pro alio loco, tpe, causa, & ratione est iniqua. Sunt quæ secundum locum & tempus fieri pro ecclesia debent, quæ secundum alia loca & tpa nequaquā licent. Quinta conclusio: Ex scripturis constat duas esse ecclesias, unam dei, alteram diaboli: quæ uocantur duæ ciuitates magnæ, figuratę in duabus ciuitatibus, quarum unam ædificauit Abel, alteram Caim, de quibus August. scripsit grande uolumen intitulatū, De ciuitate dei: quarum utraq; tanq̄ corpus quoddā creuit usq; in consummationē seculi. Et quis multæ sint ecclesie diaboli inter se fide falsa, deorum cultu & religione dissidentes, oēs tñ sunt uoluntati sathanæ & desiderijs seruietes. Et idcirco quantum uis uideant inter se contrariæ, oēs sunt una ecclesia sathanæ, quæ tñ semper aduersatur uni ecclesie Christianæ. Nullam siquidē cōdidit deus ecclesiarum distinctionē, cum omnia fuerint condita a deo bona. Sexta conclusio: Ab initio mundi nondū existentibus prophetis & apostolis, fuit ecclesia tanq̄ domus quædam, seu ciuitas fundata super fundamentum prophetarum & apostolorum, hoc est, super Christū, seu (ut ait Ambrosius) super doctrinā ueteris & noui testamēti. Quod em̄ apostoli prædicauerunt, prophete futurę dixerunt. Quamobrem & Christus quidē utriusq; testamenti finis est, utriusq; populi fundamentū, quemadmodū demonstrat Hieron. in commentarijs epist. ad Gala. iij. Ex his ergo manifestum est, ueteris & noui testamenti unam esse ecclesiam catholicam, utriusq; populis habentibus idem fundamentum, idem caput, connexis eodem angulari lapide, redemptis ex eadem captiuitate per eundē saluatorē, uiuificatis per eundē fidei spiritū. Vnde & legitur agnus occisus ab origine mundi, propterea qđ uirtus passionis, sanguinis, & mortis agni huius, fuerit liberationē & eternā salutem operata in cordibus iustorum ab initio mundi credentium, & expectantium illū. Et quemadmodū ex euangelij apostolicisq; doctrinis discimus deū nõ esse acceptorē personarum unius gētis, sed eundē diffundere suā gratiā non solū in

Lib. de correctione Doctarum, cap. 11.

Ephes. 2.

Coicatio populorum no. 8. Vet. testamēti.

Apocal. 19.

Lucæ 11.

mnana

unam religionē & familiam: ita ex ueteris paginæ scripturis intelligimus, etiā sub illis seculis gratiam esse dispersam in alias gentes, q̄ in populum Israel. Si quidē beatus Iob neq̄ fuit indigena, neq̄ aduena populi Israel, sed uel ex Idumæa gente ducens genus, quintus (ut inquit Origenes) ab Abraham, & tertia generatione (si Augustino credimus) posterior, q̄ Israel, ex Idumæa ortus, & ibidem mortuus: uel (ut Hierony. placet) non ex Edom seu Esau, sed ex gñe fratris Abraham, quem & Philo Iudæus dicit accepisse uxorem Dinam filiam Iacob, qui & secundum carnem incircūcisus deo placuit, & secundū spiritum uerus fuit ciuis societatis Israel. Quod diuina (inquit Augustinus) prouidentia factum creditur, ut ex hoc uno sciremus, etiam alias gentes esse potuisse, quæ secundum deum uiuentes, pertinerent ad societatem spiritualem Israel, & ad semen Abraham: non carnaliter, sed quemadmodū Apostolus ait, spiritualiter intellectum: ad quod pertinent oēs, qui aut habent, aut habuerunt fidē Abraham in unum saluatorem, etiam quis secundum faciem populum Israel non nouerant, quos deus uocare & illustrare dignabatur, nō solum coagulando eos Iudæorū populo per circūcisionis signaculum, quod nondū quemadmodū nunc baptismus, erat uniuersale sacramentū omni nationi præceptū: sed & inserendo illos ecclesie Iudæorū per fidem ubi placuit, quod facere etiam absq̄ uisibili sacramento potuit. Itaq̄ sub tpe legis datæ, etiam potuit populus de aliena gente, nō subiectus eiusdem legis ceremonijs, absq̄ circūcisionis signo saluus fieri: sed non absq̄ uirtute, in eisdem ceremonijs adumbrata. Et ita populus ille circumcisus, quis non complecteretur totam dei ecclesiam, sic tamē suis ceremonijs cœlitus datis, figurabat illam Christi sanguine redimendā, ut quisquis extra fidem & spem illi populo promissam uitam ageret, membrū non esset ecclesie. Septima conclusio: Quamuis ante legem & ante circūcisionem datam, nondum fuerit ecclesia dei per uisibile sacramentum ab ecclesia sathanæ neq̄ separata, & in unam rempublicā congregata, neq̄ ullis adhuc uisibilibus distinctionum signis & ceremonijs figuraliter significata, semper gñ ipsa fuit ab ecclesia sathanæ fide & religione distincta. Vtrum autē ante Abraham & ante diluuium fuerit contra originale pctm̄, ullum corporale seu uisibile signum, quo homines coagulabant ecclesie, sicut circūcisio postmodū erat Abraham imperata, & sicut nunc per baptismum hoies adgenerant ecclesie, sacra tacet scriptura, sacrificasse tamen illos, & inuocasse nomen dñi. i. Iesum non tacet. Sunt qui dicunt cum beato Gregorio: Quod ualeat apud nos aqua baptismatis, hoc egit apud ueteres, uel pro paruulis sola fides parentū, uel pro maioribus uirtus sacrificij, uel pro his, qui ex Abraham stirpe prodierant, mysterium circūcisionis. Sunt alij, qui dicunt solam fidem non suffecisse unq̄ sine sensibili signo per intentionē directam & applicatam paruulo. Et hæc uidetur Augustini sententia, lib. xix. contra Faustum dicētis, in nullum nomen religionis siue uerum, siue falsum coagulari hoies possunt, nisi aliquo signaculo, seu uisibili sacramento consortio colligentur. Sed nec hæc Augustini sententia forsitan conuincit, ante circūcisionē oportuisse pro spiritali paruulorū regeneratione adhiberi sensibile signum. Nam aliud est, in nomine

de Ciuit. der. cap. 47. To. 4. in que sti. sup Gen.

Loco iam citato.

Vtrū aut diluuium fuerit corporale si gnum contra pctm̄ originale.

4. Moralii. cap. 1.

Cap. 11.

nomine Christianæ religionis coagulari: quod fieri nō potest sine sensibili signo, quo ut talis appareat nominetur: aliud est ex terrestri uita in cœlestē regenerari, quod fieri potest deo intus inuisibiliter operante. Vtrum ergo in ueteri lege pro his, quibus circūcisio præcepta nō erat, solus fidei motus a parēte in salutem paruuli directus suffecerit, quemadmodū sentire uidetur Bernardus, an potius necessaria fuerit sensibilis quædā protestatio fidei paruulo applicata, quia sacra tacet historia, nō temere conuenit definire, nec oportet unā aut alteram sententiam contemnere, cum scire sufficiat, neq̄ paruulum, neq̄ uultum potuisse unq̄ ex ecclesia sathanæ fieri uiuum membrum, nisi per gratiam dei miserentis in fide tacita uel expressa Christi redimentis, & hanc fidem nullo unq̄ tempore defuisse ecclesie, quemadmodū docet Paulus nos habere eundem fidei spiritū, quem & illi. Sed & hic sciendum, quemadmodū ecclesia Christi sua habet incrementa, ita & fides. Sic docuerūt uenerabiles patres, Augustinus, Gregorius & Bernardus, docētes secundum incrementa temporum creuisse fidem atq̄ scientiam spiritualium patrum: qui quanto uiciniore aduentui dñi extiterunt, tanto mysterium redemptionis plenius percepunt: qd̄ facile poterit persuasum esse nobis considerantibus diuersos ecclesie status. Primus post diluuiū ecclesie status fuit a diluuiū usq̄ ad Abraham, cui repromissionē accipienti aliquid plus de Christo est reuelatū. Secundus fuit ab ortu Abraham usq̄ ad Moysen sub p̄ribus & patriarchis: Abel, Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, de quibus dicit ad Moysen deus: Nomen meum adonai non indicaui illis. significās de nomine dei tetragrammaton, quod est Iesus, aliquid plus indicatum esse Moysi, q̄ patribus prædecessoribus, quis & ipse Abraham fuerat habitus dignus diuino eloquio, quo nouit ex se futurum semen, in quo benedicerentur oēs gentes. Tertius ecclesie status fuit in eremo & in terra promissionis sub Moysē & Iosue alijsq̄ iudicibus, usq̄ ad Saul regem primum Iudæorū. Quartus ecclesie status fuit sub regibus usq̄ ad regni Hebræi diuisionem. Quintus ecclesie status fuit deinde post mortē Salomonis, sub regni Hebræi diuisione in duo regna, in regnum scilicet Iuda, continens duas tribus, Iudæ uidelicet & Benjamin, & in regnum Israel, uel Samariæ, quod erat reliquarū decem tribuum. Sub hoc statu uiguerunt prophete, fuit quoq̄ translatio regni Israel in Medorum & in Persarū montes sub Salomanasar & Sennacherib Assyriorū regibus. Iste status describitur in iij. & iij. lib. Regum, & in ij. Paralip. Sextus ecclesie status fuit sub reditu filiorū Israel ex Babylone, sub ducibus & pontificibus, q̄ describitur in libris Esdræ, Neeemie, Hester, Iudith & Machabæ. Septimus ecclesie status fuit sub regibus alienigenis, ablato scepro de Iuda, appropinquante aduentu Messie, in quē pendebant omnia prophetarū uota, qui & sub hoc statu natus fuit eiusdē fundator ecclesie, in qua natus est, iuxta Prophetam: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. De quo & idem Propheta: Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Hic est altissimi filius, altissimo deo patri æqualis & cōsubstantialis, ab initio una cum illo iustitiæ gratiam operans in omnibus ueteris legis hominibus expectantibus se, loquēs tunc in patribus & prophetis,

Greg. homi. 10. sup Ezechielem. Bernard. 77.

Octo status ecclesie.

Psalmo 26. Psalmo 45.

Hebr. 4.
Philip. 1.
Luca: 1.

Ephesi. 4.

Math. 12.
Ioan. 21.
Math. 18.
Ioan. 10Ecclesia
post Chri-
stū noua &
apostolica.

nouissime ex alto descendens, serui induit formam, propria persona uisitans eandem ecclesiam suam, loquens ore proprio, apparens in carne mortali, in qua exoluit debita peccatorum ueteris Adg. & oim filiorum eius, aperiens ianuam celestis regni, olim clausam oibus expectantibus illum, completis redemptionis nostre officijs remeans in aliu, captiuamque sectam ducens captiuitatem ex inferno liberatam, relicto ecclesiae in terris uicario, cui clauis tradidit regni caelorum, potestatemque ligandi & soluendi in terris, quae soluta & ligata essent in caelis: largiens eidem ecclesiae in apostolis potestatem remittendi & retinendi peccata. Octauus ecclesiae status incepit post ascensionem, dum ipse eandem ecclesiam in terra iudeorum adhuc modicam & paruulam a se fundatam, induit fortitudine ex alto, faciens eandem ex apostolis paucisque iudeis creditibus crescere in gentem magnam, inferens & coagulans populum gentium ecclesiae iustorum iudeorum. Proinde iusta ratione sub hoc statu ecclesia dicitur noua Christi ecclesia, & primitiua ecclesia, apostolica ecclesia, initium sumens ab Hierusalem, super petram fundata, eo quod sub eadem ecclesia in hoc statu uerum iam fundamentum est datum, uerus angularis lapis olim promissus, iam est positus, connectens gentium ecclesiam cum ecclesia apostolica. Dispensata sunt omnia linguarum dona pro omnibus gentibus in unitate fidei congregandis, declarata sunt adimpleta esse omnia prophetarum oracula, & reserata omnia olim in umbris ac figuris abscondita atque uelata, lex spiritus uitae in cordibus & uisceribus est scripta, repudiata usque in finem incredula iudeorum synagoga. Unde congrua ratione ipsa huius status appellatur finis saeculorum, & nouissimum tempus, siue dies nouissimi, propterea quod hic est finis atque interitus reipublicae iudeorum, & temporis atque sceptri eorum, in quo sine omne ipsorum bonum euauit, & uenit super eos horribilis nox tenebrarum, postquam repudiauerunt Christum ueram lucem, quae irradiat totum mundum. Una est igitur sancta dei ecclesia, quae successione nascentium & decedentium continuatur a principio usque in consummationem saeculi, secundum quod diuinitus inspirati prophetae olim de illa praedixerant: cuius ecclesiae unio, seu conuentus accipitur non secundum concursum in unitatem loci, sed secundum concursum in unitatem fidei, sub uno deo, sub uno humani generis redemptore. Sed uidebuntur forsitan supra dictis obuiare argumenta. Primum: Christus est ecclesiae caput & angulare fundamentum, non secundum diuinam, sed secundum humanam naturam: cum ergo ecclesia non potuit unquam esse sine capite & sine fundamento, consequens uideetur non fuisse unam & eandem ecclesiam Christi, antequam nasceretur Christus. Unde & ipse factus homo in fine temporis, promissit se aedificaturam ecclesiam suam supra petram, subindicans tunc ecclesiam nondum inchoatam. Secundum: contra epistolam Petiliani demonstrat Augustinus scripturam testimonij, ecclesiam ab Hierusalem incipere, & illinc crescere in omnes gentes; non potuit igitur ecclesia esse priusquam esset Hierusalem ciuitas terrena. Tertium: iudeorum synagoga, quae olim fuit ante Christum, praeiudicat in scripturis deferenda & repudianda, Isaie 1. & Matth. xxiii ait Christus ad ecclesiam iudeorum: Ecce relinquetur domus uestra deserta. Deinde & Christus in hunc mundum ueniens, dicitur fecisse

fecisse omnia noua, deiecit lapidibus, fundamentis, & aedificijs ueteris ciuitatis, legiturque fecisse nouum aedificium, nouos lapides, nouos parietes, legem nouam, mandatū nouum, ut noua quaeque sint cantica. Legitur & ecclesia noua esse ciuitas, de caelo descendens. Quarta obiectio: Illius ueteris legis ecclesiae nulla est unio seu identitas cum ea, quae nunc est, neque secundum materiam, neque secundum formam. Non secundum materiam quidem, quia tunc fuerunt alia ecclesiae membra, quae nunc sunt: neque secundum formam, quia tunc alius spiritus, quam nunc: tunc spiritus seruitutis in timore, nunc spiritus adoptionis filiorum: alia lex, alia praecipita, alia sacramenta, aliud sacerdotium, alia uiuendi & regendi forma, alij ritus, aliud praemium, quam nunc. Secundum doctrinam Pauli apostoli, tunc erat lex mortis, ministratio damnationis, lex iram operans, lex occidens, uirtus seu fortitudo peccati, lex posita non iusto, sed impijs & adulteris. Lex autem euangelij, dicitur lex pacis & gaudij, intus scripta in uisceribus cordis. Praecipita illius ecclesiae dicuntur esse non bona praecipita, sacramenta in illa ecclesia fuerunt umbrae & figurae, fuit & illic graue iugum, uile ac temporale praemium. Huius autem ecclesiae dicuntur sacramenta gratiae & ueritatis, numero paucissima, iugum suauis, onus leue, magnum in super & inenarrabile praemium, utpote regnum caelorum. Videtur igitur in ueteri lege ecclesia, non posse eadem esse cum ista. Ad primam obiectionem dicimus ipsam non concludere, procedit namque tanquam fundamentum, caput, & angularis lapis, acciperent quemadmodum accipiuntur in corporalibus secundum partium, ordinemque positionis corporalis, cum tamen omnia ista constructio, et membrorum ecclesiae compago, fundamentique positio, metaphorice intelligantur secundum fidem in creditiū cordibus. Christus cum nondum factus esset homo, fundamentum erat in cordibus iustorum per spiritum fidei in lesuim, tunc futurum liberatorem. Et huius uirtute, quia tunc aderat, sustinens spiritualis aedificij onus, defluebant sensus & motus spiritualis uitae in uiua ecclesiae membra, idcirco ratione congrua fundamentum appellatur. Nec sequitur: Christus homo fundamentum erat spiritualis uitae in corde iusti, ergo Christus erat homo. Quia uis enim Christus nondum fuerat cum suis membris eiusdem naturae confors, carne nondum assumpta, & idcirco nondum uera uitis eiusdem naturae cum palmitibus, per ipsum tamen erat eadem in membris ecclesiae uita, eadem fides, idem spiritus uiuificans, eadem diuina uirtus secundum diuinitatem praesens intus baptizans, & purificans in uirtute sanguinis Christi tunc futuri, quibus nondum fuerit omnium horum donorum equalis cognitio, nondum luce euangelice ueritatis demonstrata. Christus ergo non, quia nondum erat filius hominis, idcirco gratiam suam & misericordiam influere in corda suorum electorum minus potuit. Coram deo patre iam erant omnia futura redemptionis nostrae opera, languores, quos ipse filius portaturus erat, uulnera, quibus erat uulnerandus, orationes & lachrymae, iam merita omnia erant illi praesentia, quibus nondum exhibita. Ipse filius iam ab aeterno pro sua bonitate loquutus erat: Poenitentiam ego agam pro homine misero, futurus obediens patri usque ad mortem crucis. Eiusdem igitur Christi & uirtute & meritis praeiudicis, segregata est ab impijs ueterum iustorum ecclesia. Proinde & ipse agnus occisus legitur ab origine mundi. Quod autem Christus

Rom. 8.

2. Cor. 1.

Rom. 4. & 7

1. Cor. 15.

1. Timot. 1.

Christus est & fuit spiritus fundamentum secundum fidem in cordibus creditiū non secundum ordinem corporalis positionis partium

iam factus homo per uerba futuri temporis dixit: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. significat non quod ecclesia sua ante non fuerit, sed quod alterius status & conditionis erat futura, quæ fuerat, dum repudiandis legalibus umbris, & figuris, & signis, ipsa ueritas olim promissa manifestaret non tam ludæis, quæ omnibus gentibus. Et huius consideratione inuenies patres aliquot doctores, ecclesiam Christi initium habuisse ab Hierusalem, intelligentes ecclesiam Christi secundum alterum quendam incepisse statum, sub quo impletur promissio facta patriarchis & prophetis, sub qua iam manifestata luce ueritatis, euascescebant legales umbræ & figuræ. Ex eadem radice soluitur obiectio secunda. Ecclesia nempe ab apostolis in Hierusalem cepta, continuata erat ecclesie iustorum Iudæorum credentium, utpote Simonis iusti, Annæ uiduæ, Zachariæ, Elizabeth, Nathanael, qui expectantes Christum, erant iustificati antequam nasceretur Christus. Gentium autem ecclesia continuata erat Iudæorum ecclesie, utpote apostolorum, & aliorum, qui in Christum crediderunt. Et ita priusquam esset terrena Hierusalem, fuerat ecclesia Christi, quæuis non sub eo statu, sub eaque perfectione, qua coepit ab Hierusalem. Ecclesia Christi fuit ab initio mundi in hominibus a peccatis liberatis, in Adam uidelicet & Eua, in Abel, Seth, Noe aliisque iustis, non tamen a Christo sortiebatur nomen, quo uocaretur ecclesia Christiana, priusquam filius dei æternus fieret Christus. i. unctus, & in carne manifestatus. Religio Christiana antiqua res est (inquit Augustinus) sortita est nomen nouum, siquidem in Antiochia primū uocati sunt discipuli Christiani. Ad tertiam obiectionem dicimus, non totam synagogam Iudæorum esse repudiatam, crediderunt enim Iudæi multi in Christum, utpote apostoli & alij, ex quorum fide & doctrina dei uirtus crescere fecit palmites multos, supra arenam maris innumerabiles, & ita deus non aliam plantauit, sed eam, quæ erat, perfecit in eadem uite, qui dicit: Ego sum uitis uera, uos palmites. Quod autem ecclesia per Christum & apostolos in Hierusalem cepta, dicitur noua ecclesia, significat non quod sit ecclesia alia. i. quæ habeat aliud caput, alium uitæ spiritum, aut quod aliunde hoc habeat, quæ habuerit prior iustorum ecclesia, sed quod impletis iam ueteris legis umbris ac figuris, & luce ueritatis olim promissæ iam manifestata nouo quodam ac mirabili modo coepit apparere in Hierusalem, ut fructum plus afferat, abunde accipiens eundem fidei spiritum, qui subito corda adhuc timida & carnalia prorsus transformauit, induens illa uirtute ex alto, noua quædam mirabiliaque operans in linguis nouis, in nouis sacramentis, in signis & prodigijs nouis, in doctrina noua, quæ diuinitus euangelium, tanquam bonum ac magni gaudij nuncium, docens gratiam & ueritatem per Iesum Christum esse, & adimpletam, & spargendam non modo per Iudæam, sed per uniuersum orbem, donec in omnibus gentibus fuerit manifestata, quemadmodum & olim promissa erat in lege & prophetis, proinde & psallenda esse noua gratiarum actionum cantica de tam copiosa redemptione nobis impensa, Est ergo quodam modo eadem ecclesia, & quodam modo altera: quæ admodum est unus & idem uitæ iustificandæ spiritus, sed nouos effectus operans, nouas plantationes inserens, nouos palmites germinare faciens, dum gentes, quæ non erant in ecclesia iam sunt ecclesie membra: Iudæorum synagoga, quæ olim in ecclesia erat, iam ex parte repudiata, ex parte

1. Reracta.
cap. 11

Ecclesia sp
vna & eadē
manet

Ioan. 3.

parte autem per gentes in omnem terram ampliata: atque ita non inde consequens est non unam & eandem manere ecclesiam, sed eandem esse potius, quæ olim fuit per Christum apparentem in carne ampliata. Unde & propheta hæc in spiritu præuidens futura, ad ecclesiam loquuntur Iudæorum: Dilata locum tentorii tui, ^{Isaiæ 54.} pelles tabernaculorum tuorum extende, semen tuum gentes hæreditabit; ecce accola ueniet, & aduena adiungetur tibi. Quemadmodum non ideo est alia arbor, quod in ea noui prodeunt rami: nec ideo alia est uitis, quod in ea noui generantur palmites, dum manet identitas arboris, & uitis in uirtute trunci & radice: ita non alia sit ecclesia, supra numerum multiplicatis uitis in illa membris, resecatis palmitibus aridis, quæ non uuas, sed labruscas faciebant. Unde & sensus iste ex scripturis manifestus est, quibus comonstratur Christus non aliam plantasse uineam, quæ aliam habeat radicem, alium uitæ spiritum; sed ipsam, quæ erat, auxisse, perfecisse, & in melius commutasse: & malis agricolis perditis. i. Iudæorum scribis & pontificibus, locasse eandem alijs agricolis, episcopis uidelicet ecclesie & apostolicis uiris, quemadmodum in euangelio legitur: Malos male perdet, & uineam suam locabit agricolis alijs; non aliam (inquit) uineam plantabit, sed suam (inquit) scilicet olim plantatam alijs locabit. Confirmat sententiam hæc apostolus Paulus, & propheta. Paulus quidem ad Rom. xi. docens deum non repulisse plebem suam Israel, quam præsciuit, & gentilem populum oleastrum insertum esse illi plebi tanquam bonæ oliuæ, & ita factum esse focium pinguedinis atque radice. Propheta autem in psalmo lxxix. dicens: Uineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentem, & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, propheticos uidelicet & sanctos uiros, & impleuit terram patribus promissam, extendit palmites suos a mari usque ad mare: sed uindecimant eam omnes, qui prætergrediuntur uiam. Et exterminauit eam a perdesylua, & singularis fera depastus est eam. Verum ne uinea ista arbitraretur prorsus deserenda, orat in spiritu prophetico, uineam istam uisitari, & perfici in uirtute filij hominis. i. Christi, ad hoc prædestinati, ut quicumque inuocauerit nomen eius uiuificetur, non pereat, & non discedat ab eo. Deus uirtutum (inquit) conuertere, & respice de cælo, & uide, & uisita uineam istam, & perfice. Perfice (inquit) eam, non aliam institue, perfice dico super filium hominis. i. Christum, quem confirmaisti tibi tanquam uerum & immobile fundamentum. Vides igitur unam & eandem uineam, ubi eadem radices, sub eadem uite & radice Christo, unum fundamentum, idem spiritus uiuificans, unus deus & pater omnium per sanguinem filij liberatoris omnium iustorum, ex eadem fide in eundem Christum. Unde & Iudæa (ut inquit Chrysostomus) secundum deum mater est gentium. Sic enim dicit ad eam deus per Isaiam prophetam: Tunc uocaberis ciuitas iustitiæ, & mater ciuitatum, id est, ecclesiarum. Quod autem dicit saluator: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi uos. significat non quod hoc in antiqua lege præceptum non sit: Diliges proximum tuum sicut teipsum, non quod antiqui sancti non sic dilexerunt se inuicem, sed quod dilectio ista, quæ præcipitur, de ueteri homine faciat hominem nouum, & ita mandatum hoc dicitur nouum, non tanquam tunc prius non fuerit datum, non quod apud ueteris legis iustos non fuerit charitas

Matth. 22.

Isaiæ 1.

Declaratur
qua ratione
dati dedile-
ctione dicant
nouum.

vis donum, in cordibus eorum diffusum per spiritum sanctum: sed quod ad impletionem huius mandati, homines expurgato fermento malitiae & nequitiae ueteris uitae, quae est secundum desideria terrestres seu carnis Adae, in nouitatem uitae spiritualis transformantur, induentes nouum hominem Iesum Christum, ut iam illi uiuant. Vnde & ecclesia credentium in ueteri lege dicebatur etiam noua, propterea quod omnia carnis sanguinis iura, ueterisque Adae desideria exuta, transferat in nouam quandam coelestem uitam. Ecclesia uero, quam Ioannes Apoc. xxi. describit Hierusalem nouam ciuitatem descendente de caelo, dicitur ecclesia in ipso iam iudicio nouissimo constituta, in qua est inuolutio perfecta, charitatis claresque uisione consummata, quae in hac peregrinatione adhuc sub lachrymis & persecutionibus est constituta, fide, spe, & charitate quadam inchoata, donec fides transeat in uisionem, spes in adeptionem eius, quod sperat, & charitas secura & aeterna pace fruatur. Ad quartam obiectionem dicimus identitatem ecclesiarum particularium considerari secundum identitatem formarum, utpote propter eandem fidem, eundem spiritum inhabitantem, propter eandem legem intus docentem & adiuuantem, propter eandem spem uocationis ad eandem coelestem beatitudinem, per eundem redemptorem Christum testificatum in lege & prophetis, & iam datum nobis. Vnde & quae olim fuerunt ecclesiae membra, in hodiernum usque diem manent membra ecclesiae Christi: quae tametsi transferuntur ex ecclesia hic peregrinante, non tamen deserunt esse membra in ecclesia Christi: neque enim perierunt, sed secundum animam mutata sunt in melius secundum carnem reueruata, corpori claritatis Christi configuranda. Et quis illius ecclesiae fuerit foris secus alia uiuendi atque regendi forma, alij ritus, aliaque sacramenta, omnia tamen haec tendebant ad eundem beatitudinis finem obtinendum per eundem Christum redemptorem, secundum eundem spiritum intus uiuificantem & adiuuantem. Quod autem dicitur illa lex esse mortis, lex occidens, iram inferens, aut fortitudo peccati, intelligitur quod lex illa fuerit ludaeis carnalibus horum malorum occasio. Quemadmodum scientia sine charitate inflat, non efficiendo, sed hominibus elatis corde inde occasione sumentibus superbiendi: ita lex illa sine spiritu occidebat, non efficiendo, suggerendo, aut inuitando ludaeos ad peccata, quibus mererentur mortem, sed eisdem ludaeis carnalibus occasione peccandi ex lege illa bona sumentibus. Ad eundem quoque sensum praecipua illa erant non bona hominibus illius ecclesiae absque spiritu fidei & charitatis uiuentibus, ex illa lege non transeuntibus in Christum. Vnde etiam lex decalogi est non bona hominibus uiuentibus absque spiritu fidei. Ipsa etiam (ut Augustinus docet de spiritu & littera) est littera occidens homines absque fide carnales, sub eadem lege coactos. Ex lege autem illa tanquam ex paedagogo transeuntibus in Christum, lex illa sancta est & bona. Proinde & duorum testamentorum distinctio, quae in unitate fidei concordant sub uno duce Christo, non distinctas facit ecclesias, sed unam: non quod ille populus ueteris legis fuerit iste, qui est nouae legis populus, sed quod populi duo fuerint unus, secundum fidei spiritum unus in Christo capite, secundum cor unum & animam unam in domino.

Sequitur pars secunda huius capituli.

Hactenus

Hactenus de ecclesia, quatenus & qualis sit, & quod una & eadem sit ab initio mundi usque ad consummationem seculi: iam considerare conuenit, ubi & apud quos huiusmodi ecclesia sit, & quinam in eadem ecclesia sint, & quod non sint. Quatenus autem haec fiant manifesta, duodecim praemittemus sententias, ad fidem rectam catholicam pertinentes. Prima est: In ecclesia unum quicquid esse dicimus eo ineffendi modo, secundum quem dicimus partem in toto esse, & membrum in corpore suo. Vnde dicitur ecclesia unum corpus, una ciuitas, urbs beata Hierusalem constructa uiuis ex lapidibus, unus panis, unum corpus multi sumus. Et quemadmodum in corpore uno multa habemus membra, non omnia uero eundem habent actum: sic & iuxta Pauli apostoli doctrinam, multi unum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius membra, habentes dona iuxta gratiam nobis datam differentia. Proinde schismaticus est, qui recusat, ut pars seu membrum ecclesiae uiuere & operari. Secunda: Quemadmodum humano corpori plerumque adherent membra aut mortua, aut arida, aut putrida, aut languida, quae interdum sunt res secunda, ne alia membra horum putredine inficiantur: interdum uero toleranda, ne forte si abscedant, totum corpus pereat: quae etsi non communicent cum membris ceteris in spiritu uitae, tamen colligantia quadam uiuis adherent, & idcirco adhuc etiam dicuntur membra, & esse in corpore partes: sic & suo modo sentiendum est de corpore Christi, quod est ecclesia. Firmissime (inquit Augustinus) credas, & nullatenus dubites, aream dei esse ecclesiam catholicam, & intra eam usque in finem seculi si bonos malis sacramentorum communione misceri, & in omni professione, siue clericorum, siue monachorum, siue laicorum bonos simul esse & malos. Ex quo consequens est (inquit) quod sancta ita esse in ecclesia dei, seu in ciuitate dei, ut & ipsi etiam sint domus dei, seu templum spiritus sancti: alios uero esse in domo dei per colligantiam quandam sacramentorum, sicut palea est in frumento. Malos esse in ecclesia secundum quandam ineffendi modum alium, quam gentes corporaliter inter membra ecclesiae habitantes, & ciuilitate cum eisdem conuersantes, negare non possumus, docentibus id scripturis aptissime. Paulus apostolus Corinthiis quendam fornicarium iubet tolli, segregari & foras mitti, donec resipiscat. Non iuberet autem tollere illum & segregare, nisi eum Corinthii intus tolerassent. Proinde & ibidem docet paganos foris esse, & eos non pertinere ad suum iudicium. Deinde & alibi, in magna domo dei esse uasa, non aurea solum & argentea, sed & lignea atque fictilia, & quaedam in honore, quaedam in contumelia. Quod tractans Augustinus lib. v. de baptismo contra Donatistas & doctrina Cypriani, interpretatur apostolum Paulum, per magnam domum non aliud intellexisse, quam ecclesiam, ubi sunt & boni & mali, donec in fine mundi sicut area uentilata purgentur. Item saluator regnum caelorum, id est ecclesiam in hoc mundo dicit esse similem x. uirginibus, & quinque ex eis fatuas esse, quinque prudentes. Rursus regnum caelorum simile est sagene missae in mare, congregati ex omni genere piscium, id est bonos pisces & malos. Item docet ecclesiam Christi esse aream quandam seu horreum, in quod colligitur frumentum, una cum paleis in die iudicii segregandis in ignem inextinguibilem. Item ecclesiam esse uineam, in qua palmites sunt non solum facientes uuas, sed etiam labruscas. Manifestum autem est in praefatis parabolis, neque collegium decem uirginum, neque sagenam, neque

Rom. 12
1. Cor. 12
Apocal. 21.
Roman. 12.

Qui recusat uiuere ut pars ecclesiae est schismaticus.

Deside ad Petrum, cap. 49

1. Cor. 5.
Probat malos esse partem & membra ecclesiae
2. Timo. 2.

Math. 22.
Math. 13.
Math. 13.

Luc. 20

v. iij. arcana

aream, neq; uineam significare totius mundi populum, sed communitatem quandam a populo toto segregatam. Verum quidē est, q̄ ager, quemadmodum interpretatur saluator, intelligitur totus hic mundus, per quem ecclesia dominica fuerat seminanda, sicut & per totum mundum superfemināda erāt zizania, tamen seges ipsa intelligitur ecclesia. Ex scripturis igitur manifestissimis discimus secundum quendam inessendi modum, etiam sceleratos pctōres esse in ecclesia Christi. Hic iam si roges, cur illi pctōres magis dicantur esse ecclesie membra, q̄ hæretici & pagani, ac schismatici, cum sint uacui charitate, & nullum exercent spiritualis uitæ opus, secundum doctrinam apostoli Pauli: Si gaudet unum membrum, congaudent oīa membra: si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Videtur ergo non esse membrum in corpore Christi, quod est mortuum & uacuum charitate, nullum habēs spiritualis uitæ officium. Deinde Apostolus multis in locis iussit non conuersari, nec etiam comedere & bibere cum auaris, ebriosis, & fornicarijs: quō ergo possunt esse unius societatis membra, qui non possunt ullum simul habere commercium: quæ societas lucis ad tenebras? quæ coniunctio Christi ad Beeliam? Tertio, oīs talis cum non habeat spiritum Christi, spiritum habet diaboli, est ergo membrum in corpore diaboli, non in corpore Christi. Vos ex parte diabolo habetis, inquit saluator. Quarto, quomodo possunt in ecclesia esse, qui non habent Christum tanq̄ caput & fundamentum? Non existimo quēq̄ (inquit Augustinus) ita desipere, ut credat ad ecclesie unitatē pertinere eum, qui non habet charitatem lib. 1. contra Cresconiū Grammaticū, cap. xix. Sed hic consideranda est doctrina Pauli apostoli. Visibilia pietatis sacramēta inesse etiam possunt impijs, de quibus dicitur: Habentes formam pietatis, uitæ tatem autē eius abnegantes. sicut sanctum baptisma habuisse legimus Simonē Magum. Pro solutione igitur horum considerāda est doctrina saluatoris, ubi supra docentis in regno cœlorū, quod est ecclesia, etiam fatuas esse uirgines, & in area esse zizania, & in sagena pisces interdum mortuos. Vnde & huius consideratione Augustinus libro septimo contra Donatistas docet, esse in domo dei, seu esse in ecclesia, bifariam dici: uno modo esse in ea tanq̄ membrū in compage iustitie, particeps uidelicet spiritualis uitæ, hoc est, cohærens ceteris membris in spiritu charitatis: alio modo esse in domo dei, siue ecclesia, est adhærere membris ecclesie, sicut palea tritico. Sic oēs, q̄ habentur tanq̄ sacramento fidei uisibiliter ascripti ecclesie, secundū pacem quandam corporaliter cum Christiano populo conuersantes, dicuntur esse in ecclesia, donec uel iudicio ecclesie separētur, uel sua sponte exeant, ipsam ecclesiam continentes, & persequentes. Et ita pagani cum ecclesiam dei uel contemnāt, uel non cognoscant, & non sint secundum eandem uisibilem religionis Christiane & sacramenti formam, ecclesie coagulati, dicuntur nec esse in ecclesia, nec unq̄ fuisse. Hæretici autē & schismatici sua sponte ecclesiam deserunt, & ita exeuntes, ab ecclesia sunt separati. Ceteri autē Christiani pctōres, auari, fornicarij, q̄ in ecclesia carnaliter uiuunt, licet intus separati sint, non colligati unitati spūs & uinculo charitatis, corporaliter in manent coniuncti, cohærentes ceteris membris

secundum

secundum uisibilem quandā Christiane fidei formam. Tales non occultos solum, sed & manifestos pctōres esse in ecclesia negare non possumus, supradictis scripturis sacris manifestissime obuiantibus. Proinde & dicere in ecclesia posse esse pctōres occultos, non autē manifestos, est hæresis Donatistarū, olim sub Augustini seculo damnata a patribus. Docet id Augustinus in epistola ad Donatistas post collationem per totā epistolā, addens hanc doctrinā, non esse ab humano sensu confictam, sed apostolicā, & scripturis sacris fundatā & manifestam ex euangelio & doctrina apostoli Pauli. Ex euangelio quidē per clauas ecclesie traditas, quas ad ligandū & soluendū suscepit ecclesia. Vnde frater peccans in nos, nō ob id mox foris esse legitur, sed tolerat donec primum monitus inter nos & ipsum solum, postea denunciatus contempserit iudiciū ecclesie. Iam ubi contempserit, habendus est tanq̄ ethnicus & publicanus. i. habendus est tanq̄ foris, & a consortio Christiane ecclesie prorsus alienus. Sequitur ergo frater peccantē esse in ecclesia, donec iudiciū ecclesie continens separetur. Item Paulus in 1. epistola ad Corinth. obiurgat illos, q̄ fornicariū quendam publicū in ecclesia tolerabant, iubens illum tolli seu auferri, & extra ecclesiam fieri. Paganos autē et in fideles foris esse, & ita non pertinere illos ad ecclesie iudiciū. In ij, uero ad Corinth. subindicat eundē fornicariū penitentiā peractā rursus receptū ad ecclesie gremium. Ecclesia igitur gladio censure sue seu clauium suarū potestate eiecit ac separat a se quædam sua membra, non q̄ illa adhuc uiua, faciat aut mortua, aut arida, aut esse a spiritu uitę separata, sed q̄ corporis sui communionē subtrahit illis, iam intus mortuis, intus separat, & in sua contumacia persistentibus. Huiusmodi em̄ separatio, eiectio, seu excommunicatio non letifera, non mortalis, sed medicinalis est, uel ei, q̄ eiecit, uel cæteris membris. Et cum in argumento assumitur: Non potest esse ecclesie membrū, q̄d nullo fungitur spiritualis uitæ officio. Respondeo, q̄ in ecclesia per membra sic intus sepeparata, agunt forissecus multa ecclesie mysteria, quæ siue per membra intus mortua, siue per membra uiua fiant, profunt per illos digne sumentibus seu utentibus. Inter ap̄los Iudas, & inter discipulos alij quidā nō ex zelo, sed per inuidiam & contentionem euangelizantes & baptizantes, profuerunt populo in ecclesia tolerati: Ita nō est inconueniens eū qui intus est membrum in corpore seu in ecclesia diaboli, forissecus esse in ecclesia dei, dum neq; contemnens est Christiane religionis ecclesiam aut fidem, neq; adhuc ab ecclesia contemptus est atq; reiectus. Ad testimonia scripturæ dicimus, q̄ iussiones & phibitiones Pauli iubētis, ut abstrahamus nos ab omni fratre carnaliter uiuente, ut neq; cibū cū eo sumamus, neq; potū: causas habēt uidelicet lucrū & custodiā charitatis. Lucrū q̄dē, ut eū, quē uitamus, lucrificiamus, ut cōfusus tandē resipiscat, & spūs saluus fiat: custodiā uero charitatis in nobis, & in cæteris, ne interficiamur ex praua alterius societate. His similibusq; causis cessantibus, cessant (inquit Augustinus) & phibitiones ipsarū. Nam & saluator cum publicanis & pctōribus manducabat, ut eos lucrificeret. Iussit etiam tolerare usq; ad tempus zizania, ne conculcarentur triticū. Scripturæ autem, quæ loquuntur de communionē, conuentione, & societate lucis cum tenebris, intelliguntur de communionē & societate non corpo-

raliter, sed spiritualiter intellecta. i. de communione, quæ est non secundum corporalem, sed secundum spiritualem societatem, qualis est ea, qua aut fouet impietas, aut fauetur eidem, tacendo, approbando, correctionem negligendo.

Deinde & hoc sciendum, quod apostolus Paulus iubens non sumere cibum cum peccatore, sed abstrahere, loquitur toti ecclesie aut Corinthiorum, aut aliorum, quorum officium est, ut per censuram ecclesiasticam coerceant malos & contumaces, quemadmodum cum ait: Auferte malum a uobismet ipsis. Verbum apostoli dicentis: Si gaudet unum membrum, congaudeant omnia membra. plane intelligitur de membris, quæ habent sensum, & motum spiritualis uitæ, qualia sunt membra uiua. Manifesta est itaque ueritas sententiæ primæ & secundæ. Tertia sententia, quemadmodum dominus noster Iesus honorauit suum sacerdotium, & suam ecclesiam apud Iudeos, in cuius cathedra sedebant sacerdotes impij, scribæ & pharisæi, præcipiens leprosis: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Quæ dicitur facite. ita & nunc ecclesia Christi honoranda est, & non ob id deferenda, quod in illius cathedra uideamus interdum sceleratos præsidere pontifices. Proinde quemadmodum in ueteri lege iuxta saluatoris doctrinam, non erat recedendum a cathedra Moysi propter malitiam sedentium in illa: ita nec nunc recedendum est ab ecclesia apostolica, quæ in ea secundum uisibilem sacramentorum faciem, corporalemque conuersationem commixta esse uideamus zizania, sicut in arca Noe animalia munda simul erant cum immundis: quod & saluator, quemadmodum iam diximus, in euangelij demonstrauit, corporalibus exemplis docens, in arca frumentum esse simul cum palea, & in uinea palmites aridos adherere uiti, & in fagina congregari pisces bonos & malos, & inter uirgines euntes obuiam sponso & sponse, quinque esse fatuas, & quinque prudentes. Ex quibus parabolis discimus, in ecclesia dei secundum quandam ineffendi modum, etiam membra esse praua, uitiata, arida, & mortua. Verum in omnibus (inquit Augustinus) tenenda est beatissimi Cypriani plenissima charitatis pietatisque sententia, dicentis: Quantum in ecclesia uideamus esse zizania, non tamen debet perturbari aut fides aut charitas nostra, neque de ecclesia ipsi recedere debemus ob id, quod zizania in ecclesia esse cernimus, quemadmodum ad suos discipulos ait saluator: Nolite eradicare zizania, ne simul conculcetis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, id est usque ad con summationem seculi. Quarta sententia: quemadmodum constat apud ueteris legis populum omnes ecclesias post Moysen professione fidei & religionis, per tempora sibi inuicem succedentes inter se conuenisse, & cum illa ecclesia mansisse, in qua permanebat Moysi cathedra, sicut & Moyses in illa ecclesia manebat, in qua fides & doctrina erat suorum antecessorum, Noe, Abraham, Isaac, ita iam omnes post Christum ecclesias oportet conspirare cum ecclesia, quæ erat in Christo apostolica, quæ erat & ecclesia Petri, Iesu Christi uicarij, cui Christus ex hoc mundo abcessurus delegauit eiusdem sue ecclesie curam, dicens illi: Petre, pasce oues meas. Idcirco ecclesia nunc Christiana est inter illos, apud quos est fides, doctrina, & cathedra apostolica.

Et quemadmodum tunc non poterat esse ulla Christi ecclesia a cathedra Petri segregata, ab ecclesia apostolorum aliena: ita nec nunc potest esse uera Christi ecclesia, quæ se separat & se iungit ab ea, apud quam est Petri cathedra. Nam & spiritus sanctus

Matth. 7.
Matth. 8.

Genes. 7.

Matth. 13.

Non potest
vera Christi
esse ecclesia,
quæ se sepa-
rat a cathedra
Petri.

sanctus remittens peccata, non alibi residet, quam apud ecclesiam apostolicam, cui dixit Iesus: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioannis 20
Hic spiritus copulat & sociat omnia ecclesie membra, non secundum corporalem congregationem in unam patriam, prouinciam, aut regionem, sed secundum spiritualem copulam in uno fidei sacramento, in una professione, in uno grege, in uno ouili, sub uno pastore, sub una cathedra, quæ est & cathedra illius, cui dixit Christus: Tibi dabo clauis regni cælorum, &c. Petre pasce oues meas. Matth. 16: Ioan. 21
Quæ uerba, si Cypriano cæterisque ecclesie patribus credimus, dixit ad omnes futuros tunc præpositos, qui Petro uicaria ordinatione succedunt. Non potest igitur uera esse Christi ecclesia, quæ separat se a Petri cathedra. Quinta sententia: Quæ uis non omnes pontifices, etiam rite ordinatione sedentes in apostolorum cathedra, habeant spiritum, quo ipsi sunt sanctificati & iusti, omnes tamen, quod diu ab ecclesia intus tolerantur, habent spiritum sanctum per eorum ministeria, in ecclesia remittentem peccata. Omnia sacramenta cum obsunt (inquit Augustinus) indigne tractantibus, profunt tamen per eos indigne sumentibus. Christus, cum circumcidendus, & offerendum esset pro illo legale sacrificium, non spernebat sacramenta Iudeorum sacerdotum, non deuicabat Iudeorum templum, quod uocabatur ab illo spelunca latronum, in quod boni & mali intrabant. Unde & ipse cum suo traditore usque ad ultimum uixit osculum. Cyprianus cum auaris & rapacibus, non solum laicis & clericis, sed & episcopis (inquit Augustinus) atque pontificibus panem domini manducabat, & calicem bibebat: nec tamen terrebatur uerbo apostoli, iubentis non commisceri illis, nec cibum sumere; sufficiebat enim illi a talibus corde seiungi, uita & moribus distingui, qui non poterat ab eis corporaliter separari, non poterat communionem eorum in sacramentis dandis & accipiendis uitare. Aliud est currere cum fure ad furandum, aliud est currere cum fure in templum ad orandum, & accipiendum sacrum: aliud est cum adulteris portionem ponere in fauorem uel promotionem adulteri, aliud cum adultero manducare, bibere, & accipere ab eo sanctum. Augustinus in libro contra Cresconium Grammaticum: Si ad hominem baptizandum, & sanctificandum sacramentum, quod accipitur tanto melius est, quanto est melior per quem traditur: tanta erit in accipientibus baptismorum uarietas, quanta in ministris meritum diuersitas. Meliorem igitur baptismum dedit Paulus, quam Apollo, quæ meritis inferior erat Paulo. Hoc autem falsum est & contrarium doctrine eiusdem Pauli, qui huiusmodi errorem describens in epistola 1. ad Corinthios. aduersus eos clamat, qui iam schismata ceperant facere in ecclesia, arbitrantes sacramenta esse inæqualia, propter diuersa ministrorum merita. Cum sit (inquit) inter uos zelus & contentio, nonne homines estis? nonne carnales estis? Et subiicit enim: quænam fuerit huiusmodi contentio? Cur (inquit) dicit quis, ego sum Pauli, ego Apollo, nonne secundum hominem ambulatis? Gratias ago, quod nemi nem uestrum baptizauit, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Non est ponenda in homine spes, sed in eo, de quo dicitur: Hic est, qui baptizat. Et idcirco non est melius sacramentum, quod per meliorem datur: nec deterius, quod per deteriorem datur. Neque enim qui plantat aliquid est, neque qui rigat

Lib. 7. contra
Donatist. ca.
vlt. & in lib.
de unico bap-
tismo contra
Perilianum.

Cap. 6

1. Cor. 1.

sed

sed qui incrementū dat deus. Maledictus qui spem ponit in homine. Sacerdos immundus si baptizat, mundat baptizatus, non ab immundo, sed a Christo, qui intus baptizat in homine. Quid est Paulus, quid Apollo, quid alius quiuis sacerdos, nisi ministri eius, qui intus lauat, intus incrementū donat. Dicimus autē de his latius in libro de libertate Christiana. Sexta sententia: Non idcirco apud hæreticos & scismaticos, aut alios quoslibet sese ab ecclesia Petri separantes, arbitrandum est ueram esse ecclesiam, quæ uera habeat sacramenta, uera quatuor euangelia, unius ueri dei cultum, uerum Christiani signaculum, uera altaris sacrificia. Nam & in his, qui sunt extra ecclesiam, possunt omnia illa esse uera, ipsa tamē nequaquam prodesse possunt ullis extra ecclesiam permanentibus. Extra ecclesiam nulli prodest etiam uerum sacrificiū. Olim prohibuit deus fieri sacrificium extra tabernaculum, cui postea templum successit in Hierusalem, & in utroque ecclesia Christi intelligit figurata: ut sciamus, extra societatem ecclesie non esse locum ueri sacrificij. Verum nunc sicut in omni loco & gente potest sancta esse ecclesia, ita & in omni loco possumus uera habere altaria, uerumque offerre sacrificium in societate ecclesie permanentes. Cum factus est Emanuel dei filius, huius templum simul omnes, & singuli templa (ut inquit Apostolus) sumus sancti spiritus. Cum habemus ad illam corda sursum, eius altaria sunt corda nostra, ei sacrificamus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis, quis sit rationabili lege ab ecclesia constitutum unicum illud magnum sacrificium, Christum per uniuersum orbem quotidie in ecclesia pro uiuis & mortuis sacramentaliter celebratum, non debere fieri, nisi in locis deo dedicatis, & a ministris ad officium id celebrandum consecratis: quemadmodum olim in ueteri lege Dathan & Abiron sua autoritate arripientes thuribula, deo uero obtulerunt sacrificia, sed non ob id recte sacrificauerunt: ita & extra Petri cathedram & apostolicam ecclesiam quis interdum a quibusdam uerus colatur deus, habeantur & nonnunquam uera sacramenta, uera altaris sacrificia, extra tamen hanc ecclesiam, neque salubriter, neque utiliter hæc habentur. Baptisma (inquit Augustinus) apud hæreticos & schismaticos manet ratum, & ab ipsis ministratum, suum operatur effectum in eo, qui aut ignoranter, aut ex necessitate quadam ab illis recepit, si illam retineat ecclesiam, quam Cyprianus non deseruit, qui errore quodam deceptus, hæreticorum & schismaticorum sacramenta esse irrita & inania non pertinaciter censuit. Vera igitur catholica ecclesia est, non extra quam non colitur uerus deus, non extra quam non habent uera dei euangelia, uera sacramenta, uera altaris sacrificia, sed extra quam neque salubriter colitur unus uerus deus, neque salubriter & utiliter habentur uera euangelia & sacramenta. Et ita quemadmodum non omnes sunt salui, qui secundum uisibilem quandam sacramentorum formam in ecclesia colligati, præstant se cæteris secundum conuersationem corporalem similes in ritibus & ceremonijs, ueluti qui sunt palmites arescentes, putridi, non adhaerentes uiti & capiti suo Christo, non manentes foris pinguedinis oliuæ: ita extra hanc ecclesiam nemo (quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet) saluus fieri potest. Septima sententia: Quamuis in his, qui sunt extra

oportet esse ecclesiam, ubi est uerus dei uerum cultum, ubi sunt sacramenta, ubi 4. euangelia.

In epistola 48. ad Vincentium & in libro contra Donatistam & Parmenianum.

tra ecclesiam, uera sunt quæ ministrantur sacramenta, & uera est apud eos ^{Quamuis extra ecclesiam} Eucharistia, uerum chrisma, uerum baptisma: tamen non est apud eos ^{sunt sacramenta, non tamen} membra ecclesie potestas ulla ecclesiastica, non ius utendi sacramento. Erra ^{iurisdicatio.} uit hac in re iam olim diuus Cyprianus: qui etsi recte sensit, tradens baptismum a prauis ministris exhibitum, quam diu in ecclesia tolerantur esse ratum: tamen non recte sensit, tradens sacramentum ab his qui sunt extra ecclesiam, ut pote hæreticis, & scismaticis administratum, esse nullum. Et quia hanc suam sententiam erroneam nondum ecclesie definitione lucidatam, non pertinaciter, sed sub iudicio eiusdem tenuit ecclesie, idcirco in unione mansit & pace. Octaua sententia: Quemadmodum ecclesia a Iesu Christo corporali presentia edificata, secundum iustitiam in lege & prophetis olim promissam, & pollicitam in unitate fidei, & fraternæ societatis colligata fuit ecclesie, quæ sub Moyse erat, propter quod & ipse Christus in scripturis lapis angularis uocatur, utpote connectens utriusque testamenti patres: ita & ecclesia uera, quæ nunc est in terris nobiscum, secundum corporalem presentiam continuatur ecclesie a Christo Iesu in apostolis coeptæ. Vnde & Christus in monte coram utriusque patribus testamenti coelitus transfigurauit semetipsum, loquens cum Moyse, Helia & apostolis, ut significaret se esse unum & eundem, qui olim multifarie multisque modis loquutus in Moyse & Helia, ceterisque prophetis, nouissime loquutus est in suis apostolis & discipulis. Nonā sententia: Ea que nunc est ecclesia ex scripturis sacris inuenitur & certo cognoscitur, & idcirco hæreticis rogantibus nos ubinam sit ecclesia, & apud quos, ubinam inceperit, respondendum est, quemadmodum & olim tradiderunt patres, ecclesia quæ nunc est, ex scripturis sacris querenda est. Omnes prophete loquuti sunt de Christo & ecclesia eius: sed obscurius (inquit Augustinus) dixerunt de Christo, quæ de ecclesia Christi: in spiritu præuidentes contra Christi ecclesiam homines facturos esse schismata, de Christo autem non tantam litem habituros, qui tamen de ecclesia magnas contentiones essent excitaturi. Idcirco illud, unde maiores lites erant futuræ, planius prædictum, & apertius esse prophetatum, ut ad iudicium illis ualeat, qui uiderunt intusque fuerunt, & fugerunt foras. Ecclesia prænuntiatur futura non solum in spiritu, occulta, mathematica, inuisibilis, sed ciuitas magna, ciuitas supra montem posita, que abscondi non potest, ciuitas ad quam fluant omnes gentes, ciuitas cui & denuntiare oportet fratrem peccantem, quam & audire oportet in prælati loquentem & præcipientem. Dic ecclesie, inquit saluator, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Istam ecclesiam dominus noster prænucliauit ab Hierusalem incipientem crescere, donec perueniat in omnes gentes. Prædicabitur, inquit, euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet consummatio, id est finis seculi. Et alibi: Oportebat Christum pati, & in nomine eius prædicare poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma, ut impleretur uaticinium Isaie: De Sion exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem. Sic & Christus suis præcepit apostolis: Eritis mihi testes in Hierusalem, in Iu

Ecclesia non esse inuisibilis scripturis declaratur.

An euāgelii
apostolo
rū fuerit in
toto orbe pre
dicatum.

deā & Samaria usq; ad ultimum terræ, Omnes gentes ueniet, inquit propheta, & adorabunt coram te domine, a solis ortu usq; ad occasum laudabile nomen domini, Dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. In his sacris literis didicerunt, Cyprianus, Augustinus, Hieronymus ecclesiam Christi esse quæ ramos suos & palmites per uniuersam terram extendit. Sunt qui putant prophetiam hanc saluatoris, docentis euāgelium regni in toto orbe esse prædicandum, longo post tempore completam, aut fore adhuc complendam. Sunt alij, qui arbitrantur eam per ipsos apostolos esse completam: sicut Ambrosius sentire uidetur super capite decimo in epistola ad Romanos. Sed huic posteriori sententiæ non consentiunt patres, Origenes & Augustinus, existimantes suis seculis nonnullas fuisse nationes, quæ tunc nouum audierant euāgelium regni seu Christianitatis uerbum prædicari. Vnde Augustinus ad Hesitium: Non ita dictum est apostolis, Eritis mihi testes usq; ad extremum terræ. tanq̄ ipsi soli apostoli, quibus tunc loquebatur, totum mundum fuerint impleturi: sed sicut eis solum uidetur dixisse, Ego uobiscum sum usq; in consummationem seculi, quod tamē ecclesiæ promissum: ita hæc scriptura est accipienda. Hieronymus pro suo seculo sic loquitur: Signum dominici aduentus est, euāgelium in toto orbe prædicari credimus, quod aut iam completum, aut in breui complendū esse ut nullus sit excusabilis. Non enim puto aliquam remansisse gentem, quæ ignoret Christi nomen. Et quamquam non habuerit prædicatorem, tamen ex uicinis nationibus opinionem fidei non potest ignorare. Hæc autem sententiā quibusdam uidetur posse probari ex doctrina Pauli apostoli, qui plane uidetur tradere hanc prophetiam suo tempore fuisse completam, ad Romanos scribens: Fides, inquit, uestra annunciat in uniuerso mundo, & ad Coloss. primo: Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles a spe euāgelij, quod audistis, quod prædicatum est uniuersæ creaturæ, quæ sub celo est. Sed hoc discutere nihil confert ad intellectum præsentis negotij, quoniam euāgelium Christi, si nondum sit prædicatum per omnes gentes, oportet ante finem mundi prædicatum esse. Decima sententiā: Quemadmodum qui de ecclesiæ capite, quod est Christus, a scripturis sacris dissentiunt, nō sunt in ecclesiā, etiam si in locis inueniantur ubi est ecclesiā: ita quicumq; de Christi corpore, quod est ecclesiā, a scripturis sacris dissentiunt, etiam si de diuinitate & humanitate Christi recte sentiant, non sunt in ecclesiā. De Christi corpore quod est ecclesiā, male sentiunt, qui arbitrantur ecclesiam Christi aut esse ubi non est, aut non esse ubi est, ueluti sunt, primum, qui dicunt ecclesiam Christi non posse esse ubi zizania permittuntur crescere cum tritico, ubi fecerati homines permittuntur uiuere in communionem iustorum. Deinde qui dicunt non esse ecclesiam cui præsident pastores, & pontifices, superbi, auari, aut aliter perditis moribus deum stimulant. Tertio qui dicunt ecclesiam Christi non esse, cuius membra, & præsertim pastores & pontifices habent temporalium rerum proprietatem, aut uillas, aut temporales possessiones, & sic de alijs erroribus, quorum doctrinæ contrariæ fuerunt iam olim per uniuersam

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCRY. LIB. III. Fol. CCLX.
niuersam ecclesiam a sanctis patribus creditæ & obseruatae, omni dubitatione femora. Cōtra primum errorem dicit saluator: Nolite eradicare zizania, ne simul conculcetis & triticum, sinite utraq; crescere. Contra secundum dicit: Super cathedrā Moy si sederunt scribæ & pharisæi. Quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere. Contra tertium Paulus loquitur ad Timotheum: Præcipe diuitibus huius seculi non alta sapere &c. Item: Oportet episcopum domui suæ bene esse præpositum, hospitem. Vnde & Christus oculos habuit, in quibus collectam reportaret pecuniam. Paulus laborabat manibus, ut haberet propria quibus uiueret. Si nihil reponendum est in crastinum, inquit Augustinus, cur apostoli sic indigentes sanctorum necessaria procurabant ne quid deesset in posterum. Ex hac sententiā discimus, aliud esse de his qui Christum offendunt per malam uitam, non deserentes tamen fidem: aliud de his, qui Christum offendunt apostatantes a fide, utpote male sentiētes de Christo, aut de illius ecclesiā: utriq; est fidei, & credere in Iesum Christum dominum nostrum, & credere sanctam ecclesiam catholicam. Ex supradictis opponet fortassis quispiam & dicet: Huius temporis ecclesiam Romano pontifici subiectam, non esse ueram Christi ecclesiam, cum sit localis, & diuisa in unum angulum Europæ: Ecclesiā autem Christi secundū supradictam sententiā, oportet esse catholicam, id est, uniuersalem, & per totum mundum dilatam: quam & Augustinus contra Parmenianum, alijsq; in locis plurimū probat oportere crescere usq; ad consummationem seculi. Discipulis interrogantibus de consummatione seculi, respōdebat Christus: Oportet euāgelium in uniuerso orbi prædicari, & tunc erit consummatio. Quod si dixeris iam olim prophetias similes esse completas, & per totū mundum euāgelium esse aliquando prædicatum, sed nunc de cætero mundo ecclesiam perijisse, & in parte Romanæ ecclesiæ in sola Europa remansisse, iam uideris incidere in errorem Petiliani Donatistæ, interpretantis scripturas, q̄ docent ecclesiam per totum orbem diffundi, iam olim esse completas, & orbem terrarum iam apostatasse, & remansisse in parte Donati, in sola Africa. Quam Petiliani interpretationem arguens Augustinus, ex scripturis, docet utrumq; genus, tam triticum scilicet q̄ zizania, i. tam genus iustorū, q̄ generationem impiorum, per totum mundum usq; in consummationem seculi, permanurum. Regnum Messiæ, quod est ecclesiā Christi, in scripturis prænunciatur futurum esse tale, quod completeretur omnes filios Israel, & ad quod uenirent omnes gentes in montem sanctum Hierusalem, dicente Isaia propheta: Fluent ad eum omnes gentes. & alibi: In domino laudabitur & iustificabit omne semen Israel. Item Michea: Congregatione congregabo Iacob totum, & in unum conducam reliquias Israel. Cum igitur non uideamus præsentem Christi ecclesiam completi, neq; omnes gentes, neque omne semen Israel, cōsequens uidetur falsam esse sententiā, quæ docet ecclesiam Christi manifestissimis scripturarum testimonijs designari & cognosci. Deinde & contra sententiā decimam uidetur posse argumentari: Vera Christi ecclesiā apud eos est, qui quantūlibet sint numero pauci, conueniunt in nomine Iesu, dicēte

Matth. 24

saluatore, ubi sunt duo uel tres cōgregati in nomine meo, illic ego sum in medio eorum. Præterea uera Christi ecclesia apud eos est, quæ ex deo sunt: ex deo autem sunt omnes qui confitentur Christum uenisse in carnem. Dicit enim Iohannes: Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne uenisse, ex deo est. Et Paulus: Si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & corde credideris quod deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris, sed omnis humanus spiritus, qui ex deo est, & qui saluus est, membrum est ecclesiæ: uidet ergo quis esse membrum ecclesiæ, quamuis de corpore Christi, quod est ecclesia, non recte sentiat, modo recte de Christo capite sentiat. Respondeo. Neque saluator in euangelio, neque scriptura aliqua, neque Augustinus ex doctrina scripturæ docet ecclesiam Indies super hanc terram magis ac magis dilatari, usque consummationem seculi. Ex scripturis sacris simul & doctrina Augustini consequens est ecclesiam crescere, & fidem per omnes terræ nationes dilatari, donec ipsum salutis uerbum omnes nationes audierint. Sicut & Apostolus ait ad quosdam: Verbum (inquit) euangelij peruenit ad uos, sicut in omni mundo est fructificans & crescens. Verbum salutis apostoli temporibus erat fructificans & crescens in omni mundo: sed non inde oportet consequens esse, quod ergo tunc fuerit ecclesia in toto mundo. Deinde non oportet si sub illis temporibus fuerit quotidie crescens in omni mundo, quod ergo adhuc sub temporibus nostris sit sic in omni mundo crescens. Nam ex scripturis quibus sit consequens, non esse futuram consummationem seculi priusquam & ecclesia creuerit per uniuersas gentes, & euangelium regni fuerit prædicatum per uniuersum mundum, & tunc, id est, in tempore post huiusmodi prædicationem, uenturam esse consummationem: non tamen inde consequens est, quod tunc mox futura sit consummatio seculi, cum fuerit euangelium per uniuersum orbem prædicatum, quia non unum solum, sed plura sunt signa futuri aduentus. Et cum uideritis hæc fieri, inquit saluator, scitote quia prope est. Ad complementum igitur ueritatis prophetiæ saluatoris, neque oportet per apostolos, & sub apostolorum seculis, euangelium esse in toto mundo prædicatum, neque oportet in ipsa consummatione seculi euangelium & ecclesiam Christi per uniuersum orbem spargi ac dilatari, & euangelium in omnes gentes prædicari, neque oportet quod usque in finem seculi sint in omnibus nationibus per uniuersum orbem homines qui credant in Christum: sed oportet ante consummationem seculi euangelium per uniuersum orbem prædicatum esse. Scriptura uoluit hanc prophetiam ante consummationem seculi impleri, non simul, sed paulatim. Et ita non oportet, quod pro aliquo seculo prædicetur euangelium in omnibus gentibus, sed satis est quod paulatim dilatetur, donec uerificatum fuerit in omnibus gentibus prædicatum esse euangelium. Quemadmodum si dicerem, oportet fidei gratiam super omnem spargi electum, & tunc ueniet finis seculi. In quibus ergo gentibus, inquit Augustinus, nondum est ecclesia, neque euangelium prædicatum, oportet esse futuram ecclesiam: non quod omnes qui ibi futuri sunt credant, sed ut sint qui credant. Alioquin quomodo implebitur eiusdem saluatoris uerbum, Eritis in odio

in libro contra
Petilianum,

Coloss. 1.

Matth. 24.

odio omnibus gentibus propter nomen meum. nisi in omnibus gentibus sint & homines qui oderunt, & Christiani quos oderunt. Ad id autem quod dixit Apostolus, In omnem terram exiit sonus eorum, dicimus Paulum quidem loquutum esse uerbis præteriti temporis, sed quia prophetia erat ex psalmo desumpta, non quod iam profus completum esset, sed quod futuræ erat dixit, sic tamen ut & simul insinuet sui seculi populum in Iudæa tunc audisse euangelium, tum ob id quod sonus ille apostolorum in omnem terram exiens, a Iudæa inceperit, totamque Iudæam repleuerit, tum & ob id quod apud illos, de hoc, doctrina legis & prophetarum ab antiquo tempore, a Moysi uidelicet seculo, publicata fuerit. Ex huiusmodi ergo scripturis discimus ecclesiam crescere, simul & discimus usque quo, & ad quos terminos seu fines ipsa crescendo erat futura, & tunc fore finem seculi, cum omnis gens audierit prædicationem Christi. Ecclesia olim uidetur dispersa per totum mundum tunc cognitum: per hæreticos autem, Arium, Nestorium, Eutomiū, Mahumetam, maior pars ueram ecclesiam Christi deseruit, ad dogmata a traditione sanctorum patrum aliena, transiens. Veruntamen & hic sciendum est, quod hanc prophetiam etiam iam nondum completam esse forsitan necessariam putabitur, quandoquidem & non multis effluxis annis sub Ferdinando & Emanuele Hispanorū regibus inuentæ sunt insulæ quatuor maximæ, pristinis seculis profus incognitæ: in quibus an unquam fuerit Christi fides prædicata, certum nobis non est. Patres autem dicentes id olim in omnibus gentibus esse completum, loquuti sunt de nationibus terræ tunc cognitis sibi, aut inuentis. Sed de his hæcenus, nunc sufficiat scire neque ex scripturis sacris, neque ex doctrina Augustini aut aliorum patrum consequens esse in hac uita, ecclesiam usque consummationem seculi ita crescere, ut numerus credentium in hoc seculo peregrinantium Indies maior fiat, quamuis sit consequens ecclesiam Christi esse tanquam uineam, cui quotidie accrescunt noui palmites ex gentibus, usque in finem seculi, & hunc finem seculi non esse futurum, donec euangelium salutis in omnibus gentibus prædicatum fuerit, & præsentem ecclesiam esse spirituale Hierusalē, & spirituale Sion, de cuius semine & filijs in scripturis legitur, nunc quod pauci sint, nunc autem quod multi sint: neque hæc inter se pugnant, nam idem numerus in relatione ad diuersa paucus est & multus. Pauci quidem intelliguntur fideles facta comparatione ad uniuersum genus hominum infidelium per uniuersum orbem, quemadmodum ait saluator: Arcta est uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui ambulant in ea. Plures sunt qui percuti, qui qui salui fiunt, quia multi ambulant in perditionis uia, quæ est lata & spatiosa. Rursus idem fideles multi sunt in comparatione Iudæorum, quia plures ut inquit Isaias, filij desertæ, quæ eius quæ habet uirum. Vbi Isaias prænuntiabat multitudinem filiorum ecclesiæ gentium, futuram esse maiorem, quam tunc erat multitudo synagogæ Iudæorum. Neque obstat huic responsioni doctrina Augustini contra Petilianum Donatistam, siquidem Donatistæ ecclesiam esse Isaacalem sic intellexerunt, ut non sustinerent ecclesiæ membra esse in congregatione, ubi zizania commixta sunt. Item Petilianus dicebat fidem in cæteris

Quid ex scripturis de hoc sit tenendum quod ecclesia sp̄ crescit.

Ecclesiæ filij multi sunt & pauci. Mat. 7.

gentibus perijisse, & in sola Aphrica a parte Donati remansuram esse usq; in finem mundi. Et hanc sententiam destruit Augustinus, demonstrans ecclesiam non apud Donatistas, sed apud eos esse quorum fides ex gentibus creuit in uniuerso mundo. Sunt, inquit Augustinus, nonnullæ gentes, in quibus euangelium nondum est prædicatum. Et cum necesse sit omnia prænuntiata per Christum & prophetas adimpleri, necesse est illis gentibus etiam euangelium prædicari, quod cum impletum fuerit, tunc erit finis. Propositiones uniuersales, quibus dicitur, Omnes gentes seruient ei. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Omnes gentes quascunq; fecisti uenient & adorabunt coram te, dicimus huiuscemodi sermones uniuersales significare, non quod singule gentium sint credituræ (alioquin quomodo stabit sententia saluatoris, Britis odio omnibus gentibus propter nomen meum) sed quod omnes gentes id est nationes gentium secundum aliquam sui partem & credent in Christum, & adorabunt eum, tanq; significare uolens, palmites habebit ecclesia in omnibus gentibus, & in omni loco, in omni regno, & ita omnia regna terræ secundum aliquam sui partem sunt adoraturi Christum, quemadmodum de uniuersa terra prænuntiatur q; ipsa adorabit Christum. Sic & alia dicit propheta: Adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium, quibus significatur, quod ramos suos extenderet ecclesia per uniuersum orbem. Et hunc esse intellectum ex scripturis planissime discimus, significantibus in omni gente futuros esse, qui sunt credituri. Et rursus in omni gente futuros esse, qui non sunt credituri. Vnde & saluator ad apostolos: Ite, & docete omnes gentes, qui non crediderit, condemnabitur. Orat quidem propheta: Confiteantur tibi domine omnes reges terræ. sed non illic dicit, Omnes reges terræ adorabunt eum. Quod si uispiam diceret ita interpretandum esset, ut alijs scripturis non contradicatur de adoratione subiectionis. Vnde & in nouissimo die omnes homines erunt Christo subiecti, siue uoluntarij in iustitia & gloria, siue coacti in poena. Ex huiuscemodi ergo scripturis plane demonstratur nobis quæ sit ecclesia Christi. Quoniam scismata futura erant, quæ inuiderent ecclesie catholice toto terrarum orbe diffusæ. Idcirco diuina, inquit Augustinus, sunt nobis tradita eloquia, quibus ecclesia catholica non sicut quelibet scismata in angulo aliquo terræ, sed in uniuerso mundo fructificando, & crescendo usq; ad ipsos Æthiopes extremos, uidelicet & teterrimos hominum nunciatur peruentura. Dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram eo procident Æthiopes, & adorabunt eum omnes reges terræ. Ad scripturas, quibus significatur omnis homo fieri saluus, & esse in ecclesia, qui aut crediderit aut confessus fuerit Iesum Christum in carne uenisse, dicimus huiusmodi scripturas sic interpretandas, ut non aduersentur alijs scripturis, quibus significatur solam fidem ac confessionem fidei non prodesse, nisi fidem comitentur opera. Oportet sic ore confiteri, ut opera eius non dissentiant a confessione oris. De quibusdam dicit scriptura: Confitentur se ore nosse deum, factis autem negant. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cælorum. Nemo uere credit Iesum Christum

Declaratur ex alijs scripturis positioes uniuersales non tam generaliter intelligendas q; sonant secundum superficiem literæ.

Christum in carne uenisse, qui non credit eum uerum deum, & hominem saluatorem, in carnem uenisse propter nos homines, & propter salutem nostram, & mortuum esse ad tollendum peccata nostra. Peccatum si tam magnum est malum, ut pro illo tollendo mortuus sit Christus, consequens profecto est, nos oportere odisse peccata, credentes promissionibus, cominationibus, & omnibus uerbis, quæ loquutus est, tum per semetipsum, tum per apostolos suos. Patet igitur supradictarum sententiarum ueritas. Ex supradictis igitur manifestum est, ueram Christi ecclesiam apud eos esse, qui permanent in illa ecclesia, quæ ab apostolis fundata coepit crescere ab Hierusalem in omnes gentes usq; in diem hanc durans. Illa autem ecclesia est ab apostolis fundata, cuius fides & cathedra seu doctrina & potestas ecclesiastica, id est, ius seu potestas dimittendi seu retinendi peccata, ligandi & soluendi, baptizandi & docendi, & interpretandi scripturas deriuantur a Christo in apostolos, quibus & sensus aperuit, ut easdem scripturas intelligerent, & ab illis per traducem succedentium sibi inuicem ecclesiarum & episcoporum durans ad tempus usque præsens. Sunt hæretici qui libenter audiunt ecclesiam Christi illic esse, ubi est fides & uerbum Christi: sed de legitima episcoporum successione & ecclesiastica potestate retinendi & remittendi peccatum, quæ a Christo in apostolos, & ab apostolis in solos episcopos & sacerdotes, secundum seriè successionis descendit, audire contemnunt, nescientes secundum scripturam, ueram Christi ecclesiam non posse esse in societate eorum, apud quos non est uera Christi cathedra, quæ & Petri & apostolica cathedra appellatur, hæc autem non esse apud eos, quorum cathedræ & episcopatus ab apostolica cathedra non trahunt originem. Et quia omnium hæreticorum ac schismaticorum unus ille mos est, ut iactent sese Christianum habere nomen, & quatuor dei euangelia, uera Christi sacramenta, & ita ecclesiam ac cathedram Christi apud se permanere, uideamus quam intelligentiam super uera Christi cathedra atq; ecclesia cognoscenda habuerunt ab initio sancti & ecclesiastici patres. Hi certe uno animo & uno ore, omni ambiguitate semota tradiderunt ueram Christi ecclesiam esse eorum, apud quos est apostolorum fides, & doctrina, & hanc esse apud eos qui custodiunt professionem omnium sanctorum patrum, secundum suorum temporum successiones in his quæ sunt fidei, concorditer reddentium testimonium, concorditerque scripturas sacras intelligentium. Sunt huius doctrine antiquissimorum patrum testimonia. Irenæus uetustissimus aduersus Hæreses Valentini libro quarto, capite quadragesimo tertio. Item capite sexagesimo tertio: Agnitio uera, est apostolorum doctrina, & antiquus ecclesie status in uniuerso mundo, & in caractere corporis Christi, secundum successionem episcoporum, quibus illi eam quæ in unoquoque loco est, ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit ad nos. Item Tertullianus non longe posterior illo in libro de præscriptionibus hæreticorum, docens apud quos debeamus quærere ecclesiam Christi. Apostoli primo, inquit, per Iudæam contestata fide in Iesum & ecclesijs institutis, de hinc in orbem profecti eiusdem fidei doctrinam nationibus promulgarunt, & ecclesias apud unam

Que sit uera Christi ecclesia.

quamque ciuitatem condiderunt, a quibus traducem fidei & semina doctrinae ceterae exinde ecclesiae mutuae sunt, & quotidie mutuantur ut ecclesiae fiant, & per hoc & ipsae apostolicae deputabuntur, ut soboles apostolicarum ecclesiarum, ut omne genus ad originem suam censeatur. Necesse est itaque inter tot ac tantas ecclesias unam esse illam ab apostolis primam, ex qua omnes, sic omnes primae & omnes apostolicae, dum omnes simul unam probant unitatem, quae est communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, contestatio hospitalitatis. Haec ille. Haeretici autem, ut inquit Ambrosius, sunt qui discordant ab ecclesia catholica, diuersa sentientes, aut de Christo, aut de sensu legis in traditione ecclesiae, siue Cataphrygae, siue Nouatiani, siue Donatiani, aut caeteri haeretici. Haec de unitate ecclesiae, & ubi, & apud quos sit, & qui sint intus, qui autem extra ecclesiam.

Sequitur caput tertium huius libri, in quo tractatur de ecclesia cathedrae Petri, & utrum oporteat omnes particulares ecclesias conuenire cum illa, eiusque subesse. Diuiditur autem caput istud in tres partes. In prima demonstrabitur omnes particulares ecclesias, omnemque Christianum populum oportere conuenire atque subesse uni catholicae & apostolicae ecclesiae. In secunda demonstrabitur omnes ecclesias particulares, omnesque aliorum episcoporum cathedras, subesse cathedrae & ecclesiae Petri. In tertia, Cathedram & ecclesiam Petri non posse deficere a fide.

IN superioribus demonstratum est ecclesiam esse unam, quae post manifestam iustitiam in lege & prophetis, testificata atque promissa, a Christo per apostolos fundata, incepit crescere in omnem terram, & ita omnes particulares ecclesias habere originem ab ecclesia apostolica. Verum quia calumniantes haeretici forsitan responderent ex huiusmodi testimonijs consequens quidem esse oportere omnes ecclesias conuenire in una fide, in una spe uocationis, in charitate, in scripturis, in euangelijs, in doctrina, in pace, cum catholica ecclesia ab apostolis in gentibus fundata, & cum omnibus Christi fidelibus: sed cum aliud sit uinculum spei, fidei & charitatis habere cum aliqua ecclesia, aliud habere originem, ordinationem, & potestatem ab illa, non inde uidetur consequens esse omnes ecclesias habere aut sacerdotalem, aut episcopalem potestatem ab ecclesia apostolica, quin potius sufficiens uidetur, omnes ecclesias habere eandem fidem, idem fidei symbolum, eundem deum patrem, & filium, & sanctum spiritum, eadem euangelia. Et haec uidetur plana fuisse doctrina Cypriani passim docentis, ecclesiam esse unam, & episcopatum unum esse. In epistola ad Antonianum, docet unum esse episcopatum a Christo multorum episcoporum, concordiae numerositate diffusum, sicut a Christo una est ecclesia in multa membra, per totum mundum diffusa. Et in libro de simplicitate praelatorum: Quamuis post resurrectionem suam Christus apostolis suis omnibus, parem tribuit potestatem, dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata, &c. tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem, sua autoritate disposuit. Hoc erant utique & caeteri Apostoli, quod fuit

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCRY. LIB. III. Fol. CCLXIII.

fuit Petrus, pari consortio praediti & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una esse monstratur. Episcopatus unus est, cuius a singulis pars in solidum tenetur. Una est ecclesia per uniuersum orbem luce radiorum suorum perfusa, & qui ab huiusmodi ecclesia, ab huiusmodi episcopatu se separat, schismaticus est, haereticus est. Sed ex his nihil aliud consequens esse uidetur, quod sit multorum episcoporum concordia, in unitate fidei, charitatis, & pacis, sicut & ecclesia est una. Vnde & hoc indicant uerba, unus episcopatus concordiae numerositate multorum episcoporum diffusus, sed non inde consequens esse uidetur, quod populus alicuius provinciae, aut regni, aut familiae, non possit sibi & constituere, & eligere, & ordinare episcopum, modo sic conueniat cum caeteris Christifidelibus in nomine Iesu, id est, in fide & charitate, credens eundem deum Christum, uerum illius filium & paraclitum, habens eandem symboli legem, eadem euangelia, easdem apostolorum scripturas, praesertim cum dicat saluator: Vbi sunt duo uel tres, congregati in nomine meo, illic ego sum in medio eorum. Pro istius igitur dilucidatione, opere pretium est aliqua praemittere. Primum: Potestas sacerdotalis ac pontificalis, neque est per adinventionem humanam facta, neque per solum consensum communitatis hominum suborta, sed per Christum spiritu sancto instituta, & ecclesiae in apostolis data. Huiusmodi nempe potestatis officia, sunt spiritus sancti opera, & supra naturae humanae uires, cuiusmodi sunt remittere, & retinere peccata, dare spiritum sanctum, claudere, & aperire regnum caelorum, conficere panem & uinum in corpus & sanguinem Christi, & id genus alia, quae non humanae, sed coelestis potestatis sunt opera. Proinde & Christus hanc potestatem largiens, praemisit: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, plane insinuans hoc esse opus spiritus sancti per ipsorum ministeria operantis, remissionem peccatorum. Potestates autem seculares sunt ad officia secundum humanae naturae uires, ut regere & dirigere rempublicam in pace & tranquillitate secundum unius cuiusque reipublicae leges, aut factas aut faciendas, paci & tranquillitati accommodatas. Proinde possunt huiusmodi potestates institui, uel ab illo qui illius communitatis dominium habet, qualis est rex aut imperator: uel si communitas dominum superiorem non habet, potest institui potestas secularis ex consensu ipsius communitatis, eligentis principem in quem transferat supra se potestatem. Secundo praemittendum est, quod aliud est eligere ac nominare hominem, qui incipiat esse aut pastor, aut pontifex, aut Papa, aliud instituire potestatem pontificalem ac sacerdotalem. Aliud constituere sacerdotes, aliud instituire sacerdotalem potestatem. Constituerunt apostoli diaconos, presbyteros ac episcopos per loca & ciuitates, sed non instituerunt potestatem sacerdotalem, ac pontificalem, quam solus Christus instituit, largiens desuper spiritum sanctum, donansque illam ecclesiae in Petro caeterisque apostolis, usque ad consummationem seculi, eandem tribuens his qui ordinati sunt ab apostolis, uel ab illorum successoribus. Quemadmodum autem sacerdotes baptizantes non faciunt gratiam & remissionem peccatorum in par-

Matth. 18

Potestas sacerdotalis non est per consensum vel ab hominibus instituta sicut secularis.

uulibus,

uulis, sed faciunt aliquid ad quod consequens est deum dare gratiam & peccatorum remissionem baptizatis, ita episcopi ordinantes clericum & diaconos, & presbyteros non efficiunt in illis potestatem remittendi ac retinendi peccata, ac consecrandi panem & uinum, sed faciunt aliquid, ad quod consequens est deum dare potestatem illam ordinatis. Sic confessus, clericusque Romanus, sede uacante eligit quidem papam, sed non creat pontificalem potestatem, quam promissit dominus Petro, & in Petro successoribus, dicens: Tibi dabo clauis regni caelorum. Tertio praemittendum est, non omnes qui aut dicunt, aut arbitrantur se conuenire in nomine Iesu, reuera sic conueniunt, dicente saluatore: Non omnis qui dicit mihi domine domine. &c. De quibus Cyprianus in tractatu de simplicitate praelatorum, Serpens dum apertis persecutionibus homines a Christo non potest auertere, nouam excogitat fraudem constituens haereticos & schismaticos, qui sub praetextu Christiani nominis Christianam fidem sic se habere iactitantes, nec cum Christo, nec cum illius ecclesia sunt.

Omnis ecclesia habet originem episcopatus sui ab ecclesia apostolica.

His praemissis ostendendum est ex supradictis testimonijs consequens esse, omnem ecclesiam seu communitatem oportere non solum conuenire sic in unitate quadam pacis secundum sententias, in mentibus eorum qui conueniunt, sed & habere originem sui episcopatus secundum successionem seriem ab ecclesia apostolica. Petrus & apostoli caeteri fuerunt a Christo sacerdotes ordinati, & ab illis ad nos usque descendit omne sacerdotium in huius temporis sacerdotes, non regeneratione fidei, sed ordinatione sacramenti superuenientis homini iam baptizato, & per episcopum aliquem uisibile ordinato, misso, uncto, & consecrato. Et haec sententia quam ex apostolica eruditione habemus, quam & contra cathedrae Petri aduersarios nunc probare intendimus, uidelicet, non omnem hominem Christianum esse sacerdotem, & idoneum ad consecrandum corpus Christi & sanguinem, & ad remittendum peccata: neque rursus omnem sacerdotem esse episcopum, sed oportere donationem spiritus sancti accedere, uisibili ordinatione & unctione per pontifices, descendentes ab apostolorum successoribus. Vnde neque crederetur ulli homini dicenti se inuisibiliter missum, & inuisibiliter unctum a deo patri, nisi & ipse, quem admodum Paulus apostolus & Barnabas segregaretur auctoritate apostolica ad ecclesiastica ministeria. Nam & talem intellectum de ecclesia Christi habuerunt patres ab initio credentes ecclesiam Christi ueram apud eos esse quaerendam, ubi episcopi legitima ordinatione sibi succedunt, a Christo per apostolos in successores, & ab illis in caeteros ad haec usque tempora. Irenaeus aduersus haereses Valent. libro quarto, capite lxxij. postquam praemiserat: Vera agnitio est apostolorum doctrina. continuo adiecit: & antiquus ecclesiae status in uniuerso mundo, & caractere corporis Christi secundum successionem episcoporum, quibus apostoli eam quam in unoquoque loco est, ecclesiam tradiderunt, quam peruenit usque ad nos. Et ne putaret solius fidei successio sufficere, & unumquemque sibi posse cathedram constituere, lib. iij. cap. xliij. dicit presbyteris obediendum esse, qui successionem habent ab apostolis, qui cum episcopatus successionem, charissima ueritatis certum secundum placitum patris acceperunt. Reliquas autem congrega

congregationes absistentes ab huiusmodi successionem habendas ut suspectas, & tanquam haereticas & schismaticas. Sic & Tertullianus libro de praescriptionibus haereticorum, docet episcopum primum, in unaquaque ecclesia habuisse auctoritatem uel apostolum aliquem, uel apostolicum uirum, qui tamen cum apostolis seauererit, quemadmodum Polycarpus primus Smyrneorum episcopus, a sancto Ioanne est collocatus, & sic de relijs. Episcopus primus Romae Clemens, a sancto Petro est ordinatus. Est ergo huiusmodi ab apostolica ecclesia successio & deriuatio accipienda non solum secundum eandem fidem, & secundum easdem canonicas scripturas, sed & secundum seriem episcoporum accipientium legitima ordinatione ius & potestatem. Et idcirco eum, qui semetipsum constituerit episcopum, nemini succedens, nemine legitima ordinatione episcopatum dante, non posse esse membrum ecclesiae quantumlibet sub se congreget multitudinem aliam quam populi, & dicat se seruare atque docere quatuor dei euangelia, apostolicam scripturam, & fidem & charitatem, cum caeteris ecclesijs. Ab initio patres secundum seriem successiois edocti ab apostolis ipsis, ut Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, tradiderunt non posse esse episcopum eum, qui semetipsum constituerit episcopum nemini succedens. Irenaeus quidem & Tertullianus, docetes seriem successiois pontificum in Romana ecclesia Petro succedentium, quemadmodum in superioribus patuit. Cyprianus multis in locis, & signatim in epistola ad Antonianum in superioribus allegata docet etiam Romanae ecclesiae episcopum esse in loco Petri, eumque sede uacante, eligi & fieri episcopum ab alijs in urbe Roma episcopis. Et in tractatu de singularitate clericorum, eos docet esse schismaticos, qui se praepositos constituunt sine nulla ordinationis lege, qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt. De quo Hieronimus aduersus Luciferianos, per suo sancto loquitur: Iam nullus est episcopus, nisi quem Nicena synodus ordinauit. Nicena uero synodus fuit ecclesiae apostolicae, id est, perficiscitis ab apostolis, & ita ecclesia quae nunc est per successionem episcoporum, perficiscitur ab ecclesia sub Nicena synodo, ut solus quaedam, sicut & illa profecta erat ab ecclesia apostolorum. In illa igitur ecclesia permanendum est, quae ab apostolis fundata secundum successiois seriem usque in hanc diem durat, in qua & clauis regni caelorum, potestas ecclesiastica, ius baptizandi ac remittendi peccata, & caetera id genus ecclesiasticorum sacramentorum officia, ab apostolica descendunt ordinatione. Sine chrismate & episcopi iussione, inquit idem Hieronimus, neque presbyter neque diaconus ius habet baptizandi. Ois ergo episcopus si secundum ordinem successionis ab institutione apostolica descendit, consequens est & ius baptizandi ex missione apostolorum secundum seriem successionis episcoporum descendere. Clara & apta uoce haec sententiam tradidit Augustinus. Extra ecclesiam, inquit, sunt, qui relicto episcopo dei ordinatione succedanea procedente, aut sibimetipsis aut semetipsos constituunt praepositos, primates & episcopos. Habemus igitur traditionem antiquorum patrum Irenaei, Tertulliani, Cypriani, Hieronimi, Augustini, ex scripturis sacris intelligentium ueram Christi fidem, ueram euangeliorum doctrinam, & indubitatae sanctae ecclesiae catholicae quaerendam esse, ubi agnitio est apostolorum, & antiquus ecclesiae status, id est, unitas corporis Christi. Hanc autem unitatem, ut inquit Cyprianus, ille esse ubi episcopatus est unus. Ibi autem unus episcopatus est, ubi ab unitate perficiscit. Ibi

Ibi episcopatus ab unitate proficiscitur, ubi episcopi legitima sibi ordinatione succedunt a Christo per apostolos, & ab apostolis ad successores usque ad nos. Hæc est sola religionis Christianæ machina, quæ cunctas hæreses semel aboleuit, ipsa inque concors omnium patrum sanctorum, secundum suorum temporum successiones concorditer reddentium testimonium uerbis Christi in euangelij scriptis, & consuetudini primitiue ecclesiæ. In hac machina, iam olim ante mille & trecentos annos pugnavit Irenæus aduersus Valentinum cæterosque sui seculi hæreticos, libr. iij. capit. iij. docens primam Christianam esse fidem eam quam ab apostolis præceptam, suis filijs distribuit, deinde eam fidem esse ab apostolis præceptam, quam per successiones presbyterorum, & episcoporum tenemus in ecclesia custoditam peruenientem usque ad nos, postremo in ecclesijs ab apostolis institutos esse episcopos, & ab illis successores eorum usque ad nos. Idem quoque uenerabilis pater recensens ibidem ecclesiasticorum & episcoporum successores, utitur supradicta machina. Eos inquit, qui quoquo modo, uel per sui placentiam malam, uel per uanam gloriam, uel per cæcitate & malam sententiam, fidem præterquam oportet colligunt, confundimus, indicantes eis fidem traditionemque maxime & antiquissimam ecclesiæ omnibus cognitam, Romæ a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatam & constitutam: quam fidem & traditionem ipsa habet ab apostolis annunciatam, & peruenientem usque ad nos. Ad hanc enim ecclesiam propter potentioris principalitatem, si quando de aliqua quaestione disputatio est, necesse est omnes conuenire ecclesias, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conseruata est traditio ea, quæ est ab apostolis, qui fundantes seu instituētes ecclesiam episcopatum administrandæ ecclesiæ tradiderunt Lino, cuius Paulus meminit in epistola ad Timotheum. Succedit autem ei Anacletus. Post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui & uidit ipsos apostolos, & contulit cum eis, sub quo & facta dissensio inter Corinthios, Romana ecclesia scripsit potentissimas literas ad pacem congregans illos: huic Clementi succedit Euaristus, cui Alexander. Et deinde sextus ab apostolis constitutus est Sixtus. Et ab hoc Telephorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit. Post quem deinceps Higinus, deinde Pius, post quem Anicetus, cui successit Soter, & nunc duodecimo loco ab apostolis, episcopatum habet Eleutherius. Hac ordinatione, episcoporumque successione, traditio, præconiumque ueritatis peruenit ab apostolis usque ad nos. Hactenus Irenæus. Addens, & hæc (inquit) est ostensio plenissima, demonstrans unam & eandem fidem esse, quæ in ecclesia ab apostolis usque nunc est conseruata ac tradita in ueritate. Polycarpus non solum ab apostolis edoctus & conuersatus cum multis eorum qui dominum nostrum Iesum uiderunt, sed etiam ab apostolis constitutus in Smyrnis Aziaz episcopus, quem & nos uidimus in prima nostra etate, ualde enim senex gloriosissime & nobilissime martyrium faciens, exiuit de hac uita. Hic docuit semper quæ ab apostolis didicerat, quibus rebus testimonium perhibet omnes, qui sunt in Azia ecclesiæ & episcopi, qui usque nunc successerunt eidem Poly-

Icarpo, qui & ad Philippenses scripsit epistolam perfectissimam, ex qua curam suæ salutis habentes, possunt ueritatem fidei discere. Deinde & ecclesia in Bosphoro a Paulo fundata, apud quam & Ioannes permanit usque ad Traiani tempora, testis est uerus traditionis apostolorum. Si ergo de aliqua quaestione dubitatio est, oportet ad antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus conuersati sunt apostoli, & ab eis de proposita quaestione sumere quod certum est. Quid autem si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis? nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ipsi, his, quibus committebant ecclesias, cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, credentes in Christum, sine caractere & atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & diligenter custodientes ueterem traditionem, credentes in deum patrem omnium fabricatorem, per Christum uerum deum, & dei filium ex uirgine natum, passum & mortuum propter hominum reconciliationem, qui resurgens a mortuis, & ascendens in celum, iudex uenturus est, mittens in ignem æternum, quotquot fuerint contemptores patris sui, & aduentus eius: hanc fidem sine literis crediderunt barbari. Hæc ille. Ex his igitur sententijs Irenæi patet ecclesiam Christi apud eos esse, quorum episcopatus est ab ordinatione apostolica. Qui autem ordinatione contempta, semetipsos constituunt episcopos aut pastores, quantumlibet uideantur sibi habere fidem in Iesum, & tenere sancta quatuor euangelia, apostolicasque scripturas, etiam si in confessione nominis Iesu fuerint occisi, (inquit Cyprianus de simplicitate prælatorum) macula huius discordiæ nec abluitur sanguine, nec purgatur confessione: quia separantes se a comunione illius ecclesiæ, ubi episcopi legitima ordinatione sibi succedunt, in ecclesia Christi (extra quam non est salus) esse non possunt. Neque suffragatur illis uerbum Christi, dicentis: Vbi cumque sunt duo uel tres congregati in nomine meo, illic ego sum in medio eorum. Nam hæc scriptura ex his quæ præmittuntur & sequuntur, inquit Cyprianus, est interpretanda. Præmiserat autem Christus: Si duo ex uobis consenserint & cæter. Ex uobis inquam, qui iam estis discipuli, & membra in corpore Christi. Non possunt duo uel tres in nomine Iesu congregari, qui discordes sunt a corpore Christi, seu a fraternitate Christi. Ab hac autem discordant, qui a comunione illius ecclesiæ se separant, ubi episcopi legitima ordinatione succedunt. Vana ergo sese, inquit, interpretatione decipiunt, ex eo quod saluator dixerit: Vbi cumque sunt duo uel tres congregati in nomine meo, cum illis sum. Corruptores euangelij atque interpretes falli extrema ponunt & superiora prætereunt. Dominus de ecclesia sua loquitur, ad eos qui sunt in ecclesia, Si duo, inquit, ex uobis. Ex horum numero esse non possunt, qui se ultro apud temerarios conuenas, sine dispositione diuina præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt. Hactenus ille de simplicitate prælatorum. Et idem in epistola ad Magnum: Ecclesia una est apud Cornelium Romanæ ecclesiæ pontificem, qui episcopo Fabiano legitima ordinatione successit. Apud Nouatianum ecclesia esse non potest, qui apostolica traditione contempta, nemini succedens, a semetipso est ordi-

natus. Neq; sibi blandiantur, inquit Hieronymus, si de scripturæ capitulis uideantur sibi affirmare quod dicunt: Nam & diabolus de scripturis nōnūla est loquutus, & scripturæ non in legendo, sed in intelligēdo consistunt, alioquin si literam sequimur, possumus & nos quoq; nouum uobis dogma cōponere, ut asseramus non esse in ecclesia recipiendos, qui & calciati sunt, & duas tunicas habent, Lucæ nono. Scriptura insuper, primæ Ioannis iij. quæ dicit: Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne uenisse ex deo est, interpretationem recipit, alioquin & ex deo esset ipse malignus spiritus, qui cōfitebatur Christum in carne uenisse, dicens: Scio q; tu es Christus filius dei.

Proinde si quis opponens, inquit Cyprianus, dicat se tenere eandem euangelij legem, eodem symbolo quo & nos baptizare, nosse eundem deum patrē, eundem filium Iesum, eundem spiritū sanctū, & idcirco se posse usurpare potestatem & baptizandi, & offerendi sacrificium, quod uideatur in interrogatione baptismi, a nobis non discrepare, sciat quisquis hoc opponēdum putat, primum non esse unam nobis & schismaticis symboli legem, neq; eandē interrogationem. Nam cum dicunt, Credis remissionem peccatorū & uitā æternam per sanctam ecclesiā, mentiuntur in interrogatione, cum non habeāt ecclesiam. Quod uero dicunt se nosse eundem deum patrem, eundem filiū, eundem spiritum sanctum, nec hoc eis suffragari potest, nam & Chore, Dathān atq; Abiron, Num. xxvi. cum sacerdote Aaron & Moyse eundem deum hōuerant, pari quoq; lege & religione uiuentes, unum uerum deum, qui colendus fuerat, inuocabant, tamē quia loci sui ministerium transgressi, cōtra Aaron sacrificandi licentiā uendicauerunt, diuinitus sunt percussi. Schismaticos ergo iuuare non potest, quod aut superbia quadam inflati, aut mirabili cæcitate decepti, dicunt se tenere scripturas, & recte sentire de domino nostro Iesu, & credere sancta dei quatuor euangelia. Nam iste mos est omnium hæreticorum, in hoc ab apostatis dissidentium, quod iactant Christianum e habere nomen, & apud se esse Christi sacramenta, scripturas & professionem. Deinde & ipsi hæretici atq; schismatici omnes, aut mentiuntur aut falluntur, dicentes se tenere scripturas. Nam, ut inquit Cyprianus, scripturas si seruarēt, ecclesiam Christi cognoscerent, & in ea permanerent. Ecclesia Christi, inquit

In episto. 48.
ad Vincētū,
& in cōmentarijs psal. 21

Augustinus, quærenda est in scripturis sacris, ubi manifeste cognoscitur, qui bus designatur ipsa, ab Hierusalē incipiens crescere, & inde per apostolos diffundi in omnes gentes secundum seriem successionis, durans ad hæc usq; tempora. Quisquis ab hac ecclesia catholica fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet, hoc solo scelere, q; a Christi unitate seiunctus est, non habebit uitam æternam, sed ira dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei præiudicat aliena peccata, quia communio malorū non maculat aliquem participatione sacramentorū, sed consensione factorū. Sic Augustinus, ceteriq; patres in concilio Carthaginēsi. definierūt, ex scripturis sacris. Vnde & Christus præuidens futuros reprobos, qui propter zizania, & malam præpositorū uitam huius ecclesiæ unitatem rumpere conarentur, suos præmonuit discipulos, eosdemq; cautos esse uoluit, ne pro-

pter

pter malos præpositos, aut putrida ecclesiæ membra salutaris doctrinæ cathedram desererent, in qua coguntur etiam mali bona docere. Neque enim sua, sed dei sunt quæ docent. Quæ dicunt, inquit, facite, quæ autem faciūt, nolite facere. Inter primitiue ecclesiæ schismata, hoc unum erat præcipuū, quod Paulus apostolus in prima ad Corinthios refellit, eorū uidelicet, qui arbitrabantur propter diuersitatem uitæ ministrorū ecclesiæ, uariari uim & efficaciam donorū, aut sacramentorū Christi. Quid est Paulus, inquit, quid Apollo, nisi ministri eius cui credidistis? Vnde Chrysostomus tractans id Ioannis uigesimo: Quorū remiseritis peccata. Magna (inquit) est sacerdotalis dignitas, quantumuis igitur reuerentia colamus illos. Obedite, inquit Paulus, præpositis uestris, & subiaceite illis. Ipsi enim peruigilāt tanq; rationem reddituri pro animabus uestris, id est, officium peruigilandi habent, tanq; propter hoc officium & ministeriū sunt honorandi, neque propter hoc a subditis iudicandi, etiam si male & uitiose uiuant. Non hæc dico quod indignos ad sacerdotiū assumi probem, sed miserefcens dico, quia non solum pro proprijs actionibus, sed pro nostris quoq; iudicandi sunt, & ideo magis illos uenerari oportet. Per asinam loquutus est deus, & per linguam immundā Balaam, benedictiones spirituales largitus est: multo magis per sacerdotes malos sedētes in cathedra Christi, ipse operatur bona. Deinde etiam hoc cōsiderādum quod bifariam quis separatur ab ecclesia. Vno modo dum propter contumaciam aliquam, aut inobedientiā ab ecclesiæ cōmuniōe rejicitur, de quo salua-

Matth. 18

tor: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. De quo & Paulus primē ad Corinthios quinto, iubens fornicarium de medio fratrum tolli. Secundo, dum proprio suo iudicio ecclesiam Christi derelinquit, reputans eam non esse uerā Christi ecclesiam. Secundum hunc modum se ab ecclesia Christi separant, qui apostolica potestate, seu ordinatione contempta, suas sibi constituunt cathedras, aut superba animositate inflati, aut uana cæcitate decepti, arbitantes non esse ecclesiam, ubi zizania seu palea cōmixta est cum tritico, ubi pontifices prauī præsidēt, ubi sacerdotes habent temporalium rerum possessiones. Si quis ob huiuscemodi causas ab ecclesia Romana se separat, aliam sibi constituens congregationem & alios prælatos, membrum est non corporis Christi, sed diaboli. Et ita non oportet esse consequētam aliquem esse membrum in ecclesia Christi, si de Christi diuinitate & humanitate recte sentiens, arbitratur se laudabiliter in fide & charitate uiuere. Sic & Augustinus, quæadmodum ex superioribus patet, iam olim doctū duplici ex causa contingere aliquē non esse membrum ecclesiæ. Vno modo, si de capite ecclesiæ, quod est Christus, a literis sacris dissentiat, etiam si in locis reperiatur, ubi est ecclesia. Secundo modo, si de corpore Christi, quod est ecclesia, a scripturis sacris dissentiat, etiam si de capite Christi recte sentiens, laudabiliter uiuere uideatur. Possunt quidem apud Indos & Babylonios, & in ultimis mundi partibus esse uera membra Christianæ ecclesiæ, colligata nō secundum locorū spatia, sed secundum animorū uincula, quæ sunt fides & charitas Christiana: sed fides hæc & charitas Christiana esse nō possunt apud eos

qui aut sibi metipsis, aut semetipsos constituunt episcopos, contēnentes ecclesiam illam in qua est sacerdotiū Christi, hoc aut est, ubi episcopi legitima sibi ordinatione succedunt, serie tracta a Christo in apostolos, ab apostolis in successores a se cōstitutos episcopos, & per illos in alios, ad hæc usq; tempora.

Sequitur pars secunda.

HActenus de ecclesia, & quibus ungs uera Christi ecclesia ab adulteris nis ecclesijs internosci ualeat, in eo quod omnē ecclesiā oporteat deriuari ab ecclesia apostolica. Iam de Romana ecclesia differendū est, utrum oporteat tenere ipsam habere uigorē & potestātē super oēs ecclās. Quā uis ex supra dictis sit demōstratū omnem Christianū populū, & omnē partīcularē ecclām debere conuenire, atq; subesse uni catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, & eos schismaticos esse qui nemine secundū seriē successionis episcopatum dante, aut semetipsos, aut sibi metipsis constituunt episcopos: non tamē inde consequens est Petri cathedrā, in qua secundū ordinē successionis hætenus confident Romānæ ecclesiæ pontifices, esse cæteris ecclīs in potestate superiorē, cæterisq; propterea ecclesijs prelatā, ut ab ea deriuari & originē habere debeant cæteri episcopi & pontifices. Et neq; id, sed contrariū potius uidetur cōprobatū ex scripturis, ex quibus consequens apparet, qd oēs apostoli fuerint inter sese equales, & qd parē omnes acceperint a Chrō potestatem remittendī & retinendī pctā, parē facultatē ligandī & soluendī, parē potestātē docendī & testificandī salutis euāgelii, ius baptizandī. Aequaliter & indistincte Christus dixit oibus: Accipite spm sc̄m. Quorū remiseritis pctā, &c. Euntes in mundū uniuersum, predicatē euāgelii omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spūs sc̄ti. Aequaliter oibus dixit: Quę cunq; ligaueritis super terrā, erunt ligata & in coelis. Et ita uidetur ex iure diuino quilibet episcopus in sua dicecesi esse supremus, & non esse alteri in potestate superiorē altero: singulis dedit potestātē super mundū uniuersum, oibus equaliter dicens: Euntes in mundū uniuersum, ut per eos impleatur propheta, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, Constitues eos principes, sup omnem terram. Eos, intelligens apostolos, tūc futuros principes super oēm terram. Quod & Cyprianus plane docere uidetur, Apostolis oibus Christus parē (inquit) potestatem tribuit, dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, Accipite spiritū sc̄m. Ex his & similibus scripturis inueniunt schismatici occasionem, ut dicant, inter sacerdotes, pastores & episcopos, non esse alterum altero superiorē. His igitur & id genus alijs maliciosis dogmatibus obuiantes, primum dicimus qd omnes apostoli acceperint a Christo post resurrectionem parē cum Petro potestatem docendī euāgelii, facultatē equalē baptizandī & remittendī pctā, Ioannis uigesimo. Ipse tamen Christus postea ex hoc mundo transurus, ut unitatem ecclesiæ (inquit Hieronymus) significaret, & obuiaret occasionei schismatis, prefecit Petrum uniuersalis ecclesiæ pastorem, Ioannis uigesimo primo, uolens ut cæteri apostoli hac potestate uterentur tanq; membra manentia in unione corporis Christi, & totius fraternitatis ecclesiæ, tanq; filij & oues sub cathedra Petri. Dum Christus

stus omnibus diceret: Ecce ego mitto uos sicut misit me pater, & insuflans dixisset: Accipite spiritum sanctum. Quorū remiseritis pctā, nondum uidet Petrus toti ecclesiæ cæterisq; apostolis prelatus, neq; plus cæteris aliquid accepisse, Ioannis uigesimo. Cum autem post dies octo, rursus Christus paruisset Petro, cæterisq; quibusdam discipulis, & diceret Petro præ cæteris: Petre amas me, pascue oues meas. ipse iam Petrus constituitur uniuersalis ecclesiæ pastor, cæterisq; apostolis prelatus est, Ioannis uigesimo primo, & tunc ei Christus dedit clauēs, quas ante resurrectionē ipsi promiserat, dicēs: Tibi dabo clauēs regni cælorū. Quibus consideratis, clara erit sententia patrum docentium Christum omnibus apostolis primum dedisse parē potestatem, deinde præfecisse Petrum cæteris, ut schismatis tolleretur occasio. Unde & Petrum accepisse a Christo primatum super omnes oues, & esse episcopum catholicę, id est, uniuersalis ecclesiæ ex scripturis sacris intellexerunt omnes ecclesiæ patres ab exordio primitiue ecclesiæ, ad hæc usq; tempora, honorantes cathedram Petri, ut matricem & caput uniuersalis ecclesiæ. In exordio nascentis ecclesiæ uniuersi Africę episcopi super rebus quibusdam dubijs sedem consuluerunt apostolicam, Petri cathedrā, quibus & Euaristus, a Petro quartus Romanę ecclesiæ episcopus respondet, simul & commendat illos, qd prudenter fecerint ad apostolicam sedem tanq; ad caput confugiētes. Scripturę autem sacrę ex quibus præcipue sancti patres ab initio semper intellexerunt Petrum a Christo ordinatum fuisse pontificem uniuersalis ecclesiæ, cæterisq; apostolis prelatum, sunt huiusmodi. Primū Matheus euāgelista capite decimo, numerū apostolorū describens, sic loquitur: Duodecim autem apostolorū nomina hæc sunt: Primus Simon, qui dicitur Petrus. Hoc autem non potest intelligi, quod Petrus fuerit primus tempore aut uocationis ordine, quoniam Andreas prius sequutus est Christum quā Petrus, Ioannis primo. Dicitur ergo Petrus esse primus apostolorum, dignitate, & prelationis potestate. Hęc est plane Ambrosij sententia super capite duodecimo secundę ad Corinthios. Prius inquit sequutus est Andreas saluatorē q̄ Petrus, & tñ primatū nō accepit Andreas, sed Petrus. Et quis Apostolus ad Galatas nominando præponat Iacobum Petro, non tamen similiter hinc consequens est Iacobum esse Petro superiorem potestate. Non enim argumentatum sumus, Petrū apost. habuisse primatū propterea, qd inter apostolos primo loco fuerit nominatus, sed qd primus apostolorum fuerit nuncupatus. Deinde Matt. xvi. Christus alijs ap̄lis præsentibus peculiariter dixit Petro: Beatus es Simon &c. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiā meā, & portę inferi non preualebant aduersus eam. Tibi dabo clauēs regni cælorū. Qd cunq; ligaueris super terram &c. In hac scriptura, quę admodū mox sumus ostensuri, semper ab initio intellexerunt patres Petro promissum esse primatum super ecclesiā, per petrā intelligentes Petrum apostolum, super quem Christus sua autoritate fundauit ecclesiā. Amplius aut manifestus est & alius scripturę locus, docens Petrum a Christo habuisse primatum seu prestantiam super uniuersalem ecclesiā. Dominus noster Christus post resur-

Episcopi Africę sedē apostolicam consulunt,

Scripturę ex quibus patres intellexerunt primatū Petri.

rectionem suam transiturus ex hoc mundo, presentibus Ioanne, Iacobo, Thoma, Nathaniele & alijs duobus discipulis, dixit soli Petro: Petre pasce oves meas, nihil de hoc dixit Ioanni, nihil Thomae, quibus tamen postea commissi sunt particulae greges: soli autem Petro, generali uerbo & absq; distinctione, oves & clauis regni caelorum committuntur. Scripturis igitur sacris demonstratur Petrus fuisse uniuersalis ecclesiae pastor, caeteris omnibus praelatus. Hic iam si dixeris huiusmodi scripturas posse interpretari aliorum, atq; in alios sensus, ex quibus non erit consequens Petrum accepisse primatum super apostolos caeteros, & ita non uideatur necessarium huic sententiae, tanq; doctrinae fidei inhærere. Respondeo id consequens non esse: nam & ille mos est omnium haereticorum, qui cum easdem habeant scripturas, aliter q̄ habet traditio ecclesiastica interpretantur. Verum quidem est q̄ huiusmodi uerba Christi, sicut & multa alia in scripturis sacris, haeretici exponant secundum sensum, quem sibi unusquisq; praesumpserit: sed in omnibus obijcienda est illis Christianae religionis machina inuincibilis, quae (ut ait Augustinus) cunctas haereses semel aboleuit. Haec autem, quemadmodum iam diximus crebro, est traditio seu definitio ecclesiae, hoc est, ipsa professio concors omnium sanctorum patrum secundum suorum temporum successiones concorditer reddentiũ testimonium scripturis sacris, sententijs Christi, & consuetudini primitiuae ecclesiae. Cum igitur in uerbis Christi dicentis, Tu es Petrus, & super hanc petram &c. Et, Quodcunq; ligaueris super terram, &c. Item, Petre amas me, pasce oves meas, concors sit patrum professio secundum suorum temporum successiones ab initio ecclesiae, ad haec usq; tempora definitum in Petro fuisse primatum uniuersalis ecclesiae, consequens est, omnem arrogantem, his pertinaciter reluctantem, contemnere ecclesiam catholicam, & scindere inconsultam domini tunicam. Hic iam si rursus obieceris quibusdam patribus sanctis placuisse per petram, super quam fundatur ecclesia, nõ Petrum, sed Christum intelligere. Respondeo, Nemo est qui asserit hoc non posse aliter interpretari, & per petram non posse intelligi Petrum. Deinde etiam si per petram uelis intelligere Christum, nihilominus probatur illic apud Matthaeũ Petri primatus. Nam & alia uerba quibus in eadem sententiarum cohaerentia usus est Christus, dicens: Tibi dabo clauis regni caelorum. Quodcunq; ligaueris super terram, &c. sufficenter docent Petro promissam fuisse praesidentiam super uniuersalem ecclesiam, patribus talem intellectum colligentibus ex eisdem uerbis. Deinde Petrum fuisse petram, super quam Christus aedificauit ecclesiam, admittunt Origenes, Cyprianus, Hilarius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Bernardus. Quis est tam maligni sensus, qui calumniatur patres istos ignorasse solũ Christum esse fundamentum & caput. Fundamentum dico & caput, quod propria sua ipsius uirtute, aedificium & compagem membrorum ecclesiae contineat, quod ex se ecclesiam firmam, stabilem & immobilem faciat. Caput quod ecclesiae membris robur uitae, incrementum seu augmentum praestet. Tale enim caput & fundamentum aliud praeter dominum Iesum nemo potest po-

Aliter intellexerunt patres Christi esse fundamentum & caput ecclesiae, aliter Petrum.

tere. Sed huic non obuiat, quin & Petrus constitutus Christi uicarius fuerit fundamentum, quod ex uirtute pasceudi a Christo accepta ecclesiam uniuersalem tenuerit stabilem & immobilem, per ipsum ligandi & soluendi potestate in totum terrarum orbem deuoluta. Sic enim Cypria. Chryso. Hieron. & caeteri p̄res ex scripturis docuerunt Christum uerum ecclesiae pastorem, & firmam petram, & substantiale fundamentum sua auctoritate disposuisse originem unitatis ecclesiae, ab uno incipere Petro. Ecclesiastici ergo patres cum ex scripturis Petrum faciunt petram seu fundamentum, & caput ecclesiae, dicentes, Christum aedificasse suam ecclesiam super ipsum Petrum, & eundem Petrum positum esse caput & pastorem super eandem ecclesiam, nõ tam stupidi sunt in intellectu, ut Petrum intelligant talem fuisse pastorem, tale caput, & tale fundamentum quale est Christus, qui sua uirtute continens aedificij onus, intus operans robur & incrementum, facit ecclesiam inter blandimenta & irritamenta huius seculi esse stabilem ac immobilem. Quis nescit huiusmodi esse solius Christi officia: qui solus est mediator, qui intus pascit, intus sustentat, de quo Paulus primus ad Corin. iij. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Proinde patres sancti exactissime discutientes sacras litteras considerant ex eisdem esse manifestissimum, huiusmodi officia, quae sunt potestate propria Christo, participatione quadam communia esse Petro caeterisque apostolis, quasi dijs quibusdam in terra, & attributa Petro, quae si horum deorum principi. Sic ait Chrysostomus: Vide qualiter Christus re-

in cõmentarijs cap. 16. in Matthae.

ducit petrum ad excelsam de ipso intelligentiam, promittens se hoc ipsi datum, quae sunt propria solius dei, scilicet peccata soluere, & ecclesiam immutabilem facere, inter tot persecutionum & tentationum procellas. Sicut legitur Christo data omnis potestas in caelo & in terra, qui solus aperit & nemo claudit, qui & unus deus, cum patre & spiritu sancto, solus peccata remittit, a quo & fluunt charismatum dona in omnia ecclesiae membra: ita & Petro legitur data potestas claudendi & aperiendi, continendi & consolidandi, pasceudi & illuminandi, & remittendi peccata, dicente ad illum Christo: Tibi dabo clauis regni caelorum, quodcunq; ligaueris super terram &c. Tu autem conuersus, confirma fratres tuos, Pasce oves meas. Et ad omnes discipulos: Vos estis lux mundi, Vos estis sal terrae. Unde & Paulus ipse testatur se se posuisse fundamentum: Ut sapiens (inquit) architectus fundamentum posui. His similibusq; scripturis consideratis, ecclesiastici patres intellexerunt non derogare diuinae potestati, nec iniuriam fieri Christo uero ecclesiae fundamento, soli uero pastori & capiti, si dicamus ipsum aedificasse ecclesiam suam super Petrum, dum a se deriuata potestate in Petrum, uoluit suam nouam incipere ecclesiam. Nec obstat quod Christus non dixit, Tu es Petrus, & super te petram aedificabo ecclesiam meam. Nam & hoc ponderandum quod ipse non dixit, super me petram aedificabo ecclesiam meam, neque petram, sed se dixit aedificaturum esse ecclesiam super petram. Ego, inquit, super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, secundum sensum magis germanum, uolens significare aliũ esse qui aedificat, aliud super quod aedificat, & ita se esse fundatorem,

y iij Petrum

Petrum autem fundamentū, portas inferi appellans hæreses, schismata, tyrā-
 norum persecutiones & blandimenta, quibus abstracti homines qui ad in-
 feros uadunt, aduersus eam non præualebunt. Aduersus eam, intellige nō pe-
 tram, sed ecclesiā, quā huiusmodi uires non potuerunt uincere seu expu-
 gnare, nec a soliditate fidei, quam confessus est Petrus, separare. Christus ita
 que ædificauit ecclesiā suā & super se, & super Petrum. Super se quidē, quia
 ipse est cuius uirtute & merito, ecclesia iustorū inter tot & tantas psequutio-
 nes manet immobilis; super Petrum autem, dum ipse ex hoc mundo transitu-
 rus, ut schismatis uitaretur occasio, præfecit illū uniuersali ecclesiæ, constitu-
 ens illum generalem suū uicariū, per cuius ministeriū deriuarentur seu dispē-
 sarentur sua gratiarū munera in cæteros ecclesiæ pastores. Quēadmodū Ana-
 cletus post sanctum Clementem, ecclesiæ Romanæ pontifex, adhuc uiuenti-
 bus apostolis Thoma & Simone, in nouo testamento, inquit, post Christū
 dominum sacerdotalis ordo a Petro cœpit, quia ipsi primum a Christo pon-
 tificatus in ecclesia Christi est datus, dum factus est uniuersalis ecclesiæ epi-
 scopus, per quem Christus communicatis illi clauibus, aperiendi & clauden-
 di regnum cœlorū, in totam plebem Christianam diuina sua munera ita uolu-
 it dispensari, ut exortem, id est, extra sortem ecclesiæ intelligat se esse, qui a so-
 cietate cathedræ Petri, ausus fuerit recedere, ut sit unum ouile, & unus inuisi-
 bilis pastor Christus, & unus totius Christianæ ouilis pastor uisibilis Chris-
 ti uicarius. Et sic ecclesiastici patres ab initio ad hæc usq; tempora intellexe-
 runt non esse absurdum, si per petram intelligatur Petrus, super quem ipse
 Christus ædificauit ecclesiā: tamen si non fuerit absonus intellectus etiam
 per petram intelligere Christum, ut accipiantur uerba CHRISTI sub
 hoc sensu: Tu es Petrus, a me petra, & super hanc petram, id est, super me-
 ipsum ædificabo ecclesiā meam, secundum quem sensum, consequens
 est eundem esse fundatorem & fundamentum. Sed nihil refert modo intelli-
 gamus quod deus pater fundauerit ecclesiā suam super Christum homi-
 nem, quem mittens in hunc mundum uisibilem, constituit fundamentū & ca-
 put super omnem ecclesiā, & quod Christus ex hoc mundo transiturus, fu-
 turus iam ecclesiæ inuisibilis, fundauerit ecclesiā super fundamentum uisi-
 bile, constituens Petrum uisibilem suæ ecclesiæ uicarium, qui acceptis ab illo
 clauibus regni cœlorum, secundum potestatem sibi datam, aperiret, clauder-
 et, ligaret & solueret. Vnde & huius consideratione, Augustinus irrefragabi-
 lis sacræ theologiæ interpres, in primo libro retractationum: Cum in non
 nullis meis, inquit, opusculis per petram intellexerim Christum, de qua dicitur,
 Petra autem erat Christus, tamen & in quodam loco, inquit, dixi de apo-
 stolo Petro, quod in illo tanquam in petra ædificata est ecclesia. Addit: Hæ-
 rum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior, eligat lector.

Vides Augustinum neutram interpretationem reiicere tanquam scripturis
 contrariam, Ex quo potest Christianus quisq; facile conijcere iactantiā, te-
 meritatem & arrogantiam cuiusdam, dicētis: Quod si Augustinus & omnes
 patres in uerbo saluatoris per petram intellexerunt Petrum, resistam ego eis

uni

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCRY. LIB. III. Fol. CCLXVIII.

hinc auctoritate Apostoli, dicentis: Fundamentū aliud nemo potest pone-
 re &c. Simili ratione dicerentur apostoli non habere potestatem remittendi pec-
 cata, aperiendi & claudendi, quia solus deus remittit peccata, solus deus aperit,
 & nemo claudit, & in scripturis hæc oia legimus etiā apostolis attributa.
 Vtrunq; ergo in suo sensu est uerū, & quod solus deus remittit peccata, & quod sa-
 cerdotes etiam nihilominus peccata remittunt, & id quidē ut ministri operan-
 tes in uirtute dei: sic & solus Christus est ecclesiæ fundamentū, & Petrus per
 uirtutē Christi. Verū quidē est, non esse quēpiā hac in re damnandū, eo quod
 dixerit saluatorē per petram, super quā ædificanda erat ecclesia significasse Chri-
 stum. Sic etenim interpretati sunt probatissimi uiri, Nec mirū, nam & Petrus
 non potest esse petra aut fundamentū nisi per Christū, qui non solū est eccle-
 siæ fundamentū, sed & fundator, ædificator & inhabitator, lapis angularis,
 ianua seu ostium in imo & in summo, pastor bonus & lux mundi: sed damnā-
 dus est quisquis de eo, quod ab antiquitate doctrinæ ecclesiæ separans se, cæ-
 teros omnes ecclesiasticos patres, quæ sunt columnæ & fundamenta doctri-
 næ eiusdem ecclesiæ, damnat, ab ecclesia separat, iugulat, iudicans illos tanq̄
 docentes falsam doctrinam, & scripturis sacræ contrariam, cum tamen ex e-
 isdem scripturis sacræ fuerit illis ecclesiæ patribus manifestissimum, ea quæ
 soli deo sunt propria, etiam sacerdotibus Christi, participatione accepti spiri-
 tus sancti, esse communia. Qualia sunt, habere clauēs regni cœlorum, aperire
 & claudere, remittere peccata, & retinere, esse lumen mundi, petram & fun-
 damentum. Nemo unquam fuit ex catholicis, qui non intellexit, quod aliter
 Christus est petra & fundamentum, aliter Petrus: aliter Christus ecclesiæ fun-
 dator, aliter ecclesiarum fundatores apostoli, qui auctoritatem & potestatem
 docendi & dispensandi ministeria, & mysteria dei a Christo, acceperunt.
 Aliter Christus lux mundi, aliter apostoli, de quibus dicitur: Vos estis lux
 mundi. Occurrunt sæpe numero in eisdem scripturæ locum, diuersæ san-
 ctorum patrum interpretantium sententiæ, sed conueniunt in unitate pacis &
 in fide catholica, ubi alter alterius sententiam non damnat, non ab ecclesia se-
 parat. Et ne uideamus pro affectionibus nostris uelle sententiam hanc defen-
 dere, opræpretium est ostendere uniuersam ecclesiā catholicam ex supra-
 dictis scripturis & alijs similibus erga PETRUM tam gestis quam
 dictis, semper intellexisse, quod Petrus pro se & suis successoribus acceperit
 a Christo uniuersalis ecclesiæ primatum, & quod uerba, quibus clauēs regni
 cœlorum CHRISTVS promissit Petro, dicens: Tibi dabo clauēs regni
 cœlorum. Verba item quibus fecit illum uniuersalis ecclesiæ pastorem,
 dicens: Pasce oues meas, dicta sunt non soli personæ Petri, sed omnibus qui
 Petro legitima ordinatione succedunt. Et quod Petrus est petra, super quam
 Christus fundauit ecclesiā, & ita eundem fuisse pastorem, quem præfecit
 uniuersali ecclesiæ. Erit autem hoc manifestissimum, si consideremus quod
 omnes ab initio ecclesiastici pontifices, patres, martyres, & uniuersalis ec-
 clesiæ concilia, honorauerunt Romanæ ecclesiæ pontificem, tanquam su-
 premum & uniuersalis ecclesiæ episcopum, ad quem super anxijis rebus,
 quo

Propria dicitur
 si participatio
 spiritus sancti
 est cōmuni
 facta sunt ap-
 ostolis.

Mat. 17.

quoties ratio fidei uentilatur, debeat haberi recursus. Quemadmodū beatus Innocentius docuit ante annos mille & centum, ad Augustinum ceterosq; Africanos scribens secundum antiquæ sedis regulam, toto semper ab orbe seruata, causam fidei ad Petri sedem debere referri. Cum audis beatum uirum Innocentium ante mille annos testificantem antiquum ecclesiæ statū, & antiquā regulā, in toto orbe seruata, causas fidei debere referri ad sedē Petri, quid adhuc dubitas? Et quod ille fuerit antiquus ecclesiæ status, testantur ecclesiastica gesta, & scripta sanctorū patrū, ante Innocentiū ab exordio Christianæ ecclesiæ, quibus manifestū est episcopū Romanæ ecclesiæ usum fuisse sui primatus potestate super uniuersum orbem. Ab initio postq; constitutis diocesisibus Petrus cathedrā suā deo iubente fixerat Romæ, oēs episcopi ubi uis gentiū constituti fuerant in toto mūdo, tam in Africā quā in Asia, & in Europa, etiā nonnullis apostolis adhuc uiuentibus honorauerunt Romanæ ecclesiæ cathedrā, ut primā, ad quā in rebus fidei dubijs, alijsq; arduis uniuersalis ecclesiæ negotijs habebatur recursus, ad quā & oībus semper episcopis grauatim licuit appellare. Euaristus quintus a Petro Romanæ ecclesiæ episcopus, sub cuius pontificatus anno secundo mori euāgelista Ioannes, præcepit episcopis in Africā, ut septē apud episcopū sint diaconi, qui quasi sint oculi ipsius episcopi. In Africā Cyprianus & Augustinus residentes, honorauerunt Romanæ ecclesiæ pontificē, ut sibi & ceteris omnibus præpositum. Ante mille & ducentos circiter annos sub suis temporibus, ipse Cyprianus, & ceteri episcopi acta in synodis referebant ad apostolicam sedem. Hæretici insuper & schismatici ab Africana ecclesia reiecti, Romam, si credimus Cypriano, nauigabant, appellaturi Romanæ ecclesiæ pontificem, successorem Petri. Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiā propria confessionē nudatam, Romam, inquit Cyprianus, pergens, apud Stephanū Romanæ ecclesiæ episcopū ambiuit sese iniuste reponi in episcopātū, de quo fuerat iuste depositus. Deinde Augustini seculis Cecilianus Carthaginensis episcopus ab hæreticis reiectus, causa sua iam agitata, fuit restitutus per Melchiādem Romanæ ecclesiæ pōtificem. Testis est Augustinus in epistola ad Glorium & felicem. Deinde & in Asia, in Aegypto, in Græcia, episcopos fuisse sub Romano pontifice, patet ex antiquissimis historijs atq; decretis, ex quibus luce clara deprehendimus Antiochenos, Athenienses, Alexandrinos, Constantinopolitanos, Dardanios, Corinthios, semper honorasse episcopū Romanæ ecclesiæ, ut prepositum, primum & maximum episcoporū. Flauianus Constantinopolitanus episcopus, appellauit ad Leonem magnum, per quem & ipse in sedem suam est restitutus: sic & Athanasius suæ sedis in Asia restituitur per Romanæ ecclesiæ episcopum, quem & multis in locis appellat uniuersalis ecclesiæ episcopū, in epistola ad Marcū Romanæ ecclesiæ episcopum sic scribens: Domino sancto & apostolici culminis uenerando, Marco sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis, atq; uniuersalis ecclesiæ papæ, Athanasius, & uniuersi Aegyptiorum episcopi. Item Chrysostomus Constantinopolitanus episcopus appellauit ad Innocentiū papā, & restitutus est per eundem

Episcopi de
positi cōfugerūt ad se-
dē Petri ap-
pellando.

dem episcopum Romanæ ecclesiæ. In rebus fidei consuluit Hieronymus scribens ex Asia ad Damalum papam. Item beatus Ambrosius, quemadmodū & ceteri episcopi in Italia, cognouerunt Romanæ ecclesiæ episcopū, ut sibi præpositum, & uniuersalis ecclesiæ primatem, tractans illud ad Galatas primo: Post annos tres ascendi Hierosolymam uidere Petrum. dignum, inquit, est ut cuperet uidere Petrum, quia primus erat apostolorū, cui delegauerat dominus curam ecclesiæ. Idem in sermone de fide & penitentia Petri. Et quemadmodum ex superioribus patet secundum Ambrosium, Petrus appellatur apostolorū primus, quia ceteris omnibus fuit prælatus. Prius secutus est Andreas saluatorē quā Petrus, tamen primatum inquit Ambrosius non accepit Andreas, sed Petrus. Quod etiam ipse Petrus, & post illum primi successores exercuerunt primatus potestatem super ceteros episcopos, patet primum ex scripturarū gestis, deinde ex historijs sanctorū, ab initio primitiue ecclesiæ ad hæc usq; tempora. Ipse Petrus post ascensionem præsentibus alijs apostolis, & Mariā matre Iesu, exurrexit in medio fratrum & quasi præsentis suæ actum exercens, proposuit de nouo apostolo eligēdo in locum Iudæ substituendo. Similiter & in die Pentecostes exurgens in medio fratrum loquutus est Iudæis, & primum fecit miraculum sanans claudum, & tanquā caput, os & uertex apostolorū, alijs apostolis præsentibus, ipse solus respōdit Iudæis. In Ananiam & Saphiram sententiā mortis dedit, uide capitulum primum, tertium & quartum in Actis apostolorū. In Hierosalem dubitatione habita super legalium obseruantijs, ipse surgens soluit questionem, declarans salutem fieri per gratiam Iesu Christi ex fide, & iugum legalium præceptorū non esse imponendū credentibus. Iacobus quidem secundum Petri doctrinam, sententiā pronūciauit, sed hoc (si Hieronymo credimus) fuit Petro deferente Iacobo in propria ecclesia residenti. Vnde & Iacobus frater domini a Petro coassumptis Ioanne & Iacobo Zebedæi ordinatus est primus episcopus Hierosolymorū. Cuius rei testes sunt Anacletus martyr, Hieronymus, & Chrysostomus homilia octogesima septima super Ioannem. Deinde & beatus Clemens plane testatur Petrum per orbem instituisse episcopos, & Paulum segregatū autoritate ecclesiæ ad episcopale ministerium, indicat scriptura Actuum decimo tertio capite. Beatus Anacletus martyr in epistola quam scripsit omnibus ecclesijs, docet in maioribus causis ad sedem apostolicam appellari posse, quoniam hoc apostoli, inquit, statuerunt iussione saluatoris, ut maior es causæ & difficultiores, omnes semper ad sedem referantur apostolicam, super quam Christus uniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram &c. Sacrosancta igitur Romana & apostolica ecclesia, inquit, non ab apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram &c. Deinde Anacleti successor Euaristus, in epistola quam scripsit ad fratres uniuersos Africæ regionis, sic loquitur: Dilectissimis fratribus uniuersis Africæ regionis episcopis, Euaristus.

Officitur ex
scripturis &
historijs Pe-
trū & succes-
sore eius ex-
ercuisse pri-
matum.

Hieron. in e-
pist. ad Aug.
q. 1. in epi-
stolari Aug-
ustini, dicit
Petru fuisse
authorē De-
creti, qd post
euāgelij lex
non sit seruā-
da, qd decre-
tū approba-
uit multitu-
do, Iacobus
& ceteri p̄s-
byteri.
Iacobus a pe-
tro ordinatus
est episcopus
Hierosoly.

Consulentibus uobis fratres charissimi, quid super his, quae in uestris continebantur scriptis, uisum nobis esset, uel quid docibilis ratio persuaderet, aut quid a beatis apostolis nobis traditum aut custoditum remaneret, optantes, ut retulistis, nostris instrui documentis: siquidem dilectio uestra normam sequuta prudentium, ad sedem apostolicam reddere maluit quasi ad caput, quid deberet de rebus dubijs custodire potius quam usurpare, praesumere. Rursus in altera epistola scribens ad fratres in Aegypto tradit autoritate huius sanctae sedis apostolicae terminandum esse, si populus aduersus episcopos uel iam habeat querelam. Deinde Alexander martyr successor Euaristi in epistola decretali ad omnes patres orthodoxos, plane affirmat sanctae Romanae sedis apicem esse caput, cui summorum causarum dispensationes, & omnium ecclesiarum negotia ab ipso domino sunt tradita. Item beatus Marcellus iam olim ante annos mille & trecentos, quartus ante Siluestrum Romanae ecclesiae pontifex Antiochenis, & uniuersis in Dardania constitutis: Beatus Petrus caput, inquit, est totius ecclesiae, cui dominus ait: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo. &c. Huius sedes primitus apud uos fuit, quae postea iubente deo, Romanam translata est. Rursus in concilio Chalcedonensi declaratur ecclesiae Romanae pontifex esse Petra refugij, ad quam & caeteri episcopi liberam habent potestatem appellandi, cui soli ius est decernendi episcoporum infamiam secundum clauas sibi a deo datas. Item Cyprianus ante annos mille & ducentos super hac re pro suo tempore uniuersalis ecclesiae statum diuersis suis scripturis manifestat. Et primo ex tractatu de simplicitate prelatorum, quaedam illius dogmata ad cognoscendum ueros articuli huius occasione haereticos uideamus. Illic docet, quod plus, inquit, metuendus & cauendus est inimicus cum latenter obrepit, cum sub praetextu Christianae fidei & pacis, occultis accessibus serpit, unde & nomen serpentis accepit, quod dum apertis persecutionibus per tyrannos, apostatas & persecutores Christiani nominis grassatur. Quid astutus, quidue subtilius, quam ut ipse iam per Christi aduentum deiectus & prostratus, uidens per nimiam credentium multitudinem sedes suas ac templa deserta, excogitauerit nouam fraudem, ut sub ipso Christiani nominis titulo, fallat incautos, inueniens hereses & schismata, quibus subuertat fidei ueritatem, & corrumpat corporis Christi unitatem, ut quos detinere non potest in ueteris uiae caecitate, circumscribat & decipiat noui itineris errore, rapiens de Christi ecclesia homines, etiam eos, qui sibi uidentur non deserere ecclesiam Christi, & dum sibi uidentur iam appropinquasse lumini, lucemque ortam, sequere tenebras & regionem umbrae mortis euasisse, alias nescientibus tenebras rursus infundant, ut nec cum Christo, nec cum illius lege, nec euangelio reuera consistant, existimantes tamen sese habere Christi doctrinam, ueramque euangeliorum fidem, & apud se esse sanctam & apostolicam ecclesiam, cum sint caeci & in tenebris. Sic ergo per haereticos & schismaticos transfiguratur se angelus sathanas in angelum lucis, subornans suos quosdam ministros, ueluti ministros Christianae fidei, ueluti ministros iustitiae, qui propinent noctem pro die, & perfidiam sub praetextu fidei, Antichristum sub uocabulo Christi,

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCRY. LIB. VII. Fol. CCLXXI.

sti, odium ac diuisionem contra Christum illiusque ecclesiam, sub titulo fidei & charitatis Christianae, ut dum uerissimilia mentiuntur, ueritatem subtilitate frustrantur, aperiens ibidem huius fallaciae causam, docet eos idcirco falli, quia ad ueritatis originem non redeunt, nec caput quaerunt, nec coelestis euangelij doctrinam seruant, quae si quis consideret & examinet, non est opus, inquit, tractatu longo & argumentis. Probatio est ad fidem facilis compendiosa ueritatis. Loquitur dominus ad Petrum: Ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferorum non uincunt eam. Tibi dabo clauas regni caelorum, & quae ligaueris super terram, erunt ligatae & in caelis, & quaecumque solueris super terram, erunt soluta & in caelis. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum, si cui remiseritis peccata, remittuntur eis, cui tenueritis, tenebuntur eis: tamen ut manifestaret unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua autoritate disposuit, hoc erant utique & caeteri apostoli, quod fuit Petrus pari consortio praediti & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una esse monstraretur: quam unam ecclesiam etiam in Cantico canticorum spiritus sanctus in persona Christi loquens designat: Una est columba mea, una est matri suae electa genitricis suae. Hanc ecclesiae unitatem, qui non tenet, quomodo tenere se fidem credit: quomodo se in ecclesia esse confidit? Quando & beatus Paulus hoc doceat, & sacramentum unitatis ostendat, dicens unum corpus, unus & spiritus, una spes uocationis, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus, quam unitatem firmiter tenere obligamur, maxime episcopi, qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque unum probemus esse atque indiuisum, cuius a singulis pars tenetur in solidum, quomodo solis radij multi, sed lumen unum, rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum, fons unus, sed riuus plurimi. In his omnibus numerositas diffusa est exundantis copiae largitate, unitas tamen seruetur in origine, a qua si praecidatur, aut ramus aut radius aut riuus, perit aut arescit: sic & ecclesia domini luce perfusa per orbem totum, radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, unum caput est, & origo una, & una mater fecunditatis successibus copiosa. Illius foetu nascimur, illius spiritu animamur, illius lacte nutrimur, haec nos deo seruat, haec filios regno, quos genuit, assignat. Habere non potest deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Hoc unitatis sacramentum, hoc uinculum concordiae de diuina firmitate ueniens, sacramentisque caelestibus cohaerens, scindi non posse ostenditur, quando in euangelio tunica domini nostra diuiditur omnino, nec scinditur, sed sortientibus de ueste quis Christum potius indueret, integra uestis accipitur. Ipse deus in euangelio: Erit unus grex, & unus pastor, non possunt igitur esse aut multi greges in uno loco, aut multi pastores. Haec & alia multa de unitate ecclesiae ibidem contextuit Cyprianus. Verum quae haecenus ex scripturis deduxit, cum ad hoc uideantur redere, ut ostendatur unitas haec per coherentiam membrorum in unione fidei & charitatis sacramentorum & euangeliorum;

geliorum sub uno pastore Christo, dicent osores cathedræ Petri, non inde consequens esse episcopos & pastores omnes aut instituendos, aut subiectos esse cathedræ Petri. Respondeo ex doctrina eiusdem ibidem, uerum quidem esse unionem per fidem & charitatem sufficere, sed talem unionem non seruât heretici, quantumuis arbitrentur se & congregari in nomine Christi, & habere eandem symboli legem, eadem euangelia, eadē Christi sacramēta. Et quia cecitate percussi, se hereticos esse fateri non uolūt, simul & aperit, quinā sint huiusmodi heretici: Tales, inquit, sunt, qui se ultro apud temerarios cōuenas sine diuina dispositione præficiunt, qui sedes alias, & conuenticula sibi diuersa condunt, ueritatis caput atq; originem relinquētes, qui sibi præpositos absq; ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine episcopatu dante, episcopi nomen sibi assumunt, qui non apostolicæ ecclesiæ episcopis in unitate pacis cohærent. Hæc & alia multa Cypriani dogmata, in tractatu de Simplicitate prælatorum. Ex quibus plane patet ecclesiæ unitatem ex scripturis sacris esse querendam, in quibus legitur Christus sua autoritate disposuisse originem unitatis suæ ecclesiæ ab uno incipere Petro, cui ipse tradidit clauas regni cœlorum. Et quis omnibus apostolis parem dedit potestatem priusq; Petrum præficere, postea tamē originem unitatis & paritatis huius potestatis ab uno incipientem disposuit, dum inter duodecim primum pari potestate præditos, postea unus eligitur, & præficitur ab ipso Christo. Quamuis ergo parem a Christo acceperint potestatem, Christus tamen sua autoritate disposuit unitatem ab uno incipere, scilicet Petro. Hæc est manifesta sententia uenerabilis Hieronymi contra Iouinianum. Et eandem hanc esse Cypriani sententiā plane intelligere possumus ex alijs diuersis epistolis, in quibus ipse plane docet episcopalem potestatem esse ecclesiæ gubernandę uigorē, sublimem & diuinā potestatem, hortans cæteros, quatenus & cognoscant & teneant ecclesiā Romanam, ut catholicæ matricem atq; radicem & ecclesiā principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, & illius ecclesię fidem apostolico ore esse laudatā, & ad illam non posse perfidiam habere accessum, & ecclesiā catholicā tunc fuisse apud Cornelium Romanæ ecclesiæ pontificem, qui Fabiano legitima ordinatione successit, & ecclesiā non posse esse apud Nouatianum, qui apostolica traditione contempta, nemini succedēs, semetipsum ordinauit, & Romanæ ecclesiæ episcopū esse catholicæ ecclesię, id est, uniuersalis ecclesiæ pontificem, qui canones tradit uniuersales, id est ab omnibus coepiscopis obseruandos, & schismaticos ad ecclesiā redeuntes, tunc esse confessos Cornelium esse episcopū sanctissimæ catholicæ ecclesię, & unum episcopum in catholica ecclesia esse debere, & eos qui existimabant se grauari ex Africa, ad Romanam ecclesiam appellasse. Et Petrum Romanæ ecclesiæ pontificem fuisse super quem a Christo fundatur ecclesia, & eiusdem Romanę ecclesiæ episcopum esse qui secundum successionem Petro uicaria ordinatione succedit, & eum esse primū episcopū, & eos non seruare unitatem ecclesiæ, qui se contra illum erigunt. Hactenus Cypriani dogmata. Ex quibus manifestum est Christum post suam resurrectionem omnibus apostolis parē potestatem tribuisse,

&

& tamen unitatis originem ab uno incipientem, sua autoritate disposuisse, dum uni dixit: Pascue oues meas. ubi inter duodecim, unus a Christo eligitur præfectus, ut sublata occasione schismatis, unitas ecclesiæ seruarietur. Et ne quisquam arbitretur nos confingere, ex cerebris nostris, uideamus an ne sit plana Hieronymi sententia contra Iouinianum: Super Petrum, inquit, fundatur ecclesia, licet id ipsum in alio loco super apostolos fiat, & cuncti clauas cœlorum accipiant, & ex æquo fortitudo ecclesiæ super eos solidetur, sed propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Intelligit autem inter duodecim unum electum, nō ab apostolis, sed a Christo. Nam & ibidem dissoluens quæstionē cur non Ioannes electus est, qui uirgo erat, & supra ceteros magis dilectus: Ætati, inquit, delatū est, quia Petrus senior erat. Ne igitur adhuc adolefcens & pene puer præferretur progressæ ætatis hominibus, & ne magister bonus, qui discipulis occasionē iurgij auferri debuit, in adolescentem quem dilexerat causam uideretur præbere inuidiæ, Petrus est electus. Item beatus Gregorius non dubitauit hac in re quicquam, passim in suis scriptis supponens Petrum fuisse uniuersalis ecclesiæ pontificem cæteris omnibus prælatum, etiam auctore deo. Vnde uigesimo sexto Moralium sic habet: Petrus, auctore deo, ecclesiæ principatum tenens, &c. Eidem sententię firmiter assentit uenerabilis ipse Bernardus, ut mox patebit, & cæteri quotquot sunt posteriores. Ex supradictis igitur primum patet, secundum doctrinam sanctorum Cypriani, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, & cæterorum omnium, apostolum Petrum esse a Christo electū, ut caput esset apostolorum. Deinde patet ex eisdem patribus Romanæ ecclesię episcopum ab initio usum esse huiusmodi primatus potestate, & Hieronymum, Cyprianum, Augustinum, & cæteros omnes etiam Africanos episcopos suas sententias subiecisse iudicio episcopi Romanæ ecclesiæ. Ex horum proculdubio consideratione, Bernardus in libro de consideratione ad Eugenium, plane docet, quod episcopus ecclesiæ Romanæ est summus pontifex, primus episcoporum, potestate Petrus, unctione Christus, unus omnium pastorum pastor, cui clauis traditæ sunt, cui oues creditæ sunt. Alij pastores habent greges sibi assignatos, singuli singulos, ecclesiæ autem Romanæ pontifici uniuersi greges sunt crediti, non modo oues, sed & pastores. Proinde unus ipse omnium pastor, qui locum Petri tenet, inquit, peremptoriam potestatem dare sententiam. Ad depositionem episcoporum solius Romani pontificis auctoritas noscitur pertinere, quod etsi alij multi episcopi sunt uocati in partem sollicitudinis, solus ipse plenitudinem habet potestatis. Rursus in epistola ad Mediolanenses, quæ recensetur numero c xxxi. Plenitudo, inquit, potestatis super uniuersas orbis ecclesias singulari prærogatiua apostolicæ sedi donata est. Qui igitur huic potestati resistit, dei ordinationi resistit. Potest si utile iudicauerit nouos ordinare episcopatus, ubi hactenus non fuerunt. Potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio ipsi dictauerit. Potest a finibus terræ sublimes quascunq; personas ecclesiasticas euocare & cogere ad suam præsentiam, non semel aut bis, sed quoties expedire uidebitur.

z ij Porto

Porro in promptu est ei ulcisci omnem inobedientiam, si quis forte reluctari conatus fuerit. Hæc Bernardi sententia, quam effluxis iam annis quadringentis tenuit, docuit & prædicauit ecclesia de potestate Romani pontificis. Docuit autem hæc Bernardus suo seculo, non suam solius sententiam imitatus, sed ex ecclesiastica traditione edoctus in huiuscemodi re tenens, docens & prædicans, sicuti inuenerat ecclesiam suo seculo docentem. Ecclesia uero sub seculo Bernardi docuit sicuti inuenerat docuisse & prædicasse ecclesiam supra quingentos annos ante se, temporibus uidelicet Augustini & Hieronymi. Rursum didicit ecclesiam temporibus Augustini de huiuscemodi cathedra Romani pontificis docuisse, & prædicauit, sicuti inuenerat ecclesiam ante se ascendendo usque ad apostolorum tempora docuisse & prædicasse, ut ex superioribus patet, & præcipue ex doctrina Cypriani in Africam honorantis Romanam ecclesiam, ut caput ecclesiarum, & ex epistola Innocentij, ad beatum Augustinum & cæteros episcopos Africanos: In fide igitur errat, quisquis dixerit, quod fas esset plures esse papas, & quemlibet in sua diocesi esse papam & pastorem supræmum æqualem Romano pontifici. Errat in fide, qui errat super unitate ecclesie, contra articulum, qua creditur una sancta ecclesia catholica. Ex quibus patet, quanta suffultus autoritate fuerit Bonifacius octauus Romanæ ecclesie episcopus, publico suo docens decreto: Subesse, inquit, Romano pontifici, omni humanæ creature declaramus, dicimus, definimus, & pronunciamus omnino esse de necessitate salutis. Petro dixit: Pasce oues meas, ubi cum generaliter dixit, non singulariter has uel illas, intelligitur commississe uniuersas. Siue ergo Græci, siue alij dicant, se non esse oues a domino commissas Petro & successoribus eius, fateantur se non esse necesse est de ouibus Christi, dicente domino, unum esse ouile. Vnde & beatus Gregorius in registro libro tertio recitans formam abiurandi schismata, docet abiurantem promittere papæ, se permanurum in unitate ecclesie catholice, & communionem Romani pontificis, quemadmodum citat Gratianus. Quod si quis opposuerit nobis, & dixerit Romanum pontificem non esse catholice seu uniuersalis ecclesie catholice pontificem, tum ob id quod ipse ecclesiam, quæ legitur diffusa in totum terrarum orbem, & in omnes gentes pascere nequeat, non sufficiens copiam præsentie suæ toti mundo exhibere, tum quod gratiarum dona, ut episcopatus & dispensationes ministeriorum dei a Christo congruentius, citius & facilius in totum orbem Christianum defluant per omnes episcopos patres in potestate, quam per unum Romanæ ecclesie pontificem, ut singulæ prouincie suos habeant episcopos summos, & non sit opus in longinquum recurrere, tum quod uniuersalia sua ipsius decreta super ordinatione, institutione & consecratione sacerdotum, super contractibus, super censuris, & pœnis excommunicationum & irregularitatum, & super alijs nequeant deduci ad notitiam populi, in singulis orbis terrarum nationibus, alioquin quod dicemus, si populus aliquis constitutus in orbis terrarum finibus, constitutionum eiusmodi prorsus inscius, uxores sibi aut consanguineas, aut affines accipiat, an ualidus erit contractus contra decreta pontificum, an irritus in animarum ignorantium periculum? Hæc & similia

In fide errat dicens plures posse esse summos pontifices.

In extraneis cõmunibus, de maioriore & obedientia, cap. Vnã eccle.

qui supradictis obstare putauerit, primum sciat pontificis ecclesie Romanæ officium esse omnem orbem pascere, non per præsentiam corporis, sed per prouidentiam & sollicitudinem mentis, sollicitè curantis, ut pascantur omnes. Pascere non solum utiliter docere, prædicare uel euangelium salutis, sed & obistere aduersarijs, arcere lupos, peccantes corrigere, oues in uiam salutis dirigere, curare ut uerba salutis annuncientur in uniuerso mundo, & dilatetur ecclesia. Sic Chrysostomus super uerbo, Pasce oues meas: Pasce, inquit, id est, loco mei esto præpositus, & caput fratrum, Christus uniuersalis pastor Iudæam non exiuit, in totum orbem apostolos misit. Deinde sciat ecclesie membra in debito sibi coherere ordine, non locorum uicinitate, sed mentium unione per fidem & Christianam charitatem. Charitas autem Christiana, ius suum unicuique seruat, omnibus debita reddit, cui honorem honorem, cui timorem timorem, non confundit ordinem, non transgreditur terminos, quos posuerunt patres nostri, non est ambitiosa, non ambulat in magnis & mirabilibus super se. Charitas Christiana est obediens & ordinata, & ita non resistit potestati. Nam ut ait Apostolus: Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Insuper sciat cõstitutiones positivas Romanæ ecclesie non ligare probabiliter ignorantes. Postremum sciat quod carnales filij quantumlibet fuerint secundum spatiorum loca a parentibus suis remotissimi, manent nihilominus filij sub paterna obedientia, & obligati explere præcepta, si quæ ab ipsis parentibus profecta nouerint iusta ratione ad se pertinere: ita & Christiani ubilibet locorum constituti, & qui Romanam ecclesiam secundum faciem seu famam non nouerunt, ecclesie Romanæ subsunt etiam ignorantes, quibus obedire priusquam nouerint non teneantur: sed talem populum Christianum in ulla regione iam esse non credimus, cum in primordijs Christianæ fidei, apostolo Paulo prædicante, Romanorum fides fuerit annunciata in uniuerso mundo. Verum si cogat quisquam tales esse posse, is sciat, quod sicut uera cordis conuersio, & peccatorum remissio potest esse, non suscepto baptismo, contempto autem baptismo esse non posse, quomodo enim posset esse uera cordis conuersio in deum, ubi contemnitur eius aut præceptum aut sacramentum? ita & animus uere Christianus esse non potest, contempta uel Romana ecclesia, uel Petri cathedra, illiusque decretis, quibus forsitan esse possit non habita uoluntate obediendi romanæ ecclesie, aut non obseruandi illius decreta, quæ non obligant rationabiliter ignorantes, aut impotentes, aut alia pia ratione excusatos. Ex his iam manifestum est primatum cathedre Petri, non obesse ullis ecclesie membris, siquidem unitas sacerdotalis a Christo per Petrum exorta, iam olim extendit palmites suos usque in fines orbis terrarum. Quod si statuatur aliquis Christianorum populus in finibus orbis terrarum sine sacerdotio & episcopatu, qui non potest nec per epistolam, nec per aliam uiam habere accessum, uel ad romanæ ecclesie pontificem, uel ad episcopum ordinatum ab illo, is pro non baptizatis habet remedium baptismi, quod in necessitate etiam concessum est laicis ministrare. Pro baptizatis uero & relapsis habet sacrificium contriti cordis ex fide in Iesum saluatorem, cum uoto & desiderio adimplendi ea, quæ nouerit

Quod potest et manus potestatem totum orbem pascere.

Roman.

ex euāgelica lege salutis necessaria. Deinde & deus, qui inspirauit rectam fidem ei, qui iustus fieret pro sua misericordia illuminabit illū, ut & sciat & habeat quod agere debeat, si ex fide uel imperfecta, quā desup accepit cū Cornelio Centurione, orationibus & elemosynis ad deū confugiat. Ex his igitur hanc habemus conclusionē clare demonstratā, uidelicet Romanæ ecclesiæ pōtificem esse uniuersalis ecclesiæ episcopū, Iesu Christi in terris uicariū, & Petri apostoli successorē, non uicariū, firmissime tenendū esse, & nullatenus dubitandum: non quia Bernardus sic docet, non quia Cyprianus, aut Hieronymus, aut Augustinus, sed quia ecclesia Christi ab initio secundū successionē serie tracta ad hęc usq; tempora, ex scripturis sic creditū, tenuit, docuit & p̄dicauit. Proinde & si nulla scripturæ autoritas super hoc foret expressa, tamen autoritas ecclesiæ, quę hoc semper tenuit, sufficeret, per quā ante annos mille atq; ducentos in Nicena synodo patribus oibus concorditer approbatibus, est roboratū, non debere absq; Romani pōtificis sententia cōcilia celebrari, & eos qui metropolitanū episcopū, aut cōprouinciales iudices haberint suspectos, posse interpellare sanctā romanā sedem, cui a dño potestas ligandi & soluendi speciali est priuilegio super oēs concessa. Ex quibus patet, falsum esse, impiū & temerariū, dicere primatū ecclesiæ romanæ, aut incepisse a quadragesimo annis & circa, aut post Siluestrū papā, aut probari solū ex frigidis pontificū decretis. Siquidem ab initio ad hęc usq; tempora tota ecclesia, & concorditer oēs ecclesiastici patres intellexerunt huiuscemodi ecclesiæ Romanæ primatū ex uerbis Christi in euāgelij ad Petrū dictis. Neq; ob id uituperanda est cathedra, quod homo qui sedet in illa, abutatur potestate accepta. Neq; em̄ potest hoc in mundo res ulla esse tam bona, qua nō abuti potest peruersitas humana. Quāquidē & ipsis uirtutibus cōtingit abuti, quibus in uita nihil est utilius hoībus, quibus & nemo male utit, operās ex illis. Episcopatus bona res ē: nā qui episcopatū desiderat, bono desiderat: bñ desiderat q̄ officii desiderat, nō honorē: qui cupit prodesse, nō præesse. Episcopi nomen non dñij, sed officii sonat. Summus episcopus, summū onus & sollicitudo omnium ecclesiarū, uicarius, non dñs, forma iustitiæ, speculū sc̄tmonia, legū moderator, pro lucro Christianæ fidei, pro custodia charitatis, canonū dispensator. Præfectus, non ut leges nouas, quibus grauiā & importabilia onera imponat, sed ut decreta talia potius condat, quibus dei leges custodiri faciat. Ex supradictis ergo diligenter consideratis, manifestū est oēs Christianos, & ecclesias Christianorū oēs, oportere conuenire, non solū, quēadmodū hæretici prætendunt, in una fide, in una spe uocationis, & eisdem scripturis, sed & in unitate sub cathedra Petri omnibus ecclesijs prælata.

Sequitur tertia pars.

IAM operæ pretium est considerare, quemadmodū accipienda sit sententia ex scripturis, docens fidē usq; in cōsummationē seculi non deficere unq; a Petri cathedra seu ecclesia Petri. Ad intelligendū igitur uerba saluatoris dicentis ad ecclesiam in collegio apostolorū designatam: Ego uobiscū sum usq; in cōsummationem seculi. Et ad pastores uniuersalis ecclesiæ defini-

gnatos in Petro: Simon, sathanas expetiuit, ut cribraret uos sicut trititū. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua. Et iterū: Super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā, & porte inferi non præualebūt aduersus eā. operæ pretiū est cōsiderare, q̄ ex huiuscemodi scripturis firmiter tenendū est, & nullatenus dubitandū, Christū & fidē Petri nunq; deficere ab ecclesia Petri, ab episcopatu Petri, a cathedra Petri, usq; in cōsummationē seculi. Verū hic animaduertendum, aliud esse quod dicimus primatū, fidē, & clauēs regni cœlorū esse in separabiles, & nō deficere ab ecclesia seu diccesi romana, aliud q̄ dicimus ea esse inseparabilia ab ecclesia seu cathedra Petri. Hoc & insuper considerandum est, aliud esse quod dicimus, fidē Petri nō deficere ab ecclesia, seu a potestate Petri, aliud quod dicimus Petrū & eius successorē, aut populū Romanum non deficere unq; a fide. Et qui huiuscemodi diuersitatē non diligenter obseruat, in sententijs patrū facile fallitur. Eadem em̄ est fides Christiana quę in Petro est & in cæteris creditibus, & idcirco tamen si deficiat fides in persona uel Petri aut successoris, uel Romanæ diccesi, non ob hoc consequens est fidem deficere in cathedra, in sede uel ecclesia Petri. Proinde & hoc sciendum quod uerbū Christi patrē rogantis pro Petro, ut non deficiat fides eius potest concipi sub triplici intellectu: uel primū pro eo, ut fides nunq; deficiat a corde pontificis uniuersalis ecclesiæ, nec uidelicet a persona Petri, nec a persona pontificis, qui Petro uicaria ordinatione succedit: uel secundo, ut fides nunq; deficiat a gñali cathedra, a sede, ab uniuersali ecclesia seu ouibus ipsius Petri, usq; in cōsummationē seculi: uel tertio, ut fides non deficiat unq; a propria sede uel diccesi, quā Petrus peculiariter pascēdam, dirigendā & gubernandam suscepit. Horū primus intellectus uidetur esse extra intentionem saluatoris. Neq; enim uidetur Saluator huiuscemodi uerbis uoluisse Petro omnibusq; successoribus eius promittere perseverantiam fidei usq; in finem. Ex quo consequens esset omnes successores Petri esse ad perseverantiam fidei p̄destinatos. Siquidem & Petrus post illa uerba ad tempus defecit a fide, sicut & apostoli cæteri, dicente scriptura: Exprobrauit Iesus incredulitatem eorū quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt. Unde & testimonia angelorum sanctarumque mulierum de resurrectione Christi uisa sunt apostolis tanq; deliramenta. Verum quidem est quod Petrus post acceptum spiritum non defecit a fide, sed hoc priuilegium non erat speciale Petro, sed & commuue cæteris apostolis, pro quibus & Christus orauit: Pater sancte serua eos quos dedisti mihi, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Postremum, quantum propter promissiones saluatoris, sit firma fide credendum, Petrus non defecisse finaliter a fide, hoc tamen non oportet sic credere de successoribus Petri, qui neque in fide sunt confirmati ut Petrus, neque tales habuerunt promissiones a Christo, qui dixit: Sedebitis super sedes duodecim, &c. Neque uidetur ulla esse scriptura qua cogamur credere uniuersalis ecclesiæ pontificem non fieri unquam hæreticum. Non oportet igitur accipere uerbū saluatoris secundū intellectū primū. Secundus autem intellectus est fide tenendus propter uerbū saluatoris, Ego uobiscū sum usq; ad cōsummationē

triplex intel
lectus uerbū
Ego pro te
rogavi.

seculi, Super hanc &c. Et porte inferi non praeualebunt aduersus eam. Ex quibus consequens est Christum permansurum cum episcopatu & ecclesia, & sede Petri, usque in consummationem seculi. Hoc autem non est sic consequens de episcopatibus seu ecclesijs aliorum apostolorum deficientibus iam a fide suis ipsorum gregibus. Verum & hic sciendum est secundum hanc interpretationem non oportere consequens esse, quod Romana diocesis certis limitibus ab alijs distincta, in qua & finaliter Petrus resedit, non deficiet unquam a fide. Aliud potest intelligi ecclesia seu cathedra Petri, aliud ecclesia Romana: siquidem ecclesia seu diocesis Romana potest intelligi esse destructa permanente Petri cathedra, quae est cathedra uniuersalis ecclesiae. Vnde & tertium intellectum pertinaciter haeretici resellunt, imitari infantiam ludorum, qui odietae ecclesiam Romanam expectant finale illius interitum. Fuerunt iam olim & alij, qui non pertinaciter, sed quasi probabiliter sententiam defendere uoluerunt ex scripturis, nobis incertum esse an diocesis Romana deficiet unquam a fide, & idcirco esse temerarium asserere alteram partem tanquam fidei articulum, cum neutra sit ex scripturis necessario consequens, necque usquam reuelatum sit quod omnes Christiani a Mahumeta uel Turca non expellent unquam a Romana diocesi, aut non transferentur in aliam diocesim, nunquam amplius reuersuri Romam. Quatenus ergo inuestigando magis appareat ueritas, quaedam argumenta subiiciamus aduersus eos qui ex scripturis conantur demonstrare ecclesiam Romanam ita esse fundatam super firmam petram, ut non possit a fide deficere. Primum, uerba Christi dicentis: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, &c. & rursus: Ego uobiscum sum usque in consummationem seculi, non possunt intelligi de populo Romano ecclesiae, quasi si Christus illi populo promissionem fecerit, cum ipso sepe permansurum, & quasi fides ab illa diocesi nunquam sit passura defectum. Nam & dum Christus huiusmodi uerba loqueretur, nondum erat romana ecclesia. Videntur igitur oratio & promissio Christi de fide & praesentia sua permansura cum Petro, & apostolis usque in consummationem seculi, esse facta non Romanis, qui nondum erant credentes, sed ecclesiae in Petro & apostolis generaliter intellectae, a qua non deficiet fides usque in fine seculi. Videtur ergo non posse ex scripturis demonstrari, primatum ecclesiae & fidem esse a romana diocesi inseparabilem. Praeterea uerba haec Christi ad Petrum, sunt dicta Petro non ut priuato homini, sed (secundum Augustinum in Ioannem, capitulum ultimo) ut gerenti figuram ecclesiae, & idcirco intelliguntur dicta non personae solum Petri, sed in Petro toti ecclesiae. Quod uobis dico, inquit saluator, omnibus dico. Vnde & Matthaei xvi. Christus non solum Petrum, sed omnes apostolos interrogabat, Quem dicunt homines esse filium hominis? Illis autem respondentibus, Alij dicunt esse Ioannem Baptistam, alij Heliam, &c. Denuo Christus, non Petrum solum, sed omnes interrogat, Vos autem quem me esse dicitis, cui interrogationi unus pro omnibus, ut inquit Augustinus, respondet Petrus: Tu es Christus filius dei uiui. ac si dicat Petrus, nos omnes dicimus te esse Christum filium dei uiui. Ergo ea quae Christus sic Petro pro omnibus respondenti dixit atque promissit, Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Tibi dabo clauis regni caelorum, & reliqua, uidentur omnibus apo-

An Romana
ecclesia unquam
a fide deficiat.

tract. vlti.

apostolis dicta atque promissa. Vnde quod Petro singulariter dixit: Ego pro te rogavi Petre, &c. Et quodcumque ligaueris super terram, hoc & postea pro omnibus orauit: Pater sancte serua eos. Insuper & omnibus dixit: Quaecumque alligaueritis super terram &c. Videatur igitur ex his non esse consequens fidem & primatum ecclesiae ab ecclesia Romana non deficere unquam. Praeterea ab ecclesia Romana ipse pontifex irruentibus hostibus, uel saeuicibus inimicis crucis Christi, potest fugere, & suam cathedram alibi collocare, dicente saluatore: Cum persecuti uos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Vnde & Paulus apostolus secundae ad Thess. ij. inter signa quae praecedent futurum Christi aduentum, ponit discessionem seu defectionem, quae (si Lactantio, Athanasio, Chrysostomo, Ambrosio, Hierony. caeterisque probatissimis scripturae sacrae interpretibus credimus) intelligitur Romani regni abolitio. Insuper & de ecclesia Romana uidetur forsitan intelligenda prophetia Balaam, Numeri xxiiij. dicentis: Venient in triremibus de Italia, qui superabunt Assyrios, uastabuntque Hebraeos, & ad extremum etiam & ipsi peribunt. Cuius prophetiae prior pars iam esse completa uidetur per Titum & Vespasianum, qui ueniens de Italia, uastauerunt Hebraeos, destruentes Iudaeorum regnum. Posterior autem secundum uanam spem Hebraeorum expectatur futura, & id quidem (quae admodum fingit Rabbi Salomon) per Messiam regem, qui (ut inquit) deuastabit ecclesiam Romanam. Postremum, Romane ecclesiae pontifex potest cathedram suam ob causam transferre ex diocesi Romana, in aliam diocesim, praeficiendo eidem diocesi Romanae alium episcopum, quae admodum & ipse Petrus cathedram suam ex Antiochia transtulit in urbem Romanam, instituens episcopum Antiochiae uenerabilem Euodium, & illo mortuo Ignatium. Ecclesia romana quae nunc fidem Petri & primatum obtinet, non uidetur magis priuilegiata in constantia fidei, & primatus, quam ecclesia Antiochena, quae cum esset quondam cathedra Petri, iam a fide & primatu defecit. Haec & similia sunt, ex quibus & haeretici, & alij quidam nimium pertinaciter arbitrantur stultum & temerarium esse, si quis doceat ecclesiam romanam super alias ecclesias praesidentem, sic a Christo esse priuilegiatam, ut ab ea non deficiat unquam, necque fides, necque primatus pontificalis. Ex quibus consequens esse uidetur, tertium intellectum non esse a saluatore intentum. Sed his non obstantibus sciendum est, probatissimos sacrae scripturae interpretes illum tertium intellectum ex uerbis saluatoris singulariter ad Petrum dictis habuisse, quales sunt Cypri. Hiero. August. Bernardus, Thomas & Albertus, quae admodum & uerba ipsa saluatoris sonare uidentur, quae praemisera ad Simonem: Satanas expetiuit, ut cribraret uos sicut triticum. non dixit, ut cribraret te, sed ut cribraret uos, id est, ut totam ecclesiam in collegio uestro designatam extingueret, sed ego peculiari ter rogavi pro te, id est, pro ecclesia tua, ut non deficiat in sede & in cathedra tua fides. Et ut ascendamus a nouissimis, audiamus super hoc uenerabilis Bernardi sententiam ante quadringentos annos contra errores Petri Abilardi, in epistola ad Innocentium papam: Oportet, inquit, ad uestrum apostolatam res epistola 1905 ferri pericula quaeque & scandala in regno dei, ea praesertim quae de fide contingunt.

Dignum

Dignum namq; arbitror ibi potissimū refarciri damna fidei, ubi non possit si des sentire defectum. cui enim alteri sedi aliquando dictum est: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua? Hæc ille. Ex cuius sententiâ consequens est uerbum saluatoris exponendū esse de fide in sede Petri, tanquā distincta ab alijs sedibus. & hanc Bernardi sententiâ iam lōge ante intellexit Cyprianus in epistola ad Cornelium papam, docens Petri cathedrā atq; ecclesiā esse principālē, unde unitas sacerdotalis est exorta, illāq; esse ecclesiā Romanorū, quorū fides est apostolico ore laudata, ad quos non possit perfidia habere accessum. Hæc ille. Docens perfidiā non posse habere accessum ad cathedram Petri, & nec ad ecclesiā Romanorū, quorū fides est apostolico ore laudata. Itē Hieron. aduersus Ruffinū: Romana fides apostolico ore laudata, nō recepit contra fidē ullas p̄stigias, etiā si angelus aliter annūtiat q̄ semel predicatū est. Item Romana ecclesiā nullā hæresim fouit unq̄. Sancta Romana ecclā semp̄ immaculata permansit, & dño p̄uidēte, ac beato apostolo ferēte opem, in futuro manebit. Itē Aug. in epist. ad Generosum peculiāriter recēssens ordinē episcoporū Romanę ecclē: Si ordo (inquit) episcoporū sibi inuicē succedentiū considerandus est, q̄to certius & uere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius ecclē figurā gerenti dñs ait: Sup̄ hanc petrā ædificabo ecclām meā, & portæ inferi non uincēt eā. Recensent ab Aug. ibidē sub hoc ordine ecclē Rom. p̄ticipes: Petrus, Linus, Clemens, Anacletus, Euaristus, Alexāder, Sixtus, Telesphorus, Iginus, Anicetus, Pius, Sother, Eleutherius, Victor, Sephirianus, Calixtus, Urbanus, Pōtianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus, Dionysius, Felix, Euticianus, Caius, Marcellinus, Marcellus, Eusebius, Melchisedes, Siluester, Marcus, Iulius, Liberius, Damasus, Siricius, Anastasius. In hoc ordine successionis nullus Donatista reperitur episcopus. In illū ordinē episcoporū, q̄ ducit ab ipso Petro, usq; ad Anastasium, q̄ nūc in eadē cathedra sedet, etiā si quisq; traditor per ista ip̄a subrepisset, nihil p̄iudicaret ecclē, & innocentibus Christianis, q̄bus dñs prouidens, ait de præpositis malis: Quæ dicunt facite, quæ aut̄ faciunt, nolite facere. ut certa sit spes fidelis, quæ nō in hoīe, sed in deo collocata, nunq̄ tēpestate sacrilegi schismatis dissipet. Hæc est Aug. doctrina, plane docentis portas inferi non præualere unq̄ aduersus ecclesiā Petri uniuersalē, & hoc uoluisse Augustinū ex doctrina saluatoris. Nam & ait ibidem Augustinus, Petrum gessisse figuram totius ecclesiæ. Respondeo. Ex doctrina Augustini patet, eundem non id solum uoluisse, sed etiam quod non deficiat fides ab ecclesiā Petri, in sede seu in cathedra sua. Nam & ipse, quemadmodum cæteri episcopi in concilio Aphricano, & Mileuitano, in his quæ sunt fidei consulebant Romanā sedē, tanq̄ normā a fide non deuiantē, cupientes eiusdē sedis autoritate, uel approbari uel reprobari, quæ sunt seruanda per uniuersum orbem. Sic & antiquissimus ille Ireneus in libro tertio aduersus Valentinum, ordinem episcoporū Romanę ecclesiæ

entus

enumerans, usq; ad sua tempora, id est, usq; ad Eleutherium, quem dicit duodecimum ab apostolis obtinere locum, plane definit ad hanc ecclesiā, scilicet Romanam, propter potentiorē principalitatem oportere omnem conuenire ecclesiā, & in hac semper ab his, qui sunt undiq; fideles, conseruatam esse eam traditionem, quæ est ab apostolis, & nos confundere unumquēq; hereticorū, indicātes traditionem in ecclesiā Romana ab apostolis usq; ad nos peruenientem, & traditionē, fidem atq; doctrinam apostolorum esse in hac custoditam usq; ad nos per successiones presbyterorum, & nos oportere sequi traditiones ecclesiæ, quam fundauerunt apostoli Petrus & Paulus, etiā si apostoli nullas nobis reliquissent scripturas. Non temere igitur, sed pia fide cum patribus nostris prædecessoribus credimus, q̄ fides & primatus ecclesiæ & sedes seu cathedra Petri, clauēs regni ccelorū, potestas ligandi & soluendi, sunt a diccessi Romana inseparabiles, & q̄ deo prouidēte, & beato Petro opem ferente, Romanus episcopus seu populus sub Romana diccessi, non deficiet unquā totus a fide, cum uideamus ab initio ad hæc usq; tempora in tot ac tantis tyrannorū persecutionibus eandē diccessim Romanā, nec a tramite apostolicæ traditionis unquā errasse docendo, nec hæreticis nouitatibus succubuisse credendo, sed antiquā fidei regulā secundū apostolorū traditionē semper tenuisse. Neq; turbari debet fides nostra, ut separemus nos a cathedra unius pontificis, si quem uideamus forsitan male uiuere, & auarę esse aut ambitosum, superbū: siquidē tales etiam uidebant suis seculis Cyprianus, Hieron. & August. non idcirco in separebant se ab unius aut alterius cathedra. Doctrina Pauli primę ad Corin. v. iubentis, ut nec cibū sumamus cū eo, qui frater. i. Christianus nominatur, si sit fornicator, aut auarus, aut male dicitur, aut ebriosus, aut rapax, scribitur ad ecclesiā Corin. ecclesiā aut̄ quælibet seruata lege euangelij, debet auferre malos cōtumaces sibi subiectos a sua cōmunionē. Bernar. suo seculo uidebat Romanū clerū magna ex parte uanū, ambitiosum, moribusq; corruptū, sed non ideo prætermisit docere ueritatē contra sui seculi hæreticos, qui contemnebant apostolicā sedē, seu pastorālē potestatem in uicario Christi, & successore Petri. Aliud est contemnere primatum pastoralis potestatis, aliud contemnere corruptam uitam hominis sedentis in illa, imo nō uita, sed spiritus sancti dona & ministeria, per quæ Christus operatur, sunt etiam in malis episcopis honoranda. Si personā ullius pontificis uelimus curiose inspicere, consideremus illū similit̄ nobis filiū Adæ, multis repletū miserijs, tentationibus, & tribulationibus carnis, & huius mundi subiectum, esse quidem pastorē, nō talem qualis est is, qui dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & uitā æternā do eis, ad cuius bonitatem nemo potest pertingere: sed uicarium illius, & unū ex numero eorū, quales Apostolus ad Hebræos describit, circumdatus infirmitate. quæ tanquā seniore, non increpare, sed rogare & uenerari oportet, ut patrem, illiusq; p̄uidenda (si quæ uideamus) abscondere, timētes nobismetipsis maledictionem æternam, cum filijs Cham, qui uerēda patris sui Noe, fratribus suis nudata in dicauit. Gen. nono, Ortum est nostro infelicissimo seculo impudentissimum

hos

Non debet si delis turbari uel separe se ab ecclesiā propter corruptam uitam pontificis.

In malis episcopis spiritus sancti dona & ministeria sunt honoranda.

hominum genus, qui non modo huius seculi patres & pontifices, sed & totā uenerandam sctōrū patrū antiquitatē descēdare, & lacerare conantur, qui iuxta Comici sententiam, nisi quod ipsi dicunt, nihil rectum putant, qui silentio prætereuntes eorundē patrum laudabilis uitæ sanctimoniam, ob oculos adulescentum ponunt totius præteritæ ætatis errata, etiam mendacijs quibusdā & figmentis ampliata, atq; adaucta, non ad cautelam posterorū, sed in contemptum prædecessorū, in quos tanq̄ in specula quædam sanctimonie, recte q; uiuendi normas, totā posteritatē spectare decuit. Satius igitur est nobis seruata Christianæ pietatis modestia admirari, spectare & imitari uenerandorū patrū sanctimoniam, sententias eorū tractare reuerenter, & sicubi errauerint (quod certe in quibusdam paucissimis contigit) cū lenitate, eos ostendere humano spiritu esse lapsos, neminem iudicantes, neminē a cōmunionē separantes. Vbiq; tenenda est Cypriani plenissima charitatis doctrina, ut non turbetur fides nostra, si cernamus in ecclesia Christi esse zizania. Etia in prauis pontificibus odienda est uita, sed in ipsis honoranda est, Petri cathedra, doctrina euangelij, clauis & potestas a Christo data. Neq; ob id aut fauet quispiam tyrannidi principum, aut adulatur pontificibus, qd uenerans superiorē potestatem & cathedram Petri, obedientiam, unionem & pacem inter ecclesiæ membra suggerit, interim sub spe recuperandæ sanitatis, etiam infirma & putrida mēbra tolerans, sustinens patienter & orationibus adiuuans. Antiquus omnium schismaticorum mos uolentium pacem ecclesiæ scindere, est colla erigere contra sacerdotes dei, & contra cathedram Petri, non semetipsos respicere, sed alios temere iudicare, seruos dei contumelijs lacerare, iniurijs, detractionibus & libellis famosis infamare, quibus contemptibiles reddantur, quibus & minuūt aptud plebem non solum eorum fama, sed & sacerdotalis autoritas & ueneranda successoris Petri cathedra & potestas, quæ admodum olim de sui seculi schismaticis (inquit Cyprianus in epistola ad Antonianum) qd mendacia aduersus sacerdotes dei, diaboli uoce prolata, ad rumpendam catholicę unitatis concordiam ubiq; iactabantur. Sed iam respondeamus ad argumenta, ad primum dicimus quæ admodū uerba Christi dicta ad undecim apostolos: Euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris &c. docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauimus uobis, ecce ego uobiscum sum usq; in consummationem seculi. intelliguntur dicta non solū collegio apostolorū, tunc præsentiu, sed in illo omnibus collegijs episcoporū & sacerdotū, qui secundū seriē successionis legitima ordinatione apostolis succedunt, unde usq; in consummationem seculi manebit ecclesia cum suorū integritate membrorū a Christo immobilis: sic & uerba Christi ad Petrū dicta, Ego pro te rogauimus Petre, ut non deficiat fides tua. accipienda sunt ut intelligantur dicta non Petro soli ut priuatæ personæ, sed ut futuro uniuersalis ecclesię pastoris: & ideo quod Petro promittitur, dignitati cathedræ Petri promittitur. Proinde & intelligitur promissum omnibus qui Petro in dignitate pastoralis succedunt, cum in Petro intelligatur & ipse & omnes successores illius. Rursus intelliguntur de fide permanens non apud personam Petri & suc-

Non esse tra-
ducendos pa-
tres propter
quosdā suos
lapsus.

cessorum illius, sed apud sedem, dignitatem pastorem, cathedram, seu ecclesiam Petri, sic sensus erit ut non deficiat fides tua, id est, ut non profusus pereat fides a sede tua, a cathedra tua, intelligendo sedem, cathedram seu ecclesiam, non solum uniuersaliter, sed specialiter, futurā ad curam Petri & successorū illius. Quo fit ut uerba Christi dicta Petro, ex consequenti intelligantur dicta Romanæ sedi, cui præsidet episcopus, qui Petro legitima electione succedit. Non est igitur arbitrandum absurdum si Christus specialiter uideatur orasse pro diocesi ipsius Petri & successorum suorum, talem siquidem intelligentiam habuerunt Cyprianus, Bernardus, cæteriq; patres, ex eadem doctrina saluatoris arbitantes, apud ecclesiam Romanam, fidem non perituram usque in consummationem seculi. In Romana sede hactenus nullus sedit hæresis archa, qui docendo definerit aliquid fidei nostræ repugnans. Neque hæresis ulla sumpsit illinc initium, sed mos ibi seruatur antiquus. Defecit Hierosolymitana ecclesia cui Iacobus præsedet, defecit Achaia, ubi Andreas, Asia ubi Ioānes, India ubi Thomas, Persis ubi Iudas, Æthiopia ubi Mattheus, Græcia ubi Paulus. Romana sedes hactenus manet in fide Christi erecta. Vnde ex gestis synodi Chalcedonenis patet qd solius Romani pontificis est synodum congregare, sententiam synodi confirmare, & ad ipsum a synodo appellare. Ad aliud argumentum quo dicitur: Verba Christi ad Petrum sunt dicta illi non ut priuato homini, sed ut gerenti figuram ecclesiæ. Respondeo, quæ Augustinus super capitulo ultimo Ioannis dicit, Petrum significasse uniuersam ecclesiam, quando Christus dixit ei: Tu es Petrus, & tibi dabo clauis regni cælorum, & quodcunq; ligaueris super terram &c. hæc accipienda sunt, qd uerba illa non sunt dicta Petro pro se solo, aut tanq; priuatæ personæ, sed tanquam futuro pastoris uniuersalis ecclesiæ, ut intelligatur promissio facta ipsi ecclesiæ, quæ clauis regni cælorum acceptura erat in Petro, & in omnibus successoribus eius. Vnde & ipse Augustinus ibidem suam explicans sententiam, Petrus primus apostolus propter apostolatus sui primatū, gerebat figuratiuam personam ecclesiæ. Et infra tandem concludit: Ecclesia ergo quæ fundatur, inquit, in Christo, accepit ab eo clauis, id est, potestatem ligandi & soluendi in Petro. Vnde sciendum est qd quædā dicuntur Petro, ut pastoris uniuersalis ecclesię, & quicquid priuilegij datur Petro ut tali, hoc & datum intelligitur ecclesiæ, cui Petrus in pastorem datur: quædam dicuntur Petro, ut apostolo, & illa intelliguntur apostolis omnibus dicta: quædam uero dicuntur Petro ut priuatæ personæ. Soli Petro dicitur: Sequere me. neq; Ioanni, neq; Iacobo, neq; cæteris, qui simul aderant dicitur, Sequere me. Sic & ibidem soli Petro dicitur: Petre amas me, pasce oues meas, quemadmodum de solo Ioanne dictum est ibi: Sic eum uolo manere. Et quāuis soli Petro dicantur ea, quibus illi ecclesiæ primatus aut datur aut promittitur, cuiusmodi sunt: Tibi dabo clauis, quodcunq; ligaueris, &c. non tamen pro solo Petro dicuntur, sed pro omni ecclesia: siquidem Petrus in utilitatem omnium membrorum ecclesiæ, clauis accepit. Deinde quis solo Petro dicitur: Sequere me. & de solo Ioanne dictum sit, Sic eum uolo manere, per utrumq; tamē

Varie loquitur
scriptura
de Petro.

aliud significatur: per Petrū ecclesia in actione & militia, per Ioannem ecclesia in sinu, sup pectus Iesu in quiete & contemplatione. Quædā aut dicunt Petro, ceterisq; apostolis tanq; Christianis, & hæc intelliguntur omnibus Christianis fidelibus dicta; ueluti qd dicitur: Vigilate & orate. de quibus Marci xiiij. Quod uobis dico omnibus dico. Sic qd Christus Ioānis xvij. pro apostolis orat: Pater sancte serua illos. hoc orat pro illis nō tanq; apostolis solū, sed tanquam credētibus in eū, & idcirco nō pro illis tm̄ personis orat, sed pro omnibus Christianis fidelibus: quēadmodū ipse Christus paucis interpositis subiunxit, Nō pro eis tm̄ rogo, sed pro omnibus qui credituri sunt per uerbū eorū in me. Nō temeraria ergo, sed pia & sc̄ta fide credimus primatū ecclesiæ & fidem Christi a Romana ecclesia esse inseparabilē. Et q̄uis huiuscemodi intellectus nequeat euidē ex scripturis demonstrari, nō debemus tm̄ eū tāq; absonum & alienū a fide Christiana reijcere, sed potius ex pietate quadā, fidei cū sanctis patribus auxiliari, credētes Petrū suā cathedrā deo iubēte ex Antiochia Romā trāstulisse, deoq; iubēte eandē cathedrā, eundēq; primatū apud Romanos reliquisse: & ita Rom. ecclesiā eē omnibus alijs ecclesijs prælatā, & Romanū pōtificē sp̄ esse uniuersalis ecclesiæ pōtificē, & eundē nō posse suā sedē in aliā diocēsim, nisi deus reuelauerit, trāsferre. Quamuis igitur donemus nōdū fuisse Romanā ecclesiā cū Christus diceret Petro: Ego pro te rogaui Petre. non tm̄ oportet inde cōsequēs esse, qd Christus tum nō rogauit p̄ Romana ecclesia. Nam & eadem ratione cōsequēs esset Christū nō rogasse pro ulla ecclesia: quia cū Christus hoc diceret nōdum erat ulla Petri ecclesia, neque orasset Christus pro ecclesia post Petrum, in qua residerunt pōtifices, martyres sancti, fide stabiles. Ad id aut qd Apostolus ad Thessal. docet, discessionē futurā, priusquā ueniat Antichristus, Respondeo discessionē illā nō oportere intelligi apostasiam a fide Christiana, sed defectionem, abolitionē, destructionē imperij a Romanis, quēadmodū sancti interpretantur. Primū Ambrosius, tractans uerbū illud Apostoli in cōmentarijs. Deinde Hieronymus quæstione xi. ad Algasiā. Itē Athanasius (uel si placet) Vulgarius. Vnde uidemus iā Mahometā detraxisse ad se Asiā, Aphricā, & magnā Europe partem. Ex quo consequens est, Romā a monarchia imperij deficere, & regna gentiū iam a Romano regno, cui tpe Pauli, ex Asia ad Cēsarē appellantis omnis etiā Iudæa, subiecta erant, discessisse. Amplius aut si admittamus Apostolū Paulū per discessionē intellexisse apostasiam a fide, quēadmodū nonnulli interpretantur, nihil obuiat supradictis, quia nō significatur fides ab omnibus Romanis defectura, sed regna gentiū credentiū, potius defectura a fide catholica Romanæ ecclesiæ. Vtrunq; suo sensu quodāmodo uerū est. Nam defectio ab impio Romano sub Mahumetarū imperio fuit maxima, & sub ipso Mahumeta utrunq; coepit a fide Christi esse discessio, quæ tamen ex scripturis sacris maior timetur futura sub Antichristo. Prophetia cum tempus futurum spectet, non semper rota simul, sed paulatim impletur. Prophetia Balaam de Italia peritura seu Romanorum regno deuastando creditur iam per prædicationē euāgelij adimpleta, Christo euacuante & subiiciente sibi impiū Romanū, tamen possint esse & alij huius prophetiæ intellectus catholici.

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCR. LIB. III. Fol. CCLXXVIII.

Ex hac prophetia patet quidem, Balaam multis annis ante Romam conditā prophetasse de regno Romanorū tunc futuro, quod uidelicet ipsum & superaret Assyrios, & uastaret Hebræos, & quod tandem etiam ipsum esset periturum: quam sane prophetiam secundū duas partes ipsius priores cernimus oculis nostris olim esse adimpletā, Assyrijs, Persis, & Medis & Græcis trahentibus in ditionem Romanorū, qui & Hebræorū regnum per Titū & Vespasianum uastauerunt. Prophetauit autem Balaam sub Moyse in deserto, annis septingentis quinquaginta, & ultra, ante urbem Romam conditā a Remo & Romulo gemellis fratribus, imperantibus sub imperio regni Achæ, in diebus Isaiæ prophætæ. Ex supra dictis ergo diligenter consideratis, non erit difficile soluere argumenta, quæ iam olim solent iniuriatores cathedræ Petri obijcere. Primū ex eo, q̄ generaliter iussit saluator cōmibus apostolis, ut irent in mundum uniuersum, baptizarent, & prædicarent euāgelij. Deinde ex eo, q̄ omnibus apostolis ex æquo dixit: Quæcunq; ligaueritis super terram &c. & iterū: Accipite sp̄m sc̄m &c. Ex eo quod prophetia prædixit de eisdem apostolis: Constitues eos principes super omnem terram. Amplius ex eo quod etiam dicit Paulus: Qui operatus est Petro in apostolatū circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes. Et ex eo q̄ Ambrosius uerbū hoc tractans, docet ibidem, Sicut Petrus primatum accepit ad fundandum ecclesiam Iudæorū, ita & Paulus primatum accepit ad fundandum ecclesiam gentium. Et ex eo quod Cyprianus dicit apostolos omnes parē accēpisse potestātē a Christo, & q̄ nemo nostrum sese episcopum episcoporū facit. Et ex eo q̄ Augustinus dicit, Petrum accipientem clauēs regni celorum significasse ecclesiam. Item ex eo q̄ Hieronymus docet super omnes apostolos ecclesiam fundatam esse ex æquo, & propterea inter duodecim unum esse electum, ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio. Et ex eo, q̄ idē Hieronymus in cōmentarijs primi cap. epist. ad Titum docet, episcopos magis consuetudine q̄ dispositione dñicę ueritatis superiores esse presbyteris. Et in epistola ad Eua. Paulum apostolū perspicue docere eosdem esse presbyteros & episcopos, & postea unum esse electum, qui ceteris preponeretur in remedium schismatis. Et ex eo q̄ Gregorius docet in registro neminem, etiam Romanum pontificem, appellari uniuersalem episcopum, aut uniuersalem pastorem. Harum omniū obiectionū solutio patet ex supra dictis scripturis, quibus ostenduntur apostoli simul accepisse apostolatū ad fundandas ecclesias, simul insuper accepisse spiritum sanctum, & potestātē docendī fidem, & baptizandi, & remittendi, ac retinendi pctā. Sed hæc non esse cōtraria supradictis, hinc patet, q̄ hanc potestatem acceperunt a Christo, qui Petrum apostolum eisdem præfecit, iam abscessurus ab illis in cœlum, illū constituens suum uicarium, & sic nihil contra primatum Petri. Cum acciperent apostoli parē potestatem prædicandi euāgelij, & baptizandi, remittendi ac retinendi pctā, nondum erat Petrus ceteris forsitan prælatus. Nihil ergo absurdi sequitur cum dicitur omnibus apostolis pari præditi consortio honoris & potestatis, postea unum a Christo esse prælatum. Vnde paritas

est multiplex, est paritas sanctimoniae seu meritorum, & de hac non loquuntur sancti. Est paritas apostolatus, secundum quam omnes apostoli fuerunt pares, aequaliter a Christo missi ad euangelizandum, docendum, & baptizandum gentes, in omni loco in quem ueniret. Rursus est paritas potestatis sacerdotalis. Est & paritas iurisdictionis in iudicando & praesidendo, & in hac eminent Petrus. Proinde quamuis omnes apostoli fuerint inter se fratres, unus tamen caeteris est praefectus. Vtrum autem Christus omnes apostolos aequaliter ordinauerit episcopos, & consecrauerit eos inuisibili unctione, cum dixit inuisibilis: Accipite spiritum sanctum, uel an postea consecrauerit eos ministrante Petro, nihil refert ad primatum Petri. Omnes apostoli fuerunt aequaliter apostoli, id est missi ad praedicandum fidem, & testificandum euangelium, & ad fundandum ecclesias, & ad instituendum episcopos in omni loco, in quem ipsi erant uenturi, ut cresceret ecclesia Christiana, & multiplicaretur in omni terra. Deinde omnes fuerunt aequaliter sacerdotes & episcopi, sed in dignitate praesidentiae & primatus, praepositus est Petrus caeteris apostolis. Paulus autem loquitur de potestate apostolatus, id est missionis ad praedicandum euangelium omni creaturae, & ad fundandum ecclesias, & sic accipiendo, Paulus primatum habuit in praedicatione gentium, Petrus in praedicatione Iudaeorum, ita tamen ut & Petrus gentibus praedicaret, & Paulus Iudaeis, si causa fuisset. Nam uterque, inquit Ambrosius, inuenitur utrumque fecisse. Primus tamen potestate gubernationis episcopalis & pastoralis fuit Petrus. Neque obuia est illi sententiae doctrina Cypriani, nam ex superioribus patet eundem Cyprianum docuisse Romanam ecclesiam episcopum esse uniuersalis ecclesiae episcopum, & caeteris superiorē. In epistola ad Iubaianum, cuius & Augustinus saepe meminit, sic loquitur: Manifestum est autem, ubi, & per quos remissa peccatorum dari potest, quae in baptismo scilicet datur. Nam dominus primo Petro, super quem edificauit ecclesiam, & unde humanitatis originem instituit, & ostendit, potestatem istam dedit. Et infra in eadem epistola: Christus ecclesiam suam quae una est, fundauit super unum, qui clauis eius accepit. Haec tenentur. Studeant igitur Romani cathedrae hostes uerum intellectum doctrinae Cypriani, docentis, quod omnes apostoli a Christo acceperint potestatem, & quod nemo ex nobis dicit se esse episcopum episcoporum, & distingerent attendant & ad ea quae huiusmodi sententias Cypriani antecedunt, & ad ea quae sequuntur, idem seruantes in doctrina Hieronymi & Augustini, & caeterorum patrum. Nam Augustinus cum dicit, quod Petrus accipiens clauis regni caelorum, figuram gerebat ecclesiae, intendebat, non quod Christus hanc potestatem immediate dederit ecclesiae, & quod Petrus hanc potestatem acceperit ab ecclesia, sed quod potestas illa fuerit data Petro, non pro sua illius persona, sed pro ecclesia, & ita eandem potestatem esse datam ecclesiae in Petro, & in omnibus qui ipsi Petro uicaria ordinatione succedunt. Ecclesia enim dicitur accipere id, quod minister pro utilitate eius accepit. Clauis datae sunt ecclesiae, quia datae sunt Petro, qui datus est pastor ecclesiae. Sciendum enim est, quod Petrus dona quaedam habuit personalia, id est suae personae data, uidelicet meritum & sanctimoniam uitae, constantiam fidei, & charitatem, intelligentiam scripturarum. Habuit & dona quaedam ecclesiae

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCR. LIB. III. Fol. CCLXXIX.
ecclesiae data, id est, cathedrae seu sedi, & officio pontificali data, cuiusmodi sunt, habere clauis super uniuersam terram, super uniuersum orbem domini, unde priuilegium concessum dignitati transit in successores. Quemadmodum igitur ecclesiae romanae pontifex succedit Petro, non in personalis uitae sanctimoniam, sed in cathedrae seu potestate pastoralis, ita & succedit in priuilegijs datis sedi, cathedrae, & primatum Petri, non in donis personalibus. Sententia Hieronymi dicentis: Inter duodecim unus eligitur, &c. est manifeste obuia schismaticorum doctrinae. Nam ad obuiandum schismati, inter duodecim, non ab apostolis, sed ab ipso Christo eligitur unus, qui caeteris praefertur. Manifestum est igitur unum Petrum ex electione Christi fuisse caeteris apostolis superiorem. Et illum intellectum habuerunt ab initio ecclesiastici patres, ut patet ex supra dictis. Alia sententia Hieronymi ad Euagrium, & super epistola ad Titum dicentis, eosdem esse presbyteros & episcopos, manifesta fiet, si consideres Hieronymum attendisse uim nominis episcopi, & uoluisse ipsum nomen episcopi, quod ex ratione significat opus seu officium olim attributum fuisse presbyteris parochianis, qui ex auctoritate apostolica ordinati, consensu communi regebant ecclesiam. Postea uero in remedium schismatis singulos pastores per parochias & ciuitates esse deputatos. Dicere episcopum nulla differentia debere discerni a sacerdote, fuit haereticis Arianis, sub Augustini seculo inter haereticos recitata, in libro de haeresibus, cap. liij. Deinde manifestum est doctrinam Gregorij in registro non ob stare supra dictis, cum & ipse Gregorius ibidem manifeste dicat: Cura totius ecclesiae & principatus, Petro committitur, & tamen uniuersalis pastor non appellatur. Ecce ubi Gregorius uocat Romanum pontificem appellati uniuersalem pastorem, ibi & plane asseruit totius ecclesiae ei curam esse commissam. Aliud ergo appellat uniuersalem pastorem, aliud uniuersalis ecclesiae pastorem. Per uniuersalem pastorem seu episcopum intelliges eum, qui solus esset pastor & episcopus, ita ut alij sint duntaxat illius uicarij & ministri, & non ueri pastores, non ueri episcopi, hoc enim manifeste est falsum. Vnde & Romanae ecclesiae episcopus uocat se episcopum seruorum seruorum dei, iuxta saluatoris doctrinam: Qui maior est testrum, erit uester minister. Caeteros episcopos uocat fratres suos, seu coepiscopos, alios autem sacerdotes appellat filios. Ex supra dictis igitur est manifestum Romanam ecclesiam episcopum esse super totam terram Christi uicarium, & uniuersalis ecclesiae episcopum, & ueram Christi ecclesiam apud eos esse, ubi episcopi apostolica ordinatione sibi succedunt, & id esse tenendum, non quia Cyprianus, Ireneus, Tertullianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & caeteri hoc dicunt, sed quia tota ecclesia ab initio ad haec usque tempora sic tenuit, docuit & praedicauit. Haec tenentur de ecclesia Christi, quoniam sit, & apud quos sit, & apud quos non sit, & quemadmodum permansit una ab origine mundi, crescens usque in consummationem seculi, & quemadmodum oporteat omnem particularem ecclesiam, omnemque episcopatum subesse cathedrae Petri, & quoniam pacto sit accipiendum quod fides nunquam deficiet a Petri cathedra. Haec generaliter dicta sufficiant.

Restat nunc considerare de autoritate & potestate eiusdem ecclesie, an maior sit ecclesie autoritas, q̄ scripturę sacrę, an contrario. Et utrum scriptura sacra habeat suam uim, efficaciam, seu certitudinē ex autoritate seu testimonio ecclesie, & utrum in his rebus, quę ex scripturis sacris efficaciter probari non possunt, oporteat ex autoritate stare definitioni onī ecclesie. Sciendum est igitur q̄ sacra scriptura est testimoniu ecclesie, ex spiritu sancto testificantis, & idcirco ipsa scriptura euangelij posterior est ecclesia. Ex superioribus est manifestum, apud apostolos fuisse ecclesiam Christi, cum nondū esset scriptura euangelij, apud Abraham, Isaac & Iacob, fuisse ueram ecclesiam dei in fide unius creatoris & redemptoris tunc futuri, cū nō dūm esset super his rebus scriptura Moyli. Moyses primi uoluminis sacrę theologię hebraicis literis fuit scriptor. Inter illius ortū & seculū nostrum, intercesserunt tria millia annorū centū & uiginti septem. Nullus est nobis ethnicus scriptor tam uetus, nullus historię scriptor illo antiquior, sicut & nulla lingua est hebręa uetustior. Siquidem Cadmus, Moyses iam defuncto, in diebus Iosue fertur gręcos characteres primus adinuenisse, docuisseq̄ populum tunc adhuc rudem & incultū, ipsis uti. Gręci gloriantur literas, artes & philosophiā a se primū esse profectas sub Cadmo, uel alio quouis autore gręculo, sed uane & mendaciter id iactant, cū sit manifestissimū tum ex sacris literis, tū ex uetustissimis probatę fidei ethnicorū historijs, initiū philosophię atq̄ literarū, non a Gręcis in Phoenices & Assyrios, sed ab antiquissimis potius Phoenicibus seu Assyrijs, Chaldejs atq̄ Aegyptijs profectum esse in Gręcos, quęadmodū & Iosephus docet contra Appionē grāmaticū. Vnde & apostolus S. Iudas recitat Enoch ante diluuiū scripsisse quędā. Itē post diluuiū Academia olim uetustissima in Phoenicia, hoc ē, in Assyria, seu terra Chanaan fuit Cariath, Sepher, id est, ciuitas literarū, proxima ciuitati Hebron, ab antiquo etiam ante Iosue & Moyli tempora sic appellata, q̄ ibi primum res gestę, ac memorię Assyriorū, seu Phoenicū, sunt literis mandatarę. Cuius ciuitatis, scriptura meminit Iosue xv. & Iudicū 1. Longe autem posteriores sunt Gręcorū libri. Nemo em̄ Gręcorū inquit Origenes, quippiam de rebus ante se gestis, tradidisse legitur ante Homerū & Heliodorum, qui quadringentis ferme annis post Moyli tempora extiterunt. Libri autem si qui fuerint ante Moysen a Phoenicibus, & ab Assyrijs æditi uetustate perierunt, diuina prouidentia conseruatis scripturę sacrę libris. Cum ergo nullū habeamus uolumen, nullā historiā, nulla literarū monumenta ante Moysen scripta, consequens est, sacrā scripturā in quinq̄ libris scriptā, omnibus scripturis nunc extantibus esse antiquiorē: sed tamen hac scriptura antiquior est deī ecclesia, quę ante diluuium incepit secundū successionē credentiū, durans ad hęc usq̄ tempora. A principio Adam & Eua, de pctō suo ex fide in futurum Christū poenitētibz, usq̄ ad ortū Moyli durauit ecclā fidelis populi, annos 2373. secundū editionē ex Hebraica ueritate. Secundum æditionē autem lxx. interpretū, a principio mundi, usq̄ ad ortū Moyli, sunt anni 3510. cuius dif-

ferē

DOGMA. VARIIS ET LIB. APOCR. LIB. III. Fol. CCLXXIX.
ferentię ratio in superiori libro assignata. Longe igitur antiquior est ecclesia, q̄ sit scriptura a Moyse edita. Hanc autē esse sacrā & uerā scripturam dei loquentis ad Moysen, facie ad faciem, sicut homo solet loqui ad amicū suum credimus ex testimonio ecclesie, quę ab initio, q̄ hęc scripta sunt, sic credit & docuit. Illā autē ab initio sic credidisse, cognoscimus ex testimonijs posterorū. uidelicet Iosue, Samuelis, Dauid, Isaie, Hieremię, Ezechielis, ceterorumq̄ prophetarū & pontificū, serie successionis protracta ad Christi usq̄ tempora, ex quorū scripturis manifeste cognoscimus populū seu ecclesiam dei post Moysen semper credidisse, predicasse, & docuisse, sicut Moyses ipse in suo uolumine credidit, docuit, & posteris legendū tradidit. Ecclesia igitur fidelis populi innitentis gratię dei miserentis, mox post exordiu mundi incipiens, ab antiquo est orta. Quartus annorū mundi millenarius iuxta Eusebii calculū secundū Hebraicā ueritatē supputatū, cōpletur anno Tiberij Cæsaris decimo sexto, in quo & dñs noster Iesus antea baptizatus, cepit predicare euangeliu regni, signis & uirtutibus demonstrans suam ecclesiam in se credentem, esse uerā dei ecclesiam, conuenientē cum Moyli cathedra & ecclesia. Hunc quoq̄ annorū numerū a principio mundi usq̄ in decimum sextum Tiberij annum, Beda in libro de ratione temporū erudite notauit, sub anno quo Christus baptizatur, dicens, dñm nostrum Iesum post baptismum annuntiare mundo regnum ccelorum, peractis a principio mudi (ut Eusebius in chronica suis signat) quatuor milibus annorum. Qui sane numerus quatuor milium annorum a principio mundi usq̄ in decimum sextum annum Tiberij, colligitur etiam secundum conclusiones in ultimo capite præcedentis libri designatas. Ex quibus consequens est hoc nostro æuo, quo ab uniuersa ecclesia catholica scribitur a natiuitate domini trigessimus secundus annus supra millesimum quingentesimum, esse a principio mundi peracta quinque annorum milia cum quingentis: quo fit, ut hoc seculo nostro simus in dimidio sexti millenarij. Ad id autem quod Augustinus quidam Eugubinus scribit a conditione mundi usq̄ ad hęc tempora, apud Hebręos nunc numerari solum annos 5192. dicimus a Cyro usq̄ ad Christum, non esse standū Hebręorum Talmudistarū autoritati in annorū supputationibus, quęadmodū in superiori libro demonstrauimus. Si ergo iuxta scripturā Christus uerus agnus ab origine mudi sit occisus in cordibus credētis populi, cōsequēs est eccliam Christi durasse 5500. annis. Ex his patet primo, quod querere, an ecclesie catholice autoritas sit prior aut maior autoritate scripturę, est idem ac si quereretur, an autoritas personę testimoniū dantis, maior sit suo testimonio. Manifestū est autē nos habere fidē tum scripturis quibuslibet, tum testimonijs, propter autoritatem & ueracitatem personę testificantis, quam credimus adeo ueracem esse atq̄ probatam, ut non uelit fallere, adeoq̄ sapientem, que falli non possit. Ex huius consideratione intelligere possumus quis latior, & ad plura sit ecclesie catholice q̄ scripturę autoritas, eandem uimē & æqualis est eiusdem ecclesie catholice & scripturę sacrę ueracitas, equalis uis, par dignitas seu potestas, eodem dei spiritu loquente utrobique, & in

scripturis sacris, & in ecclesia. Idcirco scriptura sacra, & ecclesia, nō possunt inter se esse contraria: quamuis euāgeliorū scriptura non sit neq; uera, neq; diuinitus reuelata per testimonium aut ecclesiae, aut euangelistarū. Neq; em̄ idcirco uerificata sunt euangelica dogmata, q̄a ecclesia & euangelistę sic sunt testificati, sed e contrario potius, ecclesia & euangelici scriptores, hæc idcirco olim sunt testificati, quia uera erant, & per Christum & apostolos reuera sic facta & adimpleta, eandem tamen euangeliorū scripturā esse ad probandum efficacem & autenticā, declaratū est per autoritatē & testimoniū ecclesię, in spū sc̄to testificantis hanc scripturā continere ea, quæ docere præcepit Christus, dicens apostolis: *Buntes in mundū uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ.* Euangeliū nondū erat scriptum, nisi in cordibus discipulorū, & præcepit Christus collegio apostolorū prædicare euangeliū. Vnde Irenæus uetustissimus, qui Polycarpū discipulū Ioannis facie ad faciē uidit: *Plenissima aduersus oēs hæreticos, inquit, contradictio, est traditio quā ecclesia ab apostolis perceptā per successiones presbyterorū & sacerdotū custodit, peruenientē usq; ad nos, & distribuit filijs suis.* Non em̄ per alios dispositionē salutis nostræ cognouimus, quā per eos, per quos euangeliū salutis uenit usq; ad nos, qui primū prædicauerunt, postea uero per dei uoluntatē fundamentū & colūna fidei nostræ, in scripturis nobis tradiderūt. Addit: *Matthæus Hebræis, inquit, ipsorū lingua scripturā edidit, cum Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent ecclesiā.* Post horū excessum, Marcus discipulus & interpres Petri, ea quæ a Petro annunciata erant, per scripta nobis tradidit. Postea uero & ipse Ioannes ædidit euangeliū, in Asia cōmorans. Hæc tenus ille, multa adijciens ibidem libro tertio aduersus Valentinū salutaria dogmata contra hæreticos, uidelicet nō esse recipienda alia euāgelia, præter quatuor ea quæ ecclesia tradidit, & ueritatē fidei per successiones presbyterorū in ecclesijs esse custoditā, & quotiescūq; super aliqua quæstione discerpatio est, oportere nos recurrere ad ecclesias antiquissimas, in quibus apostoli conuersati sunt, & ab eis de proposita quæstione sumere certitudinē. Nam & si ipsi apostoli nullas scripturas nobis reliquissent, tamen & oportebat, inquit, nos sequi ordinē traditionis ecclesiae, & ueterē fidē ex ecclesia cognoscere. Manifestū est igitur Christi ecclesiā esse antiquiorē scripturis apostolicis atq; euangeliorum libris, easdemq; scripturas non esse factas nobis authenticas sine autoritate ecclesiae testificantis. Vnde & huius consideratione uenerabilis ait Augustinus: *Ego euangelio non crederem, nisi me ecclesiae commoneret autoritas.* Amplius autem est ex supra dictis manifestum, ab ecclesia posse esse alicuius catholice ueritatis uerum testimonium, quod nusquam in scriptura sacra est traditum, & posse esse traditiones sanctas ex necessitate credendas, quæ in sacris libris canonicis iam æditis non continentur, sicuti uarietates catholice erant sub apostolorum temporibus, cum nondum essent euangelistarum & apostolorum codices. Aliquot annos ecclesia usa est tribus euangelijs scriptis, antequam Ioannes suum scriberet euangeliū, & sub eisdem annis multa tenuit, credidit & docuit apostolorū ecclesia,

quæ

quæ nondum erant scripta in ullo euangelio quo utebat ecclesia: ueluti, q̄ & b̄m eternū apud patrem uerus deus, sit factū caro, q̄ Christus resuscitauerit Lazarū quattuoriduanū in monumento, itē de uerbis Christi ad Petrū, ut pasceret oues, & alijs multis scriptis in euangelio Ioannis, quæ non habent in alijs euangelijs. Neq; em̄ Christus ullū scripsit euangeliū, neq; præcipisse legitur apostolis, aut ullis suis discipulis, ut uel euangeliū cōscriberent, uel oīa quæ ipse docuerat a tramento depingerent. Sed iniunxit, ut euntes in mundū uniuersum docerent euangeliū & prædicarent. Rursus neq; Christus uspiā præcepit ecclesiae, ut ipsa nihil amplius aut teneret aut crederet, quā quod in libris euangeliorū tunc aut scribendis, aut scriptis traderetur. Neq; apostolus Paulus dixit: *Si quis uobis euangelizauerit præter id quod in quatuor euāgelijs scriptū est, anathema sit.* Neq; rursus ait: *Si quis uobis euangelizauerit præter id quod ego scripsi uobis: sed si quis uobis inquit, euāgelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.* Vnde & ipse Paulus in secunda epistola ad Thessal. loquitur: *Itaq; fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. aperte insinuans se nonnulla tradidisse, quæ scripta non erant in sua epistola.* Quemadmodū & ait Ioannes euangelista, concludens librum sui euangelijs: *Multa quidem & alia fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.* Præterea manifestum est ex supra dictis quædam esse in quibus magis standum est autoritati ecclesię, quæ fuit ab initio, q̄ scripturæ sacre demonstrationi, quæ nulla semper hoc esse potest. Nam super his quæ ex eisdem scripturis sacris comprobari non possunt, quæ tamen hæcenus semper ab ecclesia sunt credita, tenta & obseruata, non habet ipsa scriptura directē suam uim & efficaciam. Idcirco super huiusmodi inhæcendum est autoritati & testimonio ecclesiae, quæ sic nunc tenet, credit & prædicat, quemadmodū docuit ecclesia, quæ fuit ab initio ad hæc usq; tempora. Epistolas Pauli, quibus utitur ecclesia, esse ueras epistolas editas ab apostolo Paulo, diuinitus ad apostolatū uocato, non aliunde contra hæreticos probare possumus, quā per testimonium ecclesiae. Quemadmodum euangelia credimus esse scripturas autenticas, non ex alijs scripturis, sed ex testimonio ecclesie testificantis, quæ erat ab initio, cum nondū ullū esset scriptū euangeliū, secundū successione episcoporū continuata ad hæc usq; tempora. Neq; datur ex his ulli homini occasio, aut dubitandi ubinam sit uera Christi ecclesia, aut suspicandi ecclesiā quæ nūc est posse falli, aut quodlibet in rebus fidei pro libitu suo definire. Neq; em̄ dicimus ecclesiam quæ nūc est, pro libito posse definire quodlibet ad fidē pertinere. Nam doctrinam fidei presentis ecclesię intelligimus esse doctrinam illius ecclesie, quæ spiritu fidei continuata est præcedentibus Christi ecclesijs, usq; ad primitiuam apostolorū ecclesiam, quæ in docendis & tradendis Christiane fidei mysterijs atq; doctrinis, maioris erat autoritatis, quam ecclesia quæ nūc est, & id quidem propter apostolos, qui illius ecclesie columnæ, testimonium de his quæ uiderant, perhibere poterant, qui & ipsum Christū, illiusq; miracula & opera, mortem, & resurrectionem uiderūt, & doctrinam eius

eius ex ore audierunt, manifestationemque diuini spiritus habuerunt in signis & prodigijs, quibus & post resurrectionem aperuit sensus, ut intelligerent prophetarum scripturas. Et idcirco quis ecclesia quæ nunc est, in remittendis & retinendis partibus, in sacramentis cæterisque mysterijs Christi dispensandis, & in ecclesiastica potestate a Christo semel ecclesiæ data, sit æqualis autoritatis cum apostolorum ecclesia, habes eandem clauis regni caelorum, quas Christus Petro & omnibus successoribus illius dedit, ecclesia tamen primitiua propter collegium apostolorum, ad tradendam nouam fidei nostræ doctrinam maioris erat gratiæ, maiorisque autoritatis, quam ecclesia quæ nunc est. Nam ecclesia huius temporis innititur antiquæ fidei, & antiquis scripturis atque traditionibus ueteris ecclesiæ apostolicæ, cui hæc ecclesia per eundem fidei spiritum continuatur: & ideo quis hæc ecclesia non possit docere fidem aliam, tamen in rebus fidei dubijs, & in locis scripturæ ambiguis suam censuram habet & auctoritatem. Secundum hunc sensum de ecclesia Augustinus in libro de utilitate credendi, contra Manichæos dixit: Palam, inquit, est, quod in re dubia ad fidem ac certitudinem ualeat auctoritas ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsius fundatissimis apostolorum sedibus, usque in hodiernum diem durans, succedentium sibi met episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Super omnibus ergo quæ ex scripturis sacris, sunt manifesta, prior, notior, & uetustior auctoritas eiusdem scripturæ, quæ eius ecclesiæ quæ nunc est. Nam & huiusmodi ecclesia quæ nunc est, quemadmodum in superioribus diximus, ex scripturis sacris querenda est & cognoscenda. Augustinus autem cum dicit: Ego euangelio non crederem, nisi in ecclesiæ commoneret auctoritas, intelligit de ecclesia catholica, quæ fuit ab initio Christianæ fidei secundum seriem successionis episcoporum: crescens ad hæc usque tempora, quæ sane ecclesia cõpletur collegium apostolorum, qui Christum & miracula eius uidentes, doctrinamque fidei ex ore eius audientes, scripturas euangelicas tradiderunt, qui & spiritum intelligendi prophetas, salutisque nostræ mysteria in uisibilibus signis caelitus acceperunt, corroborantes doctrinæ suæ ueritatē prodigijs & miraculis. Vnde tantæ auctoritatis est scriptura semel ab eis de apostolis tradita seu approbata, ut etiam ipsi apostoli fuissent anathema, neque mansissent ecclesiæ membra, si sententiam fidei ab ipsis prædicatę mutant, inceptissent doctrinam cõtrariam euangelij tradere. Verbum enim semel diuino spiritu enunciatum, manet in æternum. Et hanc ecclesiam sic semper ab initio secundum seriem successionis docuisse concludimus ex testimonijs & scripturis patrum nostrorum, & antecessorum doctorum, secundum seriem successiõis ab initio concorditer de his scribentium. Proinde ecclesiam quæ nunc est ex scripturis cognoscimus apud eos esse, ubi doctrina est quatuor euangeliorum, conueniens in fide & moribus & unitate pacis sub Petri cathedra, cum ecclesijs quæ fuerunt in prioribus seculis. De ecclesia autem quæ nunc est intelligendo eam, ut præcisam seu abstractam seu nudam & absque coherencia in fide & moribus cum ecclesijs quæ fuerunt in prioribus seculis, diceret Augustinus: Ego huius ecclesiæ homines non agnoscerem esse ecclesiam Christi,

De auctoritate doctrinæ apostolicæ.

sti, nisi doceret me quatuor euangeliorum auctoritas, ego ecclesiæ non crederem si aliud euangelium nobis euangelizaret, si apostolorum doctrinas non doceret, quemadmodum ait Paulus, etiam si nos ipsi, aut angelus de caelo euangelizauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit. Apostoli fuerunt testes earum rerum, quas & uiderunt, & audiuerunt, quos saluator misit discens: Eritis mihi testes in Hierusalem, in Iudæa, & Samaria usque ad ultimum terræ. Vnde & ipsis in loco Iudæe traditoris nouum apostolum electuris ait Petrus: Oportet ex his uiris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens a baptismo Iohannis, usque in diem, in qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis nobiscum fieri unum ex istis. Item quatuor euangelistæ sunt tanquam notarij publici, ipsa uero euangelia tanquam instrumenta publica sub testimonio primitiue ecclesiæ, hæcenus inuiolata & absque corruptione conseruata. Marcus Christum non uidit, Lucas non ab initio sermonibus & factis Christi præsens fuit, & tamen eorum euangelia uera esse credimus, recipientes eadem ut assertiones eorum, qui habentes spiritum ueritatis fuerint diuinitus per ministeria hominum edocti super rebus, quas scripserunt, sua nobis relinquens euangelia, ut instrumenta publica & approbata, & multipliciter examinata sub testimonio primitiue ecclesiæ, id est, apostolorum, qui Christum uiderunt & audiuerunt: quemadmodum & Lucas scripturus euangelium testatur in prooemio, dicens: Sicuti tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Quod uidimus, inquit Iohannes, quod audiimus, quod per specimus oculis nostris, & quod manus nostrę contrectauerunt de uerbo uite, hoc uobis annunciamus, hoc testamur. Verbum caro factum est, & habitauit, inquit in nobis, huiusque testimonijs causam adiiciens: Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, & scimus quia uerum est testimonium eius. Non possumus, inquit Petrus, ea quæ uidimus & audiimus non loqui: Et alibi: Non indoctas, inquit, fabulas secuti, notam fecimus uobis domini nostri Iesu Christi uirtutem & præsentiam, sed speculatores facti magnitudinis illius, uoce huiusmodi a deo delapsa: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Hanc uocem de caelo, inquit, allatam audiimus, dum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis, attendentes. Scripturas, in quibus hæc legimus esse sacras & autenticas, & esse uera testimonia apostolorum, qui cum Christo uero dei filio locuti sunt, in quibus & locutus sit spiritus sanctus, credimus ex auctoritate ecclesiæ, super huiusmodi scripturas testificatis. Hic iam si obieceris: Animus uere Christianus credit euangelio propter uocem dei intus loquentis, accipiens uerbum euangelij non ut testimonium hominis, sed ut uerbum dei, & ut reuelationem spiritus sancti, credens euangelio, non ex persuasione humana, sed ex fide desuper infusa. Fides enim est donum dei caelitus immissum & inspiratum, dicente Paulo: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex uobis, dei enim donum est, non ex operibus. Item saluator ad Petrum: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, &c. Et Paulus: Ego ab homine non accepi euangelium, sed

Gal. 1. Apostoli fuerunt testes rerum, quas ipsi uiderunt

Act. 1.

Luc. 1.

1. Ioh. 1.

Iohannis 1.

Iohannis 12.

Act. 4.

2. Petri 1.

per reuelationem Iesu Christi. Respondeo: Animus uere Christianus, credēs ex uera fide, credit quidē propter uocem dei intus loquentis, accipiens euangeliā & uerba dei intus docentis & reuelātis. Sed sciendū, q̄ deus multifariā, multisq; modis reuelat seu loquitur hoībus. Loquit̄ em̄, reuelat, seu docet

Psalmo 44. nūc per prophetas, quemadmodū ait Propheta: Lingua mea calamus scribē uelociter scribentis. Spūs dñi locutus est per os meū, & sermo dei per linguā

Hebræi. meā: nunc per angelos, nunc per Iesum filium suū in carne uisibilem, nūc per apostolos, seu p̄ ecclesiā loquit̄, & in hodiernū usq; diē per scripturās. Quæstiones magnæ & perplexæ a doctoribus ecclesię disputāt, ex q̄bus & schismata interdum oborta sunt, utrū ecclesiā Rom. cui præficitur successor apostoli Petri, sit prælata oībus aliorū episcoporū ecclesijs; utrū uniuersalis ecclesię autoritas, sit maior autoritate seu potestate papæ, an ecōtrario: utrū uniuersale consiliū secluso papa, sit supra papā. i. utrū papa sit subiectus potestati ecclesię uniuersalis, sicut subditus duci suo. Et uident̄ has quæstiones soluere doctrina Christi, & determinatio Constanti. consilij. Doctrina quidē Christi in euang. docentis: Si peccauerit in te frater tuus, corripe illū inter te & ipsum solum, & reliqua usq; in eū locū ubi dī: Si ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnīcus & publica. ubi Christus uidet̄ apud ecclesiā posuisse ultimū & supremū iudicarię potestatis tribunal. Cum ergo papa sit frater & membrū in corpore Christi, consequēs uidet̄, q̄ ipse aut a fide deuiās, aut scandalose uiuens, subiectus sit iudicio ecclesię, cui & in toto apostolorū collegio designat̄ Chrs̄ ibidē inq̄: Quæcūq; alligaueritis super ter. & c. Item & definitio cōsilij Constantiē. sessione quinta, declarauit & definiuit, q̄ illa sancta synodus in spiritu san. legitime congregata, faciēs gñale consiliū, & representans ecclesiā catholicam, habet immediate a Christo potestātē, cui & quilibet cuiuscūq; status uel dignitatis, etiā si papalis extiterit, obedire tenet̄ in his, q̄ pertinent ad fidem & extirpationē dicti schismatis, in reformationē q̄q; dictæ ecclesię, in capite & in membris. Pro harū quæstionū ac rationū dissolutione consideranda est hæc conclusio in superioribus declarata, Romanā uidelicet ecclesiā, in qua est gñalis Chri uicarius, apostoli Petri successor, esse oīm aliarū ecclesiarum magistrā, quēadmodū & in superioribus ostensum est ip̄m Rom. ecclesię episcopū, Chri uicariū Petriq; successorē, ceteris oībus episcopis esse prælatū. Proīn quēadmodū Antiochena ecclesiā, q̄olim erat prima p̄pter Petrū in illa residentē, cessit ecclesię Rom. Petro iussu dei ad eandē ecclesiā Rom. transiit: sic & ecclesiā Rom. q̄ nūc est prima, cedere deberet alteri ecclesię, si deo iubētē successor in cathedra Petri ad aliam ecclesiā se transferret, aliū quendam præficiens Romanæ ecclesię episcopū; quemadmodū Rom. ecclesiā, in qua residet apost. Petri successor, est oībus ecclesijs prælata, ad quā ceu fidei magistrā ac matrē, oēs maiores totius ecclesię causę recurrunt, sumētes terminum seu finē iuxta sententiā eiusdē ecclesię, cuius uis & potestas ecclesiastica est in pontifice eiusdē ecclesię, ita & Rom. ecclesię sententiā præualet oībus sententijs aliarū ecclesiarū a Romana ecclesiā discrepantium. Papa in causis fidei & schismatis personā suam tangētis atq; concernentis subijcitur iudicio

Psalmo 44.

Hebræi.

An papa sub sit auctoritate totius ecclesię, vel gñalis concilij.

Matthæ. 18.

iudicio uniuersalis ecclesię, quam obrem si ipse fieret hæreticus aut schismaticus, aut argumētis probabilibus de his suspectus pertinaciter defendens doctrinam contrariam euangelio Christi, ipse esset ab ecclesiā monendus, corripiendus, & si contumax fuerit, iudicandus tanquam anathema, & uel deponendus, uel declarandus, propter contumaciam ab ecclesiā fuisse depositus a tpe ex quo talia docere aut prædicare ceperit. Neque enim tenentur oues subesse pastori ulli, qui iam factus est aut ex pastore lupus, aut saluti gregis contrarius, quemadmodum et Apostoli fuissent a Christo anathema, si contrariam doctrinā incepissent prædicare, ut docet ad Gal. primo. Pau. qui & alibi ait, hæreticum hoīm post primam aut secundam. correptionē deuita. Ioan. apostolus in secunda sua canonica, Si quis uenit ad uos, & hæc doctrinam non afferit nolite recipere eum in domū, nec aue ei dixeritis &c. Et quāuis primatus papæ super omnes particulares ecclesias sit cōstitutus diuino iure, nō hinc tamē oportet consequens esse eūdem papam in causis prijs, ius diuinū concernentibus, non esse subiectum potestati uniuersalis ecclesię, sicut Iosue constitutus a deo dux in Israel dum sorte diuisisset terram singulis per tribus suas, de derunt filij Israel eidem Iosue possessionem in medio sui, iuxta præceptum dñi urbem quam postulauit, Iosue xix. Intellectus doctrinæ Christi & Constantiē. concilij, ponentis ecclesiā tanquam ultimum iudicarię potestatis tribunal, patebit in sequentibus.

Ad Titum. 1.

Caput quintum de multis sententijs orthodoxa fide tenendis, quæ ex scripturis sacris efficaciter demonstrari non possunt.

IAM ergo superest ostendere scripturas sacras nō sufficere ad confutandas hæreses omnes. Ex supra dictis est manifestū, multas fuisse iam olim, & adhuc esse hæreses, super q̄bus, hæretici pertinaces ex scripturis sacris uidet̄ cōuincī nō possunt, ueluti sunt errores cōtra uirginitatē perpetuā Mariæ, contra baptismum paruulorum in remissionem peccatorum baptizandorum, & alia multa, quæ tametsi semper obseruari ecclesiā, euidenter tamen ex scripturis monstrari non possunt, & idcirco super illius generis traditionibus, contra hæreticos, aggrediendum est alio argumento, quo & ab initio contra eosdem usi sunt ante nōs secundum seriem successionis ecclesiasticæ patres, Irengus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & ceteri posteriores ad hæc usque tempora. Hoc autem argumentum est autoritas ecclesię catholicę, cui pollicitus est Christus. Ego uobiscum sum usque in consummationem seculi. Hæc sola, inquit Augustinus, est religionis machina, quæ cunctas hæreses semel aboleuit. ipsa inquam concors omnium sanctorum patrum doctrina secundum suorum temporum successiones concorditer scribentium & reddentium testimoniū uerbis Christi, & consuetudo primitiuæ ecclesię. Amplius autem Tertullianus: Auctrix & confirmatrix fidei est consuetudo, quæ fuit ab initio ecclesię, etiam in his rebus, super quas nulla prætenditur scripturæ autoritas, & idcirco hæreticis, qui ad singula canonicas exigunt scripturas, interrogantibus, q̄nam scripturæ loco monstremus ecclesię sacramenta, missæ officium, eucharistiæ

Hæreses multæ quæ ex scripturis conuincī nequeunt.

Matthæ. 18.

L. lib. de corona militis.

ristiæ oblationem ac sacrificium, purgatorium ignem post mortem, inuocationes sanctorum martyrum, orationes uiuorum prodesse defunctis, & orationes sanctorum defunctorum prodesse uiuis, & necessariū esse infantibus baptismum, & id genus alia, quæ iam per uniuersum orbem catholica seruauit ecclesia, respondemus, uicissim interrogantes, ut & ipsi dicant nobis ex qua nam scriptura habeantur euāgelia Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis esse uera illorum Euāgelistarum euāgelia, & ab eis ut ueracibus testibus ueraciter conscripta, & cum non habeant quod respondeant nisi testimonium ecclesiæ quæ ab initio ad hæc usque tempora sic credidit, docuit, tenuit, fateatur necesse est auctoritatem eiusdem ecclesiæ sic a temporibus Apostolorum, secundum successionis seriem continuatæ ad hæc usque tempora, esse sufficiens robur, & argumentum ad stabilendum, corroborandumque super præfatis articulis fidem orthodoxam. & idcirco mirabili cecitate falluntur, qui morem omnium hæreticorum prædecessorum imitati, neque æstimant communem ecclesiæ traditionem, neque recipiunt ecclesiasticorum patrum uenerandam antiquitatem ante mille annos & supra, ad hæc usque tempora obseruatum, per totum orbem Christianum, qui certe, si Augustino credimus, insolentissime insanunt, nescientes, quod si in his quæ sunt fidei continentur ueteris ecclesiæ traditione, quæ ad hæc usque secula, suum tenuit uigorem, non erit per quod libros euāgeliorum ualeamus ostendere esse uerorum apostolorum euāgelia. Nec erit nobis ullum scutum, quo doctrinam fidei quæ nunc est defendere ualeamus contra ullum hominem pertinaciter dicentem se habere, aut alium quendam ex euāgelij intellectum de personarum trinitate, & de Christi incarnatione, cæterisque fidei articulis, aut alia quædam uerorum Apostolorum euāgelia, & adducet quisque pro sua uoluntate quod uolet. Vt ergo hæreses huius temporis plenius habeantur detectæ, omnibusque manifestæ, non erit inutile considerare res quasdam secundum ueterem ecclesiæ statum obseruatas, quas iam aduersarij ecclesiasticarum consuetudinum nituntur subuertere. Sunt autem huiusmodi ueneratio & inuocatio sanctorum martyrum, solenne ieiunium a carnibus, & cæteris cibis abstinentia, suffragia uiuorum pro defunctis, uoluntaria uota in castitate, deoque dicata uirginitate, purgatorius ignis post mortem, paruulorum baptismus, Sacramenta confirmationis, confessionis, sacri ordinis unctionis, matrimonij insolubilitas, corpus Christi sub specie panis & uini, missæ sacrificium, cæteraque officia ecclesiastica, sacerdotum cælibatus, hæc & similia sunt, quæ aut omnia, aut plura, multi contra uenerandam antiquitatem colla erigentes, impugnare & destruere præsumunt, renouantes iam olim sepultas hæreses, magis autem apparebit illorum insania, si primum ostenderimus easdem hæreses ante mille annos fuisse euentilatas, tritas & dānatas. Vigilantius iam olim ante mille & centum annos, quemadmodum diuus testatur Hieronymus, docuit non esse ueneranda sanctorum martyrum sepulchra, proclamauit contra sanctorum ieiunia, impugnavit uirginitatem, & orationes sanctorum, irrisit Christiani populi deuotionem, accensionem cereorum in honorem martyrum sole splendente, Dum uiuimus, mutuo, inquit, pro nobis

ora re

orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius pro alio est exaudienda oratio, præsertim cum martyres ultionem sui sanguinis impetrare non quiuerint. Sic & recitat Augustinus, quod suo seculo Arius quidam, cum esset presbyter, doluisse fertur, quod episcopus non potuisset ordinari, & idcirco sua priuata dogmata spargens in ecclesias, docuit nos non oportere nec orare, nec offerre oblationem pro mortuis, nec solenniter celebrare statuta ieiunia, sed cum quisque uoluerit, ieiunandum esse, ne uideatur esse sub lege. & presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. Hactenus Augustinus in libro de hæresibus, capite quinquagesimo tertio. Et ibidem capite octogesimo secundo: A Iouiniano quodam monacho, hæresis quædam, inquit, orta est, ætate nostra, cum adhuc iuuenes essemus, qui dicebat omnia pœtā esse paria, nec aliquid prodesse ieiunia, uel a cibis abstinentiā, uirginitatem sanctimonialium seu continentiam, coniugum meritis adæquabat, ita ut quædam uirgines sacræ, prouectæ iam ætatis, eo audito, nupsisse dicantur. Cito tamē (inquit) ista hæresis extincta est, nec usque ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit peruenire. Hactenus ille. Sed iam prohdolor latius hæc pestis suum sparfit foctorem, cum peruenerit nunc ad deceptionem non solum monialium, sed & monachorum, sacerdotum & pastorum. Erigamus mentes uiri Christianissimi, & solliciti simus ut non sint inter nos super huiusmodi rebus schismata, ut & utiliter ecclesiæ commodis consulentes, diuisa inter se ecclesiæ membra ad unionem pacis ac concordie, quantum in nobis est studeamus prouehere, & zelum dei arripientes, non iniurias sanctorum martyrum solum, sed & damna tam miserarum animarum defunctorum, quæ priuantur uiuorum solatijs atque suffragijs, quæ uiuorum, qui discunt contemnere uenerandam ecclesiæ antiquitatem, non surdis auribus transeamus. Nihil est quo satanas sic occulte contra Christi ecclesiam insidiatur, quam ipsa scriptura sacra, qua ipse utitur, ut sub prætextu Christianæ fidei, fallat Christianorum hominum corda, qui dum existimant se tenere euāgelicam ueritatem, & scripturas canonicas seruari ad unguem, arbitrantur se uere esse Christianos, cum tamen cæci sint, ac in tenebris uersentur. Et idcirco ipse olim semel extinctas hæreses iterum atque iterum denuo seminare, & crescere cupit, nec cessat insidiari unquam ad hæc usque tempora sub prætextu constantie fidei Christianæ, ita tam suggerens pertinaciam in hominum corda, ut etiam ipsi tradant corpora sua ad mortem, arbitantes se pro fide Christi mortem pati. Neque recens aut noua est hæc hereticorum usque ad mortem pertinacia; nam ante mille annos temporibus Cypriani, Hieronymi & Augustini, legimus hæreticos etiā a persecutoribus Christianæ fidei fuisse in confessione nominis Christi exustos & occisos: sed quia extra ecclesiam, inquit Cyprianus, confitebantur Christum, non potuerunt assequi remissionem peccatorum. Macula enim discordie in hæreticis nec abluitur sanguine, nec purgatur igne: quos & in spiritu beatus Paulus preuidens futuros, notauit: Si habuero inquit, omnem fidem, ut montes transferam, &c. si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Jam olim ante annos ferme quadringē

Nec ordum
nec offeren-
dū pro mor-
tuis, nec sta-
tuta ieiunia
esse obseru-
da, hæresis
Ariani.

Exhortatio
ad zelum dei
arripientiū,
ut errantes ad
pacē reuocē-
tur.

Per scriptu-
rā sacrā insi-
diatur nobis
diabolus.

1. Co. 13.

Ad inquisiti-
ones Iamarij

Varie hære-
ses iam olim
damnatae ab
ecclesia.

tos p̄positus quidā uenerandus, Stenelden. interrogabat beatum Bernardū; Vellem, inquit, scire sancte pater si p̄sens essem, unde in hæreticis, diaboli membris, tanta fortitudo in sua hæresi, quāta uix reperitur etiam in ualde religiosi Christi fidelibus. Sunt, inq̄t, apud nos hæretici, qui in suffragiis mortuorum, & orationibus sanctorū non confidunt, ieiunia, cæterasq̄ afflictiones quæ pro peccatis fiunt, aiunt iustis nō esse necessaria, purgatoriū ignem post mortem non concedunt, in altari corpus Christi fieri negant, ecclesiam apud se esse dicunt, non habentes agros, neque possessiones. Nouimus etiā ex istis nōnullos esse raptos a populis nimio zelo permotis, & nobis inuitis in ignē positos, & crematos: qui tormentum ignis non solum in patientia, sed & cū lætitia introierūt: Vellem igitur scire sancte pater, unde in diaboli membris fortitudo tanta? Hactenus huius p̄positi interrogationes. Et quis non inuenerim responsiuam a Bernardo epistolam, attamen tanq̄ ad hæc respondens Bernardus homilia sexagesima sexta, super Cantica, de huiuscemodi hæreticis sic loquitur: Se dicunt esse successores apostolorū, & ecclesiam, nō habentes neq̄ agros neq̄ possessiones: ecclesiam autem habentem agros & possessiones non esse Christi ecclesiam. Irrident nos q̄ baptizamus infantes, q̄ oramus pro mortuis, q̄ suffragia sc̄torū postulamus. Nō credūt ignem purgatoriū restare post mortem, sed animam a corpore solutam, statim uel ad requiem, uel ad damnationem trāsire. Ecclesiam nō cognoscūt, & idcirco ordinibus ecclesiæ detrahūt, instituta nō recipiūt, sacramēta contemnūt, mādatis episcoporū non obediūt. Peccatores, inquit, sunt apostolici episcopi, archiepiscopi, presbyteri, & per hoc nec dādis sacramētis nec recipiendis idonei: multa quidem & alia huic populo stulto & insipiēti, inquit Bernardus, a spiritibus erroris in hypocrisi loquentibus mendacia per suasa sunt, nec rationibus conuincuntur, quia non intelligunt, nec autoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt: probatū est, mori magis uolūt, quam conuerti, horū finis interitus, horū nouissima incendium manet. Mirabantur, inquit, aliqui, quod non modo patiēter, sed & læti, ut uidebatur, ducerentur ad mortem: sed non inde mirandum, si aduertatur quanta sit potestas diaboli, non modo in corpora hominum, sed etiam in corda, quæ semel permissus possederit. Nonne plus est hominem sibimet iniicere manus, q̄ id libenter ab alio sustinere? hoc aut potuisse diaboluū frequenter experti sumus in multis, qui semetiplos aut submerferunt in aquas, aut fecerunt ex sublimi præcipites, aut suspenderunt. Nihil ergo simile habet constantia martyrum, & pertinacia hæreticorū: quia in illis pietas, in istis duricia cordis, contemptū mortis operatur. Hactenus Bernardi doctrina. Ex qua patet hæresiarcham huius seculi non fuisse inuentorem nouarū hæresiuū, sed antiquarū iam damnatarū resuscitatorem ac defensorem improbum. Proinde non est opus, inquit Bernardus, multa aduersus homines stultissimos atq̄ obstinatissimos dicere, sufficit innotuisse illos, ut uitentur. Addit: Melius proculdubio, inquit, foret, q̄ coercerentur gladio illius, qui non sine causa gladium portat, q̄ & multos in suos errores trāsire permittant. Hæc

Stenus

Stenus Bernardus, ante annos iam quadringentos de hæresibus a tam longo tempore ad hæc usq̄ tempora, procurante diabolo, protractis. Inspiciētes ergo ueteris ecclesiæ traditionem, & antiquissimorū patrum uolumina plane uidemus super p̄fatis articulis ueterem ecclesiæ doctrinam prorsus cū doctrina ecclesiæ, quæ nunc est, conuenire, & hisce in rebus faciem ac statum ecclesiæ quæ nūc est, esse antiquū ecclesiæ statū, & ecclesiam Christianam per totum orbem nūc credere & obseruare, sicut credidit, tenuit & p̄dicauit ecclesia quæ fuit ante quadringentos annos, cum ad huc uenerandus ille doctor Bernardus, & cæteri seculo illo p̄clarissimi scriptores uiuerent, & ecclesiam eam, quæ tpe Bernardi erat, super eisdē articulis credere, tenere & docere, sicut ipsa obseruasse inuenit totā ecclesiā Christianā, quæ Bernardū sexcentos annos añcesserat, sicut erat ecclesia tpe Chrysostr. Hierony. Amb. & Aug. in quorū seculis uniuersa ecclesia infantes baptizabat, pro defunctis orabat, sc̄tos martyres inuocabat, & in eorū memoria altaria construebat, in missa eucharistiæ sacrificiū offerebat, uota monastica faciebat, aliaq̄ multa, quæ in hodiernū diem tota seruat ecclesia, quod facile potest perspici ex scripturis, quas singuli suis seculis posteritati legendas tradiderunt, quemadmodum iam in sequentibus partibus sumus ostensuri. Cæterū, Gregorius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, huiuscemodi res neq̄ e suis cerebris confixerunt, neq̄ recenter tūc ex scripturis sacris intellexerunt, sed in eisdē articulis crediderūt, tenuerūt & docuerunt, sicut inuenerant ecclesiā ante se docuisse, ascendēdo usq̄ ad apostolorū tpe, secundū interpretationem ecclesiæ, intelligentes, ac concludentes in scripturis, nonnulla esse implicita & p̄supposita, quæ ex eisdem scripturis, euidenter concludi non possunt. Quod planum & manifestum nobis erit, si adinuicem conseramus uolumina antiquorum patrum, qui per successiones tēporū ecclesiastica dogmata & sacrarum scripturarū interpretationes nobis tradiderunt, qui & si luce clara deprehenderint nonnulla scripturæ loca talia esse, ex quibus non euidenter consequerentur sententiæ, quas ipsi dabant, tamen imitātes ecclesiæ traditionē, ita sunt interpretati ut ipsorū interpretationes cum ecclesiastica traditione, ac obseruatione conuenirent. Huius rei unum afferamus exemplū, ex uerbo saluatoris, docentis quoddam esse peccati genus, quod nec in hoc seculo, nec in futuro remitteretur, Origenes, Augustinus, Gregorius & Bernardus, cæteri q̄ multi probatissimi patres intellexerunt, saluatore uoluisse insinuare quoddam esse genus peccati remittendū post hanc uitam, & ita purgatoriū esse: non q̄ uenerabiles isti patres adeo fuerunt ingenio stupido, ut existimarēt ex illa negatiua saluatoris sententia, posse concludi sententiam affirmantem, p̄cā quædam remitti in futuro seculo, & ita ex necessitate sequi purgatorium esse: sed considerantes ecclesiā illius tpe, secundum antiquū morem & consuetudinē, pro defunctis orare, intellexerūt sp̄m sc̄tm, in huiuscemodi loco uoluisse hæc ecclesiæ sententiam insinuare, uidelicet peccata quædam remitti post hanc uitam. Huiuscemodi ergo res, etiam q̄uis in eis nulla esset scripturæ autoritas, sufficienter demonstratur per antiquū ecclesiæ statū, & secundū uniuersa

Bb iij salern

saltem ecclesie morem ab initio obseruatū, qui ab apostolorū traditionibus ad nos usq; descendit. Neq; foret opus alia probatione, q̄ ostendere, q̄ super huiuscemodi rebus seruatis, per uniuersam ecclesiam, fuerit antiqua concurs ecclesiarum sibi inuicem succedentium consuetudo, custodita non longe ab ipsis Christiane fidei inuicem ad hæc usque tempora.

Secunda pars huius capituli, in qua de Christiane ecclesie consuetudinibus & sacramentis, fundamenta quædam atq; initia tractantur ex scripturis sacris.

NE calumnientur hæretici nos prorsus sine scripturis uelle pugnare, anteq; recenseamus patrū sententias secundū seriem successionis, ab exordio nascentis ecclesie, oportet primum declarare, etiā initia huiuscemodi rerum ex ipsis scripturis sacris habere argumēta, & recensere scripturas, ex quibus patres ab initio intellexerunt huiuscemodi rerum instituta. Considerandū est ergo ex supradictis, q̄ uniuersales & uere deo digni apostoli, habentes sensum prophetarū & euāgeliorū scriptū in cordibus suis, fideliter exequētes p̄ceptū magistri p̄cipiētis, quatenus in mundū uniuersum euntes, testes essent ac p̄dicarent euāgelium, per quorū & linguas loquebatur spūs sc̄lūs, non tam conati sunt euāgelium scribere in chartis & pergamenis, q̄ in cordibus hominū, scientes uiuam uocē habere suā uim ac energiam, & euāgelij fidem indigere, non suā foris argumentis humani spūs. Vnde ab initio iam late per omnem locū erat dispersa Christi ecclesia, erantq; in obseruantia ecclesie ritus & instituta quædā ab apostolis p̄cepta, priusq; scripta essent ulla euāgelia, Petrus Romæ crucifixus erat, & Paulus capite trūcatus sub Nerone, priusq; Ioannes suū scriberet euāgelium post mortē Domitiani. Iam uero euāgelij testificatione lōge lateq; diffusa, & institutis p̄ orbem Christianis, tunc primū spūs dei prouidente, coeperūt apostolici uiri ad eos qui iam credebāt tradere in chartis sermones, mysteria, traditiones, sacramenta, gesta & facta Christi. Vnde & omnes apostolorū epistolæ, non ad paganos, non ad infideles & gētiles, sed ad fratres, id est, ad Christianos sunt scriptæ. Paulus ad Romanos, Omnibus, inquit, qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis; Gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuerso mundo. Ad Corinthios: Ecclesie dei quæ est, inquit, Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu. & sic in epistolis reliquis sermonē dirigit ecclesijs. Et quibus qui diuinos sermones diuinitus inspirati scripserunt, breues hos & succinctos esse uoluerunt, non sic tamen abbreviarunt ut præterirent & intacta prorsus dimitterent ulla Christiane fidei mysteria, & sacramenta, quæ usq; in diem hodiernum uniuersalis seruat ecclesia: quæ tamen hæretici per successionem temporum ab initio semper impugnant conati sunt, sub prætextu libertatis & defensionis Christiane fidei, non tñ præualuerunt contra ecclesiam, quæ hæcenus manet in antiquo statu secundū apostolorū institutionem. Et quibus crescēte multitudine ac deuotione credentium, solennitates, & ritus super huiuscemodi sacramentis celebrandis sint aucti, & id quidem a p̄positis ecclesie rationabiliter in utilitatem fidei & charitatis, ne si leuiter peragerentur, uilescerent: origo tamen,

Apostolorū officium erat non scribere in membranis, sed in cordibus hominū, & p̄dicare euāgelium.

utilitas eorum & approbatio ex apostolica doctrina est nobis declarata, & per terram uniuersam credita, habita, retenta, & reputata. Et idcirco nō modo hæresis, sed etiā insolētissimæ insanie est, dicere huiuscemodi rerū obseruatias in ecclesia Christi esse inutiles, confictas ab humano spiritu, aut abusus, aut falsas doctrinas, aut scripturis sacris contrarias, aut religionis Christiane impertinentes, quemadmodū nonnulli impudentissimi idiotæ absq; literis, laici uiri, & mulierculæ hoc nostro seculo nimia arrogantiā p̄sumperunt pertinaciter asserere, & ad uincula usq; defendere, tumultuantes contra oīm doctorū sententiā, & uenerandam patrū antiquitatem. Quatuor sacramenta, utpote baptismum, sacramentū ordinis seu ecclesiasticæ potestatis, eucharistiam & pœnitentiā, ecclesiastici patres ab initio secundum seriē successionis intellexerunt ex doctrina saluatoris, dantis apostolis formā baptizandi, potestatem consecrandi panem & uinum in corpus & sanguinem suum, potestatem ligandi & soluendi in terris, quæ ligata & soluta essent in cœlis, potestatem remittendi & retinendi peccata. Apostolis iam spiritū sanctum habentibus, Christus post resurrectionē insufflans, dixit: Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata. Et iterum: Euntes in mundum uniuersum, p̄dicare euāgelium omni creaturæ, baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Insufflatio hæc, seu inspiratio, inquit August. & cæteri sancti, est gratia quædam, quæ per traditionem infunditur baptizatis cum ordinantur, de qua dicit Apostolus ad Timotheum: Noli negligere gratiam dei quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri. Ex his scripturis Cyprianus, Ambro. August. intellexerūt aliud esse sacramentū baptismi, aliud ordinis, quemadmodū patebit infra in eorū sententijs. Sacramentū confirmationis intellexit ecclesia ab initio semper aliud esse a sacramēto baptismi ex Actis apostolorū, & utrunq; esse sacramentū docuerunt Clemens Petri successor, Ireneus, Cyprianus, Hierony. August. cæteri q; patres. Clemens confirmationem esse a baptismo sacramentum distinctum, a solo episcopo conferendum docet in epistola, quam (teste Merlino) scripsit ad Iulium & Iulianū fratres. Cyprianus in epistola ad Stephanū, quæ est prima ordine in secundo libro epistolarum, docet utrunq; esse sacramentum. Hierony. aduersus Luciferianos, docet hanc obseruationem ex ea autoritate descēdere, q̄ spūs sanctus post ascensum dñi ad apostolos descēdit, asserens multis in locis idē sacramentum reperiri, baptizatū uidelicet per manus presbyteri aut diaconi in baptismo accipere spm̄ sanctū, & rursus accipere spm̄ sanctū per solas manus episcopi, & id qdē ad honorē potius sacerdotij, q̄ ad legis necessitatē: alioquin si tm̄ ad episcopi imprecationem spiritus sanctus defluit in hominum corda lugendi sunt, qui in uillis & castellis per p̄sbyteros & diaconos baptizati dormierunt, prius q̄ ab episcopis inuiserentur. Ecclesie salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quædam & ab omnibus eminens destur autoritas, tot in ecclesijs efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Inde uenit ut sine chrismate & episcopi iussione, neq; presbyter, neq; diaconus ius habeat baptizandi, cū frequenter si tamen necessitas cogit, sciamus etiam licere.

De VII. sacramentis ecclesie.

Mat. 28. Math. 28

Sacramentū ordinis, 1. Timoth. 4.2

Sacramentū confirmat.

laicis. Hæc Hierony. Ex cuius doctrina consequens est, sacramentū confirmationis a solis episcopis dari, baptismū autē a presbyteris & diaconis, & in necessitate a laicis: & sacramentū confirmationis non esse necessitatis sacramentum. Sacramentū unctionis intellexerunt ex doctrina Iacobi apostoli: Infirmus quis ex uobis inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & si in peccatis fuerit, remissentur illi. De antiquitate autē & autoritate huius epistolę satis diximus in primo libro. Tria esse sacramenta irreiterabilia, uidelicet baptismum, ecclesiasticum ordinē, & confirmationē, semper ab initio tenuit & credidit uniuersa ecclesia ex scripturis, & traditione apostolorū edocta. Ex scripturis quidē docentibus spiritū sanctum ter datū apostolis: Primo in baptismo ad iustificationē & remissionē peccatorū accipiendā: Secundo post resurrectionem, ad remissionē alijis dandam: Tertio post ascensionem ad robur fidei, & charitatis confirmationem: sicut docent Cypria. Hierony. August. ex scripturis. Tria uero sacramenta, ut poenitentia, unctionē, matrimonium, alitero coniugum mortuo, posse iterari, scripturis & exemplis docuerunt Christus & apostoli, & uniuersa semper credidit Christi ecclesia, simul eucharistiā tradens esse frequentandā, tanquā animæ cibum & uitiū. Sacramentū eucharistię plane tradiderunt quatuor euangelistę ex institutione saluatoris, q̄ in ultima coena accipiens panem benedixit dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, q̄d pro uobis tradetur, & repetita benedictione, accipiens calicem dixit: Hic est sanguis meus. Ex hac traditione euangelica ecclesiastici patres, & tota Christianorū schola ab initio semper intellexit, post consecrationem sub uisibili figura panis & uini, esse uerum corpus & sanguinē Christi. adeoq; hoc fuit ab exordio creditum & obseruatum, ut ipse q̄q; Paulus apostolus mysterium hoc oibus fidelibus aperire dignatus sit, plane communis frans totum corpus & sanguinē Christi participari a singulis fidelibus sub fragmento panis & uini. Calix, cui benedicimus, inquit, nonne communicatio sanguinis Christi est: & panis, quem frangimus nonne participatio corporis domini est: r. ad Cor. x. Item ex eadem Pauli doctrina in capite xi. ecclesia ab initio semper credidit, tenuit, & docuit sub figuris panis & uini, potestate uerborum Christi esse uerum corpus Christi, & eum qui manducat & bibit indigne, reum esse corporis & sanguinis domini, & iudicium sibi manducare ac bibere, pro eo q̄ nō diiudicat corpus dñi. Non igitur sub figura tm̄ celebratur mysterium istud, sed sub ueritate. Nos, inquit Ambro. in lib. de sacramen. in specie panis & uini, quā uidemus, res inuisibiles, scilicet carnem & sanguinē honoramus, fideliter confitemur ante consecrationē esse panē & uinum, q̄d natura formauit, post consecrationē uero carnē Christi & sanguinem, q̄d benedictio consecrauit. Sed q̄a hæretici malignis suis interpretationibus conantes subuertere antiquam ecclesię fidem, detorquent huiusmodi scripturas ad sensum aliū, opere preciiū est hic paululum immorari, & primū supradictis obijciētes, propanamus argumēta, ex q̄s solutionibus tota hæc materia reddet illustrior. Primū apostolus Paulus docet p̄es nostros in testamento

Sacramentū
constr. q̄d nō
est necessita-
tis a solis da-
tur episcopis
Iacobi 7.

Sacramentū
eucharist. ex
scripturis cō-
cessum ab oī-
bus.

Verū corpus
Christi in alta.

Argumenta.

stamento ueteri manducasse eandem escam, bibisseq; eundē potum de petra spirituali, & hanc petram fuisse Christum. Patres nostri oēs, inquit, sub nube fuerunt, oēs mare transierunt, in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & oēs eandem escam manducauerunt, omnes eundem potum spiritualem bibe-^{1. Co. 10.} runt: bibebant autē de spirituali consequēte eos petra, petra autē erat Christus. Ipsi ergo si in sacramentis illis manducauerunt eundē panem uiuum, quē & nos manducamus de mensa altaris domini, uidetur consequens esse, uel hūc panem, quē de altari sumimus nō esse corpus dñi, sed figurā, uel manna illud quod manducabant patres, etiam fuisse uerum corpus Christi, & nō solum figuram: quod & uenerabilis pater Augustinus significasse uidetur, docens ueteris & nouæ legis sacramenta in signis quidem esse diuersa, sed in re, quæ significatur, paria. Item aliud illos, aliud nos sub specie uisibili manducasse, quod tm̄ idem significabat uirtute spirituali. Magno, inquit Augustinus, errore delirant, qui putant signis, sacramentisq; mutatis, etiam res ipsas esse diuersas. Deinde & alia uidetur hoc ratione roborari, nam ex eo, quod Christus dicit: Ego sum uitis uera, uos palmites: nō sequitur Christū esse uitē, nisi metaphoricè accepta uite: Ergo etiā ex eo, q̄d Christus dicit de pane: Hoc est corpus meum, Caro mea uerus est panis, uerus est cibus, nō oportet consequens esse, uerum corpus Christi & sanguinē esse in sacramento altaris. Respondeo hæc esse antiqua hæreticorū retia, malignis suis interpretationibus tradentiū panē hunc & potum, quē nos in sancto altari consecratū comedimus & bibimus, nihilo magis esse uerū corpus & uerum sanguinē Christi, quam fuerat illud manna, quod populus ille manducabat, & aqua illa, quam de petra productam populus & iumenta bibebant. Quæ sane deliramenta iam olim euentilata sunt, trita & euerfa a concilio patrum, qui diuino spiritu ex scripturis didicerunt nos non solum fide, sed & ore manducare ac bibere ueram carnem & uerum sanguinem Christi. Si corporalis nostræ dominicæ mensę communicatio non esset altior, grandior, sublimior, atque mirabilior, q̄ fuerat olim illius manna manducatio, & utrobicq; fide sola, non etiam ore sub uisibilibus speciebus Christus ipse figuratus solum, nō præsens, sed absens acciperetur, nihil magnum, nihil grande, nihilq; nouum & admirandum haberet illa traditio domini, quā ipse ore proprio prædocuit, sub ipso sacrosanctæ passionis imminentis articulo, nihilq; excellēs, nihilq; uiuum ac uiuisificatum in cruce immolandū dedisset discipulis ex proprijs suis manibus, in ipsa dñica ecena dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, q̄d pro uobis tradetur. Accipite & bibite, hic est sanguinis mei calix, q̄ pro uobis effundetur. Nisi addidisset Apost. q̄d pro uobis tradet, potuissent hæretici inuenire occasionē calumnię, dicendo panē illū esse corpus Christi mysticū in significando, quemadmodum præmiserat: Unus panis & unum corpus multi sumus. Ex his ergo consequens est, quod panis ille, quem suis discipulis Christus dedit in ecena, est uerum corpus uiuum, traditum pro peccatis nostris. Non autem sic uiuum fuit illud manna, illaq; aqua de ueteris legis petra, q̄bus homines & iumenta communiter utebantur. Scriptum est enim: Cum eleuasset Moyses manum, uirga percussis bis silicē, egressæ sunt aquæ

Aug. contra
Fau. lib. 10.
cap. 9.

Aliud argu-
mentum.
Ioan. 15

Matth. 27
1. Cor. 11.

Exodi 17
Nume. 20

I. Cor. II.

largissimè, ita ut biberent homines & iumenta, De isto autem pane, & de isto uino dicit Apostolus: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Manifestum est autem Apostolum per totum illud caput fuisse loeutum, non de sola spiritali manducatione, sed de illa manducatione, quæ fit ore corporali, secundum quã si quis manducauerit indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Nihil autè tale de manducantibus uetus illud manna dici potest, quippe quò non uera uiuã caro, sed figura fuit Christi ueri panis, tunc quidem secundum diuinitatè uiui, sed nondum incarnati, nondum in carne immolati. Panis autè, què de altari nos sumimus consecratum, dominus noster Iesus docuit esse corpus suum, tunc pro nobis in cruce immolandum. Aliter ergo Christus dicit hoc esse corpus suum, aliter Paulus dicit petram fuisse Christum. Ad aliud argumentum dicimus, uerum quidem esse quod eadè ueritas ait: Ego sum uitis uera, sed uerbum hoc per similitudinem esse dictum indicat sequentia uerba, quibus dicitur: uos palmites. Talem ergo Christus significabat se uitam esse, quales significabat illos esse palmites: manifestum autè est illos non fuisse palmites, nisi per metaphoram. Non significabatur ergo Christus esse uitis, nisi metaphoricè. Vnde & continuo similitudinè subiungit: Sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Christus autè cum acceptum panem consecratum, dixisset: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, continuo ut oem metaphoram excluderet adiecit, quod pro uobis tradet. Deinde Christus non dixit: Ego sum hæc uitis, singularè rem aliquam demonstrando, sed in genere ait: Ego sum uitis, uolens se etiam per quamlibet uitam uerã significari: loquens autè de corpore suo, certum panem accipiens benedixit, & fregit, dicens hoc esse suum corpus: plane indicans non alium quolibet prophanum panem esse suum corpus, sed panem illum acceptum & benedictum, & illum esse discernendum ab alio quolibet pane laico. Sic & quod dicit saluator apud Ioan. cap. vi. de manducatione carnis suæ, & potu sanguinis sui, non sic generaliter secundum oem manducandi modum accipitur, sed secundum peculiarem quendam modum, quod quis non carnaliter solum, sed spiritaliter dicitur manducare, dum corde credit ad iustitiam in Iesum redemptorem, non tamen negligens manducationem illam sacramentalem, quam Christus instituit, docens carnem suam & sanguinem, etiam sub uisibili specie panis & uini, corporali ore pro loco & tempore esse accipiendum in suæ passionis & mortis commemoratione. Vnde in eodem capite manducatione illam spiritalè, quæ fit corde credendo, præmisit tanquam fundamentum, sine quo non proficit sacramentalis ulla manducatio, & ex illa ad hanc sacramentalem in hunc modum institutam descendit, dum Iudæis interrogantibus & dicentibus: Quomodo hic potest nobis dare suam carnem ad manducandum? Respondet: Amen, amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. tanquam dicat: Qui manducat meam carnem, & bibit meum

Modus manducandi est, secundum quem si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, qui desumptus est ab Augusti. de uerbis dñi secundum Mattheu. cap. 11.

Declaratur textus Io. 6.

meum sanguinem, eo uidelicet modo, quod traditurus sum, corde uidelicet credendo ad iusticiam, & ex illa fide etiam ore manducando ac bibendo ad salutem, hic in me manet, & ego in illo, ut iam non duo sint, sed una caro. Illum autè modum, sic ore proprio manducandi, discipulis carnaliter intelligentibus de carne in propria specie manducanda, sicut caro uitulorum manducatur, arguit & docet, addens filium hominis in propria specie ascensurum in caelum, & ita carnem non prodesse quicquam, id est carnem sine spiritu intellectam, hoc est solam carnalem manducationem nihil prodesse, sed spiritum esse qui uiuificat. Quod ergo dicit Augustinus, ueteris & nouæ legis sacramenta in signis esse diuersa, sed paria in re significata, utique uerum est, sed hinc non sequitur rem significatam sic esse utrobique presentem, quous utrobique idem sit spiritus fidei in eundem Christum, qui & iustificabat & uiuificabat animas ueterum patrum, quamobrem & Apostolus corporale illud manna appellat spirituale, corporalemque aquam spiritualement, petramque illam inanimatam dicit spiritalem, quia hæc fuerunt figure spirituales rei tunc futuræ, tamen non omnes ipsi cibum illum potumque illum spiritalem manducare & biberere. Proinde magis uidetur habitabile quod Apost. ipse dicens omnes escam eandem spiritalem manducasse, oesque potum eundem spiritualement bibisse, neque loquatur de manducatione spiritali, sed de corporali, neque intelligat eandem escam, eundemque potum secundum identitatem communem ipsis & nobis, sed ipsis communem, uolens significare illos eandem escam, eundemque potum manducasse, ipsos inquam tam malos quam bonos, tanquam dicat: Eandem escam, eundemque potum, manducauerunt & biberunt Dathan & Abyron, quem Moyses & Aaron. Eandem etiam Choren cum suis quam Caleph & Iosue. Neque tamen propter hanc corporalem cibum & potum, aliorumque spiritalium sacramentorum communionem, equaliter deo placuerunt. Hoc enim intendebat Apostolus in ea lectione, ut sollicitum reddat hominem, ne arbitretur propter corporalem eorum sacramentorum communionem, se iam accepturum promissionis præmiu. Ex hac igitur Apostolica doctrina sic intellecta, nemini suffragatur uolenti accipere eandem escam, uel eundem potum esse dictum, ut referatur ad identitatem cibi & potus uiuifici, quem in sacramento altaris sumimus de manu sacerdotis, tanquam panis & uinum quod in mensa sancti altaris corporaliter accipimus, essent solum umbra & figura Christi iam in carne passi, perinde atque manna illud in deserto, potus, & petra fuerat figure & umbræ Christi tunc futuri. Si tamen cuiquam placeat interpretari Apostolum in hoc loco, quemadmodum & August. uidetur, quod patres in illo uisibili manna, & in illa uisibili aqua, spiritaliter manducauerunt eandem escam, quam & nos manducauimus in pane & uino consecratis, non aberrabit a ueritate catholica, semperque erit inuicta ueritas ex Pauli doctrina, docentis hæc omnia in figuris contigisse illis, ad significandam gratiam redemptoris Christi, qui ueritas est petra, de qua dñs deus saturauit ecclesiam suam melle dulcedinis gratiæ, super quam petram fundatur ecclesiæ, ex qua etiam processa in signo crucis, fluxerunt nobis aquæ salutaris uitæ & sapientiæ. Proinde non solum scripta, sed & tota uita illorum patrum, & prophetarum gesta in scripturis

I. Cor. II.

In libro de utilitate agri de penitentia

Quid mel de petra.

deo

deo inspirante, recitata, intelligentur eiusdem gratiæ redemptionis prophetica signa. Non sunt proinde res diuersæ, nam quas prophetarum uerba & gesta, pronunciauerunt futuras, has eisdem euangelicus sermo annunciauit impleri, ritusque euangelicus exhibet præsentis. Aliter igitur petra illa in deserto erat Christus, aliter panis in altari consecratus est Christus. illa erat Christus in figura seu in significatione. In altari autem est Christus sub specie panis & uini in ueritate. Quod autem Augustinus in epistola ad Bonifacium, dicit sacramenta plerumque appellari nominibus earum rerum quarum sunt sacramenta, & ita corpus Christi appellari, quod est sacramentum corporis Christi, quod item Tertullianus dicit, interpretando uerbum Christi, Hoc est corpus meum, id est figura corporis mei, qualiter secundum mentem istorum doctorum accipienda sint, patebit in sequenti parte capituli. Annonos iam mille uenerabilis Ioannes Damascenus, docuit panem & uinum, per inuocationem, & aduentum sancti spiritus supernaturaliter transmutari in corpus & sanguinem Christi, & panem non esse solum figuram corporis, sed esse ipsum corpus domini deificatum, ipso domino dicente, Hoc est corpus meum, non dixit figuram corporis, sed corpus.

Sequitur pars tertia huius capituli, in qua traduntur quædam ex scripturis sacris fundamenta.

SVNT cōtentiosi quidam ac pertinaces, clamantes semper, euangelium Christi, euangelium Christi, de unaqueque re hæcenus in ecclesijs obseruata, exigentes scripturæ testimoniū, & quoniam scripturæ loco hæc demōstrantur. Homines profecto (quemadmodum dicit Augustinus) arrogantes, & insanæ mentis, dum contemnunt uniuersalem ecclesiæ obseruationem, ab ipsis fidei initijs custoditā, quæ non aliud est quam Christi & Apostolorum aut successorum spiritu sancto loquentium, traditio & doctrina. Neque enim alio argumēto demonstramus, hæc quæ habemus esse uera sacrosancta euangelia ab ipsis Apostolis descripta, quam ex traditione ecclesiæ, quæ secundum seriem successionis, ad hæc usque secula custodit hæc eadem quatuor euangelia. Demonstrabimus igitur super his rebus antiquum ecclesiæ statum ex sententijs patrum. Verum ne contemptores ecclesiarum & uenerandæ antiquitatis existiment patres docuisse & tradidisse hæc, quæ prorsus sunt a scripturis sacris aliena, primum collegimus paruam epilogū ex eisdem scripturis, demonstrantes quod harum rerum origo atque fundamenta, in scripturis aut explicentur plane, aut insinuentur tacite. Primum ex scripturis discimus, quod in corpore Christi, quod est ecclesia, sit graduum & potestatum tam secularium quæ spiritualium distinctio facta ex ordinatione & prouidentia dei, qui dedit quosdam Apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, alios pastores, alios doctores, alios linguarum interpretes, alios gubernatores, & sublimiores potestates in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnem in unitatem fidei. Item quod gemina sit potestas, una secularis, quæ gladium ad uindictā malorum portat, cui oportet unumquemque esse subditum, non solum propter timorem, sed & propter conscientiam, de qua Apostolus

Epist. 19. ad
inquisitiones
Ianuarij.

f. Co. 12.
Roman. 13
Ephesi. 4.
Ioan. 18

Roman. xij. Altera ecclesiastica, quæ est super corpus Christi uerè in sacrificio altaris, super ipsum uidelicet panem & uinum in corpus & sanguinem Christi benedictio, & super corpus Christi mysticum, quod est ecclesia, super membra uidelicet, in ligando & soluendo in terris, quæ ligata & soluta sint in cælis, remittendo & retinendo peccata: de qua potestate Ioan. xx. & xxi. & Matt. xvi & xvij. Et quod hæc potestas episcopalis, aut sacerdotalis, aut diaconalis, non est secundum institutionem aut adinventionem humanam, sed diuinitus instituta, ecclesiæ data a Christo, qui dixit: Tibi dabo clauis regni cælorum. Irè: Quorum remiseritis. &c. Et quod Christus hoc non ad omnes qui erant credituri locutus est, patet: quia præmisit, Sicut misit me uiuens pater, ego mitto uos. non oēs aut tunc futuri credentes intelliguntur in illo uerbo misit, sicut apostoli. Unde & post resurrectionem multi erant credentes ecclesiæ membra, & tamen solus Matthias diuina sorte iunctus est apostolorum collegio. Item ex scripturis discimus, quod ministri seminantes spualia, habent ius & potestatem accipiendi temporalia stipendia uitæ, & dñm ordinasse, cum qui euangelium annunciat, de euangelio uiuere, & operariū esse dignū mercede sua, & nihilominus ministros oportere gratis dare, ac dispensare diuina munera. Deinde ex scripturis sacris habemus, quod membra in corpore Christi, debent obedire & subdita esse præpositis, episcopis, & etiam sublimioribus potestatibus secularibus, & unicuique quod suum est tribuere, cui honorem honorem, cui tributum tributum, cui uectigal uectigal. Item quod officium ecclesiasticæ potestatis sit, non solum docere uerbum dei, orare pro populo, & ministrare sacramenta, sed & criminosos aut suspectos in ius uocare, ab officio destituere, alijque uis coercere, contumaces. Est enim secundum clauis ecclesiæ datas, iurisdicctio & potestas ecclesiastica: & iudicialia potestas in ecclesiæ præpositis, qua ualeant fermentum seu zizania, id est, facinorosa atque scelerata membra a corpore ecclesiæ rejicere ac reseccare, partim ne illorum cōmunionem ceteri aut inficiantur aut foueantur in malo, partim quo ipsi correcti pudore tandem resipiscant. Et quod in rejiciendis membris a cōmunione fidelium, seruandus sit ordo quidam iudicialis, ut non criminosus occultus, sed testibus conuictus ejiciatur: & hæc iudiciali potestatem docuit Christus Mat. xvij. Et eandem potestatem in se esse insinuabat Paulus cum ait: Ego cum uenero, in ore duorum aut trium stabit testium uerbum. Et quod iudex a testibus possit exigere iuramentum, & quod licitum sit interdum iurare ad subueniendum malo infirmitatis uel necessitatis humanæ, nolentis sine iuramento non sic credere, quemadmodum credere expedit, & quod iurauerit apostolus Paulus ij. ad Corint. i. dicens: Testem inuoco deum super animam meam. & quod finis cōtrouersie ad cōfirmationem est iuramentum, & quod sermo iurantis est, quem dicit idem Apostolus: Quotidie morior per uestram gloriam fratres, & quod deus in scripturis iurauerit, secundum apostolum Paulum ad Hebræos sexto dicentem, deum interposuisse iuramentum, & iurasse per semetipsum, cum non haberet maiorem, per quem iuraret. Item quod potestas tam secularis quæ ecclesiastica debeat interdum quosdam sceleratos homines ad tempus tolerare, ne status reipublicæ perturbetur,

Act. 1.
Corin. 9.

Matthæ. 10
Roman. 13
Hebræ. 13

Co. 12.

& ne triticum conculcetur. Et quod in secularibus controuersijs ecclesia debeat constituere iudices, qui causas audiant, & quod non debeant Christiani inter se habere causas & lites coram ethnicis iudicibus, sed coram iudicibus secularibus ab ecclesia constitutendis, qui in causis prophanis, controuersias terminent. Et quod ecclesiae praepositi ac principes, uigore huius potestatis uel sci possunt omnem inobedientiam & contumaciam, & ordinare quaedam atque statuere pro aedificatione & custodia ecclesiae, & quod inde consequens est, eosdem principes in quibus & reipublicae consensus residet, uel ad excludendum molestias male uiuentium, uel ad fouendum seu custodiendum in reipublica pacem & tranquillitatem, posse constituere iura quaedam ciuilia, de matrimonio & usurarum contra ctibus, de iniuste ablatiis, de haereditatu successi onibus, alijsq; rebus, sine quibus non potest corpus Christi, quod est ecclesia iam in unam reipublicam congregatam, in hac uita consistere. Et quod non solum potestas secularis, sed & ecclesiastica, consideratione habita ad aedificationem ecclesiae in lucrum, aut custodiam fidei, religionisq; Christianae, potest ordinare iura quaedam canonica, seu decreta, obseruanda in matrimonio rum contractibus, in sacramentorum ministerijs, diuinisq; officijs. Et, quod etiam debeat interdum a communione altaris separare homines, ecclesiae molestos, & raptos, rei alienae detentores, nolentes debita creditoribus soluere, ut uel caeteri timorem habeant, uel ipsi fiant salui, minusq; sint ecclesiae molesti: quemadmodum docet uenerabilis pater Augustinus, in epistola ad Macedonium. Cyprianus quoque in epistola nona libri primi. Et quod in omnibus utraq; potestas tam secularis quam ecclesiastica, debet non suis, sed reipublicae utilitatibus intenta esse. Item quod non semper sit illicitum in iudicio, & causam agere, & sese defendere, etiam beneficio appellationis, non sine se se percuti aut interfici: quemadmodum Paulus non peccauit, neque in eo quod inter flagella proficitur se esse ciuem Romanum, neque in eo quod refutans Iudaeorum tribunal, Caesarem appellauit. Item quod cathedra Petri habet primatum super aliorum episcoporum cathedras & ecclesias, & quod fides a Petri cathedra nunquam deficiet, quemadmodum in superioribus demonstrauius. Item quod sit distinctio ordinum in episcopalem, sacerdotalem & diaconalem, patet primae ad Timot. iij. & Act. sexto. Et quod proinde non omnes Christiani ex aequo sunt sacerdotes, neque sacerdotes ex aequo sunt pontifices, & quod clerus distinctus est a populo seculari seu laico, & quod ad imprecationem episcopi seu presbyteri sacramentum ministrantis, spiritus sanctus datur & remissio peccatorum. Et quod ex laicis quisquam assumendus, ad tale ordinem non debeat sese ingerere, sed ordinari, & accipere ecclesiasticam potestatem seu dignitatem, per impositionem manuum, primae ad Timotheum iij. Et quod ordinator non debeat cito manus imponere alicui, qui accipiens potestatem, audeat uice domini sacrificium offerre deo, sed quod oporteat eum priusquam constituat quempiam in tali potestate, probare uitam & mores eius, ne ipse ordinator commaculetur uicij seu delictis eius, primae Timot. v. Et quod ordinandus debeat esse irreprehensibilis, unius uxoris uir: non quod debeat esse maritus unius uxoris, sed quod debeat esse uir, qui secundam non habet

Episcoporum
potestas.
1. Co. 19.
Roman. 13

Praepositi
possunt quos
dam de eccle
sia separare.

Matthae. 16
Ioan. vltim.

buerit uxorem, sobrius, pudicus, ornatus, hospitalis, & reliqua ab apostolo Paulo descripta, primae ad Timot. iij. Et quod episcopus seu sacerdos debet nunc etiam a quibusdam licitis & concessis abstinere propter sublimitatem ipsius ordinis. Item quod distincta sunt sacramenta, baptismus & ordo ecclesiasticus, & confirmatio: & quod confirmatio post baptismum per solum episcopum administratur per impositionem manuum. Act. viij. Et quod sacerdotes acceperunt in sua ordinatione spiritum sanctum, & potestatem remittendi & retinendi peccata, Ioan. xx. Item quod aliud sit sacramentum, aliud sacramenti effectus. Sacramentum dat minister, qui foris operatur: effectum autem sacramenti, qui est incrementum salutis, intus dat deus, i. ad Corin. iij. Item quod sacerdotum & episcoporum diuersitas, in sanctimonia uitae, non uariat effectum sacramentorum, ac ministerio dei: quia non hominis, sed dei sunt munera quae dispensantur. Et quod infantes nascuntur in ira dei, & quod ab hac ira non liberantur, nisi per sanguinem Christi, qui proinde sint bapuzandi ad intrandum regnum dei, & habendum remissionem peccatorum. Et quod a bapuzando exigenda est fides, & poenitentia ueteris uitae. Et quod post susceptum baptismum uoluntarie peccantibus, relinquitur locus poenitentiae per clauas ecclesiae datas sacerdotibus, qui accipientes spiritum sanctum in ordinatione sua, simul & acceperunt potestatem remittendi & retinendi peccata. Et quod poenitentia haec est reiterabilis, quemadmodum & eucharistia: baptismus autem irreiterabilis. Item ex scripturis Matth. xxvi. discimus, quod frequentandum sit sacramentum manducandi corpus, & bibendi sanguinem domini. Et quod manducaturus panem hunc debet at non sumere illum, nec una cum cibis prophanis, nec post cibos alios: sed probare, examinare, & iudicare semetipsum, ne non diiudicans corpus domini, iudicium sibi manducet & bibat, ac reus fiat corporis & sanguinis domini. Et quod propter indignam contrectationem illius sacrosancti corporis & sanguinis domini deus iratus, morbos mittat in populum, pestes & mortes. Et quod olim sub apostolorum temporibus officium benedicendi panem & calicem domini, fiebat non per quoslibet homines, sed per presbyteros ordinatos: non in domibus prophanis, sed in ecclesiastico conuentu orantium, seu loco sacro deputato, in quem conueniebant populi: non uentris, aut gulae causa, sed unitatis & pacis, manducaturi ac bibaturi corpus & sanguinem domini. primae ad Corint. xi. Et quod Paulus coarguit Corinthios, quod sumerent sacrosanctam coenam dominicam discordes & praesens, illamque suis coenis prophanis intermiscerent: Audio, inquit, inter uos scissuras esse, & uobis sic, scilicet cum scissuris conuenientibus cum schismate in unum, non licet dominicam coenam manducare. Vnusquisque uestrum praesumit ante coenam dominicam, manducare suam coenam prophanam, quam in domibus uestris prophanis deberetis manducare, & non in ecclesia, id est in coetu fidelium, non in loco orationibus & mysticis rebus deputato. Unde subditur: An ecclesiam dei contemnitis? Item ex scripturis quidem discimus, quod Christus dedit corpus suum & sanguinem discipulis post coenam, sed non inde consequens est nos oportere sumere post coenam. Nam & simili argumento deberemus agnum pascalem, quemadmodum discipuli manducare, priusquam corpus domini sumeremus. Et quia figura praecedat ueritatem & gratiam, idcirco Christus

1. Cor. 1.
Roman. 8

Act. 1.

1. Corin. 11

Matth. 26

qui non uenit soluere legem, sed adimplere, congruo ordine cenam agni pascalis celebravit, priusq; panē & uinū in corpus suum cōsecratū; discipulis dispensaret. Proinde ne Christiani post hac, tali modo & ordine corpus Christi sumendū putarent, Paulus apostolus, primē ad Corin. xi. modū & ordinē manducandi tradit, quē & ecclesia a t̄pibus apostolorū declarauit, debere sto macho fieri ieiuno. Ex scripturis discimus q̄ presbyteri uocandi sunt ad infirmos, qui orent sup illos, & ungant illos oleo in nomine dñi, & q̄ talis oratio fidei saluat infirmum, & pctōrū impetrat remissionē. Et q̄ olim in primitiua ecclesia homines confitebantur pctā sua non soli deo, sed & hominibus. Item quod matrimoniū est indissolubile inter Christianos, uxore a uiro non discedere, aut si discesserit, matere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Inter infideles autē matrimoniū dissoluitur, si alter conuertatur ad fidem, altero non lente cohabitare sine contumelia creatoris. Et q̄ coelibatus uirginalis præferendus est castitati coniugali. Item q̄ sub ipsis apostolorū t̄pibus fuerit inter Christianos distinctio perfectōrū a minus perfectis, quibusdam renuocantiibus omnibus per abdicacionem proprietatis & dominij, ita ut nihil propriū aut suum esse dicerent: alijs possessiones & diuitias retinentibus. Et quod melius faciunt, qui possessionibus uenundatis semel omnia largiuntur, q̄ qui uuntur rebus suis, & paulatim fructus suarū possessionū pauperibus diuidūt: quēadmodū ex doctrina Christi probat Hieron. contra Vigilantiū. Et q̄ fuerūt professiones in statibus perfectionis, per continentia, & castitatis, & paupertatis uota. Et quod fuerit festiuitatū diei dñicæ post sabbatū, item pasce, penthecostes, & aliarū festiuitatū obseruatio, & q̄ obseruata fuerint solennia ieiunia. Rursus ex scriptura discimus, q̄ angeli in celo uidentes faciem patris, & gaudentes super uno pctōre penitentiam agente, solliciti sunt pro salute uinorū, & administratorij spūs sint. Vnde consequens est illos esse pro uis intercessores. Item q̄ animæ ex corpore commigrantes sunt immortales, aut cum latrone in cruce prorsus beatæ in cœlesti paradiso, aut cum diuite epulone sepultæ in inferno, aut ad tempus cum Machabæis in loco quodam medio, per ignem quendam purgandi consequuturi dei misericordiā, & pctōrum quorundam non dimissorum in hac uita, remissionem. Et q̄ uiuorū suffragia atq; elemosynæ illis proliant ad liberationem, & ad huiusmodi pctōrum remissionem. Et q̄ beati martyres uiui adhuc in corpore solliciti fuerūt pro salute nostra orantes, iam in celo beati perfectiore charitate expectant nos, & desiderant consummationem electorum: unde consequens est illos orare pro uis. Item quod mulieres non debeant docere, aut loqui in publico conuentu: quod si quid quæstionis habent, domi uiros suos interrogent. Et quod mulieres debent esse subditæ uiris, & uelatæ in ecclesia orare. Et q̄ uim legis habeat uniuersalis ecclesiæ consuetudo, quam apostolus Paulus obiicit contentiosis, docens mulierem debere in ecclesia orare uelatam; Si quis inquit cōtentiosus uidet, rixis scilicet & clamoribus impugnās hanc meā sententiā in euāgelio nō expressam, uolens q̄ mulier oret nō uelato capite, is sciat, oportere sibi sufficere, qd̄ neq; nos, neq; ecclesiæ dei talē habemus cōsuetudinē.

Hec

Hæc & id genus alia multa, sunt tanq; seminaria quædam & fundamenta in scripturis tradita, nunc quidem plane expressa, nunc autē tacite insinuata, aut a Christo tradita, aut ab apostolis diuino spū edoctis promulgata, custodita & obseruata. Quo autē deinceps ordine, quibus ritibus & solennitatibus essent hæc in ecclesijs frequentanda, spūs sc̄tus in scripturis non expressit: uolens apostolis, episcopis, & successoribus, per quos dispositurus erat ecclesiā, seruare hunc locum, hanc ordinandi potestatem, & id quidē paulatim, nō mox simul omnia, nimirū cum nondū esset ecclesia, sic, ut nunc, in unam rem publicam congregata, sed adhuc inter incredulos Iudæos, inter gentes, & inter tribunalia infidelium regū & potestatum uersaretur. Proinde non omnia quæ in ecclesia primitiua seruabantur, conueniunt ordinationi quæ nunc est. Postq; autē apostoli & ab illis ordinati constituerunt ecclesias, diuersis in locis atque prouincijs, constituta sunt loca sacris officijs deputata, oratoria, rectores, ritus ac ceremoniæ ecclesiasticorū officiorū, ne uiderentur esse res prophanæ, aut uiles ac indignæ. Antiquum igitur ecclesiæ statū, his in rebus uolentes cōspicere, operæ precium est ex ueneranda patrum antiquitate super his rebus sententijs quasdam colligere, ex quibus poterit quisq; considerare, qualis fuerit antiquus ecclesiæ status, quales ritus in ecclesiasticis officijs, qualis consueitudo: quibus consideratis, uidebimus ecclesiā quæ nunc est antiquæ ecclesiæ statui esse conformem, hoc est, in fundamentis fidei, & in substantia sacramentorum, ac officiorum ecclesiasticorum esse unius moris cum illa quæ olim fuit, ut impleat prophetia David: Qui habitare facit unius moris in domo. Psalmo 67

Quarta pars huius capituli, in qua tractantur ueteres ecclesiæ mores, ritus & consuetudines, acceptæ partim ex scriptura, partim ex apostolorū & antiquissimorū patrū traditione.

SVB uisibilibus sacramentis deum inuisibiliter operari in abdito humani cordis, est concursus omnium patrum sententia, intelligentiū hoc ex scriptura, quæ testatur, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sc̄to, non potest intrare in regnum dei. Item: Imposuit illis manū, & acceperunt spiritum sanctū. Insufflauit & dixit: Accipite spm̄ sc̄tm̄. Quorū remiseritis pctā remittuntur. Deus igitur qui omnia inuisibiliter intus operatur, uoluit ut etiam uisibili signo, sua inuisibilis operatio foris ostendatur. Neque ob id fidelis populus docetur confidere in uisibilibus elementis, sed docetur præstare deo suæ obedientiæ fructum, ut subijciat se corporalibus elementis, & fiduciam ponat ac salutem quærat a deo, qui præsens est in sacramentis uisibilibus. Hoc est propter quod hæreticorū & infidelium oculi sacramenta uenerari contemnunt, quia in illis tantum id quod foris est cernūt, non agnoscunt suæ obedientiæ fructum, neq; uirtutem intus operantis per ministeria sacerdotū, quibus dedit in terris potestatem remittendi & retinendi pctā, ipse qui solus pctā remittit, in cuius potestate est etiam homines sine sacramentis saluos facere. Vnde in symbolo canit ecclesia: Confiteor unū baptilmā in remissionem pctōrū. Ita & generaliter in symbolo canit se credere, esse remissionē pctōrum, cœlitus edocta, intelligens hæc fieri non modo per

Cc iij baptilmi

Iacobi. 5

Matthæ. 19

I Cor. 7.
Quod dicitur
dicitur Cyp.
de uoto emif
so interpreta
tur.Aug in epi-
stola ad mg.
fitiones Ia-
nuarij.

Psalmo 67

Sub uisibi-
bus sacramē-
tis deus ope-
ratur inuisi-
biliter.Vim legis ha-
berunt uerfa-
lis ecclesiæ
consuetudo.

baptismi gratiam, quæ unica est, & irreiterabilis, sed & per ecclesiæ clauis, quibus subuenitur poenitentibus post baptismum relapsis per reconciliationis gratiam. Sic sancti patres docuerunt eos, qui post susceptum baptismum perpetrant crimina, de quibus loquitur Apostolus: Qui talia agunt regnum dei non possidebunt. poenitentes & suspirantes ad deum ex fiducia, in sanguine Christi denuo recipere peccatorum indulgentiam, & sancti spiritus consolationem, per ministerium eorum quibus dictum est: Quorum remiseritis peccata, remittuntur, & quorum retinueritis, retenta sunt eis. Sic docet uenerabilis Ambrosius, utrumque esse sacramentum, baptismi uidelicet & poenitentiae, & utriusque sacramenti ministerium concessisse apostolis, & ab illis utriusque sacramenti ministerium transmissum esse ad sacerdotum officia. Sic docet uenerabilis Cyprianus, uisibilibus sacramentis inesse æternæ uitæ fructum, illic esse spiritum Christi præsentem intus sanctificantem. In epistola ad Magnū: Credentibus largitur indulgentiam, etiam eis qui in necessitate mortis asperguntur aqua. Aequalis fit baptismi effectus in omnibus qui baptizantur, sicut dies æqualiter omnibus nascitur, cuius æqualitatis sacramentum uidemus, inquit in Exodo esse celebratum, cum de coelo manna deflueret. & in epistola secunda & tertia, libro primo, de relapsis poenitentibus: Sub ictu mortis pax danda est, ut in celo possint esse soluta, quæ prius hic in terris soluuntur. Et in epistola ad presbyteros & diaconos, quæ recensetur xiiij. numero, & in sequentibus epist. libro iij. docet peccatores etiam in minoribus peccatis iusto tempore poenitentiam agere, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesin, i. ad confessionem uenire, & per impositionem manus episcopi, & clerici ius communicationis accipere, & illis eucharistiā dari non posse, nisi confessione facta, & manu ab episcopo aut clerico imposita. cū scriptum sit: Qui ederit panem aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. & delictorum gratia & quantitates esse inspicienda antequam pax deur. Deinde sermone quinto de lapsis, docet, sui temporis peccatores, etiam eos qui nullo sacrificij aut libelli facinore conficti erant, tamen quia de hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes dei dolenter & simpliciter confiteri. Neque oportet hic curiosius inquirere, quoniam pacto per homines & sacramenta remittantur peccata, si nemo possit peccata remittere, quæ solus deus; siquidem & Christus ore suo proprio hæc nobis quaestionem absoluit. Ne enim uideretur incredibile, quod homines peccata remitterent, diuinam præmisit potestatem, qua hoc facerent: Accipite, inquit, spiritum sanctum. ut hinc intelligeremus spiritum sanctum intus inuisibiliter operari per uisibile ministerium sacerdotum. Secundum quem autem modum sacramenta contineant gratiam & clauis ecclesiæ sese extendant ad culpæ remissionem, apud doctores sunt quaestiones, quas in utramlibet partem disputare non erit hæreticum, modo absit ab animis pertinacia, & firmiter credatur uerbis Christi, dantis sacerdotibus potestatem remittendi & retinendi peccata, & ita Christi uirtutem intus inuisibiliter operari per sacerdotum ministeria. Non oportet seruum domini litigare, aut uerbis contendendo schisma facere, sed deo gratias agere, qui talem dedit potestatem hominibus. Et in præsentiarum scire sufficiat, diuinæ prouidentiae sic placuisse, quod per hominum

De confessi
one occultis
peccati.

minis

ministeria operaretur salutem in hominibus, quod per meritum Christi homines, & non alias decreuit liberare hominum genus a peccatis, & magis conuenire nos operam impendere, ut quaeramus dei gratiam, & fructum passionis Christi sub ipsis sacramentis ex fide percipiendis, quod curiose multa inquirere de ipsis sacramentis. Hæreticis tamen perturbantibus ecclesiam captiosus argumentis, oportet præfides ecclesiæ & peritiores esse sollicitos & paratos se præstare reddere rationes fidei nostræ, & dissoluere captiosorum hominum ecclesiam perturbantium argumenta. Verum ipsi ecclesiam sic perturbantibus, & contemnentibus quicquid in sacris literis non reperitur expressum, obijcienda est semper irrefragabilis regula in superioribus frequentius inculcata, illud uidelicet tenendum esse tanquam apostolorum traditionem & doctrinam, quod sancti patres ab initio secundum suorum temporum successiones concorditer in mysterijs fidei ecclesiasticisque sacramentis custodierunt & obseruauerunt. Hanc regulam obiecerunt Irenæus, Tertul. & Hiero. suorum temporum hæreticis, & pertinaciter super qualibet re scripturam sacramentis exigentibus. Hac regula usus est August. lib. iij. ca. xxi. xxij. contra Donatist. hereticos, exigentes quoniam pacto scripturae autoritate possit stabiliri, baptismum prodesse paruulis, quod nondum potest corde credere ad iustitiam, cum scripturae promittentes regnum dei his, qui baptizantur, plane uideantur loqui de his, qui iam adulti euangelium & audire, & credere possunt. Responder: Quod uniuersa tenet ecclesia, nec in consilijs constitutum, sed semper retentum, non nisi apostolica autoritate traditum, rectissime creditur. Quæadmodum ergo apost. Paulus uiro contentioso obijcit consuetudinem, tanquam pondus & momentum super his, quæ agenda sunt & seruanda in ecclesia Christi, sic & Paulum imitantes Irenæus, Tertul. Hierony. Aug. hæreticis suorum temporum obiecerunt ueterem ecclesiæ morem. Sic & Tertullianus in libro de corona militis, docet suo tempore consuetudinem, esse idoneam testem traditionis ueteris, fideique obseruationem, etiam si nullæ scripturae adsit autoritas. Unde arbitratur ex apostolica traditione descendere, quod fiat abrenunciatio satanae in baptismo, & quod terna fiat immersio, & quod eucharistiam non de alterius, quam præfidentis manu quisque accipiat, & quod oblationes fiant pro defunctis, & quod nefas sit die dominico ieiunare. Has & id genus obseruationes alias consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione apostolorum manauit: nam & scripturam ipsam, quam appellamus sacramentum nouæ legis, non habemus aliunde, quam a traditione apostolica: neque aliud est scriptura, quam apostolorum de Christo Iesu & de doctrina illius testimonium. Mos fuit in ecclesia primitiua baptizatos inungere chrismate, seu oleo in altari sanctificato, de quo habes doctrinam Clementis in recognitionibus, & Dionysij & Cypriani in epistola ad Iulianum, & Origenis super epistolam ad Rom. Item mos fuit canendi antelucanos hymnos in ecclesia primitiua, sub ipsis apostolorum temporibus, patet ex epistola, quam scripsit Plinius secundus imperatori Traiano: Multa hominum milia quotidie obruncari, in quibus neque omnino sceleris quicquam deprehenditur retur admissum, neque aliquid contrarium Romanis legibus, nisi hoc solum, quod antelucanos hymnos Christo cuidam canerent deo. Idem manifestum est ex do

Regula hæreticis obijcienda.

cap. eiusdem libri.

Consuetudo est idonea si dei Christianæ testis & custos

Baptizati in ungebantur chrismate, &c.

strina Philonis, de qua infra, in hymnis & psalmis non solū corde, sed & ore & uoce canēdis. Habemus & prophetarū & apostolorū, & ipsius dñi nostri Christi exempla. Laudabat David deum in tympano, & corde, & in cymbalis bene sonātibus. Ex Actis apost. capite xvi. patet q̄ Paulus & Silas media nocte cecinerunt laudantes dñm, ita ut audirentur ab his, q̄ simul deridebant in custodia. Pueri Hebræorum, O sanna in excelsis clamantes, laudant Christum, q̄ dixit: Si tacuerint isti, lapides clamabunt. Flebam (inquit Augusti.) uberrime in hymnis & canticis suaue sonantibus ecclesie uocibus uehementer affectus, uoces quidem influebant auribus meis, & ueritas eliquabatur in cor meum. Sancti patres sub ipsis apostolorū temporibus deputabant loca sacra, & oratoria dedicabant, in quibus celebrabant diuina officia, & missæ sacrificium agentes, atq; etiā festorum solennitates, in honorē defunctorum martyrum erigentes altaria, in quibus sacrificabant nō martyribus, sed uni deo, & martyrum, & nostrorū dño, quemadmodū docet Augusti. xxij. de ciuitate dei, cap. x. & in libro xx. contra Faustum, cap. xxi. tradēs q̄ Christianus populus concelebrat memorias martyrum, & ad excitandā imitationem, & ut meritis eorum associetur, atq; orationibus adiuuetur. Sed sub imperatoribus, regibus, principibusq; Christiane fidei hostibus, non erat facultas sic hęc publice faciendi, aut precipiendi, & curandi solenniter fieri, cum nondum erat ecclesia in unam rempublicam congregata. Constantinus autē circiter annum a passione Christi nonagesimum supra ducentessimum, fecit facultatē publice celebrandi festorum solēnitates, templorū dedicationes, canendi hymnos & psalmos, publice celebrandi atq; immolandi sacrificium, publice predicādi euangelium Christi in toto suo imperio, diemq; post sabbatū sanciuit esse celebrem, & in illa oportere esse uacationem a iudicijs alijsq; causis, & occu pari orationibus, diem ueneris honorandū in memoriam passionis Christi. Supplicium insuper crucis, quod eouf̄q; apud Romanos fuerat contra maleficos in usu, lege data prohibuit, iubens hoc ipsum crucis signum honorari et inscribi tam in figurationibus solidorū, q̄ in imaginibus, uolens etiā imaginē crucifixi, ceu uexillū q̄ddā regni Christianorū deferri corā populo ī publicis processionibus. Vide historiā tripartitā, cap. ix. libri i. Item mos fuit antiquis ab ipsis apostolorū temporibus ad nos uidelicet custoditus, seruari imaginem dñi nostri Iesu Christi, & certis in locis permanere. Quum uideamus etiam nunc, inquit Eusebius, ipsius saluatoris, apostolorum & Pauli imagines designari tabulisq; depingi. Illum, inq̄ Gregorius, in toto corde diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Nos quidem ante imaginem, non quasi ante diuinitatem prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut passum, aut natum, & in cœlestis gratiæ throno sedentem recerdamur: & dum ipsa pictura, quasi scriptura nobis ad memoriam filium dei reducit, animum pium de resurrectione lætificat, ac de passione demulcet. Proinde picturas passionis domini nostri Iesu, & sanctorum martyrum in templis, in oratorijs, in cubiculis salubriter & cum magna utilitate custodit populus Christianus, tanquam scripturas quasdā & figuras, quibus ceu signis

Lucæ 19.
9. Con. ca. 6.

Loca sacra
& festorū so
lemnitates in
honorē mar
tyrum dedi
cabantur

Qñ impera
bant ethnici
non poterāt
publice festa
celebrari

ngis quibusdā obiectis sensui corporis, transeunt in cogitationem piarū mentium redemptionis nostræ mysteria, operaq; sanctorum martyrum, prophetarum & apostolorum. Quemadmodum serpens æntus, quem Moyses fecerat propter sancti facti memoriā, seruabatur apud Iudæorum populum, quē tamen post, cum populus errans tanquam idolum colere cœpisset, rex Ezechias religiosa potestate deo seruies, contriuit cum magna pietatis laude, iij. Regum xvij. Vnde mulier in euāgelio sanguinis profluuiō liberata, formauit statuam domini nostri Iesu Iusilem, quam postea Iulianus Cæsar apostata apud Cæsariam deiecit, locoq; illius sui ipsius statua collocata, cœlitus a deo conteritur. Postea uero Christiani partes statuæ Christi colligentes in ecclesiam recondiderunt, ubi hætenus reseruatur, quæ sicut refert Eusebius, oīm passionum & agritudinum noscitur esse medicamentum. Vide Eusebium libro vij. cap. xiiij. & historiā tripartitā, lib. vi. cap. xli. Secundum antiquum ecclesie morem, uasa & uestimenta deputata ad usum in officio missæ solent consecrari, patet ex scripturis Sixti papæ, & Origenis homilia xi. super Leuiticum, & ex sententia Augustini super psalmum centesimū decimūtertium. Sancti patres ab ipsis apostolorum temporibus, appellauerunt sacrosanctā eucharistiā sacrificium, usi etiā huiusmodi locutionibus, homines uidelicet hunc panem consecratum tangentes & manducantes, & hunc potū bibentes tangere suis manibus, oreq; corporali manducare ac bibere sanctum domini corpus, sacrosanctum sanguinem eius, quemadmodum loquitur Apost. i. ad Cor. xi. reus erit corporis & sanguinis domini, non diiudicans corpus domini, id est, non discernens panem hunc, qui est corpus & sanguis domini, ab alijs prophanis cibis. Vnde Ambro. ad Theodosium imperatorem, qui propter seditionē in Thessalonica ciuitate (ubi fuerāt lapidati iudices ipsius) iussit rat innocentes simul cum nocentibus occidi, sic loquitur: Quō huiusmodi manibus tuis suscipies sanctum dñi corpus? qua temeritate ore tuo poculū sanguinis pretiosi percipies? Qua correptione Theodosius cōmotus gemens & flens subtraxit se a sacrosancta communione mensibus vij. Habes de hoc testimoniū Theodoretī scriptoris ueteris in ecclesiast. historia, lib. ix. ca. xxx. Verum Christi corpus esse in sacramento altaris crediderunt antiquissimi patres: Dionysius, Tertul. Irenæus, Cypria, Aug. & uniuersi posteriores, quorum testimonia in sequentibus trademus. Sacrificium pro defunctorū requiē offerre, q̄a per totū orbem semper a temporibus apostolorū est custoditum, credimus ab ipsis apostolis esse traditū, quēadmodum plane testatur Isidorus primo lib. de origine officiorū. Super hoc autē testimonia patrū in sequenti parte recitabuntur. Mixtionē uini cum aqua non esse humanam ad inuentionem aut fictionem, sed antiquam ecclesie obseruationē ex apostolica traditione descendentem, patet ex antiquissimorum patrum sententijs. Cyprianus in epistola ad Ciculum: Si quis de antecessoribus nostris aquam uino nō miscuerit in calice domini, quod Christus exemplo & magisterio docuit nos facere, potest simplicitati eius uenia concedi, nobis uero iam non potest ignosci, qui nunc a domino instructi sumus, ut calicem sic mixtum offeramus.

Eandem

Per imaginē
crucifixi
raculum fit.

Vasa & uesti
menta solent
consecrari.

Verum Christi
corpus est in
sacramento.

Mixtio uini
cū aqua anti
qua est obser
uatio.

Eandem sententiã habemus apud Hierony. August. & Damascenũ, de quo
 Lib. I. cap. 11. ritu uenerabilis Rabanus ante annos sexcentos sic loquitur: Aqua (inquit)
 cum sanguine miscetur, q̄a de latere Christi, ubi passio dñi adimplet, sanguis
 cum aqua manauit; quod certe mysterium apostoli plane intelligentes facien-
 dum in calice censuerunt, ut nihil deesset nobis in sacramento hoc ad comme-
 morationem passionis, quod tunc extitit in cruce ad consummationẽ nostræ
 redemptionis. Hactenus ille. Ex Cypriani ergo & Rabani testimonio con-
 sequitur, mixtionem aquæ cum uino in sacrificio missæ descendere ex apo-
 stolica traditione. Sacrificium missæ, & uerba quibus sacrificium perficitur,
 habet ecclesia a Christo, ordinem aut̄ & modum quendã sacrificiãdi habet ab
 apostolis, quem ordinem post apostolos auxerunt ecclesiæ pontifices ad cus-
 todiam & lucrum Christianæ fidei, ad promotionem deuotionis Christi-
 ani popul, ad ampliandum ornatũ, cultum, & reuerentiam sacrosanctæ eucha-
 ristie. Ordinem aut̄ sic auctum, custodiuit ecclesia iam mille annos, a seculo
 uidelicet uenerabilis Gelasij papæ, uiri quidem sanctissimi, ad hæc usq; tem-
 pora. Si passim quibuslibet personis absq; discretione locorũ, temporũ, per-
 sonarum, etatum & sexuum liceret accipere panem & uinum, ac benedicere,
 aliacq; facere, quæ Christus instituit fieri in sacrosancta eucharistia, uideretur
 ipsa eucharistia esse res indigna, contempnibilis, paruicq; momenti. Quadra-
 gesimam Christus exemplo suo docuit, & apostoli nobis tradiderũt esse imi-
 tandam, ut quadraginta illi dies ante pascha obseruentur, ecclesiæ roborauit
 consensus. Observationem ieiunij quadraginta dierum ante pascha, ecclesiæ
 Christi per uniuersum orbem, in Asia, Europa, & Africa, a temporibus apo-
 stolorum custodierunt: eandemq; quadagesimã ab apostolis esse traditam
 docet Hierony. in epistola aduersus Montanum hereticũ, & alij in locis di-
 uersis. Ambrosius q̄q; in sermõibus de quadagesima, & præsertim in sermo-
 ne ad populum trigesimo sexto, & Origenes supra Leuiticũ, homilia x. Mos
 fuit antiquis in quadagesima tantũ semel comedere, q̄a fiebat ieiunium usq;
 ad uesperam. Proinde Ambrosius tradit eos, qui in quadagesima prande-
 bant, uiolare ieiunium. Mos etiam fuit antiquis in quadagesima abstinere a
 carnibus. Sed tamen oia sancti patres non ita æstimabant obseruanda, ut tra-
 derent illa omnino esse immutabilia, ueluti ea, quæ sunt diuini iuris. Nam &
 Spiridion Cypriorũ episcopus, neq; panem habens, neq; aliud præter carnes
 porcinas, aduenienti ad se peregrino, eas coram peregrino comedit, hortans
 illum, ut una secum comederet: quo refutante & proficiente se esse Christianũ,
 propterea magis, inquit, refutare non debes, omnia em̄ munda mundis. Rẽci-
 tat historia tripartita iam ante annos mille, collecta a Cassiodoro senatore.
 Ex quibus poteris primum considerare, tempore illo Christianos non con-
 sueuisse carnes comedere in quadagesima, deinde carnem non esse immunda
 diuino iure, tertio licere tempore necessitatis uelci carnibus in quadra-
 gesima. Ante mille annos fuerunt æstimati & reputati inter hæreticos, qui
 inter abstinentiam & ciborum perceptionẽ cum gratiarum actione, inter
 castitatem uirginalem & statum coniugalem, nullam dixerunt meritorum
 esse

Quadragesimam Christi exemplo docuit, apostoli tradiderunt

Abstinentia & ciborum moderata sumptione eiusdem esse meriti hæreticis antiqua.

esse distantiam, confingentes sibi sententias prauas ex scripturis male intel-
 lectis, quemadmodum docet Hieronymus in libro secundo aduersus Iouinia-
 num. Quintuplici intentione contingit aliquem abstinere a tali uel tali gene-
 re ciborum, utpote a carnibus, a uino, ab ouis. Primum ex superstitione ani-
 mi opinantis cibum talem uel talem esse in se malum, immundum ac foedum,
 tanquam a malo principio conditũ: & talem abstinendi modum prohibuisse
 Apostolum, primæ ad Timotheum quarto, intellexerunt orthodoxi patres,
 semper docentes contra hereticos, quos præuidit Paulus futuros, præsertim
 Manichæos, neq; cibum ullum sic esse immundum, neq; commixtionẽ car-
 nalis commercij sic esse foedam. Secundo ex intentione significandi, quemad-
 modum Iudæi in ueteri lege a certis generibus ciborũ abstinere: & talem
 abstinendi modum prohibuit etiã Apost. Christianis, quos iam lex Moyse
 non ligat. Tertio intentione castigandi corpus suum, & carnem subiugandis
 & talis abstinendi modus est animi uere Christiani, quemadmodum intelles-
 xerunt oēs patres ab initio, æstimantes ieiunium esse in remedium peccati, ne
 committatur, & in ultionem ut uideatur. Quarto fit abstinentia a tali uel tali
 genere cibi ex sancta parsimonia, ut quis subtrahat sibi, quo subueniat indi-
 genti: quod sane ieiunium est deo gratissimum. Quinto fit ex cupiditatis par-
 simonia, quemadmodum avari abstinere a certis generibus ciborũ, ne thesau-
 ros pecuniæ minuant. Mos fuit antiquis ab ipsis apostolorum temporibus,
 quosdam simpliciter dedicare se deo per uotum perpetue castitatis & conti-
 nentia, quæadmodum docet Philo, Cypria, Hierony. Augustinus, Basilus
 & Chryostomus, & qd ante uotum licebat, post uotum non licere: quemad-
 modum de Anania in Actibus apost. cui non licebat possessum agrum semel
 promissum retinere, Actuum quinto. Et de uiduis apud Apostolum, quæ
 damnationem habebant, uolentes nubere, quia primam fidem irritam fece-
 runt, primæ ad Timotheum quinto, quod Hieronymus, Ambrosius & Au-
 gustinus interpretantur, quia primam fidem, id est, fidelitatem promissionis
 deo factæ per uotum, uiolarunt. Hieronymus contra Iouinianum, & Cypria-
 nus de habitu uirginum, tractantes uerbum Apostoli: Si nupserit uirgo, non
 peccat: non illa (inquiunt) uirgo accipienda est, quæ semel se diuino cultui de-
 dicauit: harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fi-
 dem irritam fecit. Virgines, quæ post consecrationẽ nupserint, nõ tam adul-
 teræ sunt, q̄ incestæ. Sic Augustinus libro primo de adulterinis coniugibus,
 capite uigesimo quarto: Quemadmodum nemo potest unquam uxorem di-
 mittere, & aliam ducere: ita semel Christo per uotum dedicatus, non potest
 uxorem ducere, etiam si uxor ducenda promittat se fore Christianã. A tempo-
 ribus apostolorum usque nunc, ecclesia credidit sanctos martyres defunctos
 esse honorandos, annotãdosq; esse ac celebrandos dies exitus eorum ex hac
 uita, eosq; esse pro nobis intercessores, & uenerandas esse eorum reliquias,
 quemadmodum infra ex sententijs patrum demonstrabitur. Unde & eccle-
 sia reputauit hæreticos contrarium sentientes, ut patet ex epistola Hierony.
 contra Vigilantiũ, & ex doctrina Augustini in multis locis contra Faustũ.

Quinq; modis contigit abstinentia.

Martyres uenerandi simul litter & eorũ reliquias.

Mos

Episcopi & sacerdotes debent esse celibes post susceptum ordinem
Ephesi. 5.

Hebr. 9. 14.

II. argumen-
tum.

III. argumē-
tum.

9. argumen-
tum.

V. argumen-
tum.

VI. argumē-
tum.

Mos fuit antiquis ab ipsis apostolorum temporibus custoditus, episcopi & sacerdotes oportere seruare ccelibatum, post susceptum semel ordinem sacrum non contrahere matrimonium, quæ admodum docet Hieronymus contra Iovinianum, tradens apostolos habuisse quædam uxores, quemadmodum docet & uenerabilis Ignatius, sed quas ante apostolatam acceperant, eosque post apostolatam reliquisse coniugale officium, & uixisse semper continenter. De huiusmodi ccelibatu sacerdotis, & de uotis perpetuæ castitatis latius infra tractatur, & præcipue in libro de redemptione generis humani ex captiuitate. In præsentiarum tamen obiter de sacrificio missæ aliquot statuemus argumenta, quæ supradictis uidebuntur forte obuiare. Primum, iuxta Pauli apostoli doctrinam sanctificati sumus per oblationem corporis Christi, semel pro nobis in cruce immolati, quæ oblatio sufficiens est ad delendum omnium hominum peccata. Christus igitur aut pro peccatis nostris non amplius immolatur: aut si immolatur frustra immolatur: aut si non frustra, non fuit oblatio in cruce pro peccatis nostris sufficientissima. Secundum, Christus ipse non docuit usquam sese quotidie immolandum a nobis, quin potius loquens de tempore sui aduentus, dicit amplius se nolle sacrificium & oblationem. Dicit & carnem non prodesse quicquam, de August. qua sic loquitur: Non hoc corpus, quod uideis, manducaturi estis: non illum sanguinem, quem fundet Iudæi, qui me crucifigent, bibituri estis. Sacramentum aliquod uobis commendauit, spiritualiter intellectum uiuificabit uos, & si necesse sit illud uisibiliter celebrari, oportet inuisibiliter intelligi. Tertio, Christus in coena ultima neque sacrificium ullum fecit, neque sacrificare docuit, neque obtulit panem & uinum, neque eleuauit, quod est propriæ oblationis indicium, neque in templo super altare posuit, sed panem & uinum duntaxat consecrauit, gratias egit, & distribuit discipulis ad manducandum, neque usquam præcepit uel admoñuit ut deo sacrificaretur corpus suum & sanguis, sed ut manducaretur & biberetur in sui commemorationem. Deinde sancti appellat panem & uinum istud consecratum non sacrificium dominicum, sed sacrificij dominici sacramentum, id est, signum rei immolandæ. Quarto, in historijs legimus Alexandrum papam, sextum a Petro, instituisse aquam misceri uino in consecratione sanguinis, & eundem officio missæ adiecisse quo dicitur in canone: Qui pridie quæ pateretur, usque ad eum locum, ubi dicitur: Hoc est corpus meum. Insuper Eusebius & alij tradunt quinquagesimale ieiunium esse institutum a Thelesphoro papa quinto a Petro: male igitur uidetur dictam mixtionem aquæ cum uino, & quadragesimale ieiunium descendere ex apostolorum traditione. Sic & posteriores pontifices adiecerunt in officio missæ fieri commemorationes pro defunctis. Quinto, scriptura docet solum deum adorandum, & illi soli esse seruendum, & non esse faciendum aliquod sculptile ad ullam similitudinem dei, non igitur sunt sancti inuocandi, neque imagines apud populum custodiendæ & uenerandæ. Sextum argumentum, Augustinus ad inquisitiones Ianuarij ex uerbo Christi, docuit Christum uoluisse populum Christianum esse liberum, & inter se colligatum sacramentis numero paucissimis

paucissimis, obseruatu facilimis, significatione præstantissimis. Non igitur Christianus populus grauandus tam multiplicibus, uarijsque ritibus & ceremonijs, sed unusquisque in sua deuotione relinquendus uidetur, ut faciat quod secundum fidem pie credit esse faciendum. Ad primum respondeo, consequentiam esse inualidam. Nam & Christus sufficienter pro nobis orauit, non tamen inde consequens est, nos non debere amplius orare pro peccatis nostris diluendis. Si argumentum concluderet, inferre liceret nos non debere offerre deo ullum sacrificium interni cordis, Christus sufficienter egit poenitentiam pro peccatis nostris mundi: sed non inde consequens est, pro remissione peccatorum non esse opus peccatoribus, ut ipsos poeniteat peccatorum suorum. Quemadmodum igitur ex eo, quod Christus sufficienter orauit pro omnibus, doluit, & sollicitus fuit pro salute nostra, non est consequens nos non oportere nec poenitentiam agere, aut inuagmiscere, nec orare, ut delicta nostra remittantur nobis, nec sollicitos esse pro salute nostra: ita ex eo, quod Christus se obtulit sacrificium sufficientissimum pro peccatis totius mundi, non consequitur, nihil amplius ualere neque sacrificium internum, humiliati & contriti spiritus, neque sacrificium externum, oblatum ex fide in uirtute sanguinis semel pro nobis immolati. Non aliud sacrificium nunc offerimus, non aliam hostiam, sed idem quod olim semetipsum in ara crucis obtulit in carne passibili, satisfaciens, & soluens poenam peccatis nostris debitam, hoc nunc impassibile & gloriosum offerimus deo, in commemorationem grandis illius beneficii in ara crucis pro nobis exhibiti. Dicitur autem immolatio Christi in carne sacrificium sufficiens, meritum sufficiens, satisfactio & propitiatio sufficiens, non quod proficiat nobis qualitercumque dispositis, & qualitercumque uiuere uolentibus, sed quod proficiat nobis credentibus, & obtemperantibus sibi: neque requiritur ullum aliud meritum, ulla alia hostia, per quam ex impijs efficiamur iusti, & reconciliemur deo patri. Veruntamen de meritis sanctorum hæcenus tenuit & docuit ecclesia, quæ admodum sancti patres ab initio tradiderunt ex apostolicis scripturis, sicuti & clarissimo sermone tradit August. in epistola ad Sixtum, multa uidelicet esse sanctorum merita: sed ut ex impijs iusti fierent, nulla esse merita eorum, sed Christi, ex cuius fide iustificamur gratis, hoc est, absque meritis nostris, non tamen absque nostrarum uoluntatum consensibus, quibus Deo uocanti atque pulsanti incipimus corda nostra aperire, credere, & acquiescere, & credendo remissionem peccatorum implorare, quæ tamen omnia uoluntatis nostræ interna opera non potuissimus facere, nisi deus sua misericordia praueniens nos, dignatus fuisset uocare nos, trahere, & adiuuare. Et ita in iustificatione, qua ex impijs iustificamur, aliquid est nostrum, & est nostræ uoluntatis opus, utpote motus liberi arbitrij credentis in Iesum, & poenitentis de peccato suo: sed hic motus noster non esset, si non dei misericordia nos prauenisset: & ita de nullo bono motu uoluntatis possumus gloriari tanquam de nostro solo, id est, tanquam factio a nostra solius uoluntate. Unde deus pro sua sapientia iudicium suæ misericordiae atque iustitiæ ita statuit, ut in operibus siue misericordiae, siue iustitiæ dispensandis, utatur uoluntarijs hominum ministerijs, quibus & ipsi etiam se

Solutio argumenti pri.

De sufficiencia meriti Christi

Gratis iustificamur, non tamen sine nostra uoluntate.

metipfos & alios faciant, aut ad participandū fructū passionis Christi aptos, aut reos, aut contemptibiles, quemadmodū ait Apostolus: Recōciliauit nos deus sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis, ponens in nobis uerbum recōciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquā deo exhortante per nos, ij, ad Cor. v. Declarantur hæc latus in libro de redemptione generis humani. Ad secundum argumentū respondeo antecedens esse falsum, nam in eo, quod Christus dedit potestatem accipiendi panem & uinum, benedicendi, & gratias agendi, & consecrandi illa in corpus & sanguinē suum, intellexerunt patres ab exordio nascentis ecclesiæ, in sacrificium offerendum, & frequentandum usque in consummationē seculi. Quod autē dicit se nolle sacrificium, intelligit de sacrificio carnis & sanguinis antiqui testamenti, quæ est caro & sanguis hircorū, & uitulorū, & agnorū: nō autē de carne & sanguine noui testamenti, de quo ipse loquitur: Hic est calix sanguinis noui testamenti. De quo & propheta Malachias, olim reprobās Iudæorū sacrificia, inquit: Non est mihi uoluntas in uobis, & munus nō suscipiam de manu uestra: ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur, & sacrificatur nomini meo oblatio munda, Malachie 1. Hæc oblatio munda, quemadmodū docent uenerabiles patres, Irenæus, Cyprianus, & Hierony. est esca eucharistie, quam dedit nobis ipse. De qua & loquutus est Psalmo 110. Redemptionem misit populo suo, mandauit in æternum testamentum suum, memoriam fecit mirabilem suorū, escam dedit timentibus se, misericors & miserator dñs. Christus semel in cruce uisibiliter & passibiliter immolatus, iam in pane & uino consecratis datus est nobis inuisibilis & impassibilis, quem quotidie deo patri offerimus, dum non habemus quod illi dignū offerre ualeamus pro oibus, quæ retribuit nobis, accipimus calicem saluatoris, i. passionē eius, presentantes deo patri opus nostre redemptionis, ut illius sacrificij semel in cruce pro nobis immolati participes facti, maneamus & uiuamus in ipso per ipsum. Proinde & ipse Cyprianus, quod celebrando quotidie offerimus, dicit esse Christi passionem. Passio domini est, inquit, sacrificium quod offerimus. Et idcirco (inquit) hæc caro, in qua Christus soluit precium pro peccatis totius mundi, prodest per omnem modum omnibus credentibus. Hæc oblatio sacramentalis in officio missæ, non est utilis nobis absque oblatione spirituali, quæ intus est per fidem animi credentis, & hæc offerentis. Proinde dicit saluator: Caro non prodest quicquam, hoc est, caro Christi non prodest ulli absque spiritu fidei. Unde contingit etiam impios omnia uisibilia pietatis sacramenta, & accipere, & ministrare, sed uirtutem eorum habere non possunt, nisi qui pij sunt intus. Nam epistole secundæ ad Timotheum capite tertio de quibusdam ait Apostolus: Habentes formam quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Virtus autem hæc, est ipsa pietas, seu charitas, quæ intus efficitur sub inuisibili forma. Ideo & præcipue scriptura commendat sacrificium cordis: internum, quod ex spiritu fidei in ara cordis immolat, sed hoc internū cordis sacrificiū nullum esset sine fide carnis Christi pro nobis in cruce immolatæ.

Ad tert

Ad tertium argumentum respondeo, quemadmodum ad præcedens argumentum responsum est. Verum, an Christus in cœna sacrificauerit, an non sacrificauerit, sed solum consecrauerit, sed sacrificare docuerit, huic rei imper tinens est. Probabilius tamen est, Christum in cœna secundū ordinem Melchisedech seipsum sacramentaliter obtulisse in pane & uino, quæ in illa oblatione non sic, ut in cruce satisfecit pro peccatis totius mundi exoluens sui sanguinis precium. Habemus de hoc sententiam Cypriani ad Ceciliū, dicentis in sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentum esse præfiguratum. Demus tamen ita esse, quod Christus in cœna non fecit sacrificium, nihil contra sententiam ecclesiæ. Nam Christus, ut Irenæus inquit, accipiens panem & uinum noui testamenti, nouā docuit oblationē, quā ecclesia ab apostolis accipiens, in toto mundo offert, iuxta Malachiæ uaticinium. Eandem sententiam docet Cyprianus in eadem epistola ad Ceciliū, tradens sacerdotem celebrare non solum sacramentum dominici sacrificij, sed & offerre uerum sacrificium. Sacerdos (inquit) uice Christi fungitur, uerumque & plenum offert sacrificium deo patri, si sic incipiat offerre, secundū quod ipsum Christum uideat obtulisse. Et infra: At CHRISTVS non manet, sed post cœnam mixtum calicem obtulit: nos tamen non propter hoc post cœnam celebrare debemus. Ecce, testatur sanctus Cyprianus Christum post cœnam obtulisse deo calicem, sed non ideo nos posse offerre illud post cœnam. Ad quartum argumentum dicimus, quod pontifices illi non rem aliquā nouam adinuerunt, sed id quod pridem ab apostolis doctum, traditū & promulgatum erat, iusserunt, & fecerunt præceptum. Quemadmodum enim (teste August.) Cyprianus dum correxerat eos, qui putabant ante octauum diem infantem nō esse baptizandum, non nouam rem instituit, nō nouum decretum condidit, sed rem antiquam docuit, & seruandā statuit: ita & putandum est, pontifices uolentes apostolicas traditiones obseruare, quædam præcepisse & mandasse, quæ non sic prius decreto publico iussa & mandata fuerant. Et per hanc uiam concordari iam poterunt multæ sententiæ patrum, quæ inter se pugnare uidentur, alijs dicentibus tale quiddam, uel tale, descendere ex apostolorum traditione, uel Christi institutione, alijs uero dicentibus idem ipsum esse institutum ac præceptum per hunc uel illum pontificem, Petri apostoli successorem. Ad quintum dicimus, argumentū non concludere: nam aliud est sanctos adorare, aliud est sanctos inuocare, ut pro nobis ad deum sint intercessores. Quum honoramus sanctos, orantes ut habeamus eos intercessores pro nobis, solum deum adoramus, illi soli seruimus patriæ cultu, mentemque plerumque magis sub deo humiliati adoramus & colimus illum, reputantes nos indignos præsentem stare oculis immensæ suæ maiestatis, quæ si per nosmetipsos præsumamus accedere, illum rogaturi. Oportet peccatorem iam mortis reum, humiliari sub potenti manu dei, iudicis sui tremendi, & indignum sese reputare, qui compareat in diuinæ maiestatis conspectu. Proinde miserabilis & indignus peccator plerumque maiorem consolationem impetrat, dum peccatorum suorū conscius, ab altitudine maiestatis Christi, quæ toties offendit, cuius sanguinem toties

Dd ij pol

Ad 1. argu.
Chrs docuit
quotidianā
immolationem
corpore
sui.

Caro non
prodest quicquam
quæ sine spiritu
fidei.
Ioan. 6.

Ad 1. argu-
mentum

Epist. 1. li. 2.

Epist. 1. li. 2.

Ad 4. argu.

Aug. ad Hieron. de immortalitate animæ.

Ad 1. argu.

Lucæ 10.
Lucæ 11.
Matthæ. 11.

pollutum duxerit, resilit in suam paruitatē, tanq̄ non audens oculos suos leuare in cœlū, aut dicēs cum Petro: Exi a me dñe, q̄a homo peccator ego sum, aut cū muliere Cananæa procurās alios magis, qui Ch̄ro sunt amici habere intercessores, ut per illos, quasi aduocatos suos exponat miseras suas, & acceptabilis fiat oratio, si in conspectu diuinæ maiestatis erubescens intus cogiter: Dñe Iesu, ego nō sum dignus orare te, sancta Maria Magdalena ora pro me. Tali q̄q̄ gñe orationis magis plerunq̄ humiliati accedimus ad thronum gratiæ Christi: quemadmodum publicanus dum stans retro longe, nō audebat oculos suos leuare in cœlum sed prostratus in terram percutiebat pectus suum, expectans diuinam propitiationem. Cordis ergo sub deo multū humiliari oratio est dicentis: Sancta Maria Magdalena pro me miserrimo peccatore ora dominum Iesum Christum. Neq̄ igitur iniuriam Christo facimus, neq̄ honori illius detrahimus, quin potius honoramus, & colimus, dum in nostris necessitatibus oramus martyres, ut ipsi iam facti amici dei, & domestici, ac filij, intercedant pro nobis peccatoribus sic pressis peccatorum pondere, sic foedis & immundis, ut erubescamus ad deū ipsum accedere, aut comparere corā ipso. Rursus neq̄ cōstituimus illos mediatores, qualis est unicus mediator Iesus, q̄ & unicus est aduocatus ap̄ deū patrē, a q̄ & nos iuari cupimus, implorantes gratiā & misericordiā eius, & si nō meritis nostris, saltē ipsorū intercessionibus sanctorū, q̄ orantes innitunt Christi meritis, perinde atq̄ nos: quia deus neminem exaudit, nisi per Iesum Christum: ita & quotq̄ mediij stant aduocati inter deū & peccatores, innituntur meritis & propiciationi unius Christi mediatoris: Quemadmodū Aaron inter populum & deū mediator stetit, & dei ira cessauit. Vnde & dñs ad Moysen orantē, ait: Dimitte me ut percutiam populum istum. Sic & ipse deus ad quosdā loquitur, Iob xliij. Ite ad seruum meum Iob, & offeret holocaustum pro uobis, orabit pro uobis, faciem eius suscipiam, ut nō uobis imputetur stultitia. Si sancti adhuc uiui orant pro nobis, multo magis iam in cœlo ardentes charitate, expectantes nos, orant pro nobis. Sic enim argumentantur Hierony. & Augustinus contra hæreticos, docentes sanctos nō orare pro nobis. De quo sic loquitur August. lib. xx. contra Faustū, cap. xxi. Colimus martyres eo cultu dilectionis & societatis, q̄ & in hac uita colunt sancti homines, ita tamen, ut nulli martyrum, sed ipsi deo, martyrum constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, dicit: Offerimus tibi Petre & Paule. Quod autem sancti in cœlo pro nobis sint solliciti, & orent pro nobis, satis docet scriptura. De angelis dicit: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis, non obstante, q̄ solus deus est custos & protector noster, scriptura nihilominus docet angelos custodire nos in omnibus uijs nostris. Gaudium est in cœlo coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Item angeli eorū semper uident faciem patris, qui in cœlis est. Omnes, inquit Apost. ad Hebræ. sunt administratorij spūs in ministerium missi propter eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Item ascendit fumus aromatum ex orationibus sanctorū de manu angeli coram deo. Seniores ceciderunt

Lucæ 10

1. Timo. 1.
1. Ioan. 1.

coram

Nume. 16
Exodi. 17.

coram

Psalmo 99.

coram

Lucæ 11.
Matth. 19.

coram

Hebræ. 1.
Apocaly. 8.

coram

coram

coram

coram agno, singuli habentes citharas & phialas aureas plenas odorem eorum, quæ sunt orationes sanctorum. Angelus Raphael ad Tobiam: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. In angelo desiderium sollicitudoq̄ salutis nostræ, est quædam pro nobis oratio. Sunt quidē angeli solliciti, orantq̄ pro nobis, nō ut illum flectant a sempiterno sue uoluntatis decreto, neq̄ enim nos uiui sic pro nobis inuicem orare possimus, tanq̄ uelimus immutare sempiternam dei uoluntatem, sed ut faueat deus pijs eorū desiderijs, & subueniat humanis nostris miserijs. Si angeli sancti pro nobis solliciti sunt, quanto magis martyres sancti, confessores, & uirgines, q̄ & ipsi experti sunt humanas miseras, & ex his, quæ passi sunt didicerunt compati infirmitati nostræ, de quibus scribitur: Sequuntur agnum quocūq̄ ierit. Ad scripturam, quæ soli deo seruire iubet, respondeo: Quemadmodum ex scripturis sacris discimus esse genus quoddam seruitutis debitum superioribus dominis, quibus apostolus Paulus seruos obedire & seruire iubet: ita est & cultus quidam, quo sancti sunt honorandi, & orandi, ut orent pro nobis. Ad id, q̄d de picturis & imaginibus lege prohibitis dicit, dicimus: Scriptura nō simpliciter prohibuit Iudeis, ne facerēt sculptile, sed ne facerēt tale q̄d ad colendum & adorandum illud, uel creaturam ullam, aut si simpliciter prohibuit, sicuti Iudæi putant, erat ratio hoc prohibendi Iudæis, quæ non currit nunc pro Christianis, cum iam deus sit homo factus. Vnde aliud est picturā adorare, aliud per picturam quid sit adorandum recordari. Ad sextum argumentum, dicimus sacramēta, quibus societas noui populi colligatur, sunt numero paucissima, & obseruatione facillima. Verum, quia in diuersis ecclesijs, diuersisq̄ prouincijs sunt diuersæ sacramentorum & ceremoniarum consuetudines, tam in missarū solennijs, q̄ in ieiuniorum, aliarumq̄ rerum obseruationibus, ut sciat unusquisq̄ dum ad diuersas regiones peregrinat, ad quot & ad quæ obseruanda constringatur, sciendum est, q̄ uenerabilis Augustini libri duo, quorum titulus est, Ad inquisitiones Ianuarij, multa (ut ipse testatur) de sacramentis disputata continent, siue quæ uniuersaliter, siue quæ particulariter, seu nō in omnibus locis obseruat ecclesia, nec tamen omnia commemorari potuerunt. In hisce libris ad interrogata ipsius Ianuarij, per sententias tres principales respondet secundum triplex genus sacramentorum, rituum, rerum seu obseruationum ecclesiasticarum. Vnum genus est earum rerum, quæ in scripturis continentur. Alterum earum, quæ in uniuersali ecclesia per uniuersum orbem custodiuntur. Tertium earum, quæ per loca regionesq̄ uariantur. Dicit igitur: Ad ea, quæ me interrogasti, primū te scire uolo, dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in euangelio docet, leui iugo suo subdidisse, & sarcinæ leui, nam sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit, sicut est baptismus in nomine trinitatis consecratus, cōmunicatio corporis & sanguinis, & si q̄d aliud in scripturis canonicis demonstratur: & hoc de genere primo. Secundum genus est eorum, quæ tota per orbem frequentat ecclesia, & in dubium uertere aut disputare, inquit, an hæc

Apocaly. 1.
Tobiar. 12.

Apoc. 14

Ad 6. argu.

Lib. 1. ca. 1, 2.
3. 4. 5. 6. 7.

Triplex genus rituum ecclesiasticorum.

D d iij sint

sint facienda, insolentissimè insanix est, de quibus & mox subiungit in eodè capite: Illa autem (inquit) quæ non in canonicis scripturis sunt scripta uel tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur: datur intelligi, ea uel ab ipsis apostolis, uel a plenarijs concilijs, quorū est in ecclesia saluberrima autoritas, commendata atq; statuta retineri, sicuti quod anniuersaria solennitate celebratur dominica passio, resurrectio, ascensio in cœlum, spiritus sancti aduentus de cœlo, & si quid tale occurrerit, quod seruetur ab uniuersis, ut quod corpus & sanguinem Christi unusquisq; accipiat ieiunus, obseruatio diei dominicæ post sabbatū, & quadragesima, quæ Chrs exemplo docuit, & ecclesiæ consensio roborauit. Tertium genus est eorū, quæ per loca regionesq; uariant, sicuti q; alij ieiunant in sabbato, alij nō ieiunant, alij communicant quotidie corpori & sanguini dñi, alij certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittit, q; non offerat, alibi sabbato tm̄ & dominico. De hoc tertio gñe ibidem August. dans consiliū: Faciat quisq; in gr̄, qd̄ inuenit in ecclesia, ad quam uenit. Quod em̄ neq; cōtra fidem, neq; cōtra bonos mores iniungit, indifferenter est habendum, & pro eorū, inter quos uiuitur, societate seruandum. Mater mea cum Mediolanū uenit, inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem, tamen ecclesia Romana, unde uenerat, ieiunabat, coepere perturbari & fluctuare quidnam ageret, tunc ego talia non curabam, sed propter ipsam tunc consului de hac re Ambrosium, qui respondit: Cum uenero Romam, ieiuno in sabbato: cum autem hic sum, non ieiuno: sic & tu ad quam ecclesiam forte ueneris, eius morem serua, si cuiquam non uis esse scandalo, neq; quenq; tibi. Ego, inquit Augustinus, de hac Ambrosij sententia iterum atq; iterū cogitans, ita semper habui eam, tanquam cœlesti oraculo suscepterim. Sensi enim sæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri per quorundā fratrum, tum contētosam obseruationē, tum superstitiosam timiditatem. De eucharistia autem, an quotidie sit accipiēda, an rarius, recitat ibidem Augustinus pro utraq; parte sententias: Dixerit aliquis non quotidie accipiendam eucharistiam, quoniam eligendi sunt dies, q; bus purius homo continentiusq; uiuat, quo ad tantum sacramentum dignus accedat; qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra, Imo (inquit) si tanta est plaga peccati atq; impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sunt, autoritate antistitis debet quisq; ab altari remoueri, & eadem autoritate reconciliari: hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere poenitentiam, non ut arbitrio suo quum libet uel auferat se communioni, uel reddat. Cæterum, si peccata tanta non sint, ut excommunicandus quisque iudicetur, non se debet a medicina quotidiana dominici corporis separare. Rectius inter eos forsitan quisquam dirimit litem, qui monet ut præcipue in Christi pace permanent, & faciat unusquisq; quod secundum fidem suam pie credit esse faciēdum, neuter eorum exhonorat corpus & sanguinem domini. Nam hic honorando non audet quotidie sumere, ille uero honorādo nō audet ullo die prætermittere. Zachæus gaudens suscepit Iesum in domum suā, Centurio dixit: Dñe non sum dignus

Ad quæcūq;
locū ueneris
eius morem
serua in ieiunij.

Quia Am
brosij sen-
tentia.

Lucas.
Matth. 3.

dignus ut intres sub tectū meum. ambo saluatorem honorātes, diuerso & quasi contrario modo, ambo p̄cis miserī, ambo misericordiam consecuti. Valeretiam ad hanc similitudinē q; in primo populo unicuiq; manna secundū propriam uoluntatem sapiebat, contemptū solum non uult cibus iste sicut māna fastidiū. Inde enim apostolus dicit indigne acceptum ab eis, qui non discernabant a cæteris cibus ueneratione singulariter debita. Cum em̄ dixisset: Iudicium sibi manducat & bibit, continuo addit: non dijudicans corpus domini. Qui autem in his quæ per loca regionesq; uariantur, consuetudinē suæ patriæ consuetudini alterius patriæ conantur præferre ac præponere, contententes se secundum fidem, alios autem contra fidem, aut cōtra bonos mores agere, uiolant sane quietem & pacem, de superflua quæstione rixando: non em̄ quicquā eorū contra fidem, aut contra bonos mores est, si hinc uel inde sint meliores. His etenim causis, i propter fidē, & propter bonos mores, uel emendare oportet quod perperam fiebat, uel institui quod non fiebat. Ipsa autem consuetudinis mutatio, etiā quadam utilitate adiuuans, ecclesiam suauitate perturbat. De his itaq; quæ uarie per diuersa loca obseruantur, ut ritus canendi psalmos, hymnos, alleluia, cæteraq; id genus alia, non est necessarium scribere, quia una in his saluberrima regula est retinenda, ut quæ neque sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitę melioris ubicunq; institui uideamus uel instituta cognoscimus, non improbamus, sed etiam laudando & imitando sectamur, si tamen nō aliorū infirmitas ita impediatur ut amplius detrimentum sit. Manifestum est autem, quando apostoli primum acceperunt corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos, non tamen propterea calumniari oportet uniuersam ecclesiam, quod a ieiunis semper accipiat, hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius domini corpus intraret quā cæteri cibi. Et idcirco mos iste per totum orbem seruetur. Neq; em̄ quia post cibum dedit dominus, propterea nos pransi aut cœnati ad sacramentum illud accipiendum conuenire debemus. Nam & eos qui sic faciebant, coarguit apostolus Paulus, & emendat eos, qui mensis suis, huiuscemodi sacramenta miscebant. Quod autem Christus post cœnam discipulis dedit, hoc fecit ut huius mysterij altitudinē tanq; ultimum memoriale sui testamenti altius infigeret cordibus discipulorū, a quibus iam discessurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis per quos dispositurus erat ecclesiam, seruaret hunc locum. Vnde & de hoc sacramento loquens tantum subtexit: Cætera autem cum uenero ordinabo. Sed nonnullos propter 1. Corin. 10. habilis quædam ratio delectauit, ut uno certo die per annum, quo cœnam ipsam deus dedit ad insigniorē cōmemorationem post cibos & offerri & accipi liceat corpus & sanguinē dñi. Hactenus Aug. Quæsiuit præterea Ianuarius, Quæ causa sit, cur anniuersarius dies celebrandæ dñicæ passionis non ad eundē redeat anni diē, sicut dies qua traditur natus. Ad quā quæstionē respōdens, primum, inquit, nosse oportet diem natalem dñi non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod sit natus. In celebratione

Quare anni
uersarius dies
dñicę passio
siōis semper
celebratur
feria sexta.

aut paschæ, ita rei gestæ cōmemoratio fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, cōsideratione etiā habita ad solis & lunæ cursum. Neq; hoc sic celebrātes obseruamus annos & menses, & tpa cum eis, contra quos loquitur apostolus ad Galatas quarto. eos em̄ inculpat qui dicunt: Non proficiscar, quia luna sic fertur. uel proficiscar, ut prospera cedant, quia ita se habet positio syderz. non plantabo hoc anno uinum, quia bisextus est. Nemo aut sapiens arbitrat̄ur obseruatores temporz reprehendendos, qui dicunt: non proficiscar, quia adhuc sunt hybernz reliquie, uel quia tempestas exorta est; uel si qui forte alij naturales effectus circa motū aeris & humoris ad uariandas tporz qualitates in syderz ordinatissima conuersione notati sunt, de quibus dictū est cū conderentur: & sint in signis, in diebus, in annis, in tpiibus. Quadragesima ieiuniorz habet authoritatē in ueteribus libris ex ieiunio Moyssi & Helie, & ex euangelio, quia totidem diebus Christus ieiunabat, demonstrans euangelium non dissentire a lege & prophetis. Vt uero quadraginta illi dies ante pascha obseruentur, ecclesiæ consensus roborauit. Quod aut instituitur preter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramenti sit, approbare non possum, etiā si multa huiuscemodi propter nonnullarz personarz scandala deuitanda liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo, quia multa que in diuinis literis saluberrima p̄cepta sunt minus curantur. Concludit tandem Augustinus: Omnia itaq; talia, que neq; sc̄t̄arz scripturarz authoritatibus continentur, neq; in concilijs episcopoz statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersæ ecclesiæ roborata sunt, sed diuersoz locor diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut nunq; inueniri possint causæ, quas in eis institutis homines sequuti sunt, ubi facultas tribuitur sine ulla dubitatione rescandala sunt. Datur autem facultas, cum mutatio ipsa consuetudinis non perturbat sua nouitate ecclesiā. In singulis uero ecclesijs, quæ pia sunt, quæ religiosa sunt, quæ ad lucrum & custodiā fidei profunt, iam in consuetudinē posita, prorsus sunt obseruanda, nisi quorundā infirmitas ita impediat, ut maius sit detrimentū. Sic olim admonerat beatus Gregorius, Augustinū ad instituentem ecclesiā Anglicanā. Ex singulis quibusq; ecclesijs, quæ pia sunt, quæ religiosa sunt elige, & hæc quasi in fasciculū collecta apud Anglorz gentes in consuetudinē deponere. Missæ officii a Christo institutionē & originē habet, quāuis ab apostolis eorq; successoribus sanctis patribus, statutū fuerit, quo deinceps ordine, quibus solennitatibus tam grande mysteriū frequentaretur in ecclesijs. In officio missæ omnia primo nuda erant, & simpliciter tractabantur. Petrus ubi consecrauerat, oratione Pater noster usus est. Anacletus beati Clementis successor immediatus, adhuc uiuentibus apostolis in epistola quā scripsit om̄ibus ecclesiarz episcopis: Sacerdotes, inquit, ipsi sacrificantes q̄n dño sacrificāt, testes secū adhibeant, ut dño perfecte in locis sacra- tis sacrificare probentur, ministrosq; secū habeant sacris indutos uestibus, peracta cōsecratioe oēs cōmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus, sic em̄ apostoli statuerūt. Statuit & p̄fex iste, ne clerici comā & barbā nutrent, & ne episcopus a paucioribus quam a tribus episcopis ordinetur.

Euaristus

Euaristus martyr in epistola ad uniuersos Aphricæ episcopos, de sacramento eucharistiæ sic loquitur: A patribus, inquit, accepimus, & a sanctis apostolis, eorumq; successoribus traditum inuenimus, legitimum non fieri coniugium, nisi uxor peratur ab his qui super eam dominationem habere uidentur, & suo tempore sacerdos aliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & solēniter accipiatur, & biduo uel triduo orationibus uacent, castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur. Gloriosus martyr Alexander, septimus a Petro pontifex, quem alij, extra ordinem pontificum, prætermisso Lino & Cleto, quintum in ordine ponunt: Nihil in sacrificijs, inq; maius esse potest, q̄ corpus & sanguis Christi, nec ulla est hac potior, quæ pura conscientia, puraq; mente domino est offerenda. Hic pontifex primum sacrificio missæ addidit, Qui pridie q̄ pateretur, usq; ad hanc clausulam: Hoc est corpus meum. uoluitq; a quam admisceri uino in consecratione, & oblationem fieri nō ex fermentato, sed ex azimo. Instituit aquam, quā benedictam appellamus, sale admixtam, interpositis sacris orationibus, in tēplis & in cubiculis, ad fugandos dæmones retineri. Sixtus martyr, octauus Romanæ ecclesiæ pontifex, mandauit in officio missæ cantari, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. constituit ne a quoq; nisi a ministris sacerorum, mysteria & uasa sacra tangerentur, maxime uero ne a sceminis, & ne quod sacerdotes corporale uocant, ex alio q̄ ex lino fieret. Telephorus martyr supradicti immediatus successor, instituit, ut septem hebdomadibus obseruaretur ante pascha ieiunium, & ut in natali Iesu Christi tres missæ celebrarentur, & ut in sacrificio hymnus ille cantaretur, Gloria in excelsis deo. Omnes martyres isti secundum seriem successionis sedentes in cathedra Petri non dubitauerūt sacerdotes consecrantes eucharistiā sacrificare deo, & eucharistiā esse uerum corpus dñi, atq; sacrificiū. Ex supradictis ergo cōsiderare possumus antiquū ecclesiæ statū a temporibus apostolorz custoditū super sacrificio missæ, super cultu sc̄torz martyrz, sup suffragijs defunctorz, sup quadragesima & ieiunijs, sup septem sacramentis, & super ritibus & ceremonijs in sacramentorz ministris, sup festoz solennitatibus, sup seruandis uotis perpetuæ continentia, sup cœlibatu episcopoz & sacerdotū. Insuper colligere possumus antiquā consuetudinē a tpiibus apostolorz custoditā per uniuersas ecclesias sufficiens esse argumentū ad demonstrandū hanc suscepisse originē ex apostolorz traditione. Nam & sic Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Augustinus, Hieronymus hæreticis & contentiosis obiecerunt uniuersalis ecclesiæ consuetudinē ex antiquo custoditā, tanq; p̄dus & momentum ex apostolica traditione initiatū, æstimātes talē cōsuetudinē tanq; restē fidei ab apostolis traditæ. Consuetudinē aut antiquā esse ab initio custoditā discimus ex sententijs patrū secundū seriem successionis scribentū, quas in sequenti parte ex diuersis libris collectas in medium proferemus. Sequit̄ pars quinta huius capituli, in qua recitantur antiquorū doctorz ecclesiasticorū sententiæ, quibus res ipsæ, quas contemunt huius temporis Romanæ ecclesiæ aduersarij, demonstrantur.

Quæ

Missæ officii a Christo institutū a patribus in orationibus & ritibus auctum

Clerici nec comam nec barbā nutrant.

Quam uim habeat consuetudo a tpiibus apostolorz custodita.

Quemadmodum scripturam aliquam uel epistolā demonstraui-
 esse Pauli apostoli, ex eo quod omnes antiqui maiores nostri ab in-
 itio semper illam ut Pauli apostoli susceperunt, semper usi illa tan-
 quā ab eodem Paulo aedita, ita & res has uel alias quas ab initio custodiuit ec-
 clēsię consuetudo, probamus originem habere ex apostolorū doctrina, eo
 quod ueneranda patrum antiquitas ecclesię in omnibus locis ab initio, sp̄-
 rituales res custodierunt, & obseruauerunt tanquam apostolorū traditionē, ad
 se secundum seriem successionis deuolutam Super rebus multis, quę ex scri-
 pturis sacris demonstrari nequeunt contra hæreticos quosq; & cōtentiosos,
 poterimus perspicere ecclesię uetustissimam consuetudinem, considerātes se-
 riam successionis patrum scribentium ab initio primitiue ecclesię ad hæc us-
 que tempora. Ipsi apostolorum temporibus aut uicinissimis, fuerūt magnę
 autoritatis uiri scriptores: Ignatius, Philo, Polycarpus, Clemens, Dionysia-
 us. Primum beatus ignatius, discipulus Ioannis euangelistę, ordinatus secū-
 dus Antiochenę ecclesię episcopus, anno altero quo Petrus & Paulus passi
 sunt martirium, intellexit distinctionem ordinum & graduum in ecclesia, &
 alios esse laicos, alios clericos. & inter hos alios pōtifices, alios presbyteros,
 alios diaconos, aliosq; infra diaconos diuersorum ordinum clericos. Memi-
 nit & celebrandę missę, eucharistię, ac sacrificij immolādi, quadragesimę,
 hebdomadę passionis, ieiuniorum sextę & quartę ferię, & solennitatis Pasca-
 lis celebrandę, non cum Iudeis, sed ipso die post Sabbatum parasceues, hoc
 est, ipso die resurrectionis, & diei dominicę celebrandę in locum sabbati.
 Meminit & uirginitatis preferendę nuptijs, & concursus populi in templum
 dei. In epistola ad Smyrneses ex Troia; Nemo, inquit, præter episcopum ali-
 quid agat eorum quę ad ecclesiam pertinent. Firma eucharistia reputetur,
 quę ab episcopo concessa fuerit. Non licet sine episcopo, neque sacrificium
 immolare, neque missas celebrare. Illic plebs congregetur ubi fuerit episco-
 pus, cui & oportet plebem obedire in his, quę ad ecclesiam pertinent.
 En uides temporibus Ioannis apostoli præceptoris Ignatijs fuisse usum cele-
 brandę missę, & in illa eucharistiam appellari sacrificium. Et ne captiosus
 quispiam calumniatur, hanc non esse diui Ignatijs epistolam, sed ab alio quo-
 dam aeditam, & illi attributam, sciat probauissimum Hieronymum in libro
 de uiris illustribus, hanc epistolam ex Troia ad Smyrneses aeditam, diuo Ig-
 natio tribuisse. Item in epistola ad Mageianos, cuius & idem Hierony-
 mus meminit, docet obediendum esse episcopo tanquam dei uicario, & om-
 nem populum unanimiter concurrere ad templum dei, & pro sabbato cele-
 brandum esse diem dominicum, propter resurrectionem domini eminentis-
 simum dierum, de qua propheta dicebat, Expectans pro octaua, cuius domi-
 nicę meminit & ipse Ioannes in Apocalypsi. In epistola ad Philipenses,
 plane explicat fidem trinitatis, & alium quendam esse patrem, alium filium,
 alium spiritum sanctum, non unum quendam trinominum, sed tres esse unū
 deum, solum filium factum hominem. Dies festos esse honorandos; Dies fe-
 stos, inquit, nolite inhonorare, quadragesimam nolite pro nihilo habere, heb-

do

domadam passionis nolite despiciere, quarta & sexta feria ieiunare, reliquias
 pauperibus erogate. Adhuc dico episcopis & presbyteris in domino: Qui-
 cunq; cum Iudeis pascha egerit, aut solennia festiuitatis eorum susceperit, cō-
 participabit eis, qui dominum, & apostolos occiderunt. In epistola ad Tral-
 lianos, cuius epistolę meminit & ipse Hieronymus, iterum atque iterum in-
 culcat, plebem oportere & episcopis obedire, & honorare illos sicut Chri-
 stum, & seruare præcepta eorum. Sine episcopis & presbyteris, neq; ecclesiā
 esse electam, neq; collectionem esse sanctorum, neq; congregationem sanctā,
 & diaconos esse ministros, non in cibo & potu, sed in ministerio ecclesię dei.
 Quid (inquit) diaconi nisi imitatores Christi, ministrātes episcopo, sicut Chri-
 stus patri, & operantes illi operationem mundam & immaculatam, quomodo
 sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacle-
 tus & Clemens Petro. Docet & Christum esse uerum deum, qui per Mariā
 factus est homo ex semine Dauid, ab æterno natus a patre. Coarguit insuper
 & eos qui Christum alienant a patre, & eos qui ipsum dicunt esse patrem, tra-
 ditque ibidem totius Christianę fidei symbolum, de Christo Iesu dicens,
 quod deus uerbū uere suscepit corpus, uere lactatus est & nutritus, sicut nos
 cibo & potu. Triginta annos agens, a Ioanne baptizatus est, tribus annis præ-
 dicauit euangelium uitę, die parasceues hora tertia accepit sententiā a Pila-
 to, hora sexta crucifixus est, nona emisit spiritum, ante solis occasum de cruce
 depositus est, & sepultus in monumento nouo, sabbato mansit in sepul-
 chro sub terra, dominica die resurrexit a mortuis, secundum quod dictum
 est ab eo: Sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus. Descendit in infernum
 solus, ascendit uero cum multitudine, & dirupit maceriam, quę erat a secu-
 lo. Hęc & alia incarnationum mysteria multa tradidit Ignatius in eadem epis-
 tola. En uides totius fidei nostrę summam, uniuersalisque ecclesię statum
 temporibus diui Ignatijs conuenire cum rebus fidei huius seculi. Vnde in epis-
 tola ad Philidelphenses, commendat uirginitatem tanquam nuptijs præfe-
 rendam. Virgines tamen non debent execrari nuptias, sed ut melius bonum
 honorare. Afferit ibidem, quod Melchisedech & Iosue filius Naue, & Helis-
 as, Helisæus, Hieremias, Ioannes Baptista, Timotheus, Titus, Clemens, in
 castitate ex hac uita exierunt. Docet insuper quod poenitentes si ad unitatem
 ecclesię concurrunt, & ad consensum episcopi, cum omni mansuetudine
 sunt suscipiendi. Philo quamuis Iudæus fuerit, tamen testimonium dat de
 ritibus & ceremonijs, quę custodiebantur in ecclesia Christiana ipsis apos-
 tolorum temporibus. Nam & is, ut ex antiquissimis libris recitat Eusebius
 libro secundo ecclesiasticę hystorię Romam ueniens, uidit Petrum eiusque
 colloquijs adhæsit, qui & omnia primitiue ecclesię instituta complectens,
 asserit quosdam illis seculis primum renunciare omnibus facultatibus, om-
 nes uitę sollicitudines abijcere, extra urbes uitam ducere, & in multis regio-
 nibus id genus hominum inueniri in Græcia, in Ægypto, in Barbaria, & ma-
 xime circa Alexandriam, & in singulis locis esse consecratā orationis domū,
 & in hanc nihil prorsus inferri eorum, quę ad cibum potumque pertinent,

sed

Doctrina
Ignatijs.Doctrina
Philonis.

sed tantum legis codices, prophetarum uolumina, hymnosque in deum, eosque etiam
 nouos in deum hymnos componere, & continentiam seu castitatem, ueluti pri-
 mum fundamentum ponere, & ante solis occasum non sumere cibum, com-
 plures etiam grandes uirgines integritatem casti corporis custodire, non ul-
 la necessitate, sed spontanea uoluntate sese deo consecrare, nec uinum bibere,
 nec carnes comedere, eosque habere ministros, sacerdotes, & pontifices rite il-
 lis exhibentes ministeria. Haecenus Philonis sententiae, quas, ut inquit Euse-
 bius, certum est eum dixisse & intellexisse de euangelicis & apostolicis uiris.
 Vnde consequens est ipsis apostolorum temporibus fuisse abstinentias cibo-
 rum, dedicationes uirginum, & consecrationes oratoriorum, renuntiationes
 rerum temporalium per abdicationem proprietatis & dominij. Quoadmo-
 dum legimus Act. iij. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una
 in domino, nec quisquam eorum, quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed e-
 rant illis omnia communia, quotquot enim possessores agrorum & domorum e-
 rant, uendentes, afferebant pretia eorum quae uendebant, & ponebant ante pe-
 des apostolorum. Verum hic sciendum est hoc dictum esse de apostolis, & de his
 qui se iunxerunt apostolorum collegio in Hierusalem: sed non inde consequens
 est omnes Christianos sic oportuisse facere, quemadmodum ex eodem Act.
 libro patet. Iudas Christianus erat, propriam habens possessionem in Dama-
 sco, in cuius domum infertur Paulus, Act. nono. Petrus in domo Simonis co-
 rarij hospitio suscipitur. Lydia Philippis cum tota domo regenerata domum
 habuit. Act. xvi. & Paulus Corinthijs scribit: Nunquid deos non habetis
 ad manducandum? Dat Paulus Christianis diuitibus praecipua constituens
 per singulas ciuitates presbyteros, iubens ut bene sint praepositi domui suae,
 atque familiae, praecipiens etiam diuitibus ne alta sapiant. Proinde uerum haec
 res est pertinaciter asserere, uidelicet & non licere omnibus renunciare per
 abdicationem proprietatis & dominij: & non licere Christianis aut presby-
 teris & episcopis habere possessiones proprias. Ex testimonio igitur Phi-
 lonis Iudaei, possumus conuenire statum monachorum per abdicationem pro-
 prietatis & dominij, in coelibatu, in obedientia, non aliunde quam ex aposto-
 lorum traditione sumere originem. Dionysius Ariopagita Pauli discipu-
 lus, in libro de ecclesiastica hierarchia docet ecclesiae sacramenta, baptismum
 uidelicet, confirmationem, eucharistiam, poenitentiam, sacrum ordinem, do-
 cet & purgatorium esse post hanc uitam, & suffragia uiuorum prodesse defun-
 ctis: Venerandus antistes precem, inquit, sacram supra mortuum peragit, ut
 cuncta deus dimittat peccata per infirmitatem humanam commissa defuncto,
 eumque in luce statuat in regione uiuorum, in sinu Abrahae, Isaac & Iacob, un-
 de aufugit dolor & tristitia. Et ne quis calumnietur hos qui feruntur libros
 non esse aeditos a Dionysio, qui Act. xvij. cognominatur Ariopagita, sciat di-
 uum Gregorium ante annos nongentos citasse ex libro caelestis hierarchie tam
 quam aedito a Dionysio Ariopagita, ut in superioribus diximus. Liber re-
 cognitionum Clementis discipuli apostolorum, quous sit apocryphus, eo quod
 in eo sunt quaedam ex persona Petri dicta, quibus assentitur Euanonij dogma

Castitas ue-
 nit fundamē-
 tum uirg mo-
 nasticæ.

Non oēs cre-
 dentes uende-
 bant sua, tē-
 pore aposto-
 lorum.
 Act. 10

1 Cor. 11.
 1. Timoth. 4.

Status uitæ
 monasticæ
 ex apostolo
 traditio.

Doctrina
 Dionysij ec-
 clesiæ hier.
 parte 3. ca. 1.

ti, tamen antiquus est liber ad Hieronymi tempora in usu apud multos. Vnde
 de Rufinus temporibus Hieronymi hunc librum ex Grecis in Latinum uer-
 tit. Proinde quae in illo libro scribuntur de obseruationibus officiorum ecclesi-
 asticorum, confirmant antiquum ecclesiae morem super his rebus, quae in ho-
 diernum usque diem per uniuersum orbem custodiuntur, super quo uide, si pla-
 cet apologiam Hieronymi aduersus Rufinum. Iste Clemens tertio libro reco-
 gnitionum, tradit suo tpe baptismum fieri in aquis, inuocata trinitate, & facta
 unctioe olei per orationem sanctificati. In sexto recognitionum libro, inter-
 rogantibus, quid aquae baptismus conferat ad dei cultum: respondet primo
 quidem, quod deo placeat, impletur. Secundo quia regenerato ex aquis, &
 deo renato, natiuitas fragilitatis prioris, quae tibi per hominem facta est, am-
 putatur, & ita demum poteris peruenire ad salutem, aliter uero impossibile.
 Sic enim nobis de uero sacramento testatus est Christus: Amen amen dico uos
 bis, inquit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in re-
 gnum dei. Est in aquis quaedam misericordiae uis, quae ab initio ferebatur su-
 per aquas, eripiens eos de supplicijs futuris, offerens domino animas per baptis-
 mum consecratis. Confugite ergo, inquit, ad aquas istas, quae solae sunt, quae
 possunt uim futuri ignis extinguere, & salutem conferre. Siue iustus fueris, si
 ue iniustus, baptismus tibi spiritus est necessarius. Iusto quidem est necessarius, ut
 in eo adimpleatur perfectio, & regeneretur deo. Iniusto uero, ut peccatorum
 quae in ignorantia infidelitatis gessit, tribuatur remissio. Eandem sententiam
 tradit in epistola, quem teste Merlino ad Iulium & Iulianum scribit, addens:
 Iam autem baptizatus postmodum ab episcopo septiformi gratia consignetur,
 aliter perfectus Christianus esse non poterit, nec sedem habere inter Chri-
 stianos, si non necessitate, sed incuria aut uoluntate talis permanserit: quem
 admodum a beato Petro accepimus, & ceteri sancti apostoli, domino praeci-
 piente docuerunt. Cum autem fuerit baptizatus, & postmodum septiformi
 mi gratia ab episcopo confirmatus, demum operibus bonis ostendat in se
 multitudinem patris, qui genuit, & ita uiuat, sicut ipse uult. Homicidium &
 ad ulterium nesciat, odium & auariciam fugiat, iram, inuidiam, superbiam, in
 castitatem respuat. Castimoniam custodiat, ne passionis solius libidinis causa coeat, sed
 posteritatis reparandae gratia. Primum obseruet ne mulieri menstruae mis-
 ceatur, hoc enim execrabile dicit lex domini. Irenaeus Lugdunensis episcopus
 circiter annum a passione domini quinquagesimum supra ceterisimum, libro
 quarto, capite quadragesimo tertio & sexagesimo tertio aduersus Valenti-
 num, de obedientia praepositis exhibenda loquens: Oportet, inquit, obaudi-
 re presbyteris, his qui successionem habent ab apostolis, reliquos qui abstantur
 a principali successione, quocumque loco colliguntur, suspectos habere quasi
 haereticos, & malae sententiae. De sacrosancta eucharistia, inquit, Is qui a ter-
 ra est panis percipiens uocationem dei, iam non panis communis est, sed eu-
 charistia ex duabus rebus confecta, terrena & caelesti, quam offerimus deo,
 non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius sanctificantis creatu-
 ram. Iesus enim qui ex creatura est, panem accipiens, & gratias agens, dixit: Hoc
 est

Nō coeatur
 causa libidi-
 nis, sed po-
 steritatis re-
 pagandae.

Lib. 4. ca. 12.

est corpus meum, & calicem similiter, qui ex eadem creatura est, quæ secunda dum nos est, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens in uniuerso mundo offert deo. De quo Malachias: Ab ortu solis usque ad occasum, incensum offertur nomini meo. De baptismo infantum libro secundo contra hæreses Valentini, in capite xxxix. sic loquitur: Omnes Christus per seipsum saluare uenit. oēs, inquam, qui per illum renascuntur in deum infantes, & paruulos pueros, & iuuenes & seniores Ideoque per omnē aetate uenit: infantibus factus ē infans, sanctificans infantes, paruulis factus paruulus, iuuenibus iuuenis, senior senioribus, ut oēs sanctificaret. Ex doctrina igitur antiquissimi Irenei habemus, infantes esse baptizandos, episcopis esse obediendū, qui ordinē habent ab ecclesia apostolica, & eucharistiam in sacramēto altaris, iam non esse communem panem, sed cœlestem, tamque esse oblationem & sacrificium purum & mundū, de quo apud Malachiam prænunciatum est, ubi reprobatis Iudæorum sacrificijs, approbatur sacrificium ecclesiæ tunc futuræ, non in sola Hierusalem, sed omni loco per uniuersum orbem dispersa ecclesia. Amplius autem Tertullianus presbyter quāuis post aetatem suam mediam, turbatus propter inuidiā & contumeliam clericorum Romanæ ecclesiæ, in Montani hæretici dogma delapsus, aduersus ecclesias uolumina ædiderit, damnans secundas nuptias, cōmemorans & prophetiam nouam per spiritum sanctum in alios quæ in apostolos missam, multa tamen prius quæ sic delapsus esset, uolumina scripsit, ex quibus simul & ex alijs facile est considerare antiquum ecclesiæ morem super his rebus, quas iam schismata inter ecclesiæ membra facientes moluntur contēnere. Vnde in libro quarto aduersus Marcionem: Christus qui desiderauit desiderio edere pascha, acceptum panem & distributum discipulis, corpus suum fecit illum, dicendo: Hoc est corpus meum, id est figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi ueritatis esset corpus, uacuitas quæ est phantasma figuram capere nō potest, aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat ueritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. Vetus ista fuit figura corporis Christi, dicentis per Hieremiam: Aduersus me cogitarunt cogitatum, dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, hoc est, faciamus lignum crucis in corpus eius, & eradamus eum de terra. Vinum insu per uetus fuit figura sanguinis Christi. Lauabit, inquit patriarcha, in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum, hoc est, carnem suam lauabit in sanguine, qui nunc sanguinem suum in uino consecrauit, tūc uinum in sanguine figurauit. Ex hisce Tertulliani sententijs patet corpus Christi esse sub specie panis, & sanguinem esse consecratum sub specie uini. Quod si obieceris Tertullianum sensisse in sacrificio altaris esse non uerum corpus Christi, sed figuram corporis eius, pro eo quod ipse ibidem uerbum Christi dicentis, Hoc est corpus meum, interpretatur, id est figura corporis mei. Respondet: Ex his quæ & præmittuntur & sequuntur, satis patet mens illius. Nam præmittendo dixit, quod ipse Christus acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum fecit, dicendo: Hoc est corpus meum. In sequentibus dicit,

Malaca

Doctrina
Tertulliani.

Hierem. 11.

Gene. 49.

cit, quod hoc non sic est figura corporis, ut sit uacuum ueritate, sed quod sit figura ueri corporis, quod pro nobis tradetur, & quod ipse Christus in uino consecrauit sanguinem suum. Quod si cuiquam uideatur hoc in loco obscuræ esse sermonem Tertulliani, & ex eo etiam posse contrariam sententiam defendi, is audiat eum alio in loco expressius loquentem. In libro secundo ad uxorem, de muliere loquens quæ gentili nupta sit, plane indicat alium hunc panem esse, quæ gentiles credunt: Non sciet, inquit, maritus quid secreto ante omnem cibum gustes, & si scierit, panem non illum credit esse qui dicitur. Item in libro de corona militis, de sacramentis sic loquitur: Aquam baptismatis adituri, aliquanto prius sub antistitis manum contestamur nos renunciare diabolo & pompis & angelis eius, dehinc ter immergimur, nihil amplius respondentes, quam quod dominus in euangelio determinauit. Et paucis interpositis addit: Eucharistiæ sacramentum, & in tempore uictus, & omnibus mandatum a domino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quæ præfidentium accipimus, oblationes pro defunctis, pro natalicij annua die facimus. Die dñi co ieiuniū nephas ducimus, uel geniculis adorare. Eadem immunitate a die paschæ, usque in pentecostem gaudemus, calicis etiam aut panis nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem aditum & exitum, ad uestitū, ad calceatum, ad mensas, ad cubilia frontem signaculo terimus. Et obijcientibus hæreticis, quoniam scripturæ loco hæc monstrantur: responderet, istarum & aliarum disciplinarum si exoptulas legem, nulla legis traditio tibi prætendetur. Auatrix est consuetudo, confirmatrix est & fidei obseruatrix consuetudo, si donea est testis traditionis ueteris. Antiquas obseruationes ecclesiæ, si nulla scriptura determinauit, certe cōsuetudo corroborauit, que sine dubio de traditione manauit. Hactenus ille. Item in libro de præscriptionibus hæreticorum tradit apostolos Petrum & Paulum suo sanguine fundasse totam Romanæ ecclesiæ doctrinam, & illic Petrum dominicæ passioni, Paulum uero in exitu Ioannis baptistæ adæquari, hoc est, Petrum esse crucifixum, Paulum autem capite truncatum, & Ioannem apostolum in oleomersum nihil mali sensisse. Item in libro contra Praxeam docet, patrem, filium, & spiritum sanctum, tres esse unum deum: nec tamen patrem esse qui filius est, nec patrem, sed filium esse passum. Item in libro de poenitentia, docet esse geminam poenitentiam: unam quam uocat primam, secundum quam poenitent baptizandi, alteram, quam uocat secundam, ostendens ex libro Apocalypsis, & ex parabola de filio prodigo, deum ignoscere poenitentibus, & hanc ostendi actu aliquo, quæ uocatur exomologesis, id est, confessio, quæ est disciplina hominis prosternendi & humiliandi se in cinere & cilicio, in ieiunijs ingemiscere, lacrymari, dies ac noctes suspirare dominum deum, presbyteris aduolui, altaribus dei adgeniculari, ut temporali afflictione æterna supplicia expugnet. Post multa tandem concludens: Igitur cum scias aduersus gehēnam, post prima illa intinctionis dominicæ monumenta adhuc esse in confessione peccati secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? cur cessas aggredi quod scias mereri tibi? Hæc ille. Quoniam autem pacto sit accipiendū, quod dicit hanc poenitentiam

Ritus bapti
smi.Duplex poe
nitentia.

tiam tatum semel admittendam, & amplius nunq̄, alibi docuimus esse de solenni poenitentia intelligendum: quous em̄ eis in ecclesia locus humillimæ poenitentia non concedatur, deus tamen super eos suæ patientiæ non obliuiscit, quemadmodum docet Augustinus in epistola ad Macedonium. Item sacrificium esse apud Christianos, & id quidem fieri pro imperatore ac alijs, unum, plane indicat, cum dicit: Sacrificamus pro salute imperatoris, sed deo nostro & ipsius, & id quidem pura prece, quæ scilicet fit in sacrificio altaris. de qua oblatione alibi dicit: Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, nec tangere, nec offerre: non uenit mulieribus ne offerrent deo preces, aut sacrificium cõtriti cordis, sed ne offerrent sic ut ministri offerunt, altaris uidelicet sacrificiũ. Sunt & apud Tertullianum alia multa antiquitatis documenta, quæ breuitatis gratia præterimus, nunc saltem ex eiusdem sententijs supra dictis colligimus, iam ante annos mille & trecentos ritum fuisse baptizandi sub renuntiatione satanæ, & sub attestatione fidei, & terna mersione, & eucharistiam esse sacrificium, & q̄ eam sumimus de manu solius sacerdotis, & quod ipse non est talis panis, qualem eum æstimant gentiles, sed est corpus Christi, & orandum esse pro defunctis, & festiuitates diei dominicæ, & Pentecostes ac Pasce celebrandas, & consuetudinem uniuersalem uenire ex apostolica traditione, eamq̄ esse fidei custodiam, & purgatorium esse. Vnde & in libro de Monogamia dicitur: Enimvero pro anima eius orat, & refrigerium interim postulat, & offert annuis diebus dormitionis eius. Et post baptismum esse poenitentia remedium, per actum confessionis, Et Petrum Romæ crucifixum, Paulum capite truncatum, & eos illic fundasse ecclesiam. Origenis doctrinã non oportet assumere ad comprobandum post hanc uitam esse purgatoriũ, cum ipse plane tradiderit omnem afflictionem, etiam post hanc uitam esse medicinalẽ, & ad purgationem proficere animarũ, omnesq̄ damnatos spiritus, eadem per dei misericordiã esse saluandos. Prætermittamus igitur sententias Origenis de purgatorio, & alias ex eo accipiamus antiquitates fidei nostræ.

In libro primo super Iob, citans uerbum Apostoli, dicit: Probet seipsum homo, hoc est, mudet seipsum, & ita de sanctissimis domini sacrificijs fruatur. Sic & Iob pridem faciens, mundabat primum filios, & ita demum hostias offerebat. Vides Origenem appellare uenerabilem eucharistiam sanctissimum sacrificium. Sed & alia multa habemus antiquitatis documenta ex eiusdẽ Origenis doctrina. Tractans illud Matthæi, Rachel plorans filios suos, &c. Bene, inquit, secundum dei uoluntatem horũ innocentium memoriam sancti patres celebrare mandauerunt sempiternã in ecclesijs, ueluti pro domino morientium, ut primorũ martyrum pro dño occisorũ, ut ipsis parentibus intercessio filiorũ apud deum prodesset plurimum. Hic primum habes festiuitates antiquitus fuisse institutas, & orationes sanctorum defunctorum prodesse uiuis. Deinde ipsius Origenis seculo, Christianorum ecclesia, fide plenissima credidit uerum corpus Christi in sacramento altaris esse, magnaque reuerentia uenerabatur illud, æstimans grande esse piaculum, si quid eucharistie in terram decideret, quod homilia super EXODVM decimatertia;

Doctrina
Origenis.

Vo

Volo, inquit, uos admonere religionis uestræ exemplis, nostis qui diuinis mysterijs interesse consueuistis, quomodo cum suscipitis corpus domini cũ omni cautela & ueneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur, reos em̄ uos creditis, & recte creditis, si quid inde per negligentiam decidat: quod si circa corpus eius conseruandũ tanta utimini cautela, & merito utimini, quomodo putatis minoris esse piaculi, neglexisse uerbum dei, q̄ corpus eius? Item super epistolam ad Romanos: Secũdum typum, inquit, ecclesiæ traditum, omnes baptizati sumus in aquis uisibilibus, & in Chrismate uisibili. Alia multa possunt ex eiusdem libris colligi antipuiratis documenta, de ritu baptizandi, exorcizandi, inungedi oleo, confitendi pctã, de chrismate, de ieiunijs, de quadagesima, de sacrificio missæ, de cœlibatu sacerdotum. Theophilactus super epistolam ad Hebræos, ante annos mille & centum sepe explicat missæ sacrificium, illud nunc offerri quod tidie, quod semel oblatum est in cruce. Vnde & Leuita Laurentius ad beatũ Sixtum iam properãtem ad crucem, dixit: Quo progredieris sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono properas? tu nunq̄ sine ministro sacrificiũ offerre consueueras. Accedentes ad Cyprianum, qui circiter quinquaginta annos scripsit ante concilium Nicenum, eiusq̄ libros diligenter euoluentes, poterimus considerare ueteris ecclesiæ morem & statum ante mille ducentes & quiquaginta annos, in sacramentorũ ritibus, talem fuisse, qualem in hodiernum usq̄ diem seruat per uniuersum orbem Christianorũ ecclesia, de baptismo, de infantibus baptizandis, de confirmatione, de poenitentia, de sacramento ordinis, de eucharistia, de missæ sacrificio, de purgatorio, de cultu sanctorũ martyrum defunctorũ, de ueneratione reliquiarũ sanctorũ, de primatu Romanæ ecclesiæ. Vnde in epistola ad Iubaianum, & in epistola ad Pompeium, baptismi & poenitentia, & confirmationis sacramenta tradit, de quibus in superioribus patuit. Item libro secundo, epistola tertia, quæ est ad Ceciliũ, testatur sacerdotem sanctificantem panem & uinum, in corpus & sanguinem Christi deo sacrificare, neq̄ calicem cum aqua sine uino, nec rursus uinũ sine aqua recte posse offerri, & secundum scripturam aquam significare populum, & Christo populum adunari, quando aqua cum uino in calice miscetur. Si uinum tantum quis offerat, sanguis, inquit, Christi, incipit esse sine nobis. Si uero aquam solam, plebs incipit esse sine Christo, & corpus domini nostri non esse farinam solam, nec aquam solam, sed oportet utrunq̄ esse adunatum, & unius panis compage solidatum. Et quamuis aliter forsitan per ignorantiam sit factum a quibusdam, nobis tamen, iam si aliter facimus, non posse ignosci, & quamuis Christum oportuerit offerri circa dici uesperam, ut hora ipsa sacrificij ostenderet casum & uesperam mudi, nos tamen illud post cenam celebrare non posse. Item epistola tertia libri ij. Non potest uideri sanguis quo redempti sumus & uiuificati, esse in calice quando uinum deficit in calice, quo Christi sanguis ostenditur. Vide & reliqua multa de corpore Christi per epistolam totam. Item epist. xij. libri primi docet aquã baptismi prius a sacerdote sanctificari, & baptizatũ ungi chrismate seu oleo in altari sanctificato.

Corpus dñi
cũ em̄ cau-
tela seruadũ

Homilia 10.
super Leuiticum.

Doctrina
Cypriani.

De sacramēto
baptismi,
poenitentia
& confirma-
tionis.

Aqua bap-
tismi debet an-
te ipsum san-
ctificari, &
baptizatus
chrismate un-
gi.

Et ij In

In sermone de oratione dominica, meminit præfationis & aliorum quorundam quæ seruantur in missa. Sacerdos ante orationem, præfatione inquit præmissa, parat fratrum mentes, dicendo: Sursum corda. dum respondet populus: Habemus ad dominum. admonetur nihil aliud quam dominum cogitare debere.

Ignis purgatorij ex Cypriani doctrina ostenditur multis in locis. Primum ex epistola ad Antonianum: postquam docuerat ecclesiam adulteris & mœchis concedere poenitentiam tempus, subdit, aliud esse ad ueniam stare, aliud ad gloriam peruenire; aliud missum in carcerem non exire donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim accipere fidei atque uirtutis mercedem; aliud in die iudicij pendere ad sententiam iudicis, aliud statim a domino coronari. In eadem epistola adulteris, mœchis & lapsis agentibus poenitentiam, & dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentatione testantibus, pacem esse dandam, probat ex Apocalypsi. Ioannis, dicentis: Memento unde excideris, & age poenitentiam. Et ex euangelio: Gaudium erit in celo super unum peccatorem poenitentiam agente. Et ex Iohannis secundo: Reuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, fletu & planctu. & ex Apostolo ij. ad Corin. xij. Deinde in epistola nona libri primi dicit: iam pridem in concilio episcoporum statutum est, ne quis de clericis & de ministris tutorum uel curatorem testamenti suo constituat, causam subiiciens; quia singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, precibusque & orationibus uacare debent. Scriptum est enim: Nemo militans deo implicat se ne gocijs secularibus. Quod cum de omnibus, inquit, dictum sit, quanto magis de his, qui diuinis rebus & spiritualibus debent esse occupati, ut sunt episcopi & sacerdotes: cuius ordinationis formam prius in lege tenuerunt Leuitæ, qui altaribus ministrisque diuinis uacantes, alijque terram colentibus decimas percipiebant, ut in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere secularia cogentur. Quod episcopi antecessores, inquit, nostri religiose considerantes statuerunt salubriter, ne quis frater excedens de seculo, ad tutelam uel curam clericum nominaret, quia si quis hoc fecerit, non offeratur pro illo, nec sacrificium pro dormitione eius celebretur, neque enim ad altare dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui sacerdotem ab altari uoluerit auocare. Et ideo Victor cum contra formam nuper a sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum, ausus sit actorem constituere, non est quo pro dormitione eius apud uos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua in ecclesia eius nomine frequenter, ut sacerdotum decretum religiose & necessitate factum seruetur a nobis, simul & ceteris fratribus detur exemplum ne quis sacerdotes dei ad seculares molestias deuocet. Hactenus Cyprianus. Hic habes ueteris ecclesie mores, Cypriani sententias, uidelicet & in episcoporum concilijs facta esse & noua decreta & suffragia pro defunctis in sacerdotum prece, & in missa offerri sacrificium pro defunctis. Item libro tertio epistola sexta, docet commemorationes sanctorum celebrandas, mandans presbyteris & diaconis dies quorundam morientium pro Christo, adnotare: ut commemorationes eorum, inquit, inter memorias sanctorum martyrum celebrare possimus. Celebrantur apud nos, inquit, oblationes & sacrificia

Cypriani tunc
pore nullus
sacerdos po-
terat fieri tu-
tor, aut ex-
cutor testa-
menti.

Memoria
martyrum ce-
lebrantur.

ficia ob commemorationes eorum. Item in epistola ad Fidem fratrem, docet infantes ante octauum diem posse baptizari, quamuis apud Iudeos octauus dies pro circumcisione obseruetur, docet & lapsis poenitentibus pacem non esse dandam ante legitimum tempus satisfactionis, nisi urgente infirmitate aut alia necessitate, pacem tamen quocumque a sacerdote semel datam, non esse auferendam. Et in epistola ad Cornelium docet hæreticorum crimina omnibus esse publicanda, ut tanquam pestis omnibus innotescant. In sermone quinto de lapsu recitat miracula super indigna tractatione sacrosanctæ eucharistiæ, asserens etiam suo tempore peccatores confiteri apud sacerdotem peccata occulta cogitatione sola siue interiori consensu concepta, & apud deum gratam esse satisfactionem, & grauiora peccata grauioribus lamentis diluenda, & accessurum ad sacrosanctam eucharistiam debere discutere conscientiam suam, ut accedat mundus & impollutus. Insuper in omnibus passim epistolis, & in ea præsertim quæ nunc est quarta, libro quarto, nos admonet ut ad placandum deum non uoce sola, sed & ieiunijs & lachrymis, & omni genere deprecationis ingemiscamus. Item in libro ad Quirinum probat credendum uel non credendum libertatem esse in arbitrio positam, per uerbum Deut. xxx: Ecce dedi aures tuas me. & per uerbum Isaie: Si uolueritis & audieritis me. & per uerbum Lucæ xvij: Regnum dei intra uos est. Probat & ibidem uota esse seruanda tam ex nouo quam ex ueteri testamento: Quod quis deo uouerit, cito, inquit, reddendum apud Salomonem: Pro ut uoueris uotum domino, ne moram feceris illud reddere. In Deut. Si uoueris uotum domino deo tuo, non tardabis reddere. Item in psalmo: Redde altissimo uota tua. De hoc ipso in actibus apostolorum: Cur tentauit sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, cum esset fundus in tua potestate: non hominibus mentitus es, sed deo. Hæc ille. Et ibidem ex Paulo apostolo pri. ad Corin. vij. & ex alijs scripturis commendat bonum uirginitatis & continentie. In tractatu de habitu uirginum: Virgines, inquit, quæ se Christo dedicauerunt, & tam carne quam mente se deo deuouerunt, quæ se castrauerunt propter regnum dei, si uirgines esse desinant, non mariti, sed Christi adulteræ sunt. Prima sententia, crescere & generare præcepit: secunda, ad continentiam uasit. Cum adhuc rudis mundus & inanis est, crescimus ad humani generis augmentum: cum iam refertus est orbis, quæ capere possunt continentiam, spadonum more uiuentes, castrantur ad regnum Christi, cum habitationes multas apud patrem esse dicat, melioris habitaculi hospicia demonstrat, quæ si petitis, carnis desideria castrantes, maioris gratie præmium in cœlestibus obtinetis. Hæc Cyprianus. Ex cuius sententia patet continentibus maiora esse in cœlestibus præmia, quam matrimonio iunctis. Item epistola xi. libri primi: Si de uirginibus talibus aliqua deprehendatur corrupta, agat poenitentiam plenam, quia quæ hoc crimine admisit, non mariti, sed Christi adultera est. Et ideo iusto tempore æstimato, postea exomologesi, id est confessione facta, ad ecclesiam redeat: quod si obstinata perseveret, nec se a masculo separet, sciat se cum hac impudica obstinatione nunquam a nobis in ecclesia admitti posse, ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiat. Nec putet sibi uitæ

Et iij aut

aut salutis constare rationem, si episcopis & sacerdotibus obtemperare noluerit. Quod autem idem dicit Cyprianus de eisdem uirginibus: Si autem perseuerare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubant, quam in ignem delictis suis cadant, continuo adiecit: Certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciunt. Videtur in hac epistola Cyprianus loqui non de monialibus, quales nunc professione solemniter uouent, sed de uirginibus, quae semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerunt, quemadmodum dicitur in principio eiusdem epistolae. Ex hisce Cypriani sententijs consideramus ante mille annos & ducentos sanctos martyres honorari, & pro defunctis supplicationes fieri, & in missae oblatione esse sacrificium, & in sacrificio missae oportere aquam misceri uino, & hoc sacrificium per sacerdotem ex pane & uino consecratum, esse corpus & sanguinem Christi, & sanguinem, quo redempti sumus, esse in calice, & hoc sacrificium non posse celebrari post coenam, sed ieiunio stomacho, & uota esse deo soluenda, & uirgines deo dicatas, si desinat esse uirgines, esse Christi adulteras, & Romanam ecclesiam habere primatum super ceteras ecclesias. Sunt & alia multa aut antiquitatis ecclesiae documeta, ex Cypriano de distinctione sacramentorum, baptismi, confirmationis, & ordinis, & de distinctione ordinum, acoluthi, diaconatus, presbyterij, & episcopatus, & publice poenitentem esse reconciliandum per ecclesiae episcopum, & quod clerus Romanus, uacante sede episcopali, suspendat absolutiones seu reconciliations, ac donationes pacis super lapsos poenitentes, & quod Cyprianus in Africa obediens decretis Romani pontificis, & quod episcopus Romanus est catholicus, id est, totius uniuersalis ecclesiae episcopus, & quod soli sacerdotes habeant facultatem celebrandi diuina officia, & dandi lapsis poenitentibus reconciliationem & pacem, & quod non solum qui fidem negant, aut idololatriam fecerunt, sed & adulteri atque periuri reconciliantur per ecclesiae pontifices, facientes ex omni logesin, id est, confessionem & satisfactionem. Vnde & Nicenum concilium omnium celeberrimum, celebratum iam ante annos mille & ducentos, statuit ut diaconi secundum ordinem post presbyteros accipiunt sacrosanctam communionem, uel ab episcopo, uel a presbytero, addens neque regulam ullam, neque consuetudinem tradidisse, ut diaconi, qui offerendi sacrificij potestate non habent, porrigant corpus Christi presbyteris, qui ipsius sacrificij offerendi potestatem habent. Insuper de morituris statuit antiquae legis regulam obseruari, ut si quis forte ex corpore decessurus sit, necessario uitae lux uiuatis non priuetur. Reliquum est iam uidere de antiquitatibus & legibus ecclesiae, Magni Basilij temporibus. In libro de sancto spiritu, capite xxix. affirmat apostolicum esse, etiam non scriptis traditionibus inherere. Laudo (inquit) uos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi uobis traditiones obtinetis, siue per sermonem, siue per epistolam: & citat patres aliquos, Irenaeum, Clementem Romanum, & Alexandrinum, Dionysium, & Eusebium Palestinum, Origenem, Gregorium Magnum. Idem in libro, eodem capite xxvij. sic loquitur: Dogmata, quae in ecclesia praedicant, quaedam habemus & doctrina scripto prodita, quaedam rursus ex apostolorum traditione in mysterio,

Nō post coenam, sed isto modo ieiunio celebrandum.

Doctrina Niceni concilij.

Canon 11.

Canon 11.

Doctrina Basilij.

s. Theof. 1.

rio, id est, in occulto tradita receperimus, quorum utraque parem uim habent ad pietatem, nec in his quisquam contradicit, quisquis sane uel tenuiter expertus est, quae sint iura ecclesiastica. Nam si consuetudines, quae scripto proditae non sunt, tanquam haud multum habentes momenti conemur rescere imprudentes, & ea damnabimus, quae in euangelio necessaria ad salutem habent, imo potius ipsam fidei praedicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est, ut eius quod primum est & uulgarissimum primo loco commemorare, ut signo crucis eos, quos spem collocarunt in Christum, signemus, quos scripto docuit. Ut ad orientem uersi precemur, quae nos docuit scriptura: Inuocationis uerba, cum ostendit panis eucharistiae & poculum benedictionis, quos sanctorum in scripturis nobis reliquit. Nec enim his contenti sumus, quae commemorat Apostolus aut euangelium. Verum & alia quaeque & ante, & post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quae ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis & oleum unctionis, praeterea ipsum, quod baptismum accipit, ex quibus scripturis: nunquam a tacita secretaque traditione? Ipsam porro olei unctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Iam ter immergi homines unde traditum? reliqua item, quae fiunt in baptismo, ueluti renunciare sathanae & angelis eius, ex qua scriptura habemus: nonne ex priuata & arcana hac traditione? nonne ex doctrina, quam praesens nostri in silentio, quod curiosos & otiosos submouet, seruauerunt? Pulchre quidem illi, nimirum docti arcanorum uenerationem silentio conseruari. Nam quae nec intueri fas est non initiatis, quae conuenienter horum doctrinam publicitus circumferri scripto: aut quod tandem sibi uoluit magnus ille Moyses, quae non omnia, quae erant in templo passus sit omnibus esse peruia, sed prophanos extra sacros cancellos statuit, priora atria purioribus permittere, Leuitas solos dignos censuit numinis ministerio, mactationes autem & holocaustomatium oblationes, reliquumque ministerium sacerdotibus assignauit, atque unum ex omnibus selectum in adyta recepit, ac ne id quidem semper, sed uno tantum die quotannis, rursus & huius diei certam horam, qua fas esset ingredi praestituit, quo propter nouitatem & infuetudinem cum stupore intueretur sancta sanctorum, probe sciens pro sua sapientia res usu tritas, & undecumque parabiles expositas esse contemptui. Ceterum ei, quod sepositum est, quodque ratum est, huic natura coniunctum esse summam admirationem ac studium. Ad eundem praefecto modum & quae in primordijs ecclesiae certos ritus praescripserunt, apostoli & praesens in occulto silentioque mysterijs sua seruauere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares aut uulgares aures efferret. Haec est ratio, cur quaedam citra scriptum sunt tradita, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem uulgo ueniret in contemptum. Aliud autem est dogma, aliud edictum: nam dogmata silentur edicta publicantur. Est autem species silentij etiam obscuritas, qua utitur scriptura, mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque ad utilitatem uersantium in scripturis. Haecenus Basilij, qui & multas illic alias tradit antiquitatum obseruationes, citra scriptum ab apostolorum temporibus custoditas, tandem concludens: Deficiet, inquit, me dies, si ecclesiae mysteria citra scriptum tradita pergam recenfere. Item Athanasius lib. quaestionum ad Antiochum principem, quae xxxiiij. docet sanctorum animas sentire beneficia, cum

Doctrina Athanasij.

super illis flunt conuentus & peractiones honorū operū & oblationū. Nam si nō aliquo, inquit, beneficio participarēt ex illo, nō fieret utiq; in cura & in exquis commemoratio. Item & in libro de uita solitaria demonstrat uota

Cap. ultimo

perpetuæ castitatis seu continentiae seruanda esse, & Ananiam non inuenisse penitentiae locum, q̄a in uoto facto de sua possessione nō perseuerauit. Videmus iam obseruationes ecclesiasticas ex Hierony. libris. Hieronymus ad

Hieronymi doctrina

Hedibiam quest. ij. Nos autē audiamus panem, quem fregit dñs, deditq; discipulis suis, esse corpus dñi saluatoris, ipso dicente: Hoc est corpus meum, accipite & comedite. Et calicem illum esse, de q̄ iterum locutus est: Hic est sanguis meus, calix de q̄ Propheta: Calicem salutaris accipiam, calix præclarus & inebrians. Non Moyses dedit uobis panem uerum, sed dñs Iesus, ipse conuiua & conuiuium, ipse comedens & q̄ comeditur, illius bibimus sanguinē, & sine ipso potare nō possumus, & quidie in sacrificijs eius de genimine uitis ueræ & uinæ forec, quæ interpretatur electa, rubentia mûsta calcamus, & nouum ex his uinum bibimus de regno patris, nequaquā in uetustate literę, sed in nouitate spūs cantantes canticū nouum, qd nemo potest canere, nisi in regno ecclesie, quod est regnum patris. Hunc panem & Iacob patriarcha comedere cupiebat, dicēs: Si fuerit dñs deus mecum, & dederit mihi panē ad uescēdum, & uestimentū ad operiendū, desiderans induitū habere dñm Iesum Christum: quotquot em̄ in Christo baptizamur, Christum induimus. Item in epistola contra Vigilantiū: Romanus pontifex offert dño sacrificia super mortuorum hoīm Petri & Pauli ossa ueneranda, & tumulos eorū arbitrat aitaria Christi. Constantinus imperator sanctas reliquias Andree, Lucę, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt & inhabitatores Vigilantiū illorū se sentire presentia consentunt. Vide reliqua in epistola, & plane discēs Constantini seculis sanctorū martyrum reliquias uenerari, & opertas preciose uelamine custodiri in uniuersis ecclesijs, & portari ab episcopo, populis conuentum & processionē faciētibus. Item sanctos orare pro nobis precantibus, uigilias q̄q; & pernoctationes in basilicis sanctorū martyrum celebrare, neq; ab usum iuuenum & uilissimarū mulierum esse religionis hoībus imputandū. Contra, Vigilantius hæc oīa contemnebat, quamobrē reiectus est tanq̄ hereticus. Habuit autē ipse sua quedā argumēta: Ritus, inquit, gentiliū est sub pretextu religionis introductus in ecclesijs sole fulgēte moles cereorū accēdere, & puluerē in preciose uasculo, preciose linteamine circūdatum, osculando adorare, & estimare inde honorē petere sanctis martyribus, tanq̄ nō lumine illustrandis, q̄s agnus in medio throni cū omni fulgore maiestatis suæ illustrat, quō atq; considerēt uiuētes uel in sinu Abraham, uel in loco refrigerij, uel subter aram dei, quę neq; pñs suis tumulis, ubi uoluerunt, esse presentes. Proinde dū uiuimus, inquit, mutuo p nobis orare possumus, postq̄ autē mortui fuerimus, nullius est orō pro alio exaudiēda, præsertim cū martyres ultionē sui sanguinis obsecrātes impetrare nequeūt. Huiusmodi argumēta reijciēs Hiero. soluit: Quis, inquit, martyres unq̄ adorauit, aut martyriū ossa? Nō oīs, q̄ colit aut uenerat aliqd mox illud adorat: ueneramur martyrum reliquias

Psal. 117. 22.

Gen. 28

Rom pontifex offert su per ossis Petri & Pauli.

Reliquias ab episcopis portantur.

reliquias nō adoramus. Si sacrilegi sunt q̄ uenerātur illa, ergo sacrilegus fuit Constantinus imperator, ergo oēs ecclesiarū episcopi nō solū sacrilegi, sed et fatui, q̄ reliquias in serico & uase aureo portauere. Addit præterea Hierony. sanctorū martyriū animas non tanq̄ in uinculis usq; in diem iudicij teneri in locis ullis inclusos & custoditos, sed eos cum dño semper esse, de quibus & scriptum est: Sequuntur agnum quocūq; ierit. Si agnus ubiq; est, & hi, qui cum agno sunt ubiq; esse credendi sunt: & cum diaboli & dæmones toto uagentur in orbe, & celeritate nimia præsentibus sint, quō martyres post effusionem sanguinis in arca inclusi tenebuntur, ut exire nō possint: Deinde apostoli & martyres, si adhuc cum essent in corpore constituti, potuerūt orare pro cæteris, quando adhuc pro se debebant esse solliciti, quanto magis orant pro alijs post coronas, post triumphos & uictorias? Vnus Moyses sexcentis milibus armatorū impetrauit a deo ueniā. Stephanus imitator dñi sui, & primus martyr, pro persecutoribus ueniam deprecabatur: quō minus ualebunt iam cum Christo regnantes? Causabantur olim Iudas & apostoli, q̄ periret unguentum perfulum in capite dñi, sed uoce illius correpti sunt. Neq; Christus indigebat unguento, neq; martyres lumine cereorum, qui accendunt non ad illuminandū martyres, nō ad fugādas ab illis tenebras, sed uniuersumq; deo uitorēcipiur a deo, & sub typo luminis corporalis lux æterna ostendit. Sic per totas orientis ecclesias, quando legitur euangelium accenduntur luminaria, iam sole rutilante. Postremum, neq; oportet martyrum animas circunuoalare suos cineres, aut semper esse presentes ut audiant hoies precantes, nam & absentes audire possunt, & cernere in deo quæ ad se pertinent. Hæc Hierony. 3

Apo. 14

Exodi 17.

Actuum 7.

Matthæ. 20.

Vnde & contra hanc hæresim, inquit Hierony. scripsit Tertul. uir eruditissimus in signe uolumen. Item in commentarijs Ilatæ cap. lxxv. quosdam habet tanq̄ hereticos, qui contemnebant sanctorū martyrum basilicas, quales nuper, inquit, sub magistro cerebroso in Gallia pullularūt, qui basilicas martyrum declinantes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quasi immunos fugiunt. Super Ezechielem q̄q; cap. xliij. de uoto sic loquitur: Nazareii sponte offerunt, & quicunq; aliqd uouerit, & non impleuerit, uoti reus est.

1. Timo. 5.

Vnde & de uiduis dī: Cum luxuriatę fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, q̄a primam fidem irritam fecerunt: melius est em̄ non promittere, q̄ promittere, & non facere. Et ne q̄s arbitretur uotum perpetuę continētę esse illicitū, lib. i. aduersus Iouinianū interpretās illud uerbū Apostoli: Si nupserit uirgo, nō peccat: nō illa uirgo, inquit, accipienda est, quæ semet dei cultui dedicauit, harū em̄ si qua nupserit habet damnationē, quia primam fidem irritā fecit: uirgines, quæ post consecrationē nupserint, non tam adulteræ sunt, q̄ incestę. Quod symbolum fidei sit ab apostolis editum, patet ex epistola eius ad Pammachium: Symbolum fidei spei nostræ ab apostolis traditum, non scribitur in charta & aramento, sed in tabulis cordis carnalibus, in quo post confessionem trinitatis, & unitatem ecclesie, omne Christiani dogmatis sacramentum carnis resurrectione includitur. Sunt & alia multa apud Hieronymum documenta super ritibus & obseruationibus, quæ

Virgines esse secretę si nupserint sunt adulteræ & incestę.

Symbolum fidei ab apostolis traditum.

quæ nunc custodiuntur in ecclesia secundum antiquum ecclesiæ morem, ueluti de cœlibatu episcoporum & sacerdotum, custodito a temporibus apostolorum, & de uotis perpetuæ castitatis, in libro contra Iouinianum, de quibus & latius, oēs difficultates & hereticorum argumenta dissoluntur in libro de Christiana libertate. Deinde Ambrosius iam mortuus, prius quàm Augustinus in Pelagium scriberet, in questionem uertere non dubitauit, imitatus antiquum ecclesiæ morem de sacramentis ecclesiæ, de sacrificio missæ, de eucharistia, de cultu sanctorum martyrum, de purgatorio, & de suffragiis uiuorum pro defunctis, de cœlibatu sacerdotum, de uotis monasticis. Quid de cultu sanctorum, senserit licet considerare ex libro de uideis, tractans illud Lucæ iij. cū socrus Simonis febribus magis cruciaretur, Petrus & Andreas rogauerunt pro illa: Habes proximos, inquit, qui deo pro te supplicent; habes apostolos proximos, habes martyres proximos, si ipsa martyribus deuotionis societate, misericordiam quoque muneribus appropinques. Petrus & Andreas tunc sancti cum uiuerent, poterant rogare pro uideis, nunc oia possunt pro nobis, & pro oibus impetrare. Obsecrandi sunt angeli, qui possunt pro peccatis nostris orare, sunt præfules & speculatores uitæ nostræ, actuum quoque nostrorum: non erubescamus illos adhibere intercessores nostræ infirmitatis, qui infirmitatem corporis dum uiuerent cognouerunt. Hactenus ille, Deinde suffragia uiuorum prodesse defunctis, docet lib. ij. epistolarum in epistola ad Faustinum contristatum propter germani obitum: Ego eam (inquit) non tam deplorandam, quam orationibus prosequendam reor, non mœstificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius domino commendandam arbitror. Rursus in oratione de exitu uitæ, & uirtutibus Theodosij imperatoris, ipse Ambrosius orat pro ipso Theodosio iam defuncto: Tu domine, inquit, da perfecto seruo tuo Theodosio requiem, quam præparasti sanctis tuis, ut illo conuertatur anima eius, unde descenderat. Dilexi eum, & idcirco prosequor eum usque ad regionem uiuorum; nec deseram, donec fletu precibusque inducam uirum, qui illum sua merita uocant in montem domini. Ambrosius pro defunctis animabus orauit, credidit igitur locum esse purgatorii. In sermone de mysterijs ad Neophytos multis sermonibus inculcat & ingerit ueram Christi carnem esse, quam sub forma panis operam accipimus, & uerum sanguinem eius esse, quem sub specie uini bibimus, & subiecti ipsi opponens, forte dicas (inquit) aliud uideo, quomodo tu mihi afferis, quod Christi corpus accipiam? Respondet: Quantis, inquit, utimur exemplis ad probandum corpus hoc non esse id, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque esse uim benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam ipsa natura mutatur. Virgam tenebat Moyses, quæ proiecta in terram facta est serpens, quæ rursus in uirgine naturam uertitur, aquarum flumina in sanguinem. Si tantum ualuit humana benedictio, ut naturam conuerteret, quid dicis de ipsa consecratione diuina, ubi ipsa uerba domini saluatoris operantur? Non erat corpus Christi ante consecrationem sed post consecrationem tibi dico corpus Christi est. Ante uerba Christi quod offertur panis dicitur, ubi autem Christi uerba deprompta fuerint, non iam panis

Ambrosij
doctrina.Orant pro
nobis sanctilib. 1. epist. 8.
Orandi pro
defunctis.

lib. 1. epist. 14

lib. 4. de sa-
cra. cap. 4. 7.

VARIIS ET LIB. APOCR. LIB. III. CCCV II
panis, sed corpus Christi est, quemadmodum ipse dicit, Comedite & bibite ex eo oēs, hoc est enim corpus meum. Ante uerba Christi calix est uini & aquæ plenus, ubi uerba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Sunt & alia diuersa antiquitatis documenta ex Ambrosio manifesta de baptismo, de exorcismo, de sacramento ordinis per manum episcopi impositionem, de distinctione ordinum, de cultu sanctorum martyrum, Ex doctrina Ioannis Chrysostomi, quondam ante mille & x. annos episcopi Constantinopolitani homilia. li. super Matthæum, & super euangelium Matth. de cenâ domini, & super. ix. cap. ad Hebræos, plane dicimus Christum semel oblatum passibiliter in cruce, quotidie offerri seu sacrificari in altari, & idcirco quando uidemus sacerdotis manum nobis porrigere corpus domini, oportere nos arbitrari non sacerdotis, sed Christi manum ad nos porrigi. Item homilia. xvij. ad Heb. Hoc sacrificium nostrum exemplar illius in cruce semel oblatis idipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum, crastino die alium, sed semper idipsum, nec quia in multis locis offertur, multi sunt Christi, sed unus, ubique, & hic plenus existens. Præterea in homilia. lx. sumētibz indigne sancta mysteria, docet Christum per res sensibiles donare nobis res intelligibiles, per sensibilem baptismum fieri intus intelligibilem regenerationem ac renouationem, & in eo quod dicit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum, dare nobis semetipsum, & oportere nos credere illi, licet cogitationibus & oculis nostris aduersari uideatur. Et autem quod dicit, uellem ipsius formam uidere, figuram, uestimenta, calciamenta, respondet, Ecce eum uidēs, ipsum tangis, ipsum manducas. Et homilia sequente manifestissimas habes de hac re sententias. Item in oratione de beato Philogenio, dicit mensam dominicam explere uicem præsepis. nam & in hac ponitur corpus dominicum, non quidem fascis inuolutum, sed undique spiritu sancto conuestitum. Item homilia. lxxxiii. super Ioannem. Eam morientium curam habeamus quæ & nobis & illis conferat ad gloriam dei, largas per his elemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima uaticina. De quadragesima, & hebdomada sancta ante paschæ, habes uerere ecclesiæ morem apud Chrysostomum homilia. xxix. super Genesim. Ecce tandem ad finem, inquit, sanctæ quadragesimæ uenimus, & ieiunij nauigationem perfecimus, uerum non ideo negligentes simus, sed hac de causa iterum maius studium, maioremque uigilantiam exhibeamus, & infra. Quemadmodum naucleri, athletæ, & cursores, ubi ad finem ueniunt, magis enituntur & uigilant, eodem modo & nos facere oportet, quia in magnam, inquit, hanc hebdomadam peruenimus, dei gratia, nunc maxime & ieiunij cursus intendendus, & magis continuandæ sunt preces, faciendaque est diligentius pura peccatorum confessio. Magnam uocamus hebdomadam, non quod plures horæ in ea sint, nec quod plures dies habeat, sed quia magna quedam & ineffabilia contigerunt nobis in ea. In ea enim solum est bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis dissoluta, uasa eius direpta, deus hominibus reconciliatus, cœlum penetrabile factum, sepes sublata, fenestra remota. Deus pacifica facit omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, & hac de causa magnam hebdomadam uocamus, quia tantam nobis do-

donorum multitudinē in ea largitus est dñs. Et idcirco fideles populi & ieiunium intendūt, & uigilias, & pnoctationes sacras, & cleemosynas faciunt, ut hebdomadæ huic honorē habeant. Nā si dominus talia bona in ea nobis donauit, q̄ modo non & nos debemus, q̄tum possumus reuerētiam & honorem ostendere? Enimvero illū & reges ipsi declarāt, ut uenerabiles illos dies habeant, mandātes, ut omnibus sint inducię & ferię, q̄ ciuilibus fungūtur negotijs, claudēdo fores iudiciorū, & auferendo omnes litū & contētionum species, q̄ magna tranquillitate & quiete liceat ad spiritualia recte perficienda festinare: sed & aliam libertatē ostendūt, soluunt enim uinculis eos q̄ habitant in carcere, imitātes dñm suum, q̄ hac septimana graui nos peccatorum carcere exoluūt. En uides ante mille & ducentos annos antiquū ecclesię morem de obseruatione ieiunij quadragesimalis cū ueneratione sanctę hebdomadę, & confessiōe pura & indultis, alijsq̄ multis, quę in hodiernū usque diem sancta mater obseruat ecclesia. Itē Homilia sexagesima quinta super Genes. Paulus capite truncatus est, Petrus autē modo cōtrario, quā dominus est crucifixus. Augustini doctrina iā scripta ante annos centū & mille, adeo est manifesta ex diuersis ipsius libris, ut non sit opus recitare loca, quibus pateat ecclesiam, quemadmodū & tunc obseruare ueterē morem, antiquam fidei regulam, de baptismo paruulorū, de purgatorio, de cultu sanctorum martyrum, de suffragijs uiuorum p̄ defunctis, de distinctione sacramentorum, de eucharistia, de sacrificio missę, & id genus alijs multis antiquitatibus in hodiernum usq̄ diem, p̄ uniuersam ecclesiam custoditū. In epistola ad Bonifaciū, docet paruulos regenerari ex aqua & spiritu sancto, per officium uoluntatis alienę, & uerum illis datur baptisma, etiam quamuis parentes non ea fide uel opinione eos deferri iubeant, neq̄ deferentes ea fide deferant, neq̄ ministri baptizantes ea fide & intentione sacramentū dispensent, cum sufficiat fides, id est fidei sacramentū, ad quod percipiendum offeruntur a tota ecclesia, cui placet q̄d offeruntur. Paruulus autē & si fidem nō habeat in cogitatione, non ei tamen obicem contrarię cogitationis opponit. Proinde & sacramentum eius salubriter percipit. Hęc ille. Item ibidem de quotidiana immolatione Christi corporis: Semel immolatus est, inquit, Christus in semetipso, & tamen in sacramento nō solū p̄ oēs paschę solēnitates, sed omni die populis immolat, nec mentis sacerdos, q̄ interrogatus respōderit eū immolari. Hic iā si dixeris secūdu Augu. ibidē sacramēta rerū spiritualiū plerūq̄ accipiunt nomina earū rerū, quarū sunt sacramēta, sic in altari, corpus Christi appellatur, q̄d est sacramentū corporis Christi, & sanguis Christi, q̄d est sacramentū sanguinis eius, sicut paruulus dicitur habere fidē Christi in eo q̄d sacramentum fidei habet. Respōdeo, Quis interdū sacramentū corporis Christi appellat corpus Christi, non tñ inde consequēs esse sub ipso sacramento non esse uerū corpus Christi. Vnde ipse Aug. homilia. xxxiij. Accesserūt Iudei ad Christū ut crucifigerēt, nos ad eū accedamus, ut corpus & sanguinē eius accipiamus. Ipse dedit nobis manducare corpus, in q̄ tāta perpassus est, & bibere sanguinē, quē fudit. In sermone ad Neophytos, Hoc accipite in pane q̄d pepēdit in cruce, & hoc accipite

accipite in calice, q̄d effusum est de Christi latere. hom. psal. xcvij. Adorate bellum pedum eius, De carne Marię carnem Christus accepit, in ipsa carne hic ambulauit, ipsam carnē nobis māducādam ad salutem dedit, nemo illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Et paulo post, quādo dominus hoc commēdans, de carne sua loquutus erat & dixerat: Nisi quis manducauerit carnem meam, nō habebit in se uitam æternam, scādalizati discipuli eius sunt quidā, septuaginta ferme, & dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? & recesserunt ab eo. Durū illis uisum est, acceperūt enim illud stulte cogitantes carnaliter, quod p̄cisurus esset particulas quasdam de corpore. Spiritualiter intelligite quod loquutus sum, Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quē fuseri sunt, qui me crucifigunt. In his postremis Aug. uerbis exultant heretici, hic se uicisse gloriātur, sed mirabili cęcitate fallūtur. Qui enim superius testatus erat q̄d carnē quam de uirgine sumpsit, nobis ad manducandū tribuit, quomodo huic tam p̄clare sententię mox alia sententia potuit obuiare. Intelligant igitur Augustinum docuisse Christū dedisse nobis ad manducandū ipsum uerum corpus, & q̄dam modo nō ipsum, id est, non ipsum uisibile & carnalit̄ dentibus laederandū. Sic carnem manducare intellectū non prodest quicq̄. Item in libro de cura pro mortuis agenda, cuius libri ipse meminit in retractatiōibus suis, recitat sententiam Paulini dicentis suo seculo fuisse consuetudinē ecclesię p̄ uniuersum orbem orare p̄ defunctis. Per uniuersum orbem, inquit, ecclesia pro defunctis supplicare cōsueuit. Citat & August. ibidem ex lib Machabæorum oblatū fuisse sacrificiū p̄ mortuis, Addit non paruam esse huius consuetudinis autoritatē, ubi in precibus sacerdotis, quę domino deo ad altare fundunt locum suum habeat etiā commēdatio mortuorū. Docet insuper sepulchris & exequijs honoranda esse defunctorū corpora, quibus usus est spiritus sanctus ad omne opus bonū, quę & in resurrectione futura sunt gloriosa, & pium esse moriētibus, si desiderent sepulturas in basilica huius uel illius martyris, & secundum quorundā fidelium hominū scripta defunctos sepe uiuentibus apparuisse aut dormiētibus eis, aut uigilantibus, aut atibi quōcunq̄ aliter se habentibus. In Euangelio Moyse, q̄ mortuus est, cum Helia, qui mortuus non est, legitur apparuisse Apostolis adhuc in carne uiuētibus. Samuel etiā mortuus apud ecclesiasticū legitur prophetaſse & apparuisse Sauli, primi regū. xxviij. Ex quibus cōsequens est secundū scripturas, quosdam ex mortuis interdum missos esse ad uiuos. Docet præterea quod anime defunctorū non intersunt uiuentibus, neq̄ uiuorū rebus actibusq̄ cognoscendis adiuuandisq̄ miscntur, Nām si interessent malis nostris, mater mea, inquit Augustinus, nulla nocte me desereret. Proinde uidetur eos nescire quid hic agatur, sed dum agitur illos uel audire ab eis qui hinc moriendo ad illos pergunt, uel spiritu reuelante, cognoscere ea quę necessariū uel congruum est scire illos. Item super Ioānnem. xlvij. de oratione pro defunctis, de cultu sanctorum martyrum sic loquitur: Ad mēsam domini non sic sanctos martyres commemoramus quemadmodū illos, qui in pace requiescunt, ut etiam

De sepultura apud relictos quias scribuntur.

Ex mortuis secundū scripturas quidā redierūt.

pro eis oremus, sed magis ut orent ipsi pro nobis ut eorum uestigijs inherere mus. Deinde illud uerbum Apostoli, Saluus erit quasi per ignem, ipse interpre tatur de purgatorio igne. Itē in libro de .^o. Dulcissimi questionibus, quest. ij. docet defunctorum animas releuari pietate uiuentium, dum pro ipsis uel sacrifici um mediatoris offertur, uel elemosynæ in ecclesia fiunt. Item in epistola ad Aurelium episcopum affirmat oblationes p spiritibus dormientium uere aliqd iuuare, & dies solennes celebrare in honorē ipsorum martyrum, & populum solere conuenire ad sanctorum corporum sepulchra, ad loca sacra, & ad do mos orationū, & solere in cœmiterijs fieri abusus, ut cōmestationes, ebrietas tes, quorum malorum tantum, inqt, fuisse suo seculo petulantia, ut arbitraretur ea non nisi concilij autoritate sanari posse. Item libro secundo cōtra Para mentianū, cap. xij. docet utrumq; esse sacramentū irreiterabile, & baptismū uidelicet & ordinationē, secundū quam est ius dandi baptismū, & utrumq; quadam consecratione homini dari. Istud cū ordinatur, illud cū baptizatur, & idcirco neutrum licet a catholico reiterare. Item alibi docet post baptismum relapsis necessarium esse sacramentum poenitentis p sacerdotis ministeriū, in libro de poenitentis medicina, cuius & meminit uenerabilis Beda, distinguēs triplex poenitentis genus. Primum eorum qui sunt baptizandi. Secundum de minutis leuibusq; peccatis. Tertiū de peccatis criminalibus post baptismū perpetratis contra decalogi præcepta, pro quibus diluendis oportet homi nem accedere antistitem ecclesis. De quibus & Fabianus martyr, Qui post baptismū crimina perpetrāt, de quibus Apostolus: Qui talia agunt regnū dei non possidebunt, ualde cauēdi sunt, & ad emendationē, si noluerint uenire, cōpellendi. Quia in barathris dilabuntur nisi illis sacerdotali autoritate fueris subuentū. In epistola ad Armētanū & Paulinam plane affirmat seruāda esse uota ppetue continentis, nec aliud licere facere, addens eū qui uouit, deberē aggredi uotum suū intrepide, & qd deus ipse adiuuabit, qui uota expetit, & quod felix sit necessitas, quæ ad meliora cōpellit. Item in libro de adulterinis coniugibus indissolubilitatē matrimonij simul & indissolubilitatē uoti per petuæ castitatis pbat ex scripturis, docetq; baptismatis eandē & reconcilia tionis esse causam, si forte poenitentem finiendę uitæ periculum occupauerit, neq; turpis, neq; difficilis erit post perpetrata, atq; purgata adulteria recon cillatio, ubi p̄ clauas regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. In nono libro confessionum meminit sacrificij missę, & in libro decimo de ci uitate dei. In epistola ad Macedonium tractat de potestate principū, qui gla dium portant corporale, & de potestate episcoporum, qui uirgam habent spi ritualem, docens principū officium esse, metu legum coercere improborum audaciam, ut & quietius uiuat piorum innocentia, & metu gladij frenare impu borum uoluntates, ut tandē fiant etiam sanæ, & potestatem regis, ius gladij, ungulas carnificū, arma militū disciplinæq; dominandi habere suos modos, suas causas, suas rationes & utilitates, propter quas per dei prouidentia sunt ordinata in republica, & episcoporum officium esse diligere inimicos, orare p persequētib; interuenire p reis, quæ tamen episcoporum intercessiones non ita

ita fiunt, ut cōtrariæ sint, aut humanis legibus, aut principū potestatibus, sed ut sint indicia Christianę mansuetudinis, ut p episcopos, qui parcunt, ueritas prædicata, nō solū timeatur, uerū etiam diligatur, dum in quantū in ipsis est, cupiunt reos a temporali morte liberare, nō ad hoc, ut liberati rursus tur bent plurimos, nō ut illorum immunitate p̄posita, cæterorum male uiuentium, foueatur audacia, sed ut liberati, deinceps recte uiuant, & ipsi in se malū qd fecerunt impunitū esse nō sinant. Proinde nec episcopos p reis intercede re, ut peccatis uel parcat uel faueant; Nam q pro homine reo apud iudicē ad hoc interuenit, ne adulteriū cogatur deserere, aut male ablata restituere, & q ad se cōfugientē, talem reū, quantū honeste potest ad restituendū nō cōpellit, socius est fraudis & criminis, quāobrē & episcoporum officium est, etiā reos tales, si res magis curāda nō impedit, cōmunionē sancti altaris priuare. Docet insup Augustinus ibidē salubriter esse prouisum, ut locus humilimę poenitentis semel tantū in ecclesia cōcedatur. Ioannes Damascenus theologus in signis ante mille annos, proximus temporibus diui Augustini, grece ædidi quatuor sententiarum libros, in quibus oēs ferme sacre theologiæ difficultates & quæstiones tractat, quas ex diuersis patrū scripturis collegit in quatuor li bris, eximius ille theologus, quē appellamus Magistrū sententiarum. Hic Da mascenus in primo libro tractat de patre, filio, & spiritu sancto, uno incōpre hensibili deo, & de triū harum personarū distinctione ac ratione. In secūdo au tē de creatione mundi, & de angelis, & de demonibus, corporibusq; cœlesti bus ac elemētis, de libero arbitrio, & de demonibus, præscentia, ac p̄destina tione. In tertio, de filij dei incarnatione & de unione duarum naturarū in Chri sto in unitate personę, & de duabus uolūtātibus, creatā uidelicet & increata in ipso, & de mysterijs passionis, mortis, resurrectionis, descensionis ad infe ros, & ascensionis illius, & qd beata uirgo Maria sit uera deipara, id est, uera dei genitrix. In quarto, de fide, & baptismate, de sanctorum & reliquiarū ho nore, de ueneratione imaginū, de sanctis & incōtaminatis Christi mysterijs creditis ac traditis a sanctis patribus, ab exordio nascētis ecclesie, quorum om nium rationes, prolixas difficultates, & quæstiones cōtra hereticos illustra uerunt recētiores sacre theologię tractatores, Altissiodoreū, diuus Thomās, Bonauētura, & ceteri posteriores, quibus & heretici ac infideles suis captio sis argumentis, & curiosi homines suis quæstionibus, & etiam plerunq; stu diosi suis scrutinijs ad penetredum intellectum scripturarum in medium adductis, præstiterunt causam & occasionem multiplicandi quæstiones, dog mata, & componendi nouos libros, ad illustrandum scripturas, & ad solu endum hæreticorum ac curiosorum hominū argumenta, ad defendendum Christianę fidei simplicitatem, non solum inter simplices & idiotas, sed & inter sapientes, atq; philosophos, quibus iuxta Apostoli Petri doctrinam, oportet ecclesie episcopos paratos sese exhibere ad reddendum rationem de ea, quæ in nobis est, spe & fide. Præfatus Damascenus inter cætera sua rum antiquitatum dogmata, libro quarto, capite decimo quarto, tractans de sanctis incōtaminatis Christi mysterijs, plane docet, quod natiuitas nobis

per aquā & spiritū sanctū donata est, p̄ sanctū dico baptisma, cibus uerō nō
 bis donatus est panis iste, & q̄d ipse panis & uinū transmutantur in corpus
 & sanguinē domini. Si aut̄ modum, inquit, requiris, quonam pacto fit, sat
 fit tibi audire, quonā per spiritum sanctū, quemadmodū oīa quæ fecit deus,
 spiritu sancto operante fecit, sic & spiritus sancti operatiōe hæc supra natu-
 ram operat̄ deus, quæ non potest nisi sola fides capere. Quomodo fiet mihi
 istud dicit sancta uirgo, quoniam uirum non cognosco? respondet angelus:
 Spiritus sanctus superueniet in te. Si ergo nunc interrogas, Quomodo pa-
 nis fit corpus Christi? & uinum & aqua fit sanguis Christi? respondeo, in-
 quit, tibi & ego, Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermo-
 nem & intelligentiam, panis autem & uinum transmutantur, & quemadmo-
 dum in baptisate, quia consuetudo est hominibus in aqua lauari, & oleo
 ungi, coniunxit aquæ & oleo gratiam spiritus sancti, & fecit illud lauacrum
 regenerationis, hunc in modum, quia mos est hominibus panem mādūcare,
 & uinum & aquam bibere, coniunxit his ipsis suam diuinitatem, & fecit hæc
 suum corpus & sanguinem, ut per assueta, & quæ sunt secundum naturam,
 in his quæ sunt supra naturam collocemur. Corpus enim secundum uerita-
 tem coniunctū est diuinitati, q̄d ex sancta uirgine corpus est, non q̄d ipsum
 corpus assumptū ex celo descenderit, sed q̄d ipse panis & uinū trāsmutatur
 in corpus & sanguinē dei. Si uerbo dei, coeli firmati sunt, & spiritu oris eius,
 omnis uirtus eorum, si ex purissimis & illibatissimis sanguinibus, sine semina-
 ne uerbum dei factum est homo, non potest panem ipsius corpus facere? &
 uinum & aquam sanguinē? Dixit i principio deus, Producat terra herbam
 uirentem; & usq; nunc depluta, producit germina, diuino coadiuta & uirgo
 rata præcepto, Dixit deus: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, hoc
 facite in meam commemorationē, & omnipotenti eius præcepto donec ue-
 niat, efficitur. Si autem modum requiris, quonā pacto fiat, sat fit tibi audire,
 qm̄ p̄ sp̄m̄ sanctum, quemadmodum ex sancta deipara seipso & in seipso do-
 minus carnem sustentauit, modus autem est inscrutabilis. Et quemadmodum
 naturaliter panis per comestionē, uinū & aqua per potionē in corpus & san-
 guinē comedentis & bibētis transmutat̄, & nō fit aliud corpus præter id, q̄d
 prius erat ipsius. Sic & propositionis panis uinūq; & aqua p̄ inuocationem
 & aduentū spiritus sancti, transmutat̄ in corpus & sanguinē Christi, & non
 sunt duo, sed unū & idē. Nō est figura, panis & uinū, corporis & sanguinis
 Christi (absit eim̄ hoc) sed est ipsum corpus domini deificatū, ipso dicente:
 Hoc est corpus meū, nō inquit, figura corporis, sed corpus, nō figura sangui-
 nis, sed sanguis. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus, hūc
 panē, panes figurabāt propositionis, hæc est pura scilicet hostia & incruenta,
 quā ab ortu usq; ad occasum ipsi offerri per prophetā dominus loquitur, cor-
 pus uidelicet & sanguis Christi in stabilimentū animæ nostræ & corporis, in
 consumptū, & incorruptū, nō in secessum iens, absit enim, sed in nostrā subs-
 tantia, & cōseruationē, omnis nocumēti reparatio, omnis sordis purgatio.
 Esti quidam exemplaria corporis & sanguinis domini panem & uinum uo-

caueo

cauerunt, ut deifer uocauit Basilius, nō tamen post sanctificationē dixit, sed
 priusq; sanctificaretur ipsa oblatio, ita uocabant. Fit igitur his qui digne assu-
 munt in remissionem peccatorū, & in uitā æternā, & in custodiā animæ &
 corporis, his aut̄ qui in infidelitate indigne sumunt, in punitionē & supplici-
 um. Qui manducat & bibit indigne, iudiciū. i. damnationē sibi manducat &
 bibit. Proinde omni cū timore, & cōscientia pura, & indubitabili fide acce-
 damus, ueneremur ipsum omni puritate animi & corporis ardētī desiderio,
 manus in crucis modū formantes, crucifixi corpus suscipiamus, diuinū car-
 bonē concipiamus, ut ignis desiderij nostri lumens ex eodem carbone ignis
 tionem, cōburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione
 diuini ignis igniamur & desicemur. Carbonem uidit Isaias. Quemadmodū
 carbo simplex non est, sed unicus igni, sic panis communionis non simplex
 est, sed unicus diuinitati. Hactenus Damasceni sententiæ de sacramento eu-
 charistiæ. Philippus presbyter, discipulus beati Hieron. super librū Job cap.
 xij. pbat purgatorij, & peccata q̄dam remitti defunctis animabus, & post
 hanc uitam homines in die iudicij posse super quibusdam peccatis inuenire
 misericordiam, secundum quem sensum dicitur illud, inquit, apostoli secun-
 dæ ad Timotheum. I. de Onesiphoro: Det illi dominus inuenire misericor-
 diam a domino in die illa. Quæ autem illa peccata, uel cuiuscumodi sint, so-
 lus deus nouit, qui illa remissurum se esse promittit. Ex doctrinis patrum
 quæ abhinc octingentos annos suis dogmatibus ecclesiam illustrauerūt, nō
 est opus adducere testimonia multa ad comprobandum omnia supradicta,
 quæ iam heretici reſciunt, cum adeo sint omnia ex scriptis eorum manifesta,
 & detecta & custodita, ut nulla ualeant tergiuersatione celeri. Quamobrem
 & Bernardus ipse suis sæculis non dubitauit hæreticos reputare quotquot
 in rebus supradictis cōsuetudinē ecclesiæ ab initio custoditæ fuerint perti-
 naciter reſectati, quemadmodum & ante mille annos Tertullianus, Hiero-
 nymus, & Augustinus estimauerunt & reputauerunt hereticos eos qui suis
 sæculis fuerant sic pertinaces, ut docerent contemnendam esse uniuersalis ec-
 clesiæ consuetudinem, quæ ab initio semper obseruata, idonea est testis uete-
 ris traditionis ex Apostolorum doctrina descendens. Vnde & uenerabi-
 les patres, Irenæus, Tersul. Cypri. Orig. Ambro. Hiero. August. non ex opi-
 nionibus suis confinexerunt sanctos esse colendos, pro defunctis esse orandū
 & fieri sacrificium deo in officio missæ, sed innixi fuerunt authoritati ecle-
 siæ Christianæ, & consuetudinē, quam inueniant obseruatam fuisse ab eccle-
 sia, q̄ ante se fuerat, serie præacta ascēdendo usq; ad apostolorū tpa. Et idcir-
 co Hiero. Aug. cæteriq; patres uenerabiles antē mille annos in hæreticorū
 numero annumerarunt hoēs arrogantes, contrariū docentes, ut Iouinianū,
 Vigilantium, Arrium, cæterosq; contra ecclesiam sese animositate erigentes,
 qui solam scripturam sacrā appellantes, secundū suas adinventiones, eam in-
 terpretari præsumperunt, reſicientes ueterē sanctæ matris ecclesiæ morem,
 uenerandā patrū antiquitatē. Quod si dixeris, ecclesiæ consuetudo est super
 res multa, quæ siue sic, siue aliter obseruentur, nihil præiudicij est, neq; legi
 diuine

diuinæ, neq; fidei Christianæ, euangelijq; doctrinæ, sed ecclesia nō debet a se mox rejicere, aut schisma facere, propter huiusmodi indifferentia, cū doceat apostolus, infirmos in fide esse suscipiēdos. Respondeo duplex esse ecclesiasticarū cōsuetudinū genus. Est sup̄ quibusdā rebus interdū cōsuetudo uniuersalis ecclesie, nō eius solū quæ nunc est, sed & eius q̄ olim fuit, & ab initio semper, & in dubiū uertere aut dubitare, an hæc inquit Aug. sint faciēda, in solētissimè insanie est. Est & cōsuetudo super quibusdā rebus nō sic ab initio custoditis, sed uel cōstitutione, uel lege institutis, uel cōsensu hominū longo usu corroboratis. Duplex insuper genus est hominū propter cōsuetudinē ecclesiā perturbātū. Sunt qui innixi solis scripturis cōtentiosa obstinatione, nihil faciunt ueterē ecclesiæ cōsuetudinē, maiestātē, & authoritatem. Sunt alij qui superstitiosa quadā tumiditate mordicus & immobiliter adherent cuilibet cōsuetudini ecclesie in his rebus, quæ pro cōditione tēporū & personarū salua fidei unitate uariantur, contendentes pertinaciter defendere suā cōsuetudinē, tanq̄ diuine legis traditionē. Verum quidem est ecclesiæ pontificem oportere non esse nimis precipitem ad resecandum ab ecclesia infirmos in fide, sed uerum etiā est, & inuictum apostoli præceptū, hæreticū hominē post unam aut alterā admonitionem deuita, Paulus iussit infirmos suscipiendos esse in fide, non discepcionibus cogitationū. Sic Irenæus monet Victorem Romanæ ecclesiæ episcopū, ne facile ab unione ecclesie scinderet eos, qui paschā decima quarta luna celebrabant, habentes pro se in Asia sic obseruandā cōsuetudinē. Sed qui potuit fieri, ut his tēporibus nō scinderetur ab ecclesia q̄ semetiplos separarūt ab illa, ex pertinacia animi, cōtemnētēs oēm ueterē ecclesie cōsuetudinē, uenerandā insuper patrū antiquitatē, uniuersalis ecclesie concilia. An qui tales sunt, æstimandi sunt ex eorū numero q̄s Paulus uocat infirmos in fide, & nō potius tales, de quibus Christus loquitur, Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus? de quibus & apostolus Ioannes: Si quis uenit ad uos, &c. Non propter nudas ceremonias hac nostra etate uenit ecclesia in hoc amplissimū schisma, sed propter contumaciā & superbiā hoīm, qui sua nouitate perturbātes ecclesiā cōtemnunt antiquas ecclesie cōsuetudines super rebus fidei, quæ nisi subsisterent, falleret ecclesia per uniuersum orbem, & pro defunctis iuuandis tot suffragia totq; adminicula quotidie ministrans, & sanctos martyres inuocās, cupiens illos habere in tercessores, adorās eucharistiā, deciperet, ueniretq; deridēda, nisi esset purgatoriū, & oratiōes sanctorū p̄ uiuis, ac uerū corpus Christi in eucharistia. Certū est in Christianorū ceremonijs custodiri multa, q̄ neq; fidē ullius particularis credibilis, neq; necessitatē diuinæ legis complectunt, quæ obseruantur, nō tanq̄ sine illis non possit esse aut fides, aut fidei sacramentum, aut uita Christiana, sed tanq̄ utilia, aut fidē in Iesum & deuotionem excitātia. Et illa quibus non sint per seipsa de necessitate Christianæ uitæ, asserere tamen illa sic per uniuersam ecclesiam obseruata, esse ridicula, frivola, inutilia & ecclesiam talia obseruantē errare, & male agere, hæretis est: quæadmodū cælibatus uirginalis, non est de necessitate uitæ Christianæ, attamen hæretis est, asserere

uirginæ

uirginalem cælibatū, aut non placere deo, aut nō esse preferendū uitæ conjugali. Neq; est ulla obseruatio sic p̄ uniuersum orbem in prouentum fidei, aut castitatis custodita q̄ tumlibet fuerit in sacris literis suppressa, cui cōtradicerē nō sit hæresis, si fuerit admixta pertinacia animi contēnentis, nō esse standum definitioni ecclesie catholicæ, q̄ Paulus Apost. uocat firmamentum & columnā ueritatis fundatā super firmam petram, aduersus q̄ neq; portæ inferi unq; potuerunt p̄ualere. Sed hic ne fallamur, oportet distingnere tria quædam distincta, q̄ uidelicet aliud est non obadire ecclesiæ, aut negligere siue contemnere, aut nihil facere uniuersalis ecclesiæ determinationes seu obseruationes, quas iubet ecclesia, aut is in quo ē totius ecclesie cōsensus, qualis est uicarius in cathedra Petri. Aliud est substrahere se ab ecclesia, uelle aut se nō esse membrū, uel se nō gerere ut mēbrum sub cathedra Petri. Aliud uero non credere unitatē ecclesiæ, aut nullum uigorem esse clauū ecclesie in cathedra Petri, & idcirco estimare ea quæ disponit & ordinat Petri cathedra esse frivola, inutilia, aut nullius momenti. Primum est peccatū contemptus aut inobediētiæ, aut superbiæ. Secundū est schismatis q̄ contingit absq; heresi. Tertium est heresi. Fiet aut manifesta hæc cōsiderantibus. Nā contingit quempiam nolle obedire, & nolle exequi præceptū seu sententiā cathedræ Petri, qui tū non hoc intendit, ut sele diuidat uel separet ab unitate ecclesie. Manifestum est nō idcirco quēpiam esse reputandū & habendū ut schismaticum, quod præcepta ecclesiæ, uel decretū, & sententiā cathedræ Petri nō seruat, sed q̄ diuisionē ab unitate pacis ecclesie catholicæ facere intēdat. Ad hoc enim efficacit operatur schismaticus, ut destruat unitas ecclesie catholicæ. Potest quis uictus aut ira, aut concupiscētia, aut auaritia, aut timore, nō seruare ea quæ præcepit ecclesia, & non parere sententiæ & decreto cathedræ Petri, utpote non restituere iniuste ablata uel detēta, non derelinquere adulterā sibi cohabitantē, aut nō seruare ecclesie ieiunia aliaq; decreta, sed nō idcirco reputandus est ut schismaticus, quē plærq; contingit nihil cogitare de diuisione unitatis ecclesie faciēda. Deinde potest quis intēdere scissuram ab unitate ecclesie catholicæ sub cathedra Petri, & tamē credere unā esse sanctam ecclesiam catholicā, & uigorem clauium regni cælorū, & ecclesie uniuersalis curam esse apud Petri cathedrā. Quamobrē & contingit quēpiam esse schismaticum, q̄ tamen nō mox hæreticus est, utpote deprauatus nō errore fidei in intellectu, sed prauo amore diffidij cōgregatiōis seu unitatis ecclesie in affectu. Sic Hiero. int̄ heresim & schisma distinguit. Schisma, inq; Aug. est eadē opinantem atq; eodē ritu colentē q̄ ceteri, solo cōgregatiōis diffidio delectari. Hæresis uero diuersè opinantem ab his quæ ecclesia credit. Proinde quamuis omnis hæreticus sit schismaticus, nō mox tamen omnis schismaticus hæreticus est, dicente Hierony. in epistolam ad Galatas. Schisma a principio aliqua ex parte potest intelligi diuersum ab heresi. Ceterū nullum schisma est, nisi sibi aliquam hæresim confingat, ut recte ab ecclesia recessisse uideatur. Supradictis omnibus consideratis potest esse manifestus antiquus ecclesie status, de sacrificio missæ, de purgatorio, de cultu sanctorum, de corpore & sanguine Christi,

Christi, de sacrosancta eucharistia, de uotis castitatis perpetuae, de celibatu sacerdotis, de infantibus baptizandis, de primatu cathedrae Petri, de solemnibus ieiunijs, de septē sacramentis. Perspicuū insuper est pijs lectoribus quanta cecitate, quantaq; praesumptione, & arrogantia delirent huius temporis schismatici, qui rumpentes catholicae pacis & unitatis concordiam, Romanam ecclesiam irridentes, & docentes res huiusmodi esse friuolas, inutiles, & contra libertatem euangelij, & neq; in scripturis fundari, neq; fuisse apud ueteres in usu, sed per humanum spiritum adinuentas aut excogitatas, cum iam luce clarius sit demonstratum ex patribus secundum seriem successionis haec omnia fuisse ab initio custodita, & descendisse ab Apostolorum doctrina.

Sequitur huius libri caput sextum, in quo soluuntur argumenta in principio libri adducta.

IAM restat soluere argumenta quaedam in principio huius libri facta. Ad primū pro intellectu propositionis antecedentis, dicimus, quod Christus non iussit suis apostolis, ut euangelium scriberet omni creaturae, neq; ite dixit, ut in scripturis aederet omnia quaecumq; mandauerat illis, sed uoluit quod euangelium praedicarent omni creaturae, & docerent omnia quaecumq; mandauerat illis. Et ita ex uerbo Christi non oportet consequens esse, quod doctrina in quatuor euangelijs palam, dilucide, & sufficienter expressa, doceat omnia quae Christus mandauerat, sed quod apostoli docuerit omnia quaecumq; Christus mandauerat illis. Priusquam scriberet euangelium Ioannis, iam longe antea erant scripta tria cetera euangelia, ex quibus non tam dilucide ac euidenter quam ex euangelio Ioannis demonstrat quod Christus factus homo fuerit uerus deus, unus cum patre & spiritu sancto. Deinde concedamus quod doctrina Christi & apostolorum in libris canonicis expressa sufficienter nos doceat, continens omnia dogmata ad salutem humani generis necessaria, non tamen inde consequens est, aut apocrypha, aut supflua esse sanctorum patrum scripta. Nam & sathanas humani generis inimicus, se transfigurans in angelum lucis, huiusmodi dogmata sacrarum scripturarum in sententias ab intentione diuini spiritus alienas deprauat. Ipse enim dum aperitis incurSIONibus non potuit populo Christiano persuadere scripturas sacras, aut esse falsas, aut confictas, mox in cepit uti insidijs, proponens sententias falsas & impias tanquam intellectas in scripturis canonicis, ex eisdem testimonia aliorum, quam sint dicta, detorqueas. Huiusmodi iaculo & aggressus est ipsum Christum dicens, Si filius dei es, mitte te deorsum, Scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Serpens dum aperitis (inquit Cyprianus) persecutiōibus homines a Christo non potest auertere, nouam excogitat fraudem, constituens haereticos & schismaticos sub praetextu Christiani nominis, qui cum se iactitant seruare quatuor euangelia, caeterasq; canonicas scripturas, & credere Christo, non tamen uere credit Christo, sed diabolo, qui se Christum fingit. Habet diabolus iacula multa, quibus interficiat innocentium corda, sed huiusmodi iaculum est omnium periculosissimum longe, & perniciosissimum. Haeretici igitur quia ex eisdem scripturis sententias praesumunt accipere, alienas a religione Christiana, idcirco Christus iam in coelum ascensus, non

non

non reliquit nos orphanos, mittens spiritum ueritatis, qui manens nobiscum usque in consummationem seculi, non sinit nos in ecclesia permanentes errare in his quae ad salutem sunt necessaria, per saluberrima ecclesiae concilia, per doctrinas sanctorum patrum secundum successionis seriem tradens eorundem scripturarum uerum sensum. Et ita inde consequens non est sanctorum patrum, & ecclesiae dogmata esse aut supflua, aut apocrypha, aut extra autoritate resicienda canonica. Neque enim solas sententias in libris canonicis euidenter expressas debemus recipere ut canonicas, uerum etiam eas, quae ex scripturis ipsis per necessariam consequentiam sunt demonstratae. Et eas item, quas uel ecclesia, uel generale concilium, uel tota ecclesiasticorum patrum schola docuit in eisdem scripturis canonicis intellectas. Easque rursus, quae & si non uideantur aut explicite aut implicite in eisdem scripturis designatae, tamen quia custodiuntur per uniuersam ecclesiam, & in toto terrarum orbe semper custodite obseruantur, non nisi ab ipsis Apostolis traditae & emanatae creduntur. & huius quoque certij generis esse habendas, ut diuinas, semper ab initio tradiderunt ecclesiae sancti patres, Irenaeus, Tertullianus, Cyprius, Hieronymus, Augustinus. Et ipsa quoque docet scriptura canonica, saltem tacite, dum praecipit ut Apostolos & ecclesiam audiamus. Proinde quis Apostoli nulla nobis scripta reliquissent, iam oporteret nos ecclesiam audire Apostolicam. Tali argumento usi sunt iam olim contra haereticos, Irenaeus, Tertullianus, Hieronymus, & Augustinus, quaedam modum in superioribus longe lateque demonstrauimus. Ad secundum argumentum sumptum ex uerbo Apostoli dicentis, Si quis uobis euangelizauerit praeter quod accepistis, anathema sit. dicimus per sententiam in solutione superioris argumenti datam uerbum illud Apostoli omnino esse alienum ad id concludendum, quod in argumento inferitur, quod uidelicet nihil aliud sit euangelizandum praeter quod in quatuor euangelijs sit scriptum. Aliud significamus dicentes, euangelizare supra quam quod accepistis, Aliud autem dicentes euangelizare supra quam quod scriptum est in euangelijs. Cum Apostolus epistolam illam ex Epheso ad Galatas scriberet, nondum erant scripta sancta quatuor euangelia. Manifestum est nondum Ioannis scriptum fuisse euangelium, & forsitan neque Marci, neque Lucae euangelia adhuc edita. Aliud est euangelium, aliud scriptura euangelij. Vides ergo quam alienum sit a mente Apostoli intelligere sententiam eius, ac si uellet dicere anathema esse, quicquid euangelizauerit praeter quod scriptum est in quatuor euangelijs, aut in libris canonicis, nondum editis, cum hoc diceret, euangelijs. Primum editum est euangelium Matthaei, sed nonnulla in illo sunt praetermissa, quae suppleuit Lucas. Unde sententia illa Pauli ex Epheso ad Galatas scripta stans in regula suo erat in uigore, editis iam euangelijs per euangelistas Mattheum, Marcum, & Lucam. Nunquid ergo post illos euangelista Ioannes scribens euangelium, & multa adiciens, quae in supradictis tribus euangelijs scripta non erant iuxta sententiam Pauli tunc scriptam, anathema erat euangelizans praeter quam quod euangelizatum erat in euangelijs antea scriptis? Absit. Unde sicut postremus in suo euangelio multa expressit Ioannes quae illi praetermiserunt, ita post quatuor euangelia Paulus, Petrus, Iacobus, & Ioannes

nes

nes in suis epistolis nonnulla palam & dilucide expresserunt, quæ tamen in sacrosanctis quatuor euangelijis non sic palam, euidenter declarantur. Demum secundum doctrinam omnium ecclesiasticorum patrum, Irenæi, Tertulliani, Cypria, Hieronymi, Ambrosij, Augusti, antiquus ecclesiæ status ex Apostolica traditione ducens originem nonnulla docet, quæ in canonicis libris expressæ & palam non inueniuntur. Vides ergo quod longe a uero intellectu detorqueat aduersarij doctrinam Apostoli Pauli. Sed iam uideamus quo nam pacto ad illud argumentum hæreticorum respondeat Augustinus tractatu. xcviij. super Ioannem, docens aliud esse hoc quod dicimus euangelizare plusquam accepistis, aliud euangelizare præter quod accepistis. Euangelizare præter quod accepistis, est transgredi fidei regulam, & recedere de uia euangelij semel per apostolos prædicata. Non ait Apostolus plusquam accepistis, sed præter quod accepistis. Nam si illud diceret, sibi ipsi præiudicaret, quod cupiebat uenire ad Thessalonicenses, ut suppleret quæ aliorum fidei defuerant. Qui supplet, non quod inerat tollit, sed uel quod minus erat addit, uel quod implicitum erat explicat, uel quod tectum erat detegit & reuelat. Vnusquisque sermo diuinæ scripturæ similis est, inquit Origenes, alicui seminum, cuius natura hæc est, ut cum iactum fuerit in terram, generat, & uel in spicam, uel in aliam quam patris sui generis speciem multipliciter diffunditur, & tanto cumulatius, quanto peritus agricola, uel plus laboris impenderit, uel beneficium fecundiori terræ indulerit. Sic sermo unusquisque diuinæ scripturæ breuis quidem uidetur & exiguus, quod si spiritum dei habeat, colonum quod excolat, & spiritualiter retractet in publicum plures salutes parit sententias, quæ intus erant. Ad scripturas ueteris testamenti in eodem secundo argumento citatas, uidelicet ad uerbum dei in Deuteronomio quarto dicentis, Audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te, non addetis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo, & Deuteronomij. xij. Quod ego præcipio tibi, hoc tantum facito nec addas quicquam nec minuas. Dicimus huiusmodi scripturas esse omnino alienas ad concludendum id quod infertur. Neminem credo tam stupidi esse ingenij, ut credat ex uerbis illis Iudeorum populo olim dictis, cõsequens esse nos duntaxat oportere & facere, quæ deus illic præcepit, & habere pro sacris dei uerbis quæ illic loquutus est. Alioquin deberemus nunc paruulos circumcidere, offerre uitulos, agnos, & arietes, celebrare neomenias & sabbata. Quid ergo hoc, quod nihil addendum erat uerbis dei super iudicijs & ceremonijs olim dictis, ueteris legis populo, attinet, ad concludendum omnia quæ locutus est deus per Christum aut per Apostolos, aut per semetipsum, scripta esse in quatuor euangelijis. Vides quam absurda sit cõsequetia. Olim præceptum erat populo ueteris legis, uerbis Christi neque addere quicquam, neque auferre, ergo omnia quæ iam locutus est deus per Christum & Apostolos, scripta sunt in euangelijis & in Apostolorum scripturis. Certo scimus quod olim non licuit addere quicquam uerbis dei nec auferre ab eis, ita ut nec nunc licet. Nam ad uerbum dei addit, quod dicit deum aut dixisse, aut præcepisse, quod neque dixerat, neque præceperat. A uerbo dei aufert, quod aut sententias subtrahit, aut docet deum, neque dixisse, neque præcepisse, quæ aut dixerat aut præceperat, quæ admodum faciunt heretici scripturam sacram falsis interpretatiõibus, deprauantes

Quis

Quis non impudentissimum & mendacem argueret eum qui hoc pacto uerbis dei aut adijceret aliquid aut auferret ab eis. Neque Apostoli, neque ecclesia, neque pontifices, neque ecclesiastici patres hoc pacto aliquid adiecerunt, aut uerbis, aut præceptis, quæ uel per semetipsum, uel per Apostolos loquutus est dominus. Sed quemadmodum apud ueteris legis populum erant constituti pontifices, sacerdotes, iudices, legisperiti, quorum officium erat populum in his quæ ad deum sunt gubernare, ius decernere, declarare, legem dei explicare, certum reddere si quid ambiguum emerit. Erant & duces & principes, quorum officium erat populum in pace & tranquillitate dirigere secundum Dei & nature leges, & ex potestate illis data, non nulla etiam pro lucro & custodia pacis, ac reipublicæ ad communem utilitatem populo imponere, nec tamen hoc facientes addebant aliquid dei uerbis aut præceptis, cum hæc naturali iure comitentur potestatem præsidendi, quod & ipse dei spiritus in scripturis illorum non tacuit, Exodi. 17. & Deuteronomij. 17. unde & in lege, cum pater secundum ius suum paternum aliquid imperabat filio tenebatur filius obtemperare, ad quod alioqui non tenebatur: & tamen non inde consequens est, uel patrem sic iubendo uel aliquid addere, aut uerbis dei, aut præceptis illius, uel filium sic obtemperando agere contra uerbum dei, dicentis: Quod ego præcipio tibi, hoc tantum facito. ita & nunc apud ecclesiam Christianam, deo iubente, sunt constituti pontifices, prelati & potestates, per quos deus suam gubernari uult ecclesiam, quæ tamen secundum potestatem eis datam pro lucro & custodia si dei ac pacis, aut iubeant, aut statuunt quicquam, & id quidem secundum mutationem humanorum morum & temporis conditiones mutabiles & uariabiles, non ob id dicuntur aliquid addere aut uerbis dei, aut præceptis, sed utuntur officio & potestate data. Tractauimus de his latius in his quæ diximus de libertate Christiana. Ad illud quod in tertio argumento adductum est, doctores, sanctosque patres in suis libris inter sese esse contrarios, etiam super his quæ æstimantur ad salutem necessaria, quemadmodum Stephanus Romanæ urbis episcopus, & Cyprianus Carthagenensis, contrarij erant super baptismo ab hæreticis suscepto: Respondeo ex hoc utique consequens esse sanctorum patrum libros non esse habendos tanquam canonicos scripturæ sacræ libros. De istorum enim canonicorum librorum uniuersis & singulis sententijs assertis dubitare non licet, quia illic asserte sunt. De sententijs autem patrum non debemus sic credere eas esse ueras, idcirco quod aut in libris illis, aut ab ipsis fuerunt asserte. Neque enim ipsi omnes suas sententias suis in libris dictas tradiderunt nobis tanquam fidei sententias, dicentes quidem uel per æstimationem, uel per opinionem, uel per rationem solum ipsis probabilem ac uerissimam super rebus gestis, innixi interdum solis hominum quorundam testimonijs, quos crediderunt ueraces, & tamen potuisse & falli & fallere. Proinde & de multis sententijs in libris patrum possumus interdum ratione aliqua commo-niti dubitare. Ad alias sententias Augustini: Primo ad primam quæ est ex epistola ad Hieronymum, dicimus quod Augustinus ibidem duas præcipue docet sententias. Vnam qua dicit se non ideo credere aliquid, scilicet in fide & moribus

Apud synagogam prelatos erat facultas statuedi leges.

Deut. 17

Gg ribus

ribus Christianis uerum esse, quia sancti scriptores ita senserunt. Alterā, quia docet se ideo credere scriptoribus sanctis, quia ipsi uel per canonicos auctores, uel per rationem probabilē sic esse persuaserunt. Ex quibus plane uides Augustinum credere dictis sc̄torū non solum cum per canonicos auctores suas sententias probauerunt: uerum & tunc etiam cū eas probabili ratione persuaserint. Et hanc caudam hæretici subtrahentes a uerbis Augustini conantur decipere mundū. Vnde & autoritas catholicorū scriptorū est autoritas apostolorū, propterea quod id quod ex apostolorū traditione habemus, etiā sine expressione scripturæ sacræ in ecclesia custoditū, per canonicos auctores reputatur esse dictū. Nihil iam dubitamus de Cypriani, Gregorij, Hieronymi, Augustini assertionibus, docentibus baptismū prodesse infantibus, & pium esse in ecclesia colere & orare sc̄tōs martyres defunctos, & purgatorij ignem esse pro animabus quibusdā defunctis, quibus prodesse possunt uiuorum suffragia, & id genus alia, quæ immutabili fide credimus: non quod Augustinus & Hieronymus ex suis ipsorū opinionibus hæc senserunt, sed quia ipsi ratione & argumento ita esse, nobis persuaserunt, demonstrantes uniuersalem ecclesiam, per uniuersum orbē sic credidisse, simul & tenuisse, & obseruasse, & definiuisse contrariū sentientes habendos tanquā hereticos, quemadmodū Bernardus docet homilia lxxv. & lxxvi. in Cantica. Et ante eum Hiero. de cultu & intercessionibus sc̄torū, in epistola contra Vigilantium. Et Aug. de purgatorio, de suffragijs pro defunctis, & de cultu sc̄torū martyrum, multis in libris. Et ita autoritas, quæ suadet nobis esse iij. sc̄tā euangelia, quibus oporteat credere, de qua inquit Augustinus: Ego euangelio non crederem, nisi si me autoritas ecclesie admoneret. eadē & nobis persuadet baptismū prodesse infantibus, & uiuorū suffragia defunctis, & utile esse in ecclesia orare, & colere sc̄tōs martyres defunctos. Et in his uult Aug. suis dictis haberi fidē, non ut suis solum, & a se dictis, sed ut ecclesie sententijs & apostolorū ac ueterum patrū traditionibus. In sententijs ergo fidei & morum Christianæ religionis ad salutem attinentibus credimus Cypriani dictis, Augustini & aliorum patrum, quorum scripturas ecclesia legendas suscepit: non quia Cyprianus & Aug. dicunt, sed quia iam persuasum est nobis Augustinū & ceteros patres ab ecclesia receptos, in quibus & Christianæ fidei pietas reperta est nō uacillare, in huiusmodi rebus non asserere, nisi quod uel ex scripturis sacris ē elucidatū, uel quod secundum antiquū ecclesie statum ex apostolica traditione uenientem, sit obseruatum. Ceteras autē eorū sententias, quas ipsi neq; ex scripturis canonicis, neq; ex ueteri traditione ecclesie definiunt, suis freti ingenijs, licet examinare, excutere, & ex aliquo experimento uel argumento contrarium sentire, uel ut dum uel interpretantes sermonem dei, asserunt talē uel talem illius intellectū, recitantes res gestas, aut tēporū rationes & supputationes, quæ citra periculum fidei & morū licet ignorare. Verum quidem est ipsos patres in scripturarū expositionibus uariare, dum unum scripturā sic intelligit, alius autē alit. Sed nihilominus uerū est huiusmodi uarias expositiones in spiritu charitatis & fidei concordare, dum utriusq; partis sententię in se

de

de & moribus ueræ sint, & catholicæ, quemadmodū in præcedenti capitulo latius diximus. Ex his possumus & ceteras Augustini sententias in argumento assumptas intelligere. Verū em̄ est Cypriani & Hilarij, cæterorūq; patrū literas non esse legendas ut canonicas scripturas, neq; sic ut contrariū sentire non liceat: sed non inde consequens est extra scripturas sacras nō esse ullam Christianā & catholicam ueritatē. Non em̄ uspiam legimus euangelistas & apostolos scripsisse oīa quæ Iesus Christus & fecit, & docuit, quin potius contrarium legimus, Multa Iesum fecisse, quæ non sunt scripta. Sūt ergo nonnulla quæ licet in canonicis non inueniantur scripturis, tñ quia custodiuntur per uniuersam ecclesiam, & toto terrarū orbe sp̄ custodita obseruantur, non nisi ab ipsis apostolis cōmendata credunt. Huius gñs exempla tradit Aug. in epist. ad inquisitiones Iamuarj, & in libro primo contra Donatistas, corpus dñi ieiuno stomacho māducare, baptismū ad remissionē peccatorū prodesse infantibus, qui neq; propter etatē adhuc credere possunt, neq; ad interrogationes rñdere, & adultū interdū posse fieri saluū, nō suscepto baptismō, contempto autē baptismō nō posse: & id genus alia nōnulla, de quibus in parte præmissa huius cap. latius tractauimus. Post apostolorū igit & euangelistarū scripturas editas, non habemus ullos quantumlibet laudatorū hoīm libros ut canonicos. Non em̄ quia ipsi autores eorū sunt librorū, non quia ipsi sic senserunt, idcirco fide tenenda sunt. Proinde non est cōsequens sic aut sic esse credendū fide, quia Aug. aut Cyprianus aut Hiero. sic dicit. eorū em̄ autoritas non est sic idonea ad ea quæ in cōtentionē ueniūt roborāda. Sed nō inde sequitur doctrinas eorū non esse sententijs diuinis & canonicis. Absurdissimū est argumentū, si dixerō: Huius libri nulla est canonica autoritas, ergo huius libri nulla est canonica ueritas. Cōtingit interdū librū aliquē nihil cōtinere, nisi diuinis sententijs, canonicis & catholicis ueritatibus, in scripturis sacris tacite uel explicite significatas, alio uerborū ordine, uel dictas, uel abbreviatas, uel elucidatas, nō tñ inde mox cōsequens est librū illū recipiendū ut canonicū. Sententię enim nō quia uel in illo libro aut ab illo auctore scribuntur, idcirco eas fide credere oportet ueras esse, sed ideo ueræ sunt, quia in canonicis scripturis, uel apostolicis traditionibus creduntur ueræ, expresse uel tacite asseruntur. Iam olim opuscula & tractatus orthodoxorum patrū, Cypriani, Athanasij, Gregorij Nazanzeni, Basilij, Chrysostomi, Hilarij, Hieronymi, Ambrosij, Aug. Leonis, Prosperi, ceterorūq; orthodoxorū patrū in ecclesijs recipienda & legenda docuit Gelasius primus, iuxta ac certa ratione motus, quod lōgo iam ipis usu cōpertū est in eorū scriptis nō uacillare fidei pietatē, nec eos a cōsortio & fidelij prædicatione Romanæ ecclesie uspiā seungi. Proinde nihil amplius dubitamus de Cypriani, Basilij, Hilarij, Hieron. Aug. ceterorūq; patrū assertiōibus, de his, in quā, quas de fide & Christianis moribus ad salutē attinētibus tradiderūt, quia iā omnes eas multifariā examinatas credimus non aliud esse quā aut ueteres apostolice ecclesie traditiones, aut expressiones earū rerū, quæ uel expresse, uel tacite insunt in scripturis canonicis, exceptis paucis locis iam olim in uno aut alte-

ro libro per censuram ecclesie notatis. Et hinc iam mos per uniuersas inoleuit Christianorum scholas, quod in disputationibus per indaganda ueritate ex Hieronymo, Cypriano, aut Augustino citata nobis de fide & moribus testimonia, non contemnimus, non rejicimus, non temere eisdem reluctamur, sed pie reuerenterque tractantes exponimus, & ex sanctis ipsorum sententijs aut elucidamus, aut retractata uel aliter intellecta, aut non pertinaciter, sed per solam opinionem probabiliter asserta deducimus. In ceteris autem uelut in scripturis obscuris aut interpretationibus, translationibus, aut expositionibus, aut in questionibus, super quibus salua pietate fidei licet dubitare, non arbitramur absurdum, si forte melius aliquid, aut rectius, aut per nos, aut per alios inueniatur. Aliud est errare in expositione, seu intellectu alicuius scripturae, & non assequi uerum illius scripturae sensum, aliud est errare in regula fidei, aut in uia morum. At id autem, quod in argumento dicitur, In scripturis sacris quicquid est utile, inuenitur, & quicquid est noxium, damnatur, Dicimus uerum esse in scripturis sacris id reperiri uel expresse uel tacite, non enim omnia Christianae religionis dogmata euidenter & dilucide sunt in canonicis libris expresse, sed quaedam clarius, quaedam autem obscurius. Deinde quod manifestissime in uno uidetur loco scripturae expressum per aliam scripturam quae uidetur illi contraria, interdum fit obscurum, cum etiam in locis quibusdam manifestissimis uidentur scripturae inter se contrariae. Proinde nihil tam recte, tam dilucide, tam aperte in uno scripturae loco dicitur, quod non interdum a malignis interpretibus per alias scripturas perperam intellectas in alienum sensum deprauatur. Sic Arriani omnes scripturas indicantes Christum esse uerum deum & hominem, & Nouatiani omnes scripturas indicantes post baptismum relapsis dandum esse reconciliationis sacramentum, maligna interpretatione deprauabant. ex alijs scripturis accipientes suae malignitatis ansam. Sic Pelagiani, Luciferiani, & quotquot olim fuerunt haeretici suas hereses ex scripturis sacris defendere praesumpserunt. Sciendum est autem quod multifariam tacite aliquid in scripturis sacris inuenitur. Primum, cum illud nec expresse in scripturis significatur, nec adeo euidenter pendet ex illis, ut ipsis admissis cogatur quisque non dissentire, sed tamen necessitate quadam consequitur ex illis secundum traditionem uniuersalis ecclesiae intellectus, aut secundum antiquam Christianorum scholam interpretatis, qualis est haec sententia: Tres personae, pater, filius, & spiritus sanctus, sunt unus deus. Huius generis sunt omnes articuli fidei contra Heret. editi in symbolo Niceno, quod in missa canitur, & in symbolo quod inscribitur Athanasij. Haec enim taetum in scripturis sacris significatur, non tamen tam euidenter, & dilucide quam ea quae leguntur in apostolorum symbolo, quae ex necessitate & euidenter ex eisdem scripturis consequuntur intellectus, proprie & absolute secundum propriam ipsarum significationem. Et propterea haeretici, admissis apostolorum symbolo, admissis & omnibus scripturis canonicis, nihilominus in articulis de trinitate personarum, & incarnatione filij dei, de gratia Christi, de libero arbitrio, de sacramentis baptismi, poenitentiae, & eucharistiae a recta fide deuiarunt, & dum praetermiserunt expositiones, & interpretationes

Dissentire a patribus in his quae non sunt fidei uel morum habitae ratione licet.

Dogmata quae non possunt clare & euidenter in ferri ex scripturis, nisi secundum patrum interpretationem & antiquam ecclesiae traditionem.

interpretationes a patribus & praedecessoribus datas, proprijs innixi prudentijs, suisque freti ingenijs, continuo ex scripturis sacris intellexerunt sententias, non spiritus sancti, sed suas, & a religione Christiana prorsus alienas. Priusquam Urbicus cognomēto Manius sua heresim de duobus principijs contrarijs fingeret, omnis praedecessorū doctorum chorus, ex scripturis sacris intellexit liberum hominis arbitrium licet in Adā uitiatū, dei gratia & liberate & adiuuante posse cooperari suae conuersiōi, & ita hominem ex una parte ad uiam, atque potentiam, posse bene & male uiuere. Sic crediderunt Dionysius, Igna. Aegesip. Iren. Tert. & Orig. & ceteri, usque ad Manicheorum tempora. At uero Manichei heresis iam exorta, ipsas scripturas sacras, ex quibus conprobatur liberum hominis arbitrium, coepit in sensu a religione Christiana alienos deprauare, contra quam heresim rursus uigilantes posteriores ecclesiae patres Basil. Athana. Chrysto. Amb. tam ualidas, tamque efficaces accumulauerunt scripturas sacras, liberum hominis arbitrium comprobantes, ut ex eisdem prae uel rursus intellectis, haesiarcha Pelagius coeperit pertinaciter defendere liberum hominis arbitrium, cum iniuria diuinae gratiae, propteram docens homines ex uiribus liberi arbitrij, absque dei gratia, bene uiuere, & mereri gratiam ac remissionem peccatorum, contra quam heresim rursus scribentes Hiero. Augu. & Prosper, ceterique illius seculi patres demonstrarunt homines, absque gratia dei, nihil boni posse, & si qua sint hominum merita illa esse dei dona, & per hac sua sententia tam lucidas, tamque ualidas adduxerunt scripturas, ut ex illis rursus prae intellectis, seculo Augustini adhuc uiuentis, alia exurgeret heresim quaedam monachorum, quae propter dei praescientiam, praedestinationem & gratiam, arbitrati sunt prorsus sublatum esse liberum hominis arbitrium, quae heresim & Augu. ualidissimis refellit scripturis in epistola ad Valentinum, quae sane haeresim olim extincta, rursus iam una cum alijs haesibus Lutheranis reuiuiscit. Harum & omnium simillimum inuentrix fuit praesumptio uana & superba, secundum quam quisque haesiarcha reiectis sententijs patrum, nouas expositiones scripturarum praesumpsit confingere, alienas a traditionibus secundum antiquum ecclesiae statum. Sic antequam haeresim exurgeret Arriana, omnes ecclesiastici patres, Igna. Diony. Polycar. Iren. Tert. Cypria. & Origenes, ex scripturis intellexerunt Christum esse uerum deum & hominem, etiam contra haereticos tunc exortos, nec articulus ille in quaestione ulla aut dubitatione, ut inquit Rufinus, apud ecclesiam uenerat. At uero Arrius praetermissis praedecessorū suorum sententijs, in scripturis intelligentis suo fidens ingenio, mox omnia turbans, omnia confundens, magnam ecclesiae partem in suam traxit perfidiam, separans filium ab aeterna dei patris substantia. Proinde Nicena synodus hac in re non nouam statuit fidem, sed eam quae antiqua fuerat, & apud omnes ecclesias obseruata, confirmauit, impiam Arrii damnans insaniam. Neque Arrius hanc sibi heresim confinxit, siquidem & ipsis apostolorum temporibus, antequam Ioannes suum scriberet Euangelium, Corinthus & Hebion, huius haeresis sparserunt semina, negantes Christum esse uerum deum & hominem, contra quos tunc exortos Ioannes suum scripsit euangelium, in illo declarans aeternum dei uerbum, uerum deum & hominem, diuinarum personarum trinitatem in unitate substantiae, non tamen adeo euidenter & dilucide, quin haeretici Arriani

Ostenditur hominem liberum habere arbitrium

Epistola 46 & 46.

Cap. 1. Lib. 1. ecclesiastic. historie. De haeresi Arriana.

percinaces huiusmodi euangelium admittentes, malignis suis interpretationibus hoc ipsum deprauant, concedentes deum æternum, uerbum factum carnem, & Iesum filium dei unum esse cum patre, missum in hunc mundum, & spiritum sanctum a patre procedere, & mitti a filio, & nihilominus cum his non esse consequens, patrem, filium, spiritum sanctum, tres esse personas eiusdem substantiæ. Vides quoniam pacto aliquid tacite inest scripturis, & necessitate quadam consequitur ex illis, secundum ecclesiasticam traditionem intellectis, quod tamen non euidenter & manifeste patet in illis. Deinde aliquid tacite in scripturis inuenitur, quod non sic immediate ex scripturis sacris secundum traditionem ecclesiæ intellectis ex necessitate consequitur, sed uel indicat magis quam explicatur, uel quia inuenitur per uniuersam custoditum ecclesiam, ortum esse creditur ab Apostolis, quorum doctrinas scriptura sacra in omnibus commendat, qui uos audit, me audit, inquit Saluator, & qui uos spernit, me spernit. Manifestum est autem Apostolos multas traditiones diuini iuris in sacramentorum officijs & tradidisse, & obseruasse, quæ ex sacris scripturis euidenter demonstrari non possunt. Et ex multis sumamus exempli causa baptismum unum, de quo sunt sententiæ ex Apostolica obseruatione uenientes quod interdum adulus non baptizatus ex aqua, non contempto baptismo, intrat in regnum celorum, quod legitimus atque irreuerabilis sit baptismus ab hæreticis, & schismaticis dispensatus. Deinde quod uerus & irreuerabilis est baptismus ab hæreticis, siue non credentibus, susceptus, & quod propterea adulus, qui inter suscipiendum baptismum, respondet uerbo se credere in deum patrem, non credens corde, & qui uerbo renunciat seculo, non renunciat mente, uerum suscipit sacramentum, licet non suscipiat baptismi gratiam, & spiritum fidei, & quod paruulis qui credere non possunt, qui & adhuc propria uoluntate non peccauerunt, prodest baptismus tam ad remissionem peccatorum, quam ad regnum celorum, & quod eiusdem paruulis baptizandis non sit necessaria, nec fides parentum, nec bona uoluntas, nec fides eorum, qui uel ad fontem baptismi illos deferunt, uel pro illis in fonte respondent, huiusmodi sententiæ de baptismi sacramento ex scripturis sacris euidenter ex necessitate non consequuntur, tamen quia consuetudo in talibus fuit obseruata a primordijs ecclesiæ Christiæ, idcirco hæc credimus. Quod autem illa consuetudo sic fuit a principio ecclesiæ obseruata, credimus per irrefragabiles testes, Hieronymum, Augustinum, ceterosque patres id ipsum in scripturis suis nobis testificantes. Unde & perurimi, inquit Hieronymus, heretici emerferunt, adhuc uiuente Ioanne Apostolo, uidelicet Nicolaus, unde Nicolaus & Simon Magus, ac discipuli eius, qui & ipsi erant baptizati, a quibus & alij multi fuerunt baptizati, & tamen nullum eorum legimus rebaptizatum, quin potius in libro Apocalypsis sic baptizati, non ad reiterandum baptismum, sed ad penitentiam exhortantur. Nunquid dicit scriptura, Rebaptizetur qui in Nicolaitarum baptizati sunt fide, quin potius, inquit, penitentiam agite. Hactenus Hieron. doctrina. Sic ergo circa baptismi sacramentum multæ sunt sententiæ diuini iuris, & idcirco immutabiles, quas credimus ecclesiæ ex Apostolorum traditione suscepisse, quæ tamen ex scripturis sacris euidenter demonstrari non possunt. Ita con-

De baptis-
mo.

tingit & in alijs sacramentis, de quibus latius in lib. de libert. Christ. Deinde quod nonnulla statuta ac præcepta pro uarietate locorum, temporum, personarum mutabilia susceperit ecclesia, ex apostolorum traditione patet. Nam apostoli atque seniores in Hierusalem, cum declarassent, salutem, iustificationem, seu purificationem cordis, non ex operibus legis esse, sed per gratiam ex fide in Iesum. Nihilominus tamē supra præcepta & naturalis & euangelicæ legis decreta, quedam positua, ex lege Moyse posuerunt Christianis seruanda ad tempus, uia delictis, abstinere ab immolatis simulachrorum, a sanguine, a suffocatione, & fornicatione, quæ & Paulus euangelizans, predicauit obseruanda, quemadmodum dicit scriptura, Paulus perambulabat Syriam & Ciliciam: confirmans ecclesias, precipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. Actum xv. & capite sequenti. Paulus & discipulus Timotheus, qui propter Iudeos erat in illis locis circumcisi, cum pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. In scripturis ergo sacris, quicquid est utile in religione Christiana, comedatur, & quicquid noxiū damnatur, siue tacite, siue expresse, quia illic traditur consilia & præcepta de audienda ecclesia apostolica, & de præpositis audiendis. Patet igitur ex sententijs Augustini, non esse consequens, extra scripturas sacras non esse ullam Christianæ religionis ueritatē, & non esse canonicam autoritatē in ullo libro aut concilio, extra scripturas sacras tradito. Ex quibus manifestum est, ueras esse sententijs Gregorij de quatuor concilijs. Et item Gelasij de epistola Leonis ad Flavianum, aliorumque similium docentium eadem quatuor concilia, dogmataque Leonis in epistola ad Flavianum, esse recipienda ut canonicas scripturas, ut sancta quatuor euangelia. Quandoquidem ecclesia certo edocta, declarauit illorum conciliorum dogmata, simul & Leonis pape in epistola illa non esse aliud, quam eorum expressione, quæ de trinitate personarum, de Christi diuinitate & forma humana assumpta, uel expresse uel tacite insunt scripturis canonicis, secundum apostolorum traditionem intellectis atque interpretatis. Ad uerbum Hieronymi ex commentarijs super Matthæum dicentis hoc, quia de scripturis autoritatē non habet, eadem facilitate contemnitur qua probatur, respondeo, neminem in doctrina Hieronymi esse tam stupidi ingenij, qui ex huiusmodi uerbis Hieronymi intelligat, docuisse unumquemque omnia posse contemnere, quæ in sacris literis non explicantur. An liceat contemnere omnes rerum gestarum historias post canonem bibliæ scriptas, continentes sanctorum martyrum passiones, quarum nonnullas & ipse beatissimus scripsit Hieronymus, quæ & in epistola ad Letam de institutione filie, adhortatur eandem, ut una cum scripturis canonicis, semper in manibus teneat Cypriana, opuscula, Athanasij epistolam, Hilarij libros. Ut ergo plane uideamus quod inuisibile & corrupte uerbum illud Hieronymi citatur ab hæreticis, subscribamus uerba eiusdem super cap. xxiiij. Matthæi, tractantis illud saluatoris, Ut ueniat super uos omnis sanguis iusti, qui effusus est in terram a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ, quem occidistis inter templum & altare. Querimus, inquit Hieronymus, quis sit Zacharias iste, filius Barachia & alij

dicunt eum esse Zachariam, qui inter duodecim prophetas undecimus est, alij Zachariam patrem Ioannis intelligi uolunt, ex quibusdam apocryphorū somnijs, approbantes q̄ propterea occisus sit, quia saluatoris prædicaret aduentum: hoc quia de scripturis non habet ueritatem, eadem facilitate contemnitur qua probatur. Hæc ille. Plane uides Hieronymum non uelle posse contemni quicquid in scripturis sacris non inuenitur: Ipse enim neq̄ adiecit notā uniuersalitatē quicquid, nec nomen sacris, nec hoc uerbum inuenitur aut reperitur, sed singulariter loquitur de quadam particulari sententiā ex apocryphorum somnijs accepta, Hoc, inq̄t, scilicet ex apocryphorū somnijs assumptū, quia de scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur qua probatur. Aliud est habere auctoritatem de scripturis, aliud habere auctoritatem ex scripturis sacris, aliud reperiri in scripturis sacris. Multa sunt quæ auctoritatem habent ex scripturis authenticis, quæ tamē in scripturis sacris nō reperitur. Vnde & ipsa sacra scriptura docet non esse cōtemnenda probatorum hominum testimonia. Ad uerbum eiusdem Hieronymi in prologo Galeato, Quicquid extra hos inter apocrypha ponendum esse dicimus, illic uniuersalem loquutionem non fieri pro omnibus extra illos supra nominatos uiginti duos libros testamenti ueteris, alioqui sancta quatuor euangelia, & omnes nouæ legis libri inter apocrypha censerentur. Deinde & ipse Hieronymi prologus, cæteraq̄ illius & sanctorum prædecessorum scripta forent inter apocrypha numerāda: quod falsissimum esse nemo ambigit, sed uniuersalis intelligitur loquutio secundum materiam subiectam, pro his duntaxat, qui inter ueteris legis libros ex Hebræo in Latinum uersos consueuerunt numerari, & ob id uult Hieronymus prologum illum quasi galeatum, principium omnibus libris uersis de Hebræo in Latinum conuenire, ut nos sciamus omnia, quæ consueuerunt libris illis ueteris legis connumerari, ut Iudith, Tobiam, Ecclesiasticum, Sapientiam Salomonis, Machabæorum & Pastorem, inter apocrypha ab Hebræis connumerari, quos tamen excepto Pastore, iam Christianorum schola tanquam diuinos libros honorat & prædicat.

Ad quartum argumentum quo dicitur: Ecclesia est societas hominum, qui & fallere & falli possunt, quia omnis homo mendax. Respondeo homines ex se posse & falli & fallere, sed per spiritum sanctum loquentes, neque fallunt neque falluntur unquam. Omnis homo ex se mendax, deus autem qui in homine & in ecclesia loquitur uerax, mittens ecclesiæ paraclctum spiritum ueritatis, ut maneat cum eadem ecclesia usq̄ in consummationem seculi. Vnde & simili argumento concluderetur, apostolorum & prophetarum ecclesiam in docendo aut scribendo doctrinam fidei Christianæ, potuisse errare, uel eorū doctrinam tanquam incertam posse propterea haberi a nobis suspectam, tanquam æditam aut scriptam per homines qui falli potuerunt. Ad illud quod in argumento illo assumitur, Totā ecclesiæ auctoritatem residere in cōcilijs, concedimus. Nā & hanc fiduciā de gñalibus concilijs habuerūt arte nos oēs patres a principio. In exordio religiōis Christianæ q̄stio erat inter ap̄stos & fratres ch̄ianos de p̄ceptis in lege Moyse, an uidelicet oporteret ea seruare cum euangelio: quæ sane quæstio nō reperit soluta in ullo ex quatuor euangelijs:

Paulus igitur & Barnabas apostoli, spū sc̄to iam pleni, expectantes super hac questione definitionem totius concilij apostolici, ascenderunt ad Petri cathedram, ad apostolos & presbyteros in Hierusalem, ubi erat Petrus, qui etiam post spū sanctū in die Pentecostes acceptum, uidetur dubitasse de lege Moyse, an esset necessaria cū euangelio, dum Act. x. in uisione horruit, & refutauit edere animalia lege Moyse prohibita, dicens: Absit dñe, quia nunq̄ manducaui omne cōmune & immundū. quam Petri opinionē corrigit deus, illi dicens: Quod deus purificauit, tu cōmune ne dixeris. Ad id quod ultra in argumento assumitur, concilia gñalia interdum errasse. Respondeo hoc falsum esse. Concilia particularia, inquit Augustinus, interdū errauerunt, & reformantur plenariorū conciliorum auctoritate. Augustinus autem cum alibi dicit: plenaria concilia sepe a posterioribus emendantur. Respondeo Augustinum loqui de emendatione, non in credendis, seu in articulis fidei, uel in alijs ad salutem necessarijs, sed de emendatione in his quæ sunt aut facti, aut directionis ecclesiæ in constitutionibus, quas pro qualitate temporum, locorū, personarū, expedit immutare, sed de his alibi latius. Ad in quod in argumento assumitur, oportere nos magis stare unius hominis sententiæ, scripturā sacrā sufficienter allegantis, q̄ sententiæ gñalis concilij sine scripturis sacris aliquid definiens. Respondeo argumentum nihil concludere cōtra ea quæ diximus: Nam si concilium aliquod, definiat contra sententiā unius demonstrantis illā sententiā ex scripturis sacris, iam totum hoc conciliū, secluso uno illo, nō est concilium generale, neq̄ ecclesiæ dei, sed ecclesiæ sathane concilium. Et ad illud intellectū dicit Paulus apostolus: Si nos aut angelus de celo euangelizet uobis præter id quod accepistis, anathema sit. tanq̄ dicat: Doctrina per nos uobis prædicata, tam ueraciter, tanq̄ infallibiliter est a spiritu ueritatis profecta, qui in nobis loquutus est, ut etiam nos tanq̄ homines ex nobis mēdaces, uel angelus de celo, erimus anathema, si euangelizemus aliam fidei regulā, p̄ quā. s. discedatis a uia semel a nobis prædicata. Verum quæadmodū Paulus hæc dicens, intendebat nihilominus euangelizare illis aliquid plus q̄ acceperant, cupiens uel supplere ea quæ deerant, pluraq̄ ac sublimiora quædam ex planare, ea insuper quæ dicta erant declarare: ita & ecclesia post apostolorū t̄pa multas fidei sententiās nouas, olim occultas, elucidauit, docuit & probauit, aut ex scripturis sacris, aut ex antiqua consuetudine per uniuersum orbē custodita. Dicuntur autem hæc latius in libro de captiuitate & redemptione generis humani, ac in tractatu de libertate euangelica.

Hunc igitur in modum de scripturis apocryphis, & de auctoritate librorum sc̄torum patrum, & de Christi ecclesia, quæ nam sit, & apud quos sit, & de unitate ecclesiæ a principio mundi, & de Romana ecclesia, in qua est Petri cathedra, quod sit omnium ecclesiarum caput, & q̄ errare non possit in fide, & de auctoritate ecclesiæ, simul & auctoritate scripturæ sacræ, ultra sit maior, an uidelicet ecclesiæ auctoritas, an scripturæ sacræ, & de multis rebus propter auctoritatem ecclesiæ orthodoxa fide tenendis, quas ex scripturis sacris demonstrare non possumus, dicta sufficiant.

FINIS.

Colonix excudebat Iaspar Gennepæus.